C.sup.I.5.11.

37
11 E
3
MAG. 2033
Digitized by Google

SANCTI AURELII
AUGUSTINI
CONFESSIONES
VARIO COMMENTARIORUM GENERE

EXPOSITAE ET VINDICATAE.

Digitized by Google

SANCTI AURELII
AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
CONFESSIONUM
Libri Tredecim

VARIO COMMENTARIORUM GENERE ILLUSTRATI

AB AEMULORUM OBTRECTATORUM
VEL DATIS, VEL DANDIS.

SEU CONVICIIS, SEU CENSURIS, SEU ETIAM CAVILLATIONIBUS
VINDICATI ET EXPEDITI

OPERA ET STUDIO

FR. ARCHANGELI A PRAESENTATIONE

SACERDOTIS PROFESSI CARMELITAE EXCALCEATI
THEOLOGIAE ET S. SCRIPTURAE LECTORIS.

VOLUMEN SECUNDUM.



J. Zocchi del. F. Allegrini sc.

FLORENTIAE ANNO MDCCLIX.
Ex Typographio Petri Caietani Viviani, ad insigne Iani,

SUPERIORUM APPROBATIONE.

Digitized by Google

MONITUM AUCTORIS.

QUoniam hoc Opus (quod integrum & prorſus abſolutum Typographo anno D. 1755. tradideram) me abſente impreſſum eſt : Orthographia, quam ſcripſeram, quave paſſim utor, varias injurias paſſa eſt arbitrio Typographi : qui ratus, ejus Civitatis, in qua Opus editur, genio indulgendum eſſe in levioribus, Orthographiam meam ei, qua Florentinorum Eruditorum plerique uti ſolent, adcommodavit. Quod monendum cenſui non querela, (eos quippe Eruditos magni facio) ſed ne facto id viderer infringere, quod profeſſus fueram lib. 8. cap. 3. ſigno (*a*).

Digitized by Google

CONFESSIONUM

L I B E R VI.

A R G U M E N T U M.

AEtatis ſuae annum trigeſimum, ex Mediolani exactis primum, plurium nonnibil bonorum, nullius autem omnino matureſcentis fructus parentem exhibet. Matris primo ad ſe adceſſum, pietatem, in Ambroſii religionem, & placita modeſtium & obſequium ediſſerit. Tum quali ipſe animi ſenſu eiusdem Antiſtitis ſobrietatem pudicitiamque, & apud ſaeculum famam veneraretur, atque ſuſpiceret. Tanti viri concionibus, ad populum habitis magis, magisque a Manichaeis ſe avulſum, inque bonam Eccleſiae Cacbolieae famam deportatum profitetur; At etiam pluribus ſe in religionis negotio abreptum aeſtibus, quos longis, & gravibus cum eximio Sacerdote mille curis occupatiſſimo collationibus expendere, diſcutere, ſedare minime ſibi daretur. Interim tamen publici eiusdem ſermonibus haud modicum lucis contraxerat, ſalutari pudore ſubfuſus, ac dolens caecis ſe latratibus Eccleſiam Cacbolicam impetiviſſe: ſacrorumque dogmatum argumenta demenſtrativa peroptaſſe; cum tamen alterius generis coniecturis, momentiſque plura, & graviſſima firmo, & conſtanti adſenſu teneantur. Adhuc tamen honoribus vanitatibus inhians, Dei providentia pungitur, dum publicas recitaturus Imperatori laudes mille timoribus, & anxiis curis opprimitur. Ad amicos inde divertens, Alypii, & Nebridii genus, patriam, indolem, mores, variosque caſus enarrat. Interim ipſe omnes ingenii ſui vires extendit, ut nedum Manichaeos, ſed Academicos quoque fortiſſimo argumento proſternat; Coniugii tamen delicias adhuc ardenter ambit, earumque aut amoris, aut curioſitatis Alypio, eas uſque modo non magni facienti nonnihil inſeris. Favet Auguſtino Mater, impigreque coniugium curat, quo Filii carnales ſtimuli honeſte temperentur; Pro eo tamen negotio ultima manu expediendo Deum conſulens, reſponſi, certaeque lucis quidquam haud refert. Tales in ſe vero carnales motus minime Auguſtinus ſubiiciens, ab expediendis

A·Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

pulcris boneſtiſque conceptis conſiliis retardabacur. Quale erat illud, pluribus collectis amicis, iunctiſque animis in concordi perenniquc ſocietate vivendi: mulicrcularum ſocietatis aeriori genio diſſolueum. Immo nibil minus in venerca cxaextuans, priore concubina a latere avulſa, aliam ſibi mox accerſivit. Adeo vero ut animae immortalitatis, divinique iudicii, aeternis aut gaudiis, aut poenis deſtinantis certiſſima fide tantum coercitus, deterrituſque, foediſſimis Epicuri latriuis ſeſe non immerſerit.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Brevi compendio languoribus, quibus trigeſimum aetatis ſuae annum agens afflictabatur in anima, detectis, vel repetitis, Matris pietatem fortem praedicat, quae immenſi maris periculoſiſſimo itinere divino confiſa adiutorio nibil deterrita, ex Africa ſolvens, ubique tuta, & alacris Mediolanum adceſſit. Ubi Filio ſcenam haud modice lactam enuntiante, ſe videlicet non quidem ultimo foedere Eccleſiae Catholicae iunctum, ſed tamen a Manichaeorum laqueis prorſus expeditum; ipſa tamen Mater non quaſi de inopinata laeto nuncio exſilivit: quin immo totum prorſus vitae ſuae diebus negotium expeditum iri inſigni fiducia repoſuit.. Interim validioribus precibus eiusdem negotii properationem Deo commendans; & Ambroſium, quo Filius ad ſalutarem fluctuationem illam fuerat deportatus, tanquam Dei Angelum magnis ſenſibus gratitudinis, & dilectionis ſuſpiciens.

SPes mea a iuventute mea, ubi mihi eras, & quo receſſeras? An vero non tu feceras me, & diſcreveras me a quadrupedibus & volatilibus caeli? Sapientiorem me feceras, & ambulabam per tenebras, & lubricum, & quaerebam te foris a me (*a*), & non inveniebam Deum cordis mei; & veneram in profundum maris, & diffidebam (*b*), & deſperabam de inventione veri. Iam venerat ad me Mater pietate fortis (*c*) terra marique me ſequens, & in periculis omnibus de te ſecura (*d*). Nam & per marina diſcrimina ipſos nautas conſolabatur, a quibus rudes abyſſi viatores cum perturbantur, conſolari ſolent; pollicens eis perventionem cum ſalute, quia hoc ei tu per viſum pollicitus eras. Et invenit me periclitantem quidem graviter: deſperatione indagandae veritatis. Sed tamen ei cum indicaſſem, non me quidem iam eſſe Manichaeum, ſed neque Catholicum Chriſtianum, non quaſi inopinatum aliquid audierit, exſilivit laetitia: cum iam ſecura fieret & ea parte miſeriae meae in qua me tanquam mortuum, ſed reſuſcitandum tibi flebat, & feretro cogitationis efferebat, ut diceres filio viduae: Iuvenis, tibi dico, ſurge: & reviviſceret, & inciperet loqui, & redderes illum matri ſuae (*e*). Nulla ergo turbulenta exſultatione trepidavit cor eius, cum audiſſet ex tanta parte iam factum, quod tibi quotidie plangebat, ut fieret, veritatem me nondum adeptum, ſed falſitati iam ereptum (*f*). Immo vero quia certa erat, & quod reſtabat te daturum, qui totum promiſeras: placi-

diſ-

diſſime, & pectore pleno fiduciae reſpondit mihi, credere ſe in Chriſto, quod priuſquam de hac vita emigraret, me viſura eſſet fidelem Catholicum. Er hoc quidem mihi. Tibi autem fons miſericordiarum preces & lacrymas denſiores, ut (*g*) accelerares adiutorium tuum, & illuminares tenebras meas; & ſtudioſius ad Eccleſiam currere, & in Ambroſium ora ſuſpendi (*b*) ad fontem ſalientis aquae in vitam aeternam. Diligebat autem illum virum ſicut Angelum Dei (*i*), quod per illum cognoverat me interim ad illam ancipitem fluctuationem iam perductum, per quam tranſiturum me ab aegritudine ad ſanitatem, intercurrente artiore periculo, quaſi per acceſſionem, quam criticam Medici vocant (*k*), certa praeſumebat.

A. Ch. 384.
Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII.
Dam. XVIII.
Valent. IX.
Theod. VI.

(*a*) *Et quaerebam te foris a me.* = Foris ſe Deum quaeſiiſſe adſerit crebro Auguſtinus. S. Hieronymus Epiſt. 25. ad S. Paulam de obitu Blaeſillae eius primogenitae filiae ſeptimo a nuptiis menſe, poſt maritum, e vivis ereptae, poſt med. haec haber: *Non debemus exire de Templo, ideſt de propoſito Chriſtiano; non foras egredi, incredulitati videlicet gentilium commiſceri: ſed eſſe ſemper intrinſecus, ideſt, voluntati Domini miniſtrare.* Foris ergo, nempe extra Eccleſiam, apud Manichaeos Deom, veritatem fruſtra Auguſtinus quaeſivit.

Sed quidquid ſit de aliis locis: Heic ſenſu plane diverſo loquitor Auguſtinus. Quaerebat Deum foris, ſcilicet in occidente littera Scripturarum, non in ſpiritu vivificante: *Et vidi in dextera ſedentis ſupra thronum librum, ſcriptum intus, & foris: ſignatum ſigillis ſeptem.* Apocalypſ. 5. 1. & Ezechiel. 2. 9. *Littera occidit, ſpiritus autem vivificat.* 2. *Cor.* 3. 6.

Quaerebat Deom foris, quia in corporalibus formis eum conſtituebat. *Foris a me*, inquit quia interior homo ſpiritum mentem ſignificat: exterior corpus humanitatem. *Licet is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur; tamen is, qui intus eſt, renovatur &c.* 2. Cor. 4. 16. De quo diximus alibi.

Utraque expoſitio ex dictis, & ex dicendis ſtabilitur. Non adhuc bene adtenderat Auguſtinus Iſaiam dicentem: *Non clamabit, neque accipiet perſonam, nec audietur vox eius foris* 42. 2. & ipſum Deum in earne Lucae 17. 21. *Regnum Dei intra vos eſt.*

(*b*) *Et veneram in profundum maris, & diffidebam &c.* = Qui de optimi Dei providentia diffidit, eam eſiam contemnit; illius autem contemnere eſt, qui in malorum profundum venit: *impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit.* Prov. 18. 3. Audi S. Doctorem in Pſal. 142. ad v. 7. n. 13. *Hanc profunditatem lacum appellat plerumque Scriptura, in quam profunditatem cum venerit peccator, contemnit. Quid eſt, contemnit? Iam nec ullam providentiam deputat: aut ſi deputat, ad eum ſe pertinere non putat.* Quanquam vero divinam providentiam nunquam expreſſe Auguſtinus inficiatus ſit; ot ex pluribus, maxime ex iis qoae c. 16. habentur, liquet; De veri tamen inventione deſperans, oblique, & non adtendens eam laeſit.

At ſi bene cuncta mediteris, intelliges deſperationem hic non adeo proprie, ſed qoadam amplificatione poſitam. Qualiſcunque aotem illa deſperatio erat de religionis, non de cuiuſconque rei veritate.

(*c*) *Iam venerat ad me Mater, pietate fortis.* = Non ergo carnali amore, vel deſiderio fortis. Recole dicta l. 5. c. 8. K. An vero haec molier, de qua Prov. 31. v. 10., & 12. *Mulierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri* (dic tu, *filii*) *ſui &c.*

Longum & ſalebroſum a generoſiſſima Monnica arreptum, conſummatumque iter confirmat illod Chryſoſtomi Homil. 30. in epiſt. ad Rom. ſub finem: *Vides Generoſas mulieres, quas in virtutis curſu nihil impedivit naturae imbecillitas? & valde merito &c.* Et forte eadem generoſiſſima femina ex Africa ſolvens, his, aut non admodum diſſimilibus verbis apud ſemetipſam loquuta eſt:

A. Ch. 384.
Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

„ Dolor perchè mi meni
„ Fuur di camin . . . .
„ Suſtien ch' iu vada uve 'l piacer mi
„ ſpinge (1).

Meminit Auguſtinus lib. 9. cap. 11. n. 1. cuiuſdam ſui fratris, *Frater autem meus quiddam loquutus eſt &c.* de quu ibi dicemus. Hunc ſuam in ſocietatem duxiſſe Munnicam, maxime veroſimile eſt; Tum quod dedeceret ipſam ſolam, aut ſaltem decerens eſſet aliquu ſuae familiae ſociatam tantu ſe committere itineri; Tum quia ſi hiſtoriae ſeries penſetur, maniſeſtum fiat, ſolum ex ſua familia ſolviſſe Auguſtinum ex Africa; Quandu igitur niſi cum Matre frater ille, hoc eſt Navigius Mediulanum veniſſet?

(*d*) *Et in periculis omnibus de te ſecura*, = Si Deus enim pru Munnica, quis contra eam? Quam haec a tua, u Ionas, diverſa ſcena? Tu navem immergis: Munnica ipſam cum nautis liberat! Quam vero honeſto, pio, ac nobili animo per maris diſcrimina apud ſe volviſſe Munnicam putas haec quae alius vano calamu, vanaque mente edidit (2)?

„ Paſſa la nave mia . . . .
„ Per aſpro mare a mezza nutte il
„ verno
„ Infra Scilla, e Cariddi, ed al go-
„ verno
„ Siede il Signor . . . .
„ A ciaſcun remo un penſiero prun-
„ to . . . .
„ Che la tempeſta . . . par ch' abbia
„ a ſcherno
„ La vela rompe un vento umidu
„ eterno
„ Di ſuſpir, di ſperanze, e di deſio
„ Piuggia di lagrimar &c.

Vel ut alius in eumdem imitatione oppoſita (3):

„ Paſſa la nave mia, che porta il core
„ Suttu un ſereno ciel di ſtelle a-
„ durno
„ Per queſtu mare: e ſta la notte,
„ e 'l giornu
„ Spiandu i venti al ſuo governo a-
„ mure.
„ A ciaſcun remo un bel deſio d' o-
„ nore
„ Non teme di furtuna oltraggio, e
„ ſcornu
„ Empie la vela, e raſſerena in-
„ turno
„ Aura di gioia, e tempra il dolce
„ ardure.
„ Nebbia non lenta mai di fieri ſdegni
„ Le ſarte, che di fede, e di ſpe-
„ ranza
„ Ha di ſua manu il mio Signore
„ atturtu
„ E ſcuupro i due luceuti amici ſe-
„ gni
„ E vive la ragione, e l'arte avanza
„ Tal ch' iu già prendu il deſiato
„ porto.

Haec inquam Auctorum ſublato propoſito, in ore vel mente Monnicae, navim conſcenſae, & longa maria Dei ſui ſponſi providentia feliciter traiicientis ponere haud indecens eſt.

Gulielmus Cave haereticus Anglus SS. Th. Pr. pſeudocanonicus Windeſor. in Scriptorum Eccleſiaſticorum Hiſturia Litteraria, de ſaeculo Ariano, n. 396. hunc Monnicae adceſſum his verbis enarrat. „ Interea Monica de filii ſalute „ ſummopere ſullicita, Mediolanum ve- „ nit: & iam verum eſſe experta eſt, „ quud epiſcupus quidam (cuius aures „ quutidianis precibus, & gemitibus „ obtuderat, ut in filio ad meliorem „ frugem reducendo laboraret) ſubſtu- „ machans dixerat; *Vade*, inquit, *a* „ *me, ita vivas, fieri enim nun poteſt,* „ *ut filius iſtarum lacbrymarum pereat.*„

In parentheſi, mi Guilielme, quam ex tuu addidiſti, prurſus aberraſti. Si enim diligentius Auguſtini hiſtoriam expenderis, intelliges plane, nun *quotidianis precibus. & gemitibus*: ſed unius tantum adceſſus, & colloquii repetitis precibus, & gemitibus Munnicam pii, & docti Epiſcupi aures utcunque obtudiſſe.

(*e*) *Et reviviſceret, & inciperet loqui, & redderes illum matri ſuae.* = Et illuminaretur, ſeu, curde crederet; & inciperet curde, ſeu animo cunceptam fidem etiam ore cunteſtari; iuxta illud Apoſtoli Rom. 10. v. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem*; Et reddere illum Eccleſiae. *Redderes*, inquit, quia iam ulim in Eccleſia a pietate Matris conſtitutus, Manichaeorum vaſritie ſublatus fuerat. Licet Benedictini legant, *traderes*.

Ad-

(1) Franciſc. Petrar. german. cant. de Oculis Laurae 2. parte, cant. 18. 4.

(2) Franc. Petr. Epigramm. ital. 157.

(3) Torquatus Taſſus.

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

Adludit nempe, ut vides, apertiſſima allegoria ad filium Viduae Naim (1), quem optimus Salvator noſter matris lacrymis, gemitibuſque miſericordia motus, e feretro vivum ſurgere imperavit. Verum allegoria haec Monnicam inter, & viduam Naim non ad id etiam extendenda eſt, ut ſicut huic, ita illi fuerit unigenitus filius; quomodo eam extendiſse videtur Martinus V. Romanus P. qui in Serm. de Tranſlatione corporis S. Monnicae, paulo poſt initium ita loquitur: *Nihil aliud ſollicita, quam ut unius filii Auguſtini ſalutem pareret*. Et inferius. „ Unigenitus hic fuit Matri, ut intelligas non „ ad unius propagationem, verum ad totius ordinis utilitatem eas nuptias quaeſitas eſſe; quippe uno contenta; ſatis „ habuit unius vitam omnium gentium „ beneficio peperiſſe.] Et paucis interiectis. „ Quis eodem ipſo Auguſtino „ referente, omnes clamores explicet, „ quibus illa dies noctesque pro unius „ filii, non incolumitate corporis, ſed „ &c. „

Alterius etiam filii, nedum Auguſtini matrem fuiſſe Monnicam vidimus: litt. C. Martini verba, potiſſimum medium obtinentia locum, difficile exponuntur, Forte tam elegans Rhetor amplificatione uſus eſt, Monnicae ſolicitudini innixa; tali quippe religioſa femina Auguſtini ſalutem diligentius curavit: ac ſi eſſet unigeniti mater. Fuit etiam Monnica unigeniti mater, non in re, ſed quoad adparentiam, & eius hiſtoria ſpectata; Revera enim haec Confeſſionum hiſtoria, ſi verba litt. C. laudata excipias, nonniſi Auguſtinum, & Monnicam reſonat. Alibi vero, ut l. 1. c. 6. D. n. 3. vidimus, vix una periodus de altero filio, hoc eſt Navigio reperitur.

(*f*) *Veritatem me non adeptum, ſed falſitati iam ereptum*. = Me quidem non prorſus Catholicae iunctum Eccleſiae: ſed a Manichaeis omnino avulſum. Et ex hoc loco ipſum Academicorum ſynagogae nomen ſerio nunquam dediſſe manifeſte deducitur; Si enim a Manichaeorum laqueis expeditus, Academicorum involucris ſe implicaſſet: nec *veritatem adeptum*, nec *falſitati ereptum* Mater illum inveniſſet.

(*g*) *Lacrymas denſiores, ut &c.* = In codice Albinenſi, B. B. teſtibus, additur, *fundere*. Cur ipſi vocem illam minime in textum retulerint ignoramus. Nos eatenus, quia ſimile quid ſubintelligi manifeſtum eſt: Et quod ſi dictio omnino complananda ſit, verbum illud non integre ſuppleat; Unde prudentius viſum eſt dictionem ſubintelligendis innixam relinquere: quam id addere, quod adhuc aliud quidpiam deſiderabat. Sequentibus autem verbis, *accelerares adiutorium tuum, & illuminares &c.* Davidis deſideria, vel preces imitatur: *Deus in adiutorium meum intende; Domine ad adiuvandum me feſtina*, Pſal. 69. 1. *Accelera ut eruas me*, Pſal. 30. 2. *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas*, Pſal. 17. 29.

(*h*) *Et ſtudioſius ad Eccleſiam currere: & in Ambroſium ora ſuſpendi*. = Ita Benedictini, qui inquiunt. „ Ita potiores MSS. editi vero, *currerem*, &c.] Nobiſcum ſunt duo MSS. S. Mar. & forte Car. nec non aliquae editiones Baſil. & Som. Communior lectio ea videtur, *currerem, & in Ambroſii ora ſuſpendi*, quam habent 3. MSS. S. Cr. Ricar. Feſ. & forte Car. & Wangn. At *currerem*, & *ſuſpenderer* praeferunt Vet. MS. S. Cr. MS. S. Mar.

Ambiit Monnica Auguſtinum ad fontem ſalientis aquae ſuſpendi, de quo Ioann. 4. 14. *Aquam, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae ſalientis in vitam aeternam*. Et etiam ad fontem aquae, de qua Ioan. 3. 5. Chriſtus Nicodemo: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu-Sancto non poteſt intraire in regnum Dei*.

(*i*) *Sicut Angelum Dei*. = Ambroſium Monnica diligebat, & venerabatur, ſicut Davidem, Achis; Mulier Thecuitis, in cuius ore Ioab metaphorica verba poſuerat; Et Miphiboſet; De primo recole Reg. 29. 9. De muliere 2. Reg. 14. 17. & 20. De Miphiboſet 2. Reg. 19. 27. Vide & Galat. 4. 14.

Merito autem Ambroſium converſionis ſuae miniſtrum Angelum vocat: ipſe quippe S. D. Serm. 7. de Rubo &c. (Alias 6. ex Carthuſiae MSS. edito) n. 3. *Angelus enim officii nomen eſt, non naturae, nam angelus graeca qui latine, nuntius appellatur. Nuntius ergo actionis nomen eſt &c.* In Pſal. 103. Serm. 1. ad v. 4. n. 15. „ Spiritus autem angeli ſunt: & cum ſpiritus ſunt, „ non ſunt angeli; cum mittuntur, „ fiunt

(1) Luc. 7.

Digitized by Google

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 13. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

„ ſiunt angeli. Angelus enim officii nomen eſt, non naturae. Quaeris nomen huius naturae? Spiritus eſt. „ Quaeris officium? Angelus eſt &c.] Et proſequitur id ipſum explicare. Quod obſervat etiam in Pſal. 135. n. 3. Serm. 37. de Lectione Prov. Salom. (Alias, de Diverſis 45.) c. 13. n. 9. Serm. 125. de Quinque porticibus, ubi multitudo &c. Ioan. 5. (Alias, 15. ex Sirmondianis) n. 3. Tract. 24. in Ioan. n. 7.

(*k*) *Quaſi per adceſſionem, quam criticam Medici vocant.* = Nonnulli MSS. Florentini, *creticam*. MSS. S. Mar. & alii nobiſcum, *criticam*. Criſis, vel Criticae apud Galenum, ceteroſque Medicos innumeri ordines, & gradus ſunt: immo & innumerae ſpecies. Ne autem fruſtra plura dicamus: Criſis, de qua hic Auguſtinus loquitur, ultima morbi ſaevities eſt, qui naturam, iamiam ſuis e manibus exeuntem ſummos conatus, & acriores vires exercet. Poſtremi ſiquidem nedum morbi, ſed & ceterarum rerum motus, atque conatus validiores ſunt. Criſis idem eſt ac iudicium, ſententia; cumque ſummus ille infirmitatis conatus in certam aut ſalutem, aut mortem vergat: criſis dicitur: utpote ex quo inconcuſſum iudicium, & certa ſententia pendeat.

Nunc ad allegoriam; Auguſtini fides eo ducta, ut nec Manichaeis, nec Catholicis: nec alteri ſe religioni committeret: ad ſummam fluctuationem, ultimamque pugnam adceſſerat; Et en critica, ex qua ſagaciſſima Mater proximam bonam fidem, & ſpiritualem ſalutem argumentata eſt.

Utitur hac ipſa allegoria S. Doctor in Pſal. 72. v. 14. n. 20. „ Magnam quaeſtionem ſibi fecit. Agitatur anima, tranſit anima tranſitura „ ad contemnenda terrena, & concupiſcenda aeterna. Tranſitus eſt ipſius „ animae in hac cogitatione; ubi fluctuat in quadam tempeſtate, perventura eſt ad portum. Et quomodo „ ſolent aegri, qui lentius aegrotant, „ cum ſanitas longe eſt; vicina ſanitate plus aeſtuant; Aceeſſionem creticam (1) medici vocant, per quam „ tranſitur ad ſanitatem: maior ibi „ aeſtus, ſed ducens ad ſalutem, maior ibi ardor, ſed vicina refectio. „ Sic ergo & hic aeſtuas &c. „

C A P U T II.

A R G U M E N T U M.

Matris pietatem, & modeſtiam celebrat: quae iuxta Africae conſuetudinem, ad Sanctorum Memorias in caritatis officium epulas deferens: ubi id generis licet pium exercitium ab Ambroſio vetitum novit, religioſe conticuit; Inſigni utique fortitudine: quidquid enim alii factitarent: ipſa ubique commendabilis, conſuetudinem illam in ſe extra prudentiae, & ſobrietatis fines haud ſinebat excurrere. Cenſet tamen vehementer probabile: eamdem ſuam Matrem de ea delenda conſuetudine difficile fuiſſe ceſſuram, ſi ab alio inhibitio eſſet, quem non eo quo Ambroſium obſequio ſuſpiceret. At mutum fuiſſe obſequium illud addit; Adeo quod idem Antiſtes ſibi occurrenti eximiis laudibus de tantae Matris ſorte gratularetur.

ITaque cum ad Memorias ſanctorum, ſicut in Africa ſolebat, pultes, & panem, & merum adtuliſſet, atque ab oſtiario prohiberetur: ubi hoc Epiſcopum vetuiſſe cognovit, tam pie atque obedienter amplexa eſt, ut ipſe mirarer (*a*), quod tam facile accuſatrix potius conſuetudinis ſuae, quam diſceptatrix illius prohibitionis effecta ſit. Non enim obſidebat ſpiritum eius vinolentia, eamque ſtimulabat in odium ve-

(1) In editis, *criticam*. At in omnibus MSS. per e inſcriptum eſt *creticam*.

Digitized by Google

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. I X. Theod. VI.

veri amor vini, ſicut pleroſque mares & feminas, qui ad canticum ſobrietatis, ſicut ad potionem aquatam madidi nauſeant. Sed illa cum attuliſſet caniſtrum cum ſolemnibus epulis praegustandis atque largiendis, plus etiam quam unum pocillum (*b*) pro ſuo palato ſatis ſobrio temperatum, unde dignationem ſumeret (*c*), non ponebat. Et ſi multae eſſent, quae illo modo videbantur honorandae memoriae defunctorum, idem ipſum unum, quod ubique poneret, circumferebat: quod iam non ſolum aquatiſſimum, ſed etiam tepidiſſimum (*d*), cum ſuis praeſentibus per ſorbitiones exiguas partiretur; quia pietatem ibi quaerebat, non voluptatem. Itaque, ubi comperit a praeclaro praedicatore atque antiſtite pietatis praeceptum eſſe, iſta non fieri, nec ab eis, qui ſobrie facerent, ne ulla occaſio ſe ingurgitandi daretur ebrioſis; & quia illa quaſi parentalia, ſuperſtitioni (*e*) gentilium eſſent ſimillima, abſtinuit ſe libentiſſime, & pro caniſtro pleno terrenis fructibus, plenum purgatioribus votis pectus ad memorias martyrum adferre didicerat; ut & quod poſſet daret egentibus, & ſic communicatio Dominici corporis illic celebraretur; cuius paſſionis imitatione immolati & coronati ſunt martyres. Sed tamen videtur mihi, Domine Deus meus, & ita eſt in conſpectu tuo de hac re cor meum, non facile fortaſſe (*f*) de hac amputanda conſuetudine Matrem meam fuiſſe ceſſuram, ſi ab alio prohiberetur, quem non ſicut Ambroſium diligebat, quem propter ſalutem meam maxime diligebat (*g*); eam vero ille, prope eius religioſiſſimam converſationem, qua in bonis operibus tam fervens ſpiritu frequentabat Eccleſiam: ita ut ſaepe erumperet, cum me videret, in eius praedicationem (*h*), gratulans mihi, quod talem matrem haberem, neſciens qualem illa me filium, qui dubitabam de illis omnibus, & inveniri poſſe viam vitae minime putabam.

(*a*) *Ut ipſe mirarer &c.* = Sic cum Benedictinis, eorumque MSS. necnon octo e noſtris, & Am. Er. Ar. Som. Wangn. ſic inquam legendum: Non ut apud Vet. Bad. Lov. & optimi S. Crucis MS. marginem, forte aliena manu: *ut ipſe miraretur*. Quippe ille miratus eſt, qui admirationis argumenta tenebat, qui alius non fuit ab Auguſtino, qui proſequitur: *Non enim obſidebat &c.* Maxime quoniam inferios addit credere ſe, Matrem inhibitionem ab alio factam non facile probaturam: cum quo optime cohaeret ſe miratum eſſe &c.

Monent autem hic Benedictini „Ceterom conſuetudinem, qua de hic agitur, tota licet Africa pridem receptam, quoniam in comeſſationes, & ebrietates deflexerat, reſcindere ſimilitee aggreditur Auguſtinus: & de ea re ſcribit ep. 22. ad Aurelium Carthaginenſem. Quin etiam Hipponenſem eccleſiam ipſe nondum epiſcopos ab hocce more penitus revocat; ſicuti fidem facit epiſtola 29. ad Alypium, quae hic nunc primum io locem prodit.

Sacrorum Conviviorum, ſeu Agapeu uſus ab Apoſtolis fluxit; fiebatque in Natalitiis, Funeribus, & Connubiis. Apud Africam quidem potiſſimum, ſed apud oniverſum propemodum orbem ea conſuetudo nonnihil invaluerat. In comeſſationes, & ebrietates quam maxime: ſed & in ſuperſtitiones apud quosdam deflexerat. Amplae vaſtiſſimaeque hoius rei hiſtoriam vel etiam compendio commentariis hiſce, quae maxime brevitatem poſtulant complecti non poſſumus. Vide, ſi lubet, Auguſtinum l. 20. contra Fauſtum, c. 20. l. 8. de Civit. c. 27. Tertullianooi Apolog. c. 39. Cyprianum Epiſt. 66. ad clerum Furnenſem. Gregor. Nazianz. de Vit. diff. Chryſoſtomom io cap. 11. epiſt. 1. ad Cor. Homil. 27. initio: & in illud Pauli, *Oportet haereſes eſſe &c.* Hieronymum Epiſt. 22. Paulinum ad Aletiom ep. 11. Con-

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

11. Concilium Carthag. 3. c. 30. an. 397. canon. Trull. 74. Sed magis proficies, eos conſulens, qui Patrum, & Conciliorum ſententiis collectis, de eius Convivii inſtitutione, ac ſuppreſſione ex propoſito diſſeruerunt. Quales fuere Baronius tom. 4. Annal. Eccleſ. ad an. 384. n. 29. Et ad an. 391. n. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. Spondanus ad an. 57. n. 39. & 40. Odoricus Raynaldus ad 384. n. 35. Noriſius t. 4. in Appendice ad Donatiſtarum Hiſtoriam, ſect. 1. De Sportularum origine, & uſu, cum apud Romanos, tum apud Chriſtianos antiquos. De Agapetis, & Salgamariis.

(b) *Quam unum pocillum.* = Haec communior eſt lectio, quam habent B. B. Vet. Baſil. Lov. Sum. Wangn. & ante ipſos duo MSS. S. Cr. quamquam obſcure 4. Med. MS. S. Mar. Ricar. Car. Sed unus MS. S. Mar. unus S. Cr. *pugillum.* Feſ. & forte 2. MS. S. Mar. & Car. *procillum* Am. & Er. *potilum.*

Ex omiſſis lectionibus, ea quae habet, *pugillum* omnium veroſimillima eſt: *pugillus* enim eſt parvus pugnus, ſeu res quae parvo pugno capi poteſt: *Marrubii ſemen cum farris pugillo decoctum.* Plinius l. 20. c. 12. Non conſtat autem quid ſit, *potilum*; ut mirum ſit *Eraſmum* qui verborum tantam peritiam iactavit, illud retinuiſſe. Eſt autem *pocillum* poculi diminutivum: *parvum poculum.* Sic Liv. l. 10. c. 42. in fine: *Voverat Iovi victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet: pocillum mulſi.*

Exhibet hic Auguſtinum prudentiam, & ſobrietatem ſuae matris in conviviorum adminiſtratione, ut eius obedientiae inſignia detegat: piam enim conſuetudinem propter crapulas, vinolentiam, aliaſque ortos abuſus Ambroſius ſubſtulerat.

(c) *Unde dignationem ſumeret.* = Et haec communis eſt lectio (quam habent MSS. 4. Med. &c.) in qua nullam B. B. diſcrepantiam obſervarunt. Verum Am. & Er. legunt, *indignationem*; Decepti ni fallimur, hi ſunt ſuſpicati Auguſtinum adludere ad illud Apocalypſ. 16. 19. *Dare illi calicem vini indignationis irae eius.* Vel ad alterum 1. Cor. 11. 29. *Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.* Quaſi nempe ſenſus ſit Monnicam vini pocillum tuliſſe, non magnum poculum, ne ſe vel ceteros vinolentiae periculo exponens, Dei iudicium, Dei iram, Dei indignationem incurreret. Sed id non ſignificari tenui etiam diligentia integrum ſermonem penſanti manifeſtum erit.

Dignatio idem eſt ac *dignitas*, *honor*, *amplitudo*. Unde Suet. Aug. c. 46. *Iure, ac dignatione Urbi quodammodo adaequavit.* Et Cic. Att. l. 4. *Nec quiſquam niſi de dignatione laborat.* *Dignationem*, *honorem* appellat ſumtionem vini factam a deferente convivium: quia erat illa velut ducis ſignum quo dato ceteri movebantur: nempe cum ſorbuiſſet vinum eius dominus, pauperes inde ſorbebant. Sed facta a domino vini ſumtio alia etiam ratione dignatio appellabatur, aut appellari poterat: quatenus ſcilicet id vocabulum etiam pro gratia, vel urbanitate ponitur: *Appius haud ita multo poſt in principum dignationem pervenit.* Liv. l. 2. Actio enim illa ſe quidem cuiuſdam honoris erat, ſed in pauperum gratiam, ut laete, amice, & domeſtice ſorberent, adſumebatur.

Integri ſermonis hic ſenſus eſt: Monnicam in conviviis ad Sanctorum Memorias delatis, pietatem, ſeu pauperum levamen omnino, nihil voluptatem propriam reſpexiſſe; quandoquidem ut *dignationis* teneret morem; ut omni urbanitate pauperes ad ſorbendum adliceret, nonniſi pocillum vini ferebat, ex quo ipſa ſorbillaret.

(d) *Quod iam non ſolum aquatiſſimum, ſed etiam tepidiſſimum.* = Ita reſtituunt, vel ſupplent Benedictini in margine, non imo, ſed laterali; qui tamen cum codicum pleriſque in textu habent; *quo iam non ſolum aquatiſſima, ſed etiam tepidiſſimo.*

Hanc tamen reſtitutionem improbavit *Pherepons*, ceu nimiam: breviorem alteram ipſe exhibens. „ Coniiciunt in „ margine viri docti: *Quod non ſolum* „ *aquatiſſimum, ſed etiam tepidiſſimum.* „ Sed minore mutatione ſanabitur hic „ locus, ſi legamus, *potaretur*; ut ſuadent etiam ſequentia; *quia pietatem* „ *ibi quaerebat, non voluptatem.* „

Nos tamen *Pherepone* cenſemus te longe infelicius hunc locum ſanaſſe. Adeo ubique, & ſemper talem te prodis, cui clementes homines plures concedantur, non qui magni Auguſtini volumina, temporis iniuria corrupta poſſis ſanare. Medicinae tuae prima verba ea ſunt: *minore mutatione.* Materialis es homo, & Geometricas caſulas ulna menſuras! Minore ſcilicet mutatione pro materia ad ſummum, ſed non pro forma; Tu novum verbum intrudis:

Pa-

Patres nominis caſum ex una pendentem littera mutant, ablativum ad accuſativum deferentes; *quo*, ad *quod*: Duo autem adiectiva formalem difficultatem non augent, cum ſubſtinentis nominis, *quod*, caſum ſequantur. Dele etiam illud verbum, *ſanabitur*: Ineptiſſimus enim medicus pharmacopolae quanquam officina evacuata, adhuc vel nihil, vel nimis modice infirmum ſanaſti: & verbo enim *potaretur* intruſo, adhuc ſermo vel implexus, vel barbarus eſt. Fruſtra pariter iactas medicinam tuam a ſequentibus verbis, *quia pietatem &c.* commendari; ſumus enim ſemper in eodem, & uterque rivulus in eamdem foſſam labitur; eatenus ſiquidem partiebat pocillum Monnica ut potaretur.

Et tandem, recole quid de alio tuo pharmaco dixerimus l. praeced. c. 13. E. Qua codicum auctoritate novum verbum in magni Auguſtini textum intrudis? Quid dicis in impio infami, petulantiſſimo libello, cui titulus: *Iohannis Clerici Quaeſtiones Hieronymianae, in quibus expenditur Hieronymi nupera editio Pariſina, multaque &c.* eius inquam libelli q. 1. n. 7. circa med. codicibus etſi in re obſcura, & ut ipſi videbatur, abſurda conſentientibus *Eraſmum* mordicus inhaerentem ſic laude refers. „ Igitur ita habet celeberrimus ille Roterodamus Criticus; *Cum exemplaria conſentirent, non auſus ſum immutare ſcripturam, tametſi ſenſus videbatur abſurdus.*] Editor enim, atque Interpres, te ipſo teſte, MSS. codices debet bene tractare: tu autem nec bene, nec male tractaſti, quandoquidem nec vidiſti? *Sexto loco diximus Editorem, atque Interpretem Hieronymi oportere eſſe adſuetum tractandis MSS. codicibus &c.* Eodem n. 7. initio.

Quam ob rem, ut ingenue loquamur, ſi vel de leviſſima culpa hac in re Benedictini arguendi ſunt, ea eſt, quod ita textus correctionem inſinuaverint, ut tamen an eadem alicuius codicis auctoritate gaudeat, non explicaverint. Ceterum aliqua gaudere, prodimus nos; praeferunt ſiquidem iuxta correctionem illam Auguſtini textum Sam. Wangn. unus MS. S. Cr. quibus addere poſſumus eos Flor. MSS. qui habent: *Quod non ſolum aquatiſſimo &c.* (3. Med. &c.) primum enim verbum, *quod*, ſatis inſinuat legendum eſſe, aquatiſſimum. Unus Med. favet Lov.

A. Ch. 384.
Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

(e) *Quaſi parentalia, ſuperſtitioni &c.* = Explicat, & perſtringit ſuperſtitioſa parentalia S. Doctor in Pſal. 48. Serm. 1. de prima parte Pſal. ad v. 12. n. 15. ubi. „ Quid faciunt, quid „ proſunt tabernacula eorum? Quid? „ Audi: *invocabunt nomina eorum in* „ *terris ipſorum*. Quid eſt hoc? Tol„ lent panem, & merum ad ſepul„ cra, & invocabunt ibi nomina mor„ tuorum. Putas quantum invocatum „ eſt nomen illius divitis (1) poſtea, „ quando inebriabant ſe homines in me„ moria ipſius, nec deſcendebat una „ gutta ſuper linguam ipſius ardentem? „ Ventri ſuo ſerviunt homines, non „ ſpiritibus ſuorum. Ad ſpiritum mor„ tuorum non pervenit &c.] Et Serm. 361. de Reſurrectione 1. (Alias, de Diverſis 120.) c. 6. n. 6. „ Et haec „ quidem (*epulas ad mortuorum ſepul*„ *cra ferre*) irriſit etiam Scriptura, di„ cens de quibuſdam bona praeſentia „ non ſentientibus: *Tanquam ſi epulas*, „ inquit, *mortuo circumponas* (2); & „ manifeſtum eſt hoc ad mortuos non „ pertinere, & conſuetudinem hanc eſſe „ paganorum, non venire de propagine „ illa, & vena iuſtitiae patrum noſtro„ rum Patriarcharum, quibus exſequias „ celebratas eſſe legimus, parentatum „ eſſe non legimus. Hoc etiam in mo„ ribus Iudaeorum animadverti poteſt: „ non enim tenuerunt inde virtutis fru„ gem, ſed tamen tenuerunt in quibuſ„ dam ſolemnitatibus conſuetudinis ve„ tuſtatem. Et quod obiiciunt quidam „ de Scripturis, *Frange panem tuum,* „ *& effunde vinum tuum ſuper ſepul*„ *cra iuſtorum, & ne tradas eum inio*„ *ſtis* (3); non eſt quidem de hoc diſſeren„ dum, ſed tamen poſſe dico intelligere „ fideles quod dictum eſt. Nam quemad„ modum iſta fideles faciant religioſe erga „ memorias ſuorum notum eſt fidelibus &c.

Verum quomodo pia illa Fidelium ſuper Martyrum ſepulcra convivia ſenſim vitiata a nonnullis ſint, paganorum parentalibus facta ſimilia, & in Africa etiam, ipſo Auguſtino acriter ſuadente, ſublata fuerint, ex ipſius S. Doctoris Epiſt. 22. (Olim, 64.) & 29. noviſſime a Benedictinis ex MS. codice P. P. Ciſtercienſium S. Crucis in Ieruſalem in Urbe eruta cognoſcere poteris.

Memorias Sanctorum pro ſepulcris ab Auguſtino uſurpatas innuit *Eraſmus* in laterali margine: *Memorias. ſepultu*

(1) Lucae 16. 24.
(2) Eccleſiaſtici 30. 18.
(3) Tob. 4. 18.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dom. XVIII. Valent. IX. Thedd. VI.

vocat. Id ſatis liquet ex dictis; Item Serm. 1. in Pſal. 48. n. 15. *Quando cogitat* (dives) *ſibi memoriam marmoratam aut exſculptam facere, quaſi de domo aeterna cogitat quaſi ibi manebat ille dives; Si ibi maneret, non arderet, apud inferos*.

(*f*) *Non facile fortaſſe &c.* = Ambae, ut vides, hae voces diminuunt; ſeu prima diminuit, innuens Monnicam non, nullo modo, ſed non facile ceſſuram; altera & tenuem reſiſtentiam illam in dubio relinquit. Nunc vero iterum diligenter Auguſtini ſuſpicionem adtende; Non eſt hic ſermo de obſervantia legis, ſed de lege condenda; latae ab Antiſtite quocunque legi mox, & omni obſequio Monnica obtemperaviſſet; At utrum propter quorumdam abuſum, conſuetudinem piam, omni ſobrietate, & religione a pluribus obſervatam, inhibere, ac prorſus e medio tollere, ſanctum, & prudens eſſet forte dubitaſſet.

Quod quidem obſervandum duximus, ne quiſquam aut pinguis minervae, aut precipitis iudicii haec legens arbitretur ab Auguſtino Matrem ſuam piiſſimam, prudentiſſimamque feminam illam nonnihil equidem piis, ſed & admodum cerebroſis mulierculis quibuſdam comparatam, quae pietatis ſpecie: nimirum ut pietati, quam ſibiipſis fabricarunt, mordicus haereant, Sacerdotum, Confeſſariorum, Praeſulumque iuſſa parvipendunt.

(*g*) *Quem propter ſalutem meam maxime diligebat*. = Et propter ſanctitatem diligebat: & aliqua ſalus Filio data dilectionem foverat. Hic autem dilectio fere pro obſequio ponitur.

Propter ergo auctoritatem Ambroſii, quem velut Angelum divino Monnica intuebatur obſequio, eius conſuetudinis abrogationem libentiſſime tulit. His autem coniecturis Auguſtinus quid niſi eximiam, conſtantiſſimamque Matris caritatem prodit? Cum autem pauperculis ſe genitoribus ortum alibi Auguſtinus conteſtetur: cito oportet ſubfundi pudore Matronas quaſdam, a quorum crumenis nec Ambroſii, nec Chryſoſtomi facundia quidquam extraheret. „ Quomodo autem dices, *Miſerere mei* „ *Domine ſecundum magnam miſericor-* „ *diam tuam*, *& ſecundum multitudi-* „ *nem miſerationum tuarum dele iniqui-* „ *tatem meam* (1): cum tu non ſecundum „ magnam miſericordiam miſerearis? For- „ taſſe autem neque ſecundum parvam; „ etenim vehementer erubeſco: quum „ video multos divites auro opertis e- „ quis vectari, & ſervos auratis ve- „ ſtibus indutos ducere, argenteos le- „ ctos habere, & alia plura vanita- „ tis plena. At quum in pauperes e- „ rogare oporteat, pauperrimis paupe- „ riores factos videmus ..... An ne- „ ſcis quod non tam pauperum gratia „ eleemoſynae legem ſtatuit Deus, „ quam eorum, qui exhiberent?] S. Ioann. Chryſoſtomus in epiſt. 1. ad Cor. c. 9. Homil. 21. ante finem.

(*h*) *In eius praedicationem*. = Lectionem hanc firmiſſime teneas; quam habent Benedictini: & ante eos praeter MSS. ab ipſis viſos, 3. S. Cr. totidem Med. unus S. Mar. Ricar. Licet Vet. Blas. Er. Lov. Som. Wangn. quibus perperam ſuffragantur quinque MSS. noſtri praeferant, *praedicatione*. Non loquitur Auguſtinus de hora, qua Ambroſii concionibus adſtans, ab eo viſus &c. Quis enim vel etiam fingere ſibi poſſit, concionis tempore Ambroſium Auguſtino de Matris meritis gratulatum? Maxime quoniam verbum, *erumperet*, niſi praedicationem intueatur, ſuſpenditur.

Videns igitur Auguſtinum Ambroſius, ſaepe in Matris praedicationem, hoc eſt laudes erumpebat, gratulans &c. *Praedicationem* inquit, non, laudem: quia praedicatio non quaecunque laus eſt, ſed potius, laudum congeries.

Quanquam vero in Monnicae pietatis potiſſimum laudes Ambroſius erumperet: adhuc coniicimus etiam magnanimitate, & fortitudine tantae feminae eumdem ſummum virum raptum, & ad eam celebrandam impulſum.

Non autem admodum veroſimile ac obvium eſt celeberrimae frequentiſſimaeque civitatis Antiſtiti ſola pietate Mulierem adeo notam fuiſſe, niſi & generis ſplendor Magnatibus eam enuntiaverit. Recole dicta l. 1. c.

Ut vero l. 3. c. 8. B. obſervavimus, ad ſedandas Matris anxietates, An peregrini in propria terra ſabbato ieiunare: etiam Mediolani, ubi ea conſuetudo minime vigebat, ieiunii lege adſtringerentur, Ambroſium Auguſtinus percontatus eſt; a quo celebrem illam ſententiam retulit: *Cum Romam venio, ieiunio ſabbato; cum hic ſum, non ieiuno &c.* Cui ſententiae ſimilis eſt altera eiuſdem Ambroſii lib. 3. de Sacramentis, c. 1. poſt med. „ Non igno- „ ra-

(1) Pſal. 50.

„ ramus quod Eccleſia Romana hanc „ conſuetudinem non habeat, cuius ty- „ pum in omnibus ſequimur, & for- „ mam. Hanc tamen conſuetudinem non „ habet, ut pedes lavet &c. Huc ideo „ dico, non quod alios reprehendam, ſed „ mea officia ipſe commendem. In omni- „ bus cupio ſequi Eccleſiam Romanam. „ Sed tamen & nos homines ſenſum ha- „ bemus &c. „

Licet au ſex libros de Sacramentis Ambroſio tuto adſeramus: maxime caput, ex quo recitata verba depromſimus, dubitent etiam num viri eruditi; quorum omnium placita, & momenta recitant Benedictini in prolixa Cenſura, quam eiſdem libris praefixere. Qui profecto dum rem in dubio relinquunt, in partem tamen negantem, ſaltem quoad nonnulla, propendunt. Quorum iudicio, hoc pacto excepto noſtrum calculum addimus.

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. I. X. Theod. VI.

C A P U T III.

A R G U M E N T U M.

Improbat ſe non tam piis ad Deum precibus: quam proprii ingenii conatibus in veritatis cognitionem anhelaſſe. Inde ad Ambroſium: cuius dum honoribus fere ambitioſe invidet: caelibem tamen conditionem, rem velut nimis arduam exhorret. Eiuſdem Antiſtitis interim ſecretiores luctas, ſpiritaleſque delicias ſicut nunquam expertus, ita conicere impotens. Tam eximium Doctorem, mille curis occupatiſſimum dum de controverſiis ad religionem ſpectantibus acri, ſeria, & longa collatione ſciſcitari, & conſulere nequit, ad populum dominico die palam dicentem ſuſpenſo animo adtendit: & magis magiſque ſuadetur Manichaeorum contra divinas Scripturas cavillationes minimi eſſe ponderis, facileque poſſe diſſolvi. At illud potiſſimum ab Ambroſii ſermonibus documentum ingenti gaudio refert: Eximiis conceptibus, atque rationibus hominem ad Conditoris imaginem factum a Catholicis praedicari; non ut Manichaei calumniabantur: quaſi Deus materia diſtenderetur, & humani corporis forma terminatus eſſet.

I. NEc iam ingemiſcebam orando, ut ſubvenires mihi; ſed ad quaerendum intentus (*a*), & ad diſſerendum inquietus erat animus meus. Ipſumque Ambroſium felicem quemdam hominem ſecundum ſaeculum opinabar; quem ſic tantae poteſtates honorarent; caelibatus tantum eius mihi laborioſus videbatur. Quid autem ille ſpei gereret, & adverſus (*b*) ipſius excellentiae tentamenta quid luctaminis haberet; quidve ſolaminis in adverſis: & occultum os eius, quod erat in corde eius (*c*), quam ſapida gaudia de pane tuo ruminaret, nec conicere noveram, nec expertus eram; Nec ille ſciebat aeſtus meos (*d*), nec foveam periculi mei. Non enim quaerere ab eo poteram, quod volebam ſicut volebam ſecludentibus me ab eius aure, atque ore catervis negotioſorum hominum, quorum infirmitatibus ſerviebat. Cum quibus quando non erat, quod per exiguum temporis erat, aut corpus reficiebat neceſſariis ſubſtentaculis, aut lectione animum. Sed cum legebat, oculi ducebantur per paginas, & cor intellectum rimabatur; vox autem & lingua quieſcebant. Saepe cum adeſſemus (non enim vetabatur quiſquam ingredi, aut ei venientem nunciari mos erat;) ſic eum legentem vidimus tacite, & aliter nunquam: ſedenteſque in diuturno ſilentio (quis enim tam intento eſſe oneri auderet?) diſcedebamus, & conjectabamus,

A.Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

mus, cum parvo ipſo tempore, quod reparandae menti ſuae nanciſcebatur, feriatum ab ſtrepitu cauſſarum alienarum, non in aliud avocari: & cavere fortaſſe, ne auditore ſuſpenſo, & intento, ſi qua obſcurius poſuiſſet ille, quem legeret, etiam exponere neceſſe eſſet: aut de aliquibus difficilioribus diſceptare quaeſtionibus, atque huic operi temporibus impenſis, minus quam vellet voluminum evolveret: quanquam & cauſſa ſervandae vocis, quae illi facillime obtundebatur, poterat eſſe iuſtior tacite legendi. Quolibet tamen animo id ageret (e), bono utique ille vir agebat.

II. Sed certe mihi nulla dabatur copia ſciſcitandi, quae cupiebam de tam ſancto oraculo tuo, pectore illius, niſi cum aliquid breviter eſſet audiendum. Aeſtus autem illi mei otioſum eum valde, cui refunderentur, requirebant, nec unquam inveniebant. Et eum quidem in populo verbum veritatis recte tractantem, omni die dominico audiebam; & magis magiſque mihi confirmabatur, omnes verſutarum calumniarum nodos, quos illi deceptores noſtri adverſus divinos libros innectebant, poſſe diſſolvi. Ubi vero etiam comperi ad imaginem tuam hominem a te factum, a ſpiritualibus filiis tuis (*f*), quos de matre Catholica per gratiam regeneraſti, non ſic intelligi: ut humani corporis forma te terminatum crederent atque cogitarent; quanquam quomodo ſe haberet ſpiritualis ſubſtantia, nequidem tenuiter atque in aenigmate ſuſpicabar: tamen gaudens erubui, non me tot annos adverſus Catholicam fidem, ſed contra carnalium cogitationum figmenta latraſſe. Eo quippe temerarius & impius fueram, quod ea quae debebam quaerendo dicere, accuſando dixeram (*g*). Tu enim altiſſime & proxime, ſecretiſſime & praeſentiſſime, cui membra non ſunt alia maiora, & alia minora: ſed ubique totus es (*h*), & nuſquam locorum es, non es utique forma iſta corporea; tamen feciſti hominem ad imaginem tuam; & ecce ipſe a capite uſque ad pedes in loco eſt.

(*a*) *Sed ad quaerendum intentus.* = A Chriſti ſchola certe longe digreſſus es: In ea cunctis Patribus teſtibus non tam ſtudio, quam piis gemitibus proficimus, & edocemur. At nec omnem prorſus religionem exuiſti: Cur enim adhuc veritatem tam anxie indagaris? Et ſi veritatem divinam non curas, cur tantopere angeris quod Ambroſium divinarum veritatum doctorem bene ſedateque interpellare haud poſſis? Quanquam & hos aeſtus nullo fuiſſe pio gemitu tinctos, quis ſibi finget? At ni fallar, non omne prorſus orationis ſtudium te depoſuiſſe doles: ſed potiorem temporis partem mercurii tui ſudoribus teliſque deſtinaſſe.

(*b*) *Quid autem ille ſpei gereret, & adverſus &c.* = Utique congruum erat, ut religioſus Antiſtes divinorum gaudiorum ſpe humanos plauſus illos parvipenderet. Immo adſolet providus Deus ſuis charismatibus divites animas multis interim vexare ferulis, ne quaſi non acceperint, inflentur, extollantur; Unde Paulus 1. Cor. 12. 7. *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meae, angelus ſatanae, qui me colaphizet.* Verum acu forte rem tangam, ſi dixero Auguſtinum hic anxietates, tempeſtateſque ſecretas inſpicere, quibus ſupernae contemplationis animae divina perfuſae dulcedine concutiuntur, agitantur; Quis enim ſecretiorum divinarum rerum inſcius haud credat, huiuſmodi animas magnis gaudiis aeſtibus nullis turbatis perpetuo triumphare? At fallitur qui ita opinatur, & omnino quam maxime; Teſtis eſt omni exceptione maior Sancta Tereſia, quae rerum harum nunc diſcipula, nunc magiſtra longam experientiam habuit; en eius verba ex cap. 18. Itineris Perfectionis. „ Creo que pienſan los de la vida activa por un poquito que los ven regalados que no ai mas que a quello pues yo digo que por ventura un dia de los que „ paſ-

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

„ paſſan no lo pudieſſedes ſuffrir .] Quae ſic Latine redduntur. „ Autumo activae homines vitae ex eo quod Contemplationis animas caeleſti aliqua dulcedine ſuperfuſas intueantur, duri nihil ſupereſſe arbitrari. At inquio ego: Dolorum quos illae experiuntur, die uno te proſtratum iri.] Quod quidem ex Patribus etiam, atque Scripturis probari poſſet.

Cum autem caelibem Ambroſii vitam tanto obſequio tunc Auguſtinus ſuſpiceret, & nunc commemoret; qua fronte Calvinus l. 4. c. 12. n. 26. blaterat, Veteres coniugium in epiſcoporum ordine non modo toleraſſe, ſed inſuper adprobaſſe? Vide etiam Aug. lib. de Adulterinis Coniugiis, c. 20.

(c) *Et eſcultum os eius, quod erat in corde eius.* = Satis metaphoram ſuam dilucidat; aperitque ſe de contemplationis vi diſſerere, qua velut ore divinorum gaudiorum panem guſtamus. Haec autem Auguſtinus in fide errans nec conijcere noverat, nec expertus erat: nec mirum: Haec enim qui haud expertus eſt, nec conijcere facile poteſt, ipſomet S. Doctore teſte Tract. 26. in Ioan. poſt initium: *Da amantem, & ſentit quod dico &c. da talem, & ſcit quid dicam; ſi autem frigido loquor, neſcit quid loquor.* Quanquam vero haec coniicere haud noſſet, poterat tamen perfecta vitae mutatione experiri; Unde & in litteram, & in ſententiam Bernardus Indrizzali peccavit, iſta ſic vertens: *Ma io non ſapea congetturare, non potea avere alcuna ſperienza &c.* Non dixit S. D. *nec experiri poteram*: ſed, *nec expertus eram*.

(d) *Nec ille ſciebat aeſtus meos.* = Iam ex aeſtibus his bonam, divinamque ſortem tibi auguror, & Hadrianenſis Caeci fere te verſibus adloquor (1).

„ Tal fiamma in te non arde come
„ ultrice,
„ Ma come nuntia che di tempo in
„ tempo
„ Rinovando ti vai come Fenice.

Ex hoc, & aliis ſimilibus locis magna oritur quaeſtio. Qui fieri potuit ut Ambroſius graviſſimus ille Sacerdos zelo domus Dei tabeſcens Auguſtini aeſtus, foveamque periculi ignoraret? Erat vero hic Rhetoricae publicus omnium ore celebratus profeſſor, adeoque Mediolano notiſſimus; Filius erat Monnicae ſobrietate prudentia cunctiſque chriſtianis virtutibus praeſtantiſſimae feminae, in cuius laudes Ambroſius, ipſum Auguſtinum videns, ſaepe erumpebat. Auguſtinus ipſe eumdem Antiſtitem fuerat ſaepe adloquutus, & domeſtice etiam, ut ex Confeſſionibus hiſce deducitur, cum eo verſatus fuerat; Qui ergo fieri poterat ut Auguſtini aeſtus, & pericula vel Auguſtinus ipſe, vel Mater, vel amici, vel populi rumor Ambroſio non enuntiaviſſent? Erit qui arbitretur nodum hunc diſſolutum, ſi dicamus Auguſtini caeſpitationes quoad generalia fuiſſe Ambroſio notas: at non item quoad ſecretiora; Et hac poſteriori ratione dolere Auguſtinum &c. At inquio ego: Qui fieri potuit ut divino zelo flagrans Ambroſius Auguſtini aeſtus deliberaret, & ſtupide conticeſceret, ſecretiora haud quaerens, nec curans vulnus bene retegere, cui ſpeciali munere deſtinatus medicus ſobrie, apteque mederetur? An vero minimi res ponderis erat ſingulariſſimi ingenii iuvenem, in cuius laudes totus conſpirabat orbis, errori eripere, & Eccleſiae donare?

Dicam quod his, ſimilibuſque ſpectatis, haud temere ſuſpicor; Cum polemico congreſſu uno vel altero detexiſſet Ambroſius & quibus Auguſtinus angeretur aeſtibus: quove ingenio, & diſputandi facultate polleret: ſibi haud fidens, Deo commendavit arduum negotium illud, longas diſputationes prudentibus tergiverſationibus interim cavens. Ut ſe geſſit doctiſſimus ille Epiſcopus, de quo lib. 3. c. 12. Suſpicio haec Mediolanenſem traditionem, Ambroſium ſolemnibus precibus contra Auguſtini dialecticam Dei adiutorium imploraſſe, admodum fovet; quamquam & traditione illa ruente, noſtra ſuſpicio ſit in tuto.

Qui coniecturam hanc ad aenigma ſolvendum velut aut non neceſſariam aut minus aptam contemnet; planam efficacemque offerat aliam oportet, & nobis erit Apollo. Vide l. 9. c. 6. G. ad ſerm. Ambroſii.

(e) *Qualibet tamen animo id ageret &c.* = Et haec praecedentem ſuſpicionem noſtram fovent; Ut enim vides, & ipſe Auguſtinus non adeo obviam arbitratur tanti ſilentii cauſſam: quo ſcilicet arcano Ambroſii ſilentio,

quin

(1) De Venceslauum *Araaqa*, Incendio abſumta Epigram. tern. ultimo.

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

quin eum percontaretur de implexis in re dogmatica dubiis Auguſtiuus nuſter retardabatur.

Iaannes Pherepanus iniqul laboris patiens, ita ad honcce louum garrit, & blaſphemat „ Si alloqueretur homi„nes, qui cuperent ſcire qua ratio„ne vitam iuſtituiſſet Ambroſius, ſu„perior narratiuncula forte non diſpli„cuiſſet; ſed Deo minuta illa qualia „paſſim occurrunt narrare, neſcio quo„modo decorum putaverit Auguſtiuus. „Sed magis hominum cauſa baec nar„rabat, quam Dei; At praeſtitiſſet a„micum alloqui, quam Deum.

Iam *Pherepone* dum in Caelites blaſphemas, caelos terris vertis, & in principiis turpiſſime hallucinaris; adeo ut harum Couſeſſionum nec ſecretiora penettaveris, nec frontem videris; & ſcopum finemque ſeipſis qoidem patontes, & ab ipſo Auguſtino manifeſtiſſime enuntiatos ferro ſaxoque durior adhuc non intellexeris. Deum utique primo Auguſtinus adloquitur, ſed inde & homines; Aut ſi mavis dicere, dum Deum adloqoitur, meditationem ſuam fovet: Lectores pios erudit: & ad divina invitat, pellicit, trahit. Id bene curdatus quilibet, nulla etiam exteriori coniectura adiutus, ex ipſa aſceticae huius opellae natura poſſet coniicere, & prurſus tenere; at ne fruſtra congeramos veiba: en manifeſſimum ipſius Auguſtini teſtimonium l. 2. c. 3. n. 1. „ Cui „narro baec? Neque enim tibi Deus „meus: ſed apud te narro haec ge„neri meo, generi homano, quantu„laconque ex particula incidere poteſt „in iſtas meas litteras. Et ut quid hoc? „ut videlicet ego, & quiſquis haec „legit, cogitemus de quam proſundo „clamandum ſit ad te.] Hic cornua tua *Pherepone*: Vides aliquando tandem, Aoguſtinum nuu ſemper Deum, ſed nunc Deum, nunc coram Deo homines adloqui? Quid autem ſignificare vis illis verbis: *Sed magis hominum cauſa &c.* Ao quod modo nos ex eodem S. Doctore Inſinuavimus? Non ergo ratio erat cur morderes. Nec praeſtitiſſet adloqui amicum: Com Opellae potiora Deum recta intueantur; Cum omnium teſtis deſideretur Deos; Cum pietatis caritatis fervor, quo has Confeſſioues ſcribens Auguſtinus incenditur, Deum maxime praeſentem poſtulet. An vero illis verbis ſuſpicionem ingerere Lectoribus ambis, Auguſtinum ad inanem auram captaudam ea ſcripſiſſe? Blaſphemia haec toties a te iniquis hiſce in commentariis eructata: & propulſata eſt, & propulſabitur.

(*f*) *A ſpiritualibus filiis tuis.* = Non una ratione Catholici Dei ſpirituales filii nuneupantur. Nunc vero quemadmodum Manichaeos, carnalium dogmatum architectos carnales dixerat: ita Catholicos ſpiritualium adſertores ſpirituales appellat. Neque enim carnali ratione huminem ad Dei imaginem factum Catholici adſerunr, quaſi & Deus corporis forma protendatur; ſed ſpiritali.

Spiritualium horum filiurum matrem indefinite Catholicam dicit, ot etiam l. contra Epiſt. Manichaei, vel Fundamenti, c. 4. n. 5. quia ut ibidem expendit *Catholici* epithetun adeo Eccleſiae noſtrae proprium eſt, ot nec per varias teterrimaſque haereſum procellas illud amiſerit: ipſique haeretici quaſi non adverteutes paſſim confirment. Catholicum enim Graecis e fontibus vocabulum ductum totum, ſeu oniverſale ſignificat: hoc autem Eccleſiae noſtrae longe lateque, immo univerſum per orbem diffuſae, eadem ubique adſerenti, & propuguati apprime cunvenit. Vide etiam, ſi placet, lib. de Vera Religione, c. 7. n. 12. lib. de Unitate Eccleſiae, ſeu Epiſt. ad Cathol. contra Donatiſt. c. 2. lib. 2. contra Gaudentium Donat. Epiſc. c. 2. lib. 2. contra Litt. Petil. c. 38. & in Pſal. 54. n. 22.

Deum autem corporis eſſe expertem, nedum ab Ambroſio, ſed & a Theodoro Manlio Auguſtinus didicit: ipſomet teſte, qui in Praeſat. ad lib. de Vita Beata, n. 4. eumdem Theodorum adloquens, ita diſſerit: *Animadverti enim & ſaepe in Sacerdotis noſtri, & aliquandu in ſermonibus tuis, cum de Deo cogitaretur, nibil omnino corporis eſſe cogitandum; neque cum de anima: nam id eſt uuum in rebus proximum Deo.* Theudori buius libri de Vita Beata mecoenatis, viri ingenio, & eloquentia, inſignibusque furtunae dotibus, & quod ante omnia eſt, mente praeſtantiſſimi, qui anno Chr. 399. Conſulatum geſſit, meminit Auguſtinus etiam lib. 1. de Ordine, c. 11. n. 31. lib. 18. de Civit. Dei, c. 54. & lib. 1. Retract. c. 2.

(*g*) *Quaerenda dicere, accuſando dixeram.* = Placuit haec lectio, quam habent MSS. a Benedictinis viſi, nec non undecim e noſtris. Licet ipſi Benedictini cum editis, quibus ſuffragantur MS. Ricar. & uuus Med. retineant, *diſcere*. Utique haec diſcrepantia minimi ponderis eſt. At vero in lectione noſtra aptius relucet antitheſis Auguſtino familiaris:

& e.

Digitized by Google

& etiam naturalis ſenſus. Debebat enim Auguſtinus non praedicare, a Catholicis doceri Deum eſſe corporeum; vel hominem ſecundum corpus ad Dei imaginem factum; Sed ſciſcitari a doctis Catholicis: Anne Deum corporeum creditis? vel: Anne corporis ratione hominem ad Dei imaginem factum creditis? Hoc fuiſſet, *quaerendo diſcere*. Tum vero mox audiſſet, non a corpore, ſed ab anima ſimilitudinem illam depromi. At quoniam haec phraſis, *quaerendo dicere* a contextu abſtracta non adeo obvia, & uſitata eſt, ſicut iſta, *quaerendo diſcere*: ideo nonnulli amanuenſes, & ſubinde editores: illa reiecta, hanc ſubſtituerunt. Utinam vero Pagani, Iudaei, & Haeretici; quaerendo, non accuſando dicerent; ſaepe ſaepius enim illi, maxime Iudaei hoſtam ſibimetipſis fingunt, quem feriant: & caecis contentionibus dogmata exſecrantur ab Orthodoxa item Fide prorſus aliena.

(*b*) *Sed ubique totus es*. = Si Deum corporis forma protenſum adſeras, etſi nullis finitum limitibus: erit quidem ubique: ſed non ubique totus; neque enim ubi caput, ibi pedes: nec pedes ubi manus. Cum ergo Deum ubique totum exiſtentem omnis Philoſophia doceat, credas etiam oportet nulla illum corporis forma protenſum.

Quanquam vero Deus exſiſtat totus ubique: nuſquam tamen locorum eſt, modo nempe exſiſtentium in loco, quorum una pars loci parti reſpondet, quaeve & ambiuntur a loco, & extra locum non ſunt. Deus ita ubique eſt, ut toti partique praeſens ſit totus: ut non finiatur a loco: ut non contineatur a loco, ſed ipſum contineat.

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. II X. Theod. VI.

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Angitur adhuc, pro corruptis, fictiſque a Manichaeis dogmatibus impudenti zelo ſtultoque furore in Catholicam Eccleſiam latraſſe. Profitetur inde ſalutari ſe pudore ſubfuſum quod declamaviſſet in ſomnia; & religioſo triumphaſſe gaudio, quod Catholica, cui fuerat primo litatus, infantiles nugas, quarum arguebatur, minime ſaperet. Immortaliter item ſe gaviſum eſſe, prioris Foederis oracula, in ſpeciem dura a Manichaeis, cuncta rudiori minerva diſcutientibus, paſſim improbata, & deriſa allegoricis conceptibus a Catholicis excipi. At interim tot expertus pericula, & malis caſibus territus, pedem ubique retrahebat: de eximiis etiam veritatibus dubitans, quae robuſtiſſima demonſtratione non firmarentur. Ita ſuperſtitioſa cura laqueum cavens, ſuſpendio magis necabatur.

I. CUm Ergo neſcirem, quo modo haec ſubſiſteret imago tua, pulſans proponerem (*a*), quomodo credendum eſſet, non inſultans opponerem quaſi ita creditum eſſet: tanto igitur acrior cura rodebat intima mea, quid certi retinerem, quanto me magis pudebat tamdiu illuſum & deceptum promiſſione certorum puerili errore & animoſitate, tam multa incerta quaſi certa garriſſe. Quod enim falſa eſſent, poſtea mihi claruit. Certum tamen erat, quod incerta eſſent, & a me aliquando pro certis habita fuiſſent, cum Catholicam tuam caecis contentionibus accuſarem, & ſi nondum compertam vera docentem, non tamen ea docentem, quae graviter accuſabam. Itaque confundebar, & convertebar, & gaudebam, Deus meus, quod Eccleſia unica, corpus Unici tui (*b*), in qua mihi nomen Chriſti infanti eſt inditum, non ſaperet infantiles nugas: neque

hoc

Digitized by Google

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 33. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

hoc haberet in doctrina ſua ſana, quod te creatorem omnium in ſpatium loci, quamvis ſummum & amplum, tamen undique terminatum membrorum humanorum figura contruderet.

II. Et gaudebam etiam quod vetera ſcripta Legis & Prophetarum iam non illo oculo mihi legenda proponerentur quo antea videbantur abſurda, cum arguebam tanquam ita ſentientes ſanctos tuos; verum autem non ita ſentiebant. Et (tanquam regulam diligentiſſime commendaret) ſaepe in popularibus ſermonibus ſuis, dicentem Ambroſium laetus audiebam: Littera occidit, ſpiritus autem vivificat (1); cum ea, quae ad litteram perverſitatem docere videbantur, remoto myſtico velamento ſpiritaliter aperiret, non dicens quod me offenderet; quamvis ea diceret, quae utrum vera eſſent, adhuc ignorarem. Tenebam enim cor meum ab omni adſenſione, timens praecipitium, & ſuſpendio magis necabar.

III. Volebam enim eorum, quae non viderem, ita me certum fieri, ut certus eſſem, quod ſeptem & tria decem ſint (*c*). Neque enim tam inſanus eram, ut ne hoc quidem putarem poſſe comprehendi; ſed ſicut hoc, ita cetera cupiebam, ſive corporalia, quae coram ſenſibus meis non adeſſent, ſive ſpiritalia de quibus cogitare niſi corporaliter neſciebam. Et ſanari credendo poteram, ut purgatior acies mentis meae dirigeretur aliquo modo in veritatem tuam ſemper manentem, & ex nullo deficientem. Sed ſicut evenire adſolet, ut malum medicum expertus, etiam bono timeat ſe committere (*d*): ita erat valetudo animae meae, quae utique niſi credendo ſanari non poterat; Et ne falſa crederet, curari recuſabat: reſiſtens manibus tuis, qui medicamenta fidei confeciſti, & ſparſiſti ſuper morbos orbis terrarum, & tantam illis auctoritatem tribuiſti (*e*).

(*a*) *Pulſans proponerem.* = Adſtipulamur omnino B. B. qui addunt in imo margine ,, Sic legendum cum MSS. ,, & cum Som. Am. non quemadmodum ,, Lov. & editi ceteri habent, *pulſans ,, quae.*] Quandoquidem uſque modo doluit Auguſtinus in ſoppoſito dogmate Eccleſiam ſe contemſiſſe: cum debuiſſet potius doctrinae ſenſum omni obſequio requirere: Data autem Lov. lectione non eſſet in quo Auguſtinus ſeipſum argueret; pulſans enim vere propoſuiſſet Eccleſiae quomodo &c. non oppoſuiſſet inſultans. Subintelligitur ergo particula, *utinam*, vel quid ſimile; & eſt idem ac ſi diceretur: *Utinam pulſans propoſuiſſem quomodo &c.* non inſultans oppoſuiſſem &c. vel: Debebam pulſans proponere quomodo &c. non &c.

Genuinam lectionem praeferunt 13. MSS. Etruriae. Cum Lov. ſunt: Ver. Am. Er. Baſil. Wangn. Unde & Italicae verſiones locum hunc corrupere.

(*b*) *Quod Eccleſia unica, corpus Unici tui.* = Sequimur B. B. qui admonent. ,, Poſt vocem, *Eccleſia*, in ,, editis additur, *tua*, abeſt vero a ,, MSS.] Abeſt etiam a MSS. undecim Etruriae; Ulterius & ab edit. Som. & Wangn. Licet Ver. Am. & 2. MSS. S. Cr. recentes omiſſae lectioni ſuffragentur.

Codicum auctoritate lectio noſtra ſtabilitur. Ratio neutram improbat, & forte omiſſam potius commendat; Intuetur ſiquidem hic Auguſtinus illud Pſal. 21. v. 21. *Et de manu canis unicam meam*: Quod ipſe ſic exponit ,, Unicam dixit Eccleſiam. De ,, manu, ideſt de poteſtate canis. Qui ,, ſunt canes? Qui canino more latrant, ,, nec intelligunt contra quos . . . . ,, Qui latrant caecis oculis, non diſcernentes contra quos, aut pro quibus ,, canes ſunt.] Dum Chriſtus loquitur, *unicam meam* dicit: ergo, inquiet ali-

(1) 2. Cor. 3. 6.

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent., IX. Theod. VI.

aliquis, dum Auguſtinus Chriſtum, vel Deum adloqueretur, dixit, *unicam tuam*. Porro quae in eius Pſalmi commentario expendit de ſtulto adlatratu, iis, quae hoc, & praeced. capite de caecis ſuis contentionibus dicit apprime conveniunt.

(*c*) *Ut tectus eſſem, quod ſeptem, & tria decem ſint*. = Etiam divinorum dogmatum, qu e humanum captum vincunt, fortiſſimas eas rationes expetebat, quas Schola *demonſtrativas* appellat. Si vero cuncta religionis noſtrae iis firmari poſſent rationibus, Fidei nedum meritum, quod in Sanctorum Patrum, & Catholicorum omnium ore eſt: ſed & natura ipſa, atque eſſentia tolleretur. At interim Auguſtino, philoſopho naturae viribus cuncta adhuc pendenti haec in laudem vergunt; ſi enim divini luminis, hoc eſt Fidei ductum tollas, praeſtantiſſimi ingenii, & ſummi philoſophi eſt, Nihil obaeſa nare omittere: ſed cuncta ad ſeverioris criticae, & acerrimae diſputationis limam revocare, & incudi reddere. Qua etiam ratione, ut ſuo loco expendimus, ad Manichaeos huiuſmodi religionem, ubique nempe fortiſſima ratione communitam inſigni mendacio ſpondentes ingenuus deceptus Adoleſcens olim defecerat. Vide l. 7. c. 4. A.

(*d*) *Etiam bono timeat ſe committere*. = Niſi in divina re verſaremur diceteſque non de integro credentium coetu, ſed de peculiari perſona; tot rabularum, & phaleras vendentium experientiis edoctus omnino tibi parcerem immo plauſum impertirer, & illud Plauti Bacchid. 3. Sc. 3. v. 87. canerem: *Satin' ut quem tu habeas fidelem tibi, aut tui credas, neſcias*. At quum Catholica iis inſigniatur caracteribus, quibus Manichaeorum, ceterorumque nebulonum ſynagogae omnino carent: nec ut etiam philoſophia compertum habet, poſſit mentiri Deus, qui Unicam ſuam tot propriae lucis radiis ſociatam tibi exhibet: vere illi ſimilis factus es, qui Medicum imperitum expertus, excellentiſſimi quoque curam exhorret.

(*e*) *Et tantam illis auctoritatem tribuiſti*. = At inquiet inſidelis quiſpiam: Captivus ne ergo Catholicorum laqueis innectar: & eorum effata nullo ſeveriori examine praevio infantium iſtar deglutiam? Minime vero gentium, Auguſtinus illuminatus reponit; Etſi enim non quaelibet tradita dogmata firmiſſima ratione exponere, ac ſtabilire valeas: habes tamen quo docentis eccleſiae auctoritatem ſummam detegas, probes, ac etiam defendas: Penſa enim utriuſque Foederis cohaerentiam: Fidei nunquam viciſſitudinem paſſae antiquitatem: Epiſcoporum maxime Romanorum ſucceſſionem: Corporis amplitudinem per univerſum orbem protenſam: Filiorum omnium in eamdem Fidem conſpirantium unionem: Fidei, Legum (ac etiam morum in plurimis membris) ſanctitatem: Cuiuſcunque prophetici luminis, divinarum actionum, & miraculorum crebras virtutes. De his, & ſimilibus frequentiſſime S. Doctor.

A. Ch. 384.
Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

A ſomno nonnihil excuſſus, Manichaeorum cuiuſcunque dogmatis fortiſſimam rationem ſpondentium, & innumeras fabulas nullo modo probandas decantantium malitiam, dolumve ſenſit; Catholicis eos amplo iure poſtponens ea ſola Fide credenda exhibentibus, quae humanam ſuperexcedere rationem ingenue, modeſteque fatebantur. Senſim etiam ſaluberrimum illud adtendit, plura a nobis placido adſenſu teneri: quae nonniſi ingenuorum teſtium depoſitione cognovimus. In maiorem inde fiduciam erectus, ſacrorum Librorum, quibus univerſus propemodum incurvabatur orbis, contemtores potius, quam adoratores ridendos eſſe agnovit; Quandoquidem licet unde eorum divinitas primo deprehendatur, non adeo ſubito expediteque forte aperiri poſſit; adhuc nihil inde diſcriminis, & periculi confici: per varios enim caeſpitationum errorumque anfractus Deum exſiſtere, & cuncta imperio ſuo diſponere, moderari, ac regere ſemper fideli pectore retinuerat, quanquam eorumdem dogmatum ſecretiora quaedam modoſque ignoraret. Iam enim quidquid duri iidem Libri praeſeferebant, graviter, & probabiliter nonnullis emollitis, in ſacramentorum altitudinem revocabat; Eoque maiori illorum Librorum auctoritatem ſuſpiciebat obſequio, quo vultu blanda, & humilis, ſacramentis profundiſſima homines ad ſe pelliceret, & interim dignitatem ſuam ſervaret. Sic uno ſanato oculo, coepit Catholicae lucis ſcintillas quaſdam intueri.

I. EX hoc tamen quoque iam praeponens doctrinam Catholicam, modeſtius ibi, minimeque fallaciter ſentiebam iuberi, ut crederetur, quod non demoſtrabatur, (ſive eſſet quid, ſed cui forte non eſſet; ſive nec quid eſſet (*a*)) quam illic temeraria pollicitatione ſcientiae credulitatem irrideri: & poſtea tam multa fabuloſiſſima & abſurdiſſima quia demonſtrari non poterant, credenda imperari. Deinde paulatim tu Domine, manu mitiſſima & miſericordiſſima pertractans & componens cor meum, conſideranti quam innumerabilia crederem, quae non viderem, neque cum gererentur, adfuiſſem; ſicut tam multa in hiſtoria gentium, tam multa de locis atque urbibus, quae non videram, tam multa amicis, tam multa Medicis, tam multa hominibus aliis, atque aliis; quae niſi crederentur, omnino in hac vita nihil ageremus; Poſtremo, quam inconcuſſa fixum fide retinerem, de quibus parentibus ortus eſſem, quod ſcire non poſſem, niſi audiendo credidiſſem; Perſuaſiſti mihi, non qui crederent libris tuis, quos tanta in omnibus fere gentibus auctoritate fundaſti; ſed qui non crederent, eſſe culpandos; nec audiendos eſſe, ſi qui forte mihi dicerent: Unde ſcis illos libros unius veri & veraciſſimi Dei ſpiritu eſſe humano generi miniſtratos? Idipſum enim maxime credendum erat, quoniam nulla pugnacitas calumnioſarum quaeſtionum, per tam multa quae legeram, inter ſe confligentium Philoſophorum, extorquere mihi potuit, ut aliquando non crederem, te eſſe quidquid eſſes, quod ego neſcirem, aut adminiſtrationem rerum humanarum ad te pertinere.

II. Sed id credebam aliquando robuſtius, aliquando exilius;

ſem-

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 13. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. I X. Theod. VI.

ſemper tamen credidi, & eſſe te, & curam noſtri gerere; etiamſi ignorabam vel quid ſentiendum eſſet de ſubſtantia tua, vel quae via duceret, aut reduceret ad te. Ideoque cum eſſemus infirmi ad inveniendam liquida ratione veritatem, & ob hoc nobis opus eſſet auctoritate ſanctarum Litterarum, iam credere coeperam, nullo modo te fuiſſe tributurum tam excellentem illi Scripturae per omnes iam terras auctoritatem, niſi & per ipſam tibi credi, & per ipſam te quaeri voluiſſes. Iam enim abſurditatem, quae me in illis Litteris ſolebat offendere, cum multa ex eis probabiliter expoſita audiſſem, ad ſacramentorum altitudinem referebam: eoque mihi illa venerabilior, & ſacroſancta fide dignior adparebat auctoritas, quo & omnibus ad legendum eſſet in promptu, & ſecreti ſui dignitatem in intellectu profundiore ſervaret (*b*), verbis apertiſſimis & humillimo genere loquendi ſe cunctis praebens, & exercens intentionem eorum, qui non ſunt leves corde (*c*): ut exciperet omnes populari ſinu, & per anguſta foramina (*d*) paucos ad te traiiceret: multo tamen plures, quam ſi nec tanto apice auctoritatis emineret, nec turbas gremio ſanctae humilitatis hauriret. Cogitabam haec, & aderas mihi: ſuſpirabam, & audiebas me: fluctuabam, & gubernabas me: ibam per viam ſaeculi latam, nec deſerebas me.

(*a*) *Sive eſſet quid, ſed cui forte non eſſet; ſive nec quid eſſet.* = Henricus Wangnereck ita hunc locum dilucidat. „Senſus obſcurus: verum nulla lectio variat, Forte ſubintelligi debet, *commodo*, ſive *bono* ut ſenſus ſit: *Credendum eſſe etiam id quod non demonſtratur, ſive eſſet quid, ideſt eſſet aliquod, ſed cui bono eſſet, intelligi non poteſt: ſive nec quid ideſt nihil eſſet, eo ctius nihilominus Catholicis credi, quam Manichaeis*, quia minus abſurdum eſt credere illis, qui iubent credere, quam illos ſequi, qui aliorum credulitatem irrident: & ſibi abſurdas fabulas, quas demonſtrare non poſſunt credi volunt. Alius fortaſſe ſic explicabit: *Sentiebam Catholicos recte iubere, ut in Scripturis ſacris, & doctrina Fidei crederetur quod non demonſtrabatur: ſive eſſet quid quod revera demonſtrari quidem poſſet, ſed forte non eſſet ſatis capax, & intelligens cui poſſet: ſive nec quid eſſet, id eſt ſive non eſſet quippiam huiuſmodi quod poſſet demonſtrari, nempe propter ſublimitatem intellectu humano ſuperiorem.* ,,

Ea lectio nec varias apud Am. MSS. 4. Med. Ricar. &c. Verum quid mirum? Ut voluntaria, violenta, & in incertum errans eſt prima expoſitio; ita poſterior textui eſt omnino conformis, obvia, & conceptum finiens; ut mirum ſit P. Henricum Wangnereck hominem quidem ſagacem, doctumque hoc textu adeo perculſum, & torctum: ut in primam expoſitionem, ſomnio ſimillimam tot remis, tot ſudoribus ierit. Verum enim vero nullum dogma Fides, ut talis demonſtrat: aliter maieſtatem ſuam deprimeret: immo ſemetipſam tolleret. Adhuc tamen cuncta ſuo teſtimonio tenenda exhibens, credendorum propriam naturam indolemque non penſat. Quae enim tibi Fides exhibet in tres claſſes dividi queunt; Nonnulla demonſtrari poſſunt cuicunque: ut Deum maxima potentia praeditum, & corruptioni minime obnoxium eſſe; Alia probari utique poſſunt, ſed nonniſi viro ſagaci, & doctiſſimo: ut animam noſtram ſpiritum eſſe: nec aliquando defecturam; Pleraque tandem (ut ea omittam, quae non abſolute, ſed ex revelatis aliis evincuntur) nec doctiſſimis quidem demonſtrari poſſunt, utpote quae nedum humanam, ſed & angelicam facultatem omnem ſuperant: ut Trinitas Divinarum perſonarum in unitate naturae; Exſiſtentia veri corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini; & alia quam multa. Sat eſt, ne Fidei meritum perdas, ut quaecunque tibi exhibet, eius teſtimonio teneas, quanquam ſi deſudare velis, ac diligenter ſpeculari, nonnulla queas proprio mercurio detegere.

De Sacrarum Scripturarum auctoritate, & dignitate agit S. Doctor etiam lib. a. de Doctrina Chriſtiana,

A. Ch. 385. Aug. 31. Mun. 54. Ad. XIII. Siric. 1. Val. X. Theod. VII.

cap. 5. In Pſal. 90. Conc. 2. lib. 11. de Civit. Dei, cap. 1. & 3. & l. 11. cap. 10. & alibi frequenter.

(*b*) *Et ſecreti ſui dignitatem in intellectu profundiore ſervaret.* = En obſcuritatis divinorum eloquiorum apertiſſimum teſtimonium. Cui aut ſimilia, aut maiora habes infra l. 12. c. 14. l. 1. de Moribus Eccleſiae Catholicae, c. 1. l. de Vera Religione, c. 17. l. 2. de Doctrina Chriſtiana, c. 6. l. 2. ſeu Epiſt. 55. (Alias, 119.) ad Inquiſitiones Ianuarii, c. 21. n. 38. Epiſt. 137. (Alias, 3.) ad Voluſianum, c. 1. n. 3. Praefat. in Pſal. 140. In Pſal. 146. ad v. 8. n. 15. & innumeris aliis in locis.

Interim adhuc Lutherus in praefat. Articul. quos Leo X. damnavit: ſuper c. 7. S. Matth. de Servo Arbitrio contra Eraſmum. Calviuus in Antidoto Concilii Trident. Seſſ. 4. Withacher. Controverſ. 1. q. 4. c. 1. aliique novi haeretici, qui Auguſtini auctoritatem adeo extollunt, Scripturam omnibus planam, & obviam, in qua velut in meridiana luce cuncta Fidei noſtrae dogmata intueri, controverſias compianatas legere poſſimus, effutiunt! Vide, ſi placet, de hac re Polemiſtas, qui nedum ex Auguſtivo, ceteriſque Fatribus: ſed ex Scripturis ipſis, ex ratione, ex ipſiſmet haereticis Scripturarum profunditatem, obſcuritatem evincunt.

(*c*) *Exercens intentia·em earum, qui non ſunt leves corde.* = Eorum intentionem exercens, qui non cito credunt, iuxta illud Eccleſ. 19. 4. *Qui cito credit, levis eſt corde*; Videlicet: Qui imprudenter adſentit, credendorum momenta non adtendens, levis eſt corde, infirmus capite, modicus iudicio. Quanquam enim Fides Catholica dogmata ſua demonſtrativa ratione haud firmet: ſinit tamen nobis diligenter inquirere: an ipſa Eccleſia docens iis circumvalletur ſignis, quibus deprehendamus, iure meritoque, & prudenter nos ei adſentiri. Immo nec eſt dogma, cuius decentia haud oſtendi poſſit; ſeu, quod gravi diſputatione ab indecentiae, & improbabilitatis ſpecie non eximatur.

(*d*) *Ut exciperet omnes &c. & per anguſta foramina &c.* = Ita ut dixi Domine Scripturam tuam texuiſti, ut populari, & ſimplici dicendi genere nullum deterrens, omnes exciperet: & per ſubtiliſſimas, altiſſimaſque veritates vario figurarum, & ſacramentorum velo contectas paucos humiliter ſapientes, & ſapienter humiles ad tui cognitionem traiiceret.

C A P U T VI.

A R G U M E N T U M.

Vanitatem ſuam, Deique providentiam expendit; Inhians quippe honoribus, lucris, coniugio, a Deo amaris repaculis retundebatur; ut ſic in vanorum ſpe ubique deluſus, atque triſtibus eruditus caſibus, aeterna aliquando ſaperet, & ad divinos amplexus adſpiraret. Vanitatis ſuae, omnis boni ſterilis amplum exemplum exhibet; Recitaturus enim Imperatori laudes, ſuae famae timens, tanto eſt horrore perculſus, ut mendico, in quem forte incidit, bene oppleto, & copioſo mero exſultanti, amicos gravi ſermone adloquutus, ſe ſalutatum obſequio, & omnium ore celebratum non una ratione poſthabuerit.

I. INhiabam honoribus, lucris, coniugio, & tu irridebas. Patiebar in eis cupiditatibus amariſſimas difficultates, te propitio tanto magis, quanto minus ſinebas mihi dulceſcere, quod non eras tu. Vide cor meum, Domine, qui voluiſti, ut hoc recordarer, & confiterer tibi. Nunc tibi inhaereat anima mea, quam de viſco tam tenaci mortis exuiſti. Quam miſera erat, & ſenſum vulneris tu pungebas, ut relictis omnibus converteretur ad te, qui es ſuper omnia,

nia,

nia, & ſine quo nulla eſſent omnia, converteretur, & ſanaretur! Quam ergo miſer eram! & quomodo egiſti, ut ſentirem miſeriam meam die illo, quo cum pararem recitare Imperatori laudes (a), quibus plura mentirer, & mentienti faveretur ab ſcientibus (b), eaſque curas anhelaret cor meum, & cogitationum tabificarum febribus aeſtuaret (c), tranſiens per quemdam Vicum Mediolanenſem, animadverti pauperem mendicum, iam credo ſaturum, iocantem atque laetantem: & ingemui, & loquutus ſum cum amicis, qui mecum erant, multos dolores inſaniarum noſtrarum, quia omnibus talibus conatibus noſtris (qualibus tunc laborabam, ſub ſtimulis cupiditatum trahens infelicitatis meae ſarcinam, & trahendo exaggerans) nihil vellemus aliud, niſi ad ſecuram laetitiam pervenire, quo nos mendicus ille iam praeceſſiſſet, nunquam illuc fortaſſe venturos. Quod enim iam ille pauculis & emendicatis nummulis adeptus erat, ad hoc ego tam aerumnoſis anfractibus, & circuitibus ambiebam, ad laetitiam ſcilicet temporalis felicitatis. Non enim verum gaudium habebat, ſed & ego illis ambitionibus multo falſius quaerebam. Et certe ille laetabatur, ego anxius eram: ſecurus ille, ego trepidus (d). Et ſi quiſquam percontaretur me, utrum mallem exſultare, an metuere? reſponderem, exſultare. Rurſus, ſi interrogaret, utrum me talem mallem, qualis ille, an qualis ego tunc eſſem: meipſum curis timoribuſque confectum eligerem, ſed perverſitate; nunquid veritate (e)? Neque enim eo me praeponere illi debebam, quo doctior eram: quoniam non inde gaudebam, ſed placere inde quaerebam hominibus; non ut eos docerem, ſed tantum ut placerem. Propterea & tu baculo diſciplinae tuae confringebas oſſa mea (f).

A.Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

II. Recedant ergo ab anima mea, qui dicunt ei. Intereſt, unde quis gaudeat (g). Gaudebat mendicus ille vinolentia, tu gaudere cupiebas gloria; Qua gloria Domine? Quae non eſt in te. Nam ſicut illud verum gaudium non erat, ita nec illa vera gloria: & amplius evertebat mentem meam. Et ille ipſa nocte digeſturus erat ebrietatem ſuam: ego cum mea dormieram (h) & ſurrexeram, & dormiturus & ſurrecturus eram. Vide quot diebus. Intereſt vero unde quis gaudeat. Scio; & gaudium ſpei fidelis incomparabiliter diſtat ab illa vanitate; ſed & tunc diſtabat inter nos. Nimirum quippe ille felicior erat, non tantum quod hilaritare perfundebatur, cum ego curis eviſcerarer: Verum etiam quod ille bene optando adquiſiverat vinum ego mentiendo quaerebam typhum (i). Dixi tunc multa in hac ſententia caris meis, & ſaepe advertebam in his quomodo mihi eſſet: & inveniebam male mihi eſſe, & dolebam, & conduplicabam ipſum male. E ſiquid adriſiſſet proſperum, taedebat adprehendere: quia pene, priuſquam teneretur avolabat.

(a) *Cum pararem recitare Imperatori laudes.* = Henricus Wangnereck ita hunc locum exponit. „ Sive panegyricum *Kalendis Ianuariis, cum Bauto Mediolani, Arcadius vero Imperator Conſtantinopoli conſulatum inirent,* „ ut S. D. alibi (1) teſtatur. Ea oratione laudes in primis ipſius Imperatoris, „ tum Bautonis complexus eſt, quod „ contigit, teſte Baronio A. C. 385. „ Ver-

(1) Lib. 3. adverſus Uteras Petil. c. 25.

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon.
54. Ad. XIII.
Siric. I. Val.
X. Theod. VII.

Verba Baronii hæc ſunt (1). Chri-
,, ſti anno trecenteſimo octogeſimo
,, quinto Arcadius Auguſtus, & Bauto
,, creati ſunt conſules, ille Conſtanti-
,, nopoli, Mediolani autem Bauto: in
,, cuius ingreſſu Auguſtinus panegyri-
,, cam habuit orationem, ut ipſe teſta-
,, tur, ſcribens contra Petilianum &c.]
Verba Auguſt. l. 3. contra Petil. c. 25.
n. 30. ,, Cum ego Mediolanum ante
,, Bautonem conſulem venerim, eique
,, conſuli Kalendis ianuariis laudem in
,, tanto conventu, conſpectuque homi-
,, num, pro mea tunc rhetorica pro-
,, feſſione recitaverim. ,,

Ioannes Rivius Erem. Auguſt. om-
nium antiquorum (iudicio noſtro) qui
de Auguſtini libris & geſtis ſcripſere
graviſſimus atque eruditiſſimus, lib. 1.
Vitae S. D. paragr. 14. haec habet.
,, Mediolani Kalendis Ianuariis, Impe-
,, ratori & Bautoni Conſuli laudes pro
,, ſua tunc Rhetorica profeſſione reci-
,, tavit in maximo conventu conſpectu-
,, que hominem, lib. 3. cont. Petil.
,, cap. 25. lib. 6. Conf. cap. 6. Hunc Im-
,, peratorem nonnulli Arcadium fuiſſe
,, exiſtimant, qui ante biennium Augu-
,, ſtus a Patre Theodoſio appellatus,
,, eodem cum Bautone anno, hic Oc-
,, cidentis, ille Orientis Conſul deſigna-
,, tus eſt: ut una eademque oratione
,, Conſulem utrumque laudarit. Aſt
,, quoniam Conſulis in Oriente facti
,, nomen haud equidem poterat tam ci-
,, to in Occidentem deferri, ut Kalen-
,, dis Ianuariis uterque Panegyrico ex-
,, tolleretur; non abs re fuerit hunc
,, Imperatorem, Maximum exiſtimare:
,, qui licet per tyrannidem, occiſo Gra-
,, tiano, & Valentiniano pulſo, Impe-
,, rium occupaſſet; adeo tamen non erat
,, ab eius laudibus temperandum, ut
,, coniungere cum Bautone nefas eſſet.,,

Verum Benedictini Patres, qui in
re Auguſtiniana omnibus palmam prae-
ripuere, ad diligentius rem diſcutien-
dam nos in huius loci margine his
verbis concitant. ,, Forte an Valenti-
,, niano minori, quia eius *comitatus apud*
,, *Mediolanum* ex Poſſidio cap. 1. *tum*
,, *erat conſtitutus*, cum ibi rhetoricam
,, profitebatur Auguſtinus: qui praete-
,, rea lib. 3. contra Petiliani litteras
,, cap. 25. ſcribit ſe in eadem urbe
,, *Bautoni Conſuli Kalendis Ianuarii lau-*
,, *dem pro ſua tunc rhetorica profeſſione*
,, *recitaſſe*.] Lib. autem 2. Vitae S. D.
c. 4. n. 2. ita manifeſtius loquuntur.
,, Notat ipſe qua data occaſione miſe-
,, riam perſpicue ſuam intellexerit, cum
,, ad panegyricum ſe compararet. Va-
,, lentiniano iuniori Auguſto dicendum.
,, Loquitur alibi de panegyri, quam
,, pro ſua rhetoricae artis profeſſione
,, in frequentiſſimo conſeſſu Kalendis
,, Ianuarii habuerat; ſed ea oratio pa-
,, negyrica Bautoni tum conſuli anno
,, trecenteſimo octogeſimo quinto dicta
,, fuit, De hoc autem Imperatoris pa-
,, negyrico ſic loquitur, *Cum eas cu-*
,, *ras anhelaret cor meum &c.*] Mani-
feſtiſſime vero ſuam ipſorum opinionem
produnt in Ordine chronologico Epiſtol.
in Praefat. ad Epiſtol. n. 1. hiſce verbis.
,, Illum ipſum panegyricum eſſe rati
,, (*Chronologi, quos impugnant*) quem
,, Bautoni conſulatum ineunti dixit Ka-
,, lend. Ianuar. an. 385. ex l. 3. contra
,, Petil. litt. c. 25. licet veriſimilius
,, hanc aliam fuiſſe panegyrim, quam
,, Imperatoris laudes appellat. ,,

Quanquam ut ubique ingenue lo-
quamur, niſi fortior coniectura ad-
feratur, Baronii opinio Valentinia-
num, & Bautonem pro Auguſtini ora-
tione iungens adhuc gravis, & proba-
bilis nobis videatur. Bollandiſtae tom.
6. die 28. Auguſti paragr. 6. initio dif-
ficultatem diſſimulant.

At vel ſemel, vel bis mecoenatam
omni exceptione maiorem, eximium,
ac nobiliſſimum, in tanto, in immenſo
hominum conſeſſu oratione panegyrica
celebraverit Auguſtinus; litterariae rei-
publicae, & nobis quale bonum? Ubi
nunc aut binae orationes, aut unica
oratio? At inquies, Quot eximia Au-
guſtini ſcripta periere? Dico autem e-
go: Quot adhuc ſuperſunt, quae ta-
men aut ſolos Philoſophos, aut Theo-
logos, aut admodum pios, peculiare
ſcilicet hominum genus pelliciunt? O-
ratio artis contexta miraculo, & om-
ni, & ſummo eloquentiae ſplendore ex-
ornata, ex qua etiam plurima veterem
hiſtoriam: Imperatorum, Conſulumque
dies, auctoritatem, dignitatem apprime
dilucidantia haberentur; volumen in-
quam univerſae litterariae reipublicae
adeo iocundum, gratum, utile, & vix
non neceſſarium, adeo latuit, tam pau-
cis exemplaribus diſtributum, & vulga-
tum eſt, ut iam ipſius parentis aeta-
te, ut coniicimus, evanuerit? Quem
ergo niſi Parentem ipſum de iactura
tan-

(1) Tom. 4. ad an. 385. initio.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

tanta univerſae litterariae reipublicae funeſtiſſima ad iudicium vocabimus? Tu Auguſtine a nobis ſubſtuliſti, quod noſtrum nullus a te rapere poterat. Quoniam vero vivo fonte fluentes rivuli etſi diſperſi, nunquam prorſus moriuntur; te hominem univerſae qua late patet eruditionis bono factum natum, per omnium Muſarum fidem, auctoritatem, & gratiam oramus, & obteſtamur, ut bonum vix indultum, mox ſublatum iterum elargiaris. Quod ſi tam luſſos aeſtus non curans, divitem adhuc retrahas manum, & conticeſcas, te Plinii Iunioris lib. 2. Epiſt. 10. ad Octavium, initio, verbis adloquimur. „ Nominem te patientem, vel potius „ durum, ac pene crudelem? qui tam „ inſignes libros tamdiu teneas? Quo„ uſque & ſibi, & nobis invidebis? ubi „ maximam laudem, nobis voluptatem? „ Sine per ora hominum ferantur, iiſ„ demque quibus lingua Romana ſpa„ tiis pervagetur. Magna etiam, lon„ gaque exſpectatio eſt; quam fru„ ſtrari adhuc, & differre non de„ bes ..„

At Auguſtinus vivit: ibi tamen vivit, ubi nec fabula, nec adulatio, ſed veritas, ingenuitaſque dominantur; Orationem a ſe olim contextam, elegantiſſimam quamvis, doctiſſimaque: fabula tamen, & adulatione pro more humano fucatam exhorret; Gaudet autem, & triumphat illam ſe vix factum veritatis doctorem magno zelo reſcidiſſe „ *Excidit oratio illa, & quidem puto eam ipſam prodentiorem effectam fuiſſe, quam ſcires mendaciis ex adulatione contextam*. Baronius t. 4. ad an. D. 385. n. 2. *Non ſi trova l'oratione, che allora recitò in laude dell' Imperatore (in tal maniera ſoleano eſſere i panegirici nel cominciamento del Conſolato) e per noſtro arbitrare, egli la ſtracciò, ſapendo d'averla teſſuta di menſogne inventate per adolare*. Raynaldus ad an. D. 385. initio.

(*b*) *Et mentienti faveretur ab ſcientibus*. = Quandoquidem nedum amplificatio, quod non iniquum cenſemus, plurimi habetur; ſed & inventio, quod intolerabile eſt; Non inventionem illam loquimur, qua dicendi ars maxime nititur, quaeve iuremeritoque in magno pretio habetur: eſt enim, rem advocare ex qua dicas, ex qua exponas, & ornes, ſed loquimur inventionem illam, quae mecoenati merita adfingit, doteſque a quibus procul abeſt; velut ſi vacui capitis hominem ex prudentia doctrinaque commendes. Inventionem hanc non ipſa dicendi ars tibi imponit, vel conſulit: nec omnes, ſed plures tamen corrupti palpones extollunt. Immo haec inveniendi ars iam adeo invaluit, ut Rhetori, qui ea careat, corrupto hominum genio penſato, conſultum ſit a texendis magnatibus laudibus omnino abſtinere. Volunt enim hi (ampliori hominum parte indulgente) Oratorum omnipotentia tranſmigrare in alienos: & iis incedere exornati dotibus, in quibus nec ipſi quidem ſeipſos agnoſcunt, & a quibus diſtant quantum profundae noctis tenebrae a clariſſima luce meridiana. Hinc Demoſthenes quo pacto in dicendi arte adeo profeciſſet requirentibus celebre illud, in commune adagium iam deductum repoſuit: *Plus de oleo, quam de vino ſumendo* (1): hoc eſt, potius adulationi indulgendo, quae in oleo: quam veritati, quae in vino deſignatur. Quanquam ſimplicius reſponſum illud plures excipiant: nempe de longis importunis ſtudiis, quibus nec ſomno parcens Demoſthenes, plus olei pro lucerna, quam vini bonae mentis hoſtis conſumſerit.

Si autem ſterilis mecoenatis oratores vel humana quadam neceſſitate compulſi ad mendacia confugientes, adeo in candorem, & veritatem peccant; Quali eos ferula excipies, qui magnatibus, quos laudant, pluribus utique exornatis dotibus, nova merita, mortalium ulli vix danda pro arbitrio, ac temere adfingunt? Huiuſmodi vitio laborat oratio Aloyſii Caeci ab Hadria in electione Principis Petri Loredani, ſeptima in ordine, in cuius initio poſt varios electionis plauſus, haec habentur: *Ma che altro, che queſt' elettione, apponto ſi ſanta, e ſi ſavia dalla maeſtà di queſti canuti capi; dirò meglio: dal conſiglio dello Spirito Santo, di queſta S. Republica perpetuo Rettore, ſi poteva aſpettare?* Et ego Venetam Rempublicam, bonam Catholici gregis partem, eiuſque electionem, & Principem non modico obſequio ſuſpicio; At quid eximius dici, vel cogitari poterat de electione Romani Pontificis, Chriſti Vicarii, & ſummi totius Catholici gregis Paſtoris? Licet ut quiſque

(1) Diomed. & Eras l. 4. c. 3.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

que ſuis bonis gaudeat, ſi amplificationes nullis propemodum finitas limitibus. & figmenta in poeticum nonnihil cadentia vel tollas, vel temperes, Aloyſii Hadrianenſis Groti, poetae, rhetoris, theologi, tum Italica, tum Latina lingua eruditi, ab octavo nativitatis ſuae die perpetua nocte damnati: ab anno decimoquarto Sanctorum (1), Principumque publici ſolemnis laudatoris orationes elegantiſſimas, & omnibus numeris abſolutiſſimas, ſaltem pro rudiori aetate illa, meo iudicio appellare poſſis.

(c) *Et cogitationum tabificarum febribus aeſtuaret.* = Haec plures in Auguſtino, in tanto viro mirantur. Unde Baronius t. 4. ad an. 385. n. 1. *Certe quidem etſi rhetoricis litteris adeo excultus erat, ut alias ipſe doceret: dicendo tamen publice, in tanto praeſertim auditorio haud aſſueverat: unde timendi magna ipſi manebat occaſio.* Quae ad verbum, pro more, exſcribit Raynaldus ad eumdem annum initio.

Verum publice dicendum Auguſtinum tot ab annis publicum nunc Grammaticae, nunc Rhetoricae profeſſorem non adſuetum quis ſibi finget? Huius vero orationis mecoenatem fuiſſe omnium nobiliſſimum, & adparatum maximum, quod poſtremo illi exegerant, non inficiamur. Atqui Tullius, Romanae eloquentiae princeps, publice dicendo adſuetiſſimus prodere ſolebat, ſe ad publice dicendum adcedentem totis artubus contremiſcere, & aliquando, non *tabificarum cogitationum*, ſed veris febribus correptus eſt: Nimirum graviſſimorum hominum eſt, non temere, & inconſulto quidquam adgredi, ſed expediendae rei difficultatem, & negotii amplitudinem ſibi obiicere, ac alte meditari. Hinc ut in plurimum inſigni, maturoque ingenio praediti imprudentibus, atque tardis ſolent eſſe timidiores.

(d) *Securus ille, ego trepidus.* = Hi enim ambitionis fructus; Tremor, & Anxietas. „ Vanae ſiquidem gloriae „ cupidus ſimilis illis eſt, qui tempe„ ſtates ferunt, ſemper tremens, ac ti„ mens, innumeroſque dominos obſer„ vans. Qui vero extra illam eſt ty„ rannidem, recte comparatur iis, qui „ in portu conſtituti, integra iam li„ bertate potiuntur. Alius vero non i„ tem, ſed quam multis eſt cognitus, „ tam multos habet dominos, omnibus „ ſervire coactus.] S. Ioann. Chryſoſtomus in cap. 10. epiſt. ad Rom. Homil. 17. paullo ante finem „ Ce„ terum quemadmodum venti quidam „ feri, & immanes cum in ſerenum „ irruerint pelagus, ipſum totum a fun„ do perturbant: adeo ut & arena „ ſaepius undis immiſceatur; ita & hae „ perturbationes cum in animam irru„ perint, cuncta permiſcent, & quae „ ſuperiora erant, ad infima detrahunt, „ excaecantque mentis clariſſimum lu„ men; atque in primis gloriae veſa„ na cupido. Nam pecunias quidem „ facile quiſque contemnet, dum id „ inſtituerit. Porro honoris eſſe negli„ gentem, laudemque non affectare „ multorum maximo labore indiget.] Idem in cap. 1. epiſt. ad Tit. Homil. 2. poſt med.

Unde non immerito mancipia, turbaeque miniſtros Rhetores Diogenes Cynicus paſſim vocabat (2). Et Demostheni ad cauponam, ad quam ipſe advocaverat, adcedere renuenti exprobravit, immerito tanto horrore eam intueri domum, quam adeo iocunde, & ſaepe Dominus eius (nempe turba) adiret (3). Quod tamen duriſſimum iugum Dio Pruſeus Graecus orator ſe excuſſiſſe iactat Orat. 52. & 56.

(e) *Sed perverſitate, numquid veritate?* = Hoc eſt, perperam: perverſa, non aequa ratione. Cur enim mendicus ille mihi meam, & non ego illi ſortem ſuam inviderem? Propter doctrinam inquies, qua tu dives eras, qua ille pluſquam pane & vino mendicus. Atqui ex doctrina non gaudebam, ſed angebar. Et ſi inſtes: Annonne alius docere ſors quaedam, & bonum eſt? Repono ego: Quid quod mendaciis congeſtis dicturus, non: docere & placere: ſed (quod ſervitutis aliquod genus eſt) *tantum* (ut conſtanter ferunt editi, & 4. MSS. Med. 3. S. Cr.) placere expetebam?

(f) *Propterea & tu baculo diſciplinae tuae confringebat oſſa mea.* = Illud Davidis intuetur Pſal. 41. v. 11. *Dum confringuntur oſſa mea, exprobraverunt mihi &c.* Ubi ipſe n. 18. *Cum videamus fortes Eccleſiae plerumque ſcandalis cedere: nonne dicit corpus Chriſti, confringit inimicus oſſa mea? oſſa enim fortes ſunt, &*

ali-

(1) S. Nicolai, & Laurentii Ptioli.
(2) Laertius l. 9.
(3) Eraſm. l. 8. Apophteg.

aliquando ipſi fortes tentationibus cedunt.

Verum quid haec ad noſtrum propoſitum? Arbitramor hic Auguſtinom oſſibus non peculiarem ſui partem, ſed fractionis vehementiam & amplitudinem deſignare; Tot enim tamque graves erant dolores illi & anxietates, ut non perperam iam illuminatos homo dicat, ſuis in ambitionibus & cupiditatibos baculo divinae diſciplinae (ad correctionem, & ſalutem ſaevientis) non leviter, ſed uſque ad oſſium fractionem, hoc eſt graviſſime ſe vapulaſſe.

Sin autem mavis oſſibus peculiarem Auguſtiol partem deſignatam: duplex expoſitio occurrit; Confringebat Deus ſuae diſciplinae baculo ambitionem, quae in Auguſtino dominabatur. Confringebat doctrinae ſplendorem, ſeu ingenium, oſſibus comparandum quod ipſom longe liberalius ac aliud quodcunque bonum natura mater Auguſtino profudiſſet; Confringebat ingenium: quo enim praeeſſe, ac dominari poterat, patebat, iuxta dicta, obſequebatur.

(*g*) *Recedant ergo &c. Intereſt unde quis gaudeat*. = Adhuc Davidis Phraſim, licet non ſenſum, Pſal. 41. v. 11. prae oculis habet; ſequitur enim: *Exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei: dum dicunt mihi per ſingulos dies, Ubi eſt Deus tuus? quare triſtis es &c.* Senſum autem, & quidem integrum hunc habeto. Se ingenuum hominem, omnibus diſciplinis excultum rudi pannoſo vino exſultanti Auguſtinus poſthabuerat. Nunc autem longe a ſe propulſat adulatores, qui dicant, *Intereſt unde quis gaudeat*: nempe: Secernenda ſunt gaudiorum incentiva; quaedam enim ſtulta, & rudia; alia aequa, & nobiliora; Mendicus ille inſami vinulentia gaudebat; Tu vero litterarum gloria, quae graviſſimos etiam homines rapit, gaudere expetebas. Adulationem iſtam, & adulatorem reiicit Auguſtinus: gloria enim illa extra Deum concepta a verae gloriae ordine, & dignitate exorbitabat &c.

(*h*) *Ego cum mea dormieram*. = Quandoquidem non ſolo mero; ſed & corporum amore, ambitione, ſimilibuſque pluribus inebriamur. „Ebrietatem hic dicit (*ubi ſcilicet Apoſtolus 1. Theſſal. c. 1. v. 7.* Et qui ebrii ſunt, nocte ebrii ſunt) non eam ſolum, quae ex vino, ſed quae ex omnibus malis eſt. Ebrietas enim „animi ſunt divitiae, & pecuniarum „concupiſcentia, & corporum amor, „& quidquid tale dixeris animi eſt „ebrietas] S. Ioan. Chryſoſtomus Homil. 9. in cap. 5. ep. 1. ad Theſſal. circa med.

Cum autem tot, ac tanta ſuam in orationem, ac in ſeipſum ſit iaculatus, quod Valentiniano Imperatori mendacio & adulatione caput demulſerit; mirom eſt cur occaſione data adeo ampla, eum in typhum, in humana obſequia, in vanitatem tanto zelo repereret; cur inquam contra humanam, vel ſecularem poteſtatem nec muſſitaverit, ſi eam tantopere habebat exoſam; Generoſum enim acerrimumque talis poteſtatis hoſtem impii Tranſilvaniae miniſtri in opuſculo, cui titulus: *Antitheſes Chriſti veri, & falſi*, Albae Iuliae anno 1568. edito Auguſtinum nobis obiiciunt, Illud l. 9. de Civit. Dei, cap. 15., non longe ab initio, *Rationalem factum ad imaginem ſuam noluit niſi irrationalibus dominari: non hominem homini, ſed hominem pecori*, magno triumpho decantantes.

Quin immo vero nulla ratione poterat hic politicam poteſtatem impetere, cui centies facto, & ſcripto laudes texuerat, ac ſeipſum devoverat. Locus autem adeo decantatus nihil ad rebellium miniſtrorum cauſſam; Propriſſimam, doriſſimamque ſervitutem illam Auguſtinus ibi exſecratur, qua homini beſtiae ſubiiciuntur, & a qua natura, vel Deus hominem prorſus exemit. Addens inſimul ſervitutem omnem, in quam incorrimus, non in naturam, ſed in peccatum revocandam, Sat fuiſſet Tranſilvaniae ardelionibus integrum textum, praecedentia videlicet, & ſequentia inſpicere, ne iuſti, & aequi Vindici acerrimo calumniam tantam impingerent: eſt enim ille, ut ſemper, ſui ipſius interpres. Videat qui in hoc anceps eſt, finem praecedentis cap. 13. ab illis verbis *Imperant enim qui conſulunt &c.* Et cap. 15. ſtatim poſt decantatam ſententiam, ab illis verbis, *Inde primi iuſti paſtores pecorum &c.*

(*i*) *Quod ille bene optando &c. quaerebam typhum*. = Contemne ut libet, bonum quod optaverat mendicus, & quo gaudebat; At ſaltem vinum verum, & phyſicum bonum eſt; Typhus autem (hoc eſt inanis gloria), quo ego ſuſpirabam, fumus & ſomnium eſt. Et ex capite igitur inſpectae rei, ſtolidiori ego, ac mendicus, vanitate rapiebar.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 34. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Alia etiam ratione Auguſtinus pauperi infelicitate poſtbabebatur; Pauper enim mero victus erat: at interim non adtendens; Auguſtinus autem ambitione torctus, tyrannidem ipſam meditabatur; ex quo poena poenae, & geminus dolor: unde ſequitur, *& coduplicabam ipſum male*.

Quod autem poſtremo addit: *pene priusquam teneretur, avolabat*, humanae ſortis inconſtantiam deſignat; & Auguſtini adhuc infidelis acre iudicium & ſagax retegit: cui adeo bene plauſus, & mundana bona ex inconſtantia vileſcerent.

C A P U T VII.

A R G U M E N T U M.

Tanta ambitionis tyrannide excuſſus, & doctus: humanae ſortis vanitatem cum amicis, maxime vero, & familiariſſime cum Alypio, & Nebridio deplorabat. Quorum, utpote peculiari ſibi ſocietate iunctorum aliquod daturus ſpecimen: Alypii primum gratiam, genitores, aetatem, & ſtudia egregiamque virtutis indolem Lectorum oculis ſiſtit. At illud potiſſimum, velut non abs mira Numinis providentia factum alta mente expendendum arbitratur: eumdem cariſſimum a Circenſium furore, quo captus, & abſortus fuerat, a ſe publica ex cathedra de Eloquentiae iuribus diſputante, & caſu, ſimilitudiniſve occaſione Circi amatores acriter perſtringente fuiſſe exemtum, & revocatum. Quanquam alterum addat, de quo maxime angatur: eumdem amicum videlicet iterum aegra patris indulgentia, ad ſcholam ſuam adceſſum Manichaeorum blaſphemias ſuas vana continentiae ſpecie fucantium, retibus implicaſſe.

I. COngemiſcebamus in iis qui ſimul amice vivebamus; & maxime ac familiariſſime cum Alypio & Nebridio iſta colloquebar; quorum Alypius ex eodem quo ego, ortus erat municipio, parentibus primatibus municipalibus (*a*), me minor natu (*b*); Nam & ſtuduerat apud me, cum in noſtro docere coepi oppido, & poſtea Carthagine. Et diligebat me multum, quod ei bonus & doctus viderer (*c*): & ego illum propter magnam virtutis indolem, quae in non magna aetate ſatis eminebat. Gurges tamen morum Carthaginenſium, quibus nugatoria fervent ſpectacula, abſorbuerat eum in inſaniam Circenſium (*d*); Sed cum in eo miſerabiliter volveretur, ego autem Rhetoricam ibi profeſsus publica ſchola uterer, nondum me audiebat ut magiſtrum, propter quandam ſimultatem, quae inter me & patrem eius erat exorta: & Compereram, quod Circum exitialiter amarer: & graviter angebar, quod tantam ſpem perditurus, vel etiam perdidiſſe mihi videbatur. Sed monendi eum, & aliqua coercitione revocandi nulla erat copia; vel amicitiae benevolentia, vel iure magiſterii. Putabam enim eum de me cum patre ſentire, ille vero non ſic erat. Itaque poſtpoſita in hac re patris voluntate, ſalutare me coeperat, veniens in auditorium meum, & audire aliquid atque abire.

II. Sic enim de memoria mihi lapſum erat agere cum illo, ne vanorum ludorum caeco & praecipiti ſtudio tam bonum interimeret ingenium. Verum autem, Domine tu, qui praeſides

gu-

gubernaculis omnium, quae creaſti, non eum oblitus eras futurum inter filios tuos Antiſtitem ſacramenti tui (e); Et ut aperte tibi tribueretur eius correctio, per me quidem illam, ſed neſcientem operatus es: Nam quodam die cum ſederem loco ſolito, & coram me adeſſent diſcipuli, venit, ſalutavit, ſedit: atque in ea, quae agebantur, animum intendit; Et forte lectio in manibus erat, quam dum exponerem, & opportune mihi adhibenda videretur ſimilitudo Circenſium, quo illud, quod inſinuabam, & iucundius & planius fieret, cum irriſione mordaci eorum quos illa captivaſſet inſania; Tu ſcis Deus noſter, quod tunc de Alypio ab illa peſte ſanando non cogitaverim. At ille in ſe rapuit (f), meque illud non niſi propter ſe dixiſſe credidit. Et quod alius acciperet ad ſuccenſendum mihi, accepit honeſtus adoleſcens ad ſuccenſendum ſibi, & ad me ardentius diligendum. Dixeras enim tu iam olim, & innexueras Litteris tuis. Corripe ſapientem, & amabit te (1). At ego illum iam non corripueram; ſed utens tu omnibus & ſcientibus, & neſcientibus, ordine quo noſti, & ille ordo iuſtus eſt; de corde, & lingua mea carbones ardentes operatus es, quibus mentem ſpei bonae adureres tabeſcentem, ac ſanares. Taceat laudes tuas qui miſerationes tuas non conſiderat, quae tibi de medullis meis confitentur. Etenim ille poſt illa verba proripuit ſe ex fovea tam alta, qua libenter demergebatur, & cum miſerabili voluptate caecabatur: & excuſſit animum forti temperantia, & reſiluerunt omnes Circenſium ſordes ab eo, ampliuſque illuc non acceſſit. Deinde patrem reluctantem evicit, ut (g) me magiſtro uteretur; Ceſſit ille, atque conceſſit. Et audire me rurſus incipiens, illa mecum ſuperſtitione involutus eſt (h), amans in Manichaeis oſtentationem continentiae, quam veram & germanam putabat. Erat autem illa vecors & ſeductoria, pretioſas animas captans, nondum virtutis altitudinem ſcientes tangere, & ſuperficie decipi faciles, ſed tamen adumbratae ſimulataeque virtutis.

(e) *Parentibus primatibus municipalibus*. = Ita Benedictini, Bollandiſtae: & ante ipſos Ver. Am. Er. Som. 13. MSS. Denique omnes codices tum MSS. tum editi, quos viderimus. Excepto Wangn. qui omittit vocem illam; *primatibus*. At perperam, nedum miro codicum conſenſu, ſed & ratione ſpectata, ut ex dicendis conſtabit.

Iam Auguſtinus promiſſa exſolvit, & fidem ſuam tuetur; circa ſiquidem an. D. trecenteſimum nonageſimum quintum, Epiſt. 27. (Alias. 32.) n. 5. ſeu, paulo ante finem Paulino Alypii ſe hiſtoriam daturum ſpoponderat „ Itaque cum legiſſet petitionem (a), qua „ deſiderare te indicaſti, ut hiſtoriam „ ſuam tibi ſcribat, & volebat facere propter benevolentiam tuam, & „ nolebat propter verecundiam ſuam: „ quem cum viderem inter amorem, „ pudoremque fluctuantem onus ab illo in humeros meos tranſtuli; nam „ hoc mihi etiam per epiſtolam iuſſit; „ Cito ergo, ſi Dominus adiuverit; „ totum Alypium inſeram praecordiis „ tuis; Nam hoc ſum ego maxime veritus, ne ille vereretur aperire omnia, quae in eum Dominus contulit, ne alicui minus intelligenti &c.) Vide tamen l. 9. c. 6. B.

. . . Alypius igitur ex eodem municipio ex quo Auguſtinus. Quamquam Eruditos inter omnino conſtet, Municipia praeſtantiora fuiſſe Coloniis; adhuc quo potiſſimum ſecernerentur, non adeo exploratum habemus. Saepe ſaepius tamen apud Eruditos leges, Eo-

Ecera, . . . lo.

(1) Prov. 9. 8.

(a) Ut in Epiſt. Inter Auguſt. 24. (olim 35.) n. 4.

loniam oppidum eſſe, quo olim Rex, vel Senatus, vel populus aut ſubiectorum civium, at ſociorum partem ad habitandum miſit; cuius Coloniae habitatores inter Romanos quidem cives vel adcenſebantur, vel adcenſeri poterant; at interim non peculiari, ſed eius, a quo propagati erant, iure utebantur: inſimul etiam alienis, hoc eſt Romanorum legibus ſubiecti. At vero Municipium, omnem Coloniae ſplendorem eminentia continens, cives propriis ducens legibus, ab alienis quae ad commune & ordinarium regimen ſpectabant eximebat: ſuoſque incolas nedum communibus, ſed & potioribus Romanis civibus pares faciebat, qui nimirum poſſent & altiora Romae munera ſubſtinere. Licet etiam *muniiceps*, & *municipalis* ſynonyma vulgo habeantur; ſunt tamen qui arbitrentur, *municipalem* proprium naturalemque municipii civem appellari; municipem vero illum, qui privilegio municipii civibus additur.

Cum ergo conteſtetur Auguſtinus ex parentibus *parentibus municipalibus* Alipium deductum: vide qualem in viro mille rationibus ornatiſſimo deſideres natalium ſplendorem.

Licet ſat ad id tibi fuiſſet noſcere ex eodem Auguſtino Alypium Romaniano, S. Doctoris pluribus teſtimoniis genere opibuſque praeclariſſimo, ſanguine iunctum fuiſſe: *Eſt etiam aliud quo iſtum fratrem* (Romanianum) *amplius diligas: nam eſt cognatus venerabilis, & vere beati epiſcopi Alypii, quem toto pectore amplecteris, & merito: nam &c* Epiſt. ad Paulin. 27. (Olim, 32.) n. 5. initio. Vide infra c. 14. A.

(*b*) *Me minor natu*. = Bollandiſtae. ſive Petrus Boſhius t. 3. ad diem 25. Aug. paragr. 2. n. 7. merito obſervat Alypium non multum minorem natu Auguſtino fuiſſe.

Quanquam vero plura omittamus alibi ab Auguſtino de Alypio narrata, quae omnia iis quae hic habentur addita intergram propemodum exactamque eiuſdem hiſtoriam conficerent; adhuc quiddam natalibus, & aetati nimis affine haud reticendum cenſuimus; Fuit nempe Alypius corpore brevis: *Quaſi vero*, *inquam*, *longum aliquid nos quaeramus*, *praeſertim adverſus Alypium*; *nam non mediocriter parva iſta eſſe fortia*, *& utilia*, *ſatis ipſe de ſuo corpore argumentatur*. Lib. de Vita Beata, diſput. 1. diei, n. 25. ſeu ante finem.

Confirmat minorem Alypii aetatem Auguſtinus addens, in communi prius oppido, & inde Carthagine apud ſe eumdem Alypium ſtuduiſſe.

Licet autem Auguſtino minor natu eſſet Alypius, primus tamen fuit Epiſcopatu, ut late oſtendemus litt. E.

(*c*) *Et diligebat me multum*, *quod ei bonus*, *& doctus viderer*. = Expendit haec alta mente Ianſenius Yprenſis Antiſtes tom. 2. de Ratione, & Auctoritate lib. Proaem. cap. 20. pag. 19. col. 2. & toto elegantis orationis impetu haec iure meritoque in Dei & Auguſtini laudem profert. „ His, & aliis „ obſcuris electionis quaſi lineamentis „ hoc effectum eſt, ut amicus bonus, „ ac doctus in profligatiſſima morum „ diſſolutione videretur, a quibus prop„ terea diligebatur mirifice, & nonnullos „ viciſſim propter magnam virtutis indo„ lem diligebat; qui relicta patria, relicto „ rure paterno optimo, relicta domo, & „ non ſecutura matre, nullam aliam ob „ cauſam ad ipſum, tametſi Manichae„ um commigraverant, niſi ut cum „ ipſo viverent in flagrantiſsimo ſtudio „ veritatis, & ſapientiae, cui ex occul„ to electionis afflatu in mediis errori„ bus inſpirabat. Enim vero cum natu„ rae non parva pars, doteſque pluri„ mae tam corporis, quam animi ex „ occulta ille praedeſtinationis abyſſo in „ hominem ſcaturiant; quid mirum ſi „ qua lineamenta divinis oculis conſpi„ cua illius aeterni amoris praeſeferat, „ quo miſericordiae ſuae vaſa comple„ ctitur?] De bona Auguſtini adhuc Manichaei indole diximus, ſi bene meminiſti, l. 3. c. 1. F. & l. 4. c. 2. C. D. E.

(*d*) *Abſorbuerat eum in inſeniem Circenſium*. = Ita B. B. qui nihil admonent; & ante ipſos Som. 2. MSS. Med. unus S. Cr. Sed Am. Er. Lov. Wang. & MSS. quinque *eum inſania Circenſium*. Perperam tamen, ut liquet; niſi forte *inſaute* in eblativo poſita credatur: ut ſit ſenſus, inſaniam Circenſium fuiſſe id quo gurges morum Carthaginenſium Alypium abſorpſit. Quod equidem utcunque, at non omnino commode fingi poteſt. Si autem vox *ieſaeia* in nominativo, ut vere cenſendum eſt, poſita ſit; eam novi fere ſermonis initium, ſeu antiqui explicationem exiſtimare debebimus: quaſi diceretur, gurgitem morum Carthaginenſium hoc fuiſſe, Inſaniam nimirum Circenſium; quod tamen frivolum eſt.

Ut autem de Circenſibus Ludis ad commodam facilemque Lectorum erudi- tio-

Digitized by Google

tionem breviter quidquam dicamus, obſervamus primo; Hallucinari eos, qui hoſce, ſolo velut diverſos vocabulo, a Cerealibus minime dividunt. Hi enim Cereri, cuius fabulas Cereoles in ſcenis agebant, dicati erant; a ſolis vero matronis ſpeciali caractere inſignitis, albiſque veſtibus, ac velis amictu celebrabantur. At Circenſes Neptuno erant ſacrati; peragebanturque a viris; Utique in Circo, in quo & Cereales, & ex quo id ſortitos nominis plures opinantur; At quid ex communione loci pro adeo diſcrepantium munerum identitate? in eodem enim campo & acriter milites certant: & inde pueri quoque nugantur. Maxime vero quoniam ab evaginatis enſibus, ad quos quadrigae phanatici adcedebant, vel quos omnino e proximo circumcingebant, Circenſes, quaſi *circa enſes*, dictos longe probabilius exiſtimont alii: ſic enim non ex generali ratione, ſed ex proprio ludi velut caractere eius vocabulum habes: & ab ea, quam mox proponemus difficultate haud levi te prorſus expedis; Quid enim ad Circenſis ludi nomen Romanus Circus, ſi ante Circum, ante Romam, & Romulum vigebant iam ludi Circenſes? Porro ut ſummoe brevitatis cauſſa monumenta plura praetereamus, Aeneam ad ſui parentis honorem hos celebraſſe ludos V. Aeneid. Virgilius teſtatur. Et cuicunque in profana hiſtoria non prorſus hoſpiti notum eſt, Romulum, vix in otero concepta Roma, hiſce ludis Sabinenſes feminas, de quarum amplexibus deſperabat, pellexiſſe, traxiſſe Romam primis ſignatam lineis, ſubſuratum eſſe; unde & iidem Circenſes ludi, quaſi ad altum conſilium celebrati Conſo deo conſiliorum a Romulo dicati ſunt, & ut tales indefinita voce *Conſualia* appellati. Quod ſi mavis cum Graecis opinari Circenſes ludos a Circe Solis filia, quae id certaminis genus Patri inſtituit, appellatos, adhuc a Cerealibus illos ſecernas oportet. At ſi plura de Circenſibus ludis habere ambias, vide Auguſtinum lib. 1. de Civit. Dei, cap. 32. & lib. 2. cap. 17. & Pſeudo-Auguſtinum de Symbolo Serm. ad Catechum. cap. 2. n. 3. & de Tempore Barbarico, cap. 1. n. 2. Iſidorum lib. 18. Originum, vel Etymologiarum, cap. 27. 28. 29. & 59. Titum Liv. lib. 1. de Origine Romae. Eutrop. lib. 1.

Huiuſmodi ludi inſania Carthagine Alypius captus fuerat: ab eaque ab Auguſtino aliud agente liberatus eſt.

(e) *Antiſtitem ſacramenti tui.* = Antiſtitem Eccleſiae tuae, quae magno ſacramento tibi coniuncta eſt: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, Epheſ. 5. 32. Sive: Antiſtitem ſacramentorum tuorum, nempe myſteriorum, dogmatumve Eccleſiae Catholicae; Antiſtitis enim eſt Eccleſiae myſteria, & dogmata proponere, explicare, tueri: *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: preſbyteros tuos, & dicent tibi.* Deuteron. 32. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum eſt.* Malach. 2. 7. *O Timothee depoſitum meum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates &c.* 1. Timot. c. ultimo v. 20. *Amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere.* Tit. 1. 9. Antiſtes *ab ante ſtando* dicitur, ut obſervat Iſidorus lib. 7. Originum c. 12. unde Chriſti ovile ducere debet, eiuſque bona tueri. Cui etymologiae ſimilis eſt altera quam in Epiſcopo Auguſtinus obſervat lib. 19. de Civit. Dei, cap. 19. poſt med. „ Exponere voluit (*Apoſtolus* 1. *Tim.* „ 3.) quid ſit Epiſcopatus, quod no„ men eſt operis, non honoris. Grae„ cum eſt enim, atque inde ductum „ vocabulum, quod ille qui prae„ ficitur eis quibus praeficitur ſu„ perintendit, curam eorum ſcili„ cet gerens. *Epi* quippe, ſuper, „ *ſcopos* vero intentio eſt; ergo *Epiſcopin* Graece, ſi velimus Latine *ſuper„ intendere* poſſumus dicere: ut intelli„ gat non ſe eſſe Epiſcopum, qui prae„ eſſe dilexerit, non prodeſſe.] Vide etiam, ſi placet in Pſal. 126. n. 3. ubi idem confirmat ex eo quod Epiſcopo altior locus detur; ut ex eo nimirum gregi ſuperintendat, eumque cuſtodiat.

Adhuc vero Auguſtino praesbytero, ordinatus eſt Tagaſtenſis antiſtes Alypius, ut manifeſte conſtat ex Epiſt. 24. 27. 28. & 29. Quamobrem ſpurius Auguſtini foetus agnoſcitur ſermo 22. ad Fratres in Eremo (ut ante nos ad eius marginem Benedictini obſervarunt) in cuius med. haec quaſi per ſomnium concinnuntur: *Sed dicetis: Ecce multi ſumus: & praeter Evodium, Alypium, & Pontianum, qui de Scripturis ſanctis multa noverunt, omnes groſſi, & idiotoe ſumus: igitur doceat orare. O Fratres mei licet groſſi*

ſitis

ſitis &c. (t)] Vere tu groſſus es, qui tam groſſe, & inepte foetum hunc Auguſtino ſuppoſuiſti! Qui fieri potuit ut Alypius Fratres inter in Eremo deliteſceret, in Hypponenſi throno Auguſtino ſedente, ſi Auguſtino adhuc presbytero conſecratus erat ille Tagaſtenſis antiſtes? Addunt autem ad eius Sermonis margine litt. C. Benedictini: *Non ita tamen idiatae qui in Hippon. Monaſteria, ex quo, ut obſervat Lupus, ſimul, & ſemel decem fuere aſſumti ad epiſcopatum*. De Pontiano dicemos lib. 8. cap. 6. De Evodio lib. 9. cap. 8.

Quo autem prorſus tempore ſit Alypius ordinatus Tagaſtenſis antiſtes? Anno fortaſſe trecenteſimo nonageſimo quarto, vix pro Auguſtino ad Hieronymum celebri legatione functus. Quod quidem deduci videtur ex Epiſt. S. Doctoris ad Hieronym. 28. (Olim 8.) in cuius exordio haec habentur ,,' Quanquam ergo per-
,, cupiam omnino te noſſe; tamen exi-
,, guum quiddam tui minus habeo,
,, praeſentiam videlicet corporis: quam
,, ipſam etiam poſteaquam te beatiſſi-
,, mus nunc epiſcopus, tunc vero iam
,, epiſcopato dignus, frater Alypius vi-
,, dit, remeanſque a me viſus eſt, ne-
,, gare non poſſum magna ex parte mi-
,, hi eſſe relatu eius impreſſam] Quum ergo communi Eroditorum calculo data ſit haec Epiſtola an. 394. aut 395. ſequitur ſaltem anno 394. (ut etiam Bollandiſtae obſervant) conſecratum Alypium. Quod & Baronius obſervavit t. 4. ad an. D. 393. n. 44. & ad an. 394. n. 57.

Auguſtinus autem Hypponenſis antiſtes ordinatus eſt omnium prorſus in eius hiſtoria eruditorum ſententia anno tercenteſimo nonageſimoquinto. Et quidem menſe Decembris: Serm. enim 339. (Olim, 25. ex 50. Homiliis) in Anniverſario conſecrationis ſuae primo, c. 3. n. 3. adloquitur gregem his verbis *Relevate ſarcinam meam, & portate mecum. Bene vivite, Natalis Domini imminet &c.*

Qui plura, & plurima etiam de Alypio deſiderat, conſulat Pelagianam hiſtoriam Cardinalis Noriſii. Sat ſuperque ad inſtitutum noſtrum erit, quaedam eiuſdem eruditi Scriptoris feliciſſimum Alypii exitum concernentia ex lib. 2. laudatae hiſtoriae, cap. 8. ſub finem, intermediis quibuſdam reſecatis, exſcribere ,, Quare Alipius longinqua-
,, rum peregrinationum periculis pro
,, Pelagianis extirpandis devuratis, do-
,, ctiſſimis epiſtolis contra eoſdem per-
,, ſcriptis, nobiliſſima etiam apud Ho-
,, norium legatione ea de cauſa per-
,, functus, inter divinae gratiae propu-
,, gnatores ſecundus ab Auguſtino no-
,, minandus venit: ut mirum ſit prae-
,, clariſſimos ſcriptores, qui res Pela-
,, gianas literis mandarunt, adeo nun-
,, cam de Alipio mentionem feciſſe,
,, primoque loco inter gratiae defen-
,, ſores, poſt Auguſtinum Proſperum, A-
,, quitanum collocaſſe. Sane Romana
,, Eccleſia in Martyrologio ad diem 15.
,, Auguſti Alipii memoriam his recolit
,, *Tagaſte in Africa Sancti Alipii epi-*
,, *ſcopi, qui Beati Auguſtini olim di-*
,, *ſcipulus, poſtea in converſione ſocius,*
,, *in munere paſtorali collega, & in*
,, *certaminibus adverſus haereticos com-*
,, *milito ſtrenuus*, ac demum *in coele-*
,, *ſti gloria conſors fuit*. Sanctus Pau-
,, linus Nolanus, vir ſuo ſatis nomine
,, percelebris Alipium adeo amabat, ut
,, &c. Atque haec de ſtrenuiſſimo S.
,, Auguſtini in Pelagiano bello collega
,, ſufficiant. Interim univerſa Augu-
,, ſtiniana reſpublica ingentes gratias re-
,, fert illuſtriſſimo D. Ioſepho Euſanio
,, Epiſcopo Porphyrienſi, & Apoſtoli-
,, ci Sacrarii praefecto, qui nuper a
,, S. D. N. Clemente X. impetravit,
,, ut Auguſtini filii XVIII. Kal. Septem-
,, bris inter diurna precum officia S.
,, Alipii Tagaſtenſis memoriam quotan-
,, nis ſolemni ritu recolerent.

(*f*) *At ille in ſe rapuit.* = Simillimi concordium amicorum caſus! Alypius ab Auguſtino aliud agente a Circenſium; Auguſtinus ab Ambroſio populo praedicante a Manichaeorum fovea ereptus eſt. Sed & digreſſione minime intenta, in ſermone ad populum negotiatorem, nomine Firminum a Manichaeis ſubplantatum Auguſtinus liberavit; De quo in eius Vita Poſſidius, cap. 15. per totum.

Miratur inde Auguſtinus optimam Alypii indolem; qui pro eo quod acriter (ut ipſe ſuſpicabatur) increpantem, & pungentem averſaretur, ſalutari compunctione adamavit. At cur averſaretur, amicum tam leniter, ſuaviterque irridentem, inquiunt Italicorum codicum auctores? Ita enim ipſi vertunt *Dolcemente beſſando coloro, che s'erano laſciati ſedurre da una tale ſtoltezza.*

Vah

(t) Tom. 6. in Append.

Digitized by Google

Vah egregios Grammaticos, qui pro tenebris lucem ſubſtituunt! Auguſtinos dicit: *Cum irriſione mordaci*. Vertunt ipſi: *Dalcemente beffando*!

(*g*) *Deinde patrem reluctantem evicit, ut &c.* = En novos Ionathas (1), qui cum Davide patri exoſo magnum foedus init, patre non reluctante. At cenſeo alia quoque ratione Auguſtinum Davidi comparandum: quod ſcilicet haud eſſet mutua illa animorum averſio: ſed patris Alypii in Auguſtinum; non Auguſtini in eumdem Alypii patrem. Id quidem primo, ex hoc loco deducitur; Certatum eſt enim ut ad Auguſtinum adceſſum pater Alypio indulgeret: non autem ut Auguſtinus filium eius, cui erat exoſus, exciperet. Quod manifeſtius etiam quaedam numeri primi oſtendunt: *Et graviter angebar, quod &c. Putabam enim eum de me cum patre ſentire &c.* Qualis Auguſtinus hoſtis, ſi inimici filium tanta dilectione proſequebatur, tanto zelo curabat, deque erroribus eius tantopere angebatur? quive ſubtimide anxieque putaret filium eum patre ſentire? Pugnam ergo Alypii pater indixerat, regebatque; non Auguſtinus. Maxime quoniam filius aliter ac pater de Auguſtino ſentiebat: *ille vero non ſic erat. Itaque poſtpoſita in hac re patris voluntate, ſalutare me coeperat &c.* totum ergo diſſidium Alypius in partem revocabat. Adeoque Davidi, in hac re, Auguſtinus admodum ſimilis: Alypii vero pater nonnihil Sauli; Et merito Alipius (2). *bonum*: Vincentius autem Rogatiſta *quietis, & honeſtatis cultorem* (3) Auguſtinum adhuc Manichaeum praedicabat.

(*h*) *Illa mecum ſuperſtitione involutus eſt.* = Iam ergo priorem gloriam non levi macula adſperſiſti; tu ipſe nempe qui a Circenſium inſania Alypium liberaſti, Manichaeorum impietati addidiſti! At nonnihil tibi parcimus; eam enim ſuperſtitionem amicum docuiſti, quam puriorem religionem (licet non prorſus innocenti errore) arbitrabaris.

Quanquam ſi diligentius integrum hoc teſtimonium penſetur, dicendum videatur, Alypium, non prorſus ab Auguſtino, tractum; ſed utique Auguſtini familiaritate, iuxta illud Pſalm. 17. 27. *Et cum perverſo perverteris*, nonnihil infectum, ſponte in Manichaeorum foveam deſcendiſſe. Id quidem ea verba oſtendunt: *Mecum ....., amans in Manichaeis ....., quam verum, & germanam putabat*. Cum Auguſtino ergo, non ab Auguſtino involutus eſt. Nec Auguſtini gratia amice in Manichaeos deportatus eſt, ſed ab iis oſtentatam continentiam adamavit. Nec eam amici teſtimonio innixus credidit: ſed ipſe veram, & germanam putabat. Ceterum de amico, quem ipſe omnino ad Manichaeos pertraxerat, vide quali ſermone dixerit lib. 4. c. 4. *Nam & a fide vera ..... deflexeram eum in ſuperſtitioſas fabellas*.

Non inficiamur tamen iis verbis planius exceptis haud temere contendi poſſe, Alypium ab Auguſtino vere in Manichaeorum laqueos captioſis argumentis impulſum. Recole quae diximus lib. 3. c. 12. C. & lib. 4. c. 3. F. Quam vero fallax, & ſeductoria eſſet Manichaeorum continentia, conſtat ex alibi dictis.

CA-

(1) Lib. 1. Reg. 2 c. 18.
(2) Hoc cap. & 2.

(3) Epiſt. 93. (Alias. 48. c. 13. n. 1.)

C A P U T VIII.

A R G U M E N T U M.

Tertium Alypii lapſum enarrat; Parentum quippe genio obſecundans, Romam petierat, ut iuris ſaecularis ſtudiis vacaret. Ibi vero familiari amicorum violentia ad amphitheaturm ductus, & ſui animi fortitudini admodum fidens, quaſi videlicet corpore praeſens, in animo longe poſito velut in arce tutus conſiſteret: gladiatoris ferro graviter alterius corpus invadente, graviſſime ipſe ſauciatur in animo; uſque adeo vero, ut exinceps ſpectacula illa tragica non exhorreſceret: ſed exhorreſcentes alios ad ipſa adliceret, atque pertraheret. Quanquam non brevi elapſo tempore, validiſſima Dei manu tandem & ab hoc laqueo ſe expedierit.

NOn ſane relinquens incantatam ſibi (*a*) a perentibus terrenam viam, Romam praeceſſerat, ut ius diſceret; & ibi gladiatorii ſpectaculi hiatu incredibili (*b*), & incredibiliter abreptus eſt. Cum enim averſaretur, & deteſtaretur talia, quidam eius amici & condiſcipuli, cum forte de prandio redeuntibus pervius eſſet, recuſantem vehementer & reſiſtentem, familiari violentia duxerunt in amphitheatrum crudelium & funeſtorum ludorum diebus, haec dicentem: Si corpus meum in illum locum trahitis, & ibi conſtituitis: numquid & animum, & oculos meos in illa ſpectacula poteſtis intendere? Adero itaque abſens, ac ſic & vos, & illa ſuperabo. Quibus auditis, illi nihilo ſecius eum adduxerunt ſecum, idipſum forte explorare cupientes, utrum poſſet efficere. Quo ubi ventum eſt, & ſedibus, quibus potuerunt, locati ſunt, fervebant omnia immaniſſimis voluptatibus. Ille clauſis foribus oculorum, interdixit animo, ne in tanta mala procederet, atque utinam & aures obturaviſſet. Nam quodam pugnae caſu, cum clamor ingens totius populi vehementer eum pulſaſſet, curioſitate victus, & quaſi paratus quidquid illud eſſet, etiam viſum contemnere & vincere, aperuit oculos: & percuſſus eſt graviore vulnere in anima, quam ille in corpore, quem cernere concupivit, ceciditque miſerabilius quam ille, quo cadente, factus eſt clamor, qui per eius aures intravit, & reſeravit eius lumina, ut eſſet, qua feriretur & deiiceretur, audax adhuc potius, quam fortis (*c*) animus, & eo infirmior, quo de ſe praeſumſerat, qui debuit de te. Ut enim vidit illum ſanguinem, immanitatem ſimul ebibit, & non ſe avertit, ſed fixit adſpectum, & hauriebat furias, & neſciebat: & delectabatur ſcelere certaminis, & cruenta voluptate inebriabatur; & non erat iam ille, qui venerat; ſed unus de turba, ad quam venerat; & verus eorum ſocius, a quibus adductus erat. Quid plura? Spectavit, clamavit, exarſit; abſtulit inde ſecum inſaniam, qua ſtimularetur redire non tantum cum illis, a quibus prius abſtractus eſt, ſed etiam prae illis, & alios trahens. Et inde tamen manu validiſſima & miſericordiſſima eruiſti eum tu, & docuiſti non ſui habere, ſed tui fiduciam, ſed longe poſtea.

(*a*) *In-*

(*a*) *Iataatatam ſibi &c.* = Ita MSS. 4. Med. 3. S. Cr. Car. Ricar. omnes denique tum editi, tum MSS. codices. In margine laterali edit. Am. *alias*, inculcatam. Emphatica expreſſio eſt: Alypio enim adeo terrenam viam, hoc eſt: humanae ſortis, divitiarum, honorum curam commendavere parentes, ut fere dicere poſſis, incantaviſſe. Hanc terrenam viam ne derelinqueret, ut ſibi honores divitiaſque conciliaret, Romam iuris civilis addiſcendi gratia praeceſſerat. Haec autem Auguſtinus velut hiſtoriae praemittit: dicturus qua ratione Alypio, cui iam in Africa, & in Italia ſubinde ſeſe iunxerit, Ille ante Auguſtinum Romam petierat: unde & ipſe Romam veniens &c. Vide cap. 10. A.

(*b*) *Et ibi gladiatorii ſpectaculi biatu iacredibili &c.* = Ita poſt eximios priores codices B. B. qui nihil commonent. Sed Bad. & Er. pro *biatu* legunt, *iabtutu*, minus propriae & eleganter, ut vides.

Puduit *Iaaaaem Phereponum* ſacrilegum Auguſtini commentatorem per tot capita obmutuiſſe: unde eniti conatur: attamen vi tanta, ut abortum edat: & ipſe in quem, de quo. & cur ſe adlatret minime conſcius. En eius ſomnium, blaſphemandi tamen ſtimulis tinctum: *Nefandi bi ludi a ſapientibus etiam Ethnicis damnati, facti etiam nam videntur in gratiam Ethnicae plebis. Sed mirum eſt Epiſcopos non impetrare potuiſſe ab Imperatoribus, ut illa dira conſuetuda abrogaretur.*

R. En conaris & vetuſtos paſſim Epiſcopos infamare! Quot Homilias vel Sermones Sancti Patres, & quilibet illorum temporum Epiſcopi exaraverint, in quot ardenti zelo declamationes eruperint, quot ſudores effunderint, ut nedum gladiatoria ſpectacula, ſed diverſi generis alia minus improba, & longe mitiora e medio tollerentur; quot iis ſudoribus perſequutionum procellas contra ſe concitaverint, nemo ignorat qui ad priorum ſaeculorum hiſtorias oculos vel ſemel diverterit. Unde non eſt cur circa hoc peculiare quidquam dicamus.

Ceterum ſaepe ſpectacula illa ſublata ſunt; Satanae vero arte iterum revixere. Inhibuit ſubſtulitque Conſtantinus Scribens ad Maxim. Praefect. Praetor. Kalendis Octobr. Paulino, & Iuliano Conſulibus. Mali populi violentia inde & temporum iniuria Interdicti aeſtu remittente: an. D. 357. 16. Kal. Nov. Conſtantius ad Orphit. Urbis Praefect. ſcribens, Interdictum renovavit. Iterum emergens phrenefis, viguit ſub Honorio: quem poſt celebratam Pollentinam victoriam Chriſti nomine partam hiſce carminibus ad eam reſtenandam Prudentius lib. 2. adverſus Symmachum adhortatus eſt:

„ Arripe dilatam tua, Dux, in tem-
„ pora famam:
„ Quodque Patris ſupereſt ſucceſſor
„ laudis habeto;
„ Ille Urbem vetuit taurorum ſan-
„ guine tingi:
„ Tu mortes miſerorum hominum
„ prohibeto litari,
„ Nullus in Urbe cadat, cuius ſit
„ poena voluptas.

Sublata inde hominis cum homine pugna; viguit altera & quidem trucior, hominis nimirum cum beſtia, & beſtiae cum homine (1). Omitto gladiatores alios fuiſſe coactos (ſervos, captivos damnatos) Alios voluntarios (liberos, ſponte generoſos, pretio conductos) qui abſoluto vocabulo, *auctorati* dicebantur. Nec eſt cur dicam de pugnis feminarum aut cum feminis: aut cum pygmeis, & giboſis.

Contra omnia ſpectaculorum genera acerrime declamarunt Sancti Eccleſiae Patres, Epiſcopi, & catholicorum ſaniores omnes; Et quidem poſita apud eos rerum ſumma: bene, expedite, omnino, & ſubito evanuiſſent.

Teterrimas Gladiatorum ſcenas deploravit Auguſtinus Serm. 1. in Pſalm. 101. lib. 3. de Civit. Dei, & alibi frequenter. Vix autem non omnino exacte tibi exibet Iſidorus lib. 18. Originum cap. 52. 53. 54. & 55.

(*c*) *Audax potius, quam fortis.* = Audax quippe, non fortis dicendus eſſet qui incendio ſe daret: & aquarum gurgiti ſe immergeret, ſpondens liberum inde ſe exiturum, Audaciae eſt, non fortitudinis patentiſſimis aut animae, aut corporis periculis ſeſe exponere: qualis enim hic prudentia? quae autem virtus, quam prudentia non moderetur? eſt vero fortitudo virtus; Audax igitur potius Alypius, quam

(1) Marcellin. in Chron. n. 522

fortis, ſpectaculis adſtans: & ſibi ſpondens iis ſe haud peilectum iri.

Sed & in vanam praeſidentiam lapſus ille revocandus eſt, ut S. D. addit; potius enim propriae fortitudini, quam divino adiutoriu innixus Alypius tanto ſe periculo expoſuit.

DIGRESSIO.

Exſtat adhuc Aretil in Tuſcis mediae molis Amphitheatrum, aliorum aedificiorum, ut videtur, ruinis oppreſſum, & temporis iniuria ſatis laeſum, ac fractum. Cuius parti inſidet, quidquam Monaſteri eurum Religioſurum, vel Monachorum, quos ab Olivetl monte appellamus. Eiusdem Amphitheatri lucru, vel damno Monaſterium illud adceſſerit: nun ſatis nuvi: Crediderim tamen, nec lucro, nec damno; nec enim aliqua in eo ruina, vel turpitudo adparet, quam cogamur in eosdem Monachos revocare. Immu eorum Abbas, *Lauri*, Sacerdos humaniſſimus, quaedam meditabatur menſe Auguſti anni 1753. quae ſi exſequetur, eidem Amphitheatru quidquam ſplendoris addet: ſeu aliquas deteget rimas, per quas eius aedificii inſtitutionem munuſque nonnihil ſpeculari poſſimus.

Aedificium illud eſſe Amphitheatrum, mihi fere perſuaſum eſt. Sed quodnam Amphithatri genus? Ex illis crederem, quae *Navalia* appellabant: hoc eſt in quibus navibus certabatur. Nec refert (quod quibusdam difficultatem ingerit) Amphitheatrum illud eſſe anguſtum; ſat quippe amplum, eſt, quod poſſet breviſſimas aliquot naviculas (quales ad id ludi poſtulabantur) continere. Frivolum id etiam eſt: quod alii ceu fortiſſimum argumentum, nec ab Hercule expugnandum obilciunt; Non ſcilicet ibi flumen, aut fontem conſpici, cuius undis eiusdem Amphitheatri piatea obrueretur; Siquidem haud neceſſum eſt, vetuſtiſſimorum ſaeculorum fomes vel rivulos etiam num, & quidem eodem locu, conſpici. Nec difficile erat in adeo inſigni fovea pruximas aquae venas retegere. Et revera etiam hodie vix illius Amphitheatri terram paululum effodias, & ſtatim emergentem aquam vides; quod ipſis meis oculis ubſervavl. Ut omittam quod aliqui referunt, me autem obſervaſſe non memini, adhuc nempe adparere ibi reſtaceos quosdam tubos, quibus ad plateam aqua ducebatur. At ſat digreſſioni,

CAPUT IX.

ARGUMENTUM.

Exhibitas Alypii ſcenas ad altiorem eius ſalutem, vel inſtructionem a Deo permiſſas arbitratus; e Roma Carthaginem rediens, quartum pingit ſcenam, quam longe ampliori iure in divinae ſapientiae ad alta Alypium praeparantis providentiam revocet. Honeſtatis enim mirabilis cultor velut fur certis inditiis deprehenſus, raptoque adſuetus vivere, ad Iudicem ingentibus turbae clamoribus atque triumphis trahebatur; Cum tenelli pueri doli neſcii confeſſione vero furti auctore detecto, in eiuſque domum translata cauſſa: honore Alypius dimittitur. Sic bene multarum cauſſarum futurus in Eccleſia iudex edoctus, ad exactiſſimam aequitatis amuſſim cuncta exigere: nihilque aut praecipiti motu, aut ſtulta credulitate decernere.

I. VErumtamen iam hoc ad medicinam futuram in eius memoria reponebatur. Nam & illud, quod (cum adhuc ſtuderet, iam me audiens apud Carthaginem, & medio die cogitaret in foro, quod recitaturus erat, ſicuti exerceri ſcholaſtici ſolent) ſiviſti eum comprehendi ab aeditimis fori (*a*), tanquam furem; non arbitror aliam ob cauſſam te permiſiſſe, Deus noſter, niſi ut ille vir tantus futurus, iam inciperet diſcere, quam non facile in cognoſcen-

Digitized by Google

ſcendis cauſſis homo ab homine damnandus eſſet temeraria credulitate (*b*). Quippe ante tribunal deambulabat ſolus cum tabulis ac ſtilo (*c*); cum ecce adoleſcens quidam ex numero ſcholaſticorum fur verus, ſecurim clanculo adportans, illo non ſentiente ingreſſus eſt ad cancellos plumbeos, qui vico argentario deſuper praeminent, & praecidere plumbum coepit. Sono autem ſecuris audito, ſubmurmuraverunt, argentarii, qui ſubter erant, & miſerunt, qui adprehenderent quem forte inveniſſent. Quorum vocibus auditis, relicto inſtrumento ille diſceſſit, timens ne cum eo teneretur. Alypius autem, qui non viderat intrantem, exeuntem ſenſit, & celeriter vidit abeuntem. Et cauſſam ſcire cupiens, ingreſſus eſt locum, & inventam ſecurim ſtans atque admirans conſiderabat. Cum ecce illi, qui miſſi erant, reperiunt eum ſolum ferentem ferrum, cuius ſonitu exciti venerant. Tenent, adtrahunt, congregatis inquilinis fori, tanquam furem manifeſtum ſe comprehendiſſe gloriantur; & inde offerendus iudici ducebatur.

II. Sed haſtenus docendus fuit. Statim enim, Domine, ſubveniſti innocentiae, cuius teſtis eras tu ſolus. Cum enim duceretur, vel ad cuſtodiam, vel ad ſupplicium: fit eis obviam quidam architectus, cuius maxima erat cura publicarum fabricarum. Gaudent illi eum potiſſimum occurriſſe, cui ſolebant in ſuſpicionem venire ablatarum rerum, quae periſſent de foro, ut quaſi tandem iam ille cognoſceret a quibus haec fierent. Verum autem viderat homo ſaepe Alypium in domo cuiusdam Senatoris, ad quem ſalutandum ventitabat: ſtatimque cognitum, manu adprehenſa ſemovit a turbis, & tanti mali cauſſam quaerens, quid geſtum eſſet, audivit; Omneſque tumultuantes, qui aderant, & minaciter frementes iuſſit venire ſecum. Et venerunt ad domum illius adoleſcentis, qui rem commiſerat. Puer vero erat ante oſtium: & tam parvus erat, ut nihil exinde domino ſuo metuens, facile poſſet totum indicare; cum eo quippe in foro fuit pediſſequus. Quem poſtea quam recoluit Alypius, architecto intimavit. At ille ſecurim demonſtravit puero, quaerens ab eo cuius eſſet? Qui confeſtim: noſtra, inquit; deinde interrogatus, aperuit caetera. Sic in illam domum tranſlata cauſsa, confuſiſque turbis, quae de illo triumphare iam coeperant, futurus diſpenſator verbi tui & multarum in Eccleſia tua cauſsarum examinator, experientior inſtructiorque diſceſsit (*d*).

(*a*) *Ab aeditimis fori*. = Sic B. B. qui nihil admonent; & ante ipſos 4. MSS. Med. 2. S. Cr. & Car. Sed Am. Er. Lov. Som. Wangn. MSS. S. Cr. & Ricar. *aedituis*. Verum ſynonyma ſunt.

Ioannes Pherepomus ita hunc locum dilucidare conatur „ Aeditimus idem „ ac Aedituos, nempe νεωκόρος. Sed „ hic ſumi videtur pro apparitoribus, „ qui cuſtodiae cauſa in foro verſa„ bantur; aut pro iis, qui Curiam „ ſervabant.

Conſultum fuiſſet *Pherepono*, hoc eſt viro laborioſo huic labori parcere; Longe enim aptius, & maiori eruditione ante tot annos locum iſtum expoſuerat Henricus Wangnereck hiſce verbis „ Ae„ dituus paſſim ſumitur pro *cuſtode ſa„ crae edis*; ipſa tamen vocis deriva„ tio convenit cuſtodibus quarumvis „ aedium, etiam profanarum: ſic *ae„ dituentes* apud Gellium (1) dicuntur „ qui aedes, & loca tuentur. Quo „ ſenſu aedituos hic accipi crediderim

„ pro

(1) L. 12. c. 10.

„ pro cuſtodibus aedificiorum fori, ſi-
„ ve forte Aedilibus.

Aedituum idem ac aeditimus ſonare ſublato *Pherepsat* magiſterio ex Calepinis, vel Latinis lexicis quilibet diſcere poterat. Si pro apparitoribus veros proprioſque ſatellites velit, fruſtra laborat: infimi enim aeditui, qui aedes tuebantur, poterant & earum violatores vel arcere, vel iudici offerre; ut qui exercitui insultant, aut eius bona ſub ripiunt, nullo advocato ſatellite, a militibus vel propulſantur, vel adprehenduntur. Si apparitorum vocabulo eosdem ipſos aedituos intelligat, qui aedes nedum tuerentur, ſed velut altero munere fures adprehenderent: nihil exhibet novi: exhibuiſſe autem iis verbis oſtentat: *Sed hic ſumi videtur &c.* Quinam tandem *Pherepone* illi, quibus Curiae vigilias committis? Illi ne, qui praeter aedes, alia quaedam ſervabant? at tales erant aeditui; neque enim qui Curiam ſervabant, ab aedium cuſtodia alieni erant. Explica quos intelligas; at laborabis in caſſum; neque enim ad libitum debes rem ex integro fingere, cum Auguſtinus dicens non, a quibuſdam, *ſed ab aeditimis*, te non prorſus liberum, & expeditum reliquerit.

(*b*) *Temeraria credulitate*. = Haec citra controverſiam germana lectio eſt: quam praeferunt B. B. (qui tamen ſilent) & ante ipſos Vetuſtiſſimi editi, Baſil. Lov. Som. Wang. unus MS. Med. 2. S. Cr. Ricar. Licet Am. Er. 3. MSS. Med. unus S. Cr. & Car. habeant, *crudelitate*. Verbum forte inductum ab imperitis, quod hiſtoria haec crudelem caſum exhibeat. Cum tamen ipſum epitheton, *temeraria*, *credulitati* quam bene aptetur. Manifeſtum ſcilicet eſt, inculcare Auguſtinum, ſalubriter eo diſcrimine Alypium edoctum, non praecipiti motu ferendum eſſe iudicium: non adeo credendum vulgi clamoribus: non omni rei colori fidendum &c. Quae omnia *temerariae credulitatis* vocibus complexus eſt.

(*c*) *Cum tabulis, ac ſtilo*. = Henricus Wangnereck ita hunc locum dilucidat. „ Utebantur ea aetate etiam-
„ num tabellis cera inductis, iiſque ſty-
„ lo aereo, vel ex altero metallo in-
„ ſcribebant. Sic Alypius orationem,
„ in ſcholis recitandam ſcriptitabat, vel
„ emendabat. „

Stilus, quorumdam Eruditorum ſententia, idem ac caeltes, de quo Iobi 19. 24. Dicitur autem caeltes a caelo, quod eſt incidere. Stilus alio nomine *graphium*, olim ferreus, vel aeneus; Inde oſſeus; Apud plures iterum ferreus, vel aeneus. Ab una parte ad litteras formandas acuminatus erat: ab altera obtuſus, & planus ad delendum, ſi opus eſſet, quod ſcriptum erat, & ceram rurſus complanandam. Quod Sympoſius in aenigmate de Stilo iis verſibus egregie complexus eſt.

„ De ſummo planus, ſed non ego
„ planus in imo.
„ Verſor utrimque manu, diverſo
„ & munere fungor.
„ Altera pars revocat, quidquid
„ pars altera fecit.

Quibus ſimilia cecinit Prudentius in Hymno 9. de S. Caſſiano, ſtilos innuens, quibus S. Martyr a pueris, quos erudierat, transfixus eſt.

Tabulae aliae cereae, ſeu ceratae; Aliae lapidae. De primis, quae paſſim *pugillares*, ſeu *pugillaria* dicebantur, mentio fit Lucae 1, 63. De ſecundis Iobi 19. 24. Sed & plures erant a materia, ex qua componebantur, vocabula ſortitae; *Citreae* ex citro. *Eboreae* ex eboro. *Membranea* ex membranis &c. Quanquam indefinito vocabulo quaelibet tabulae *pugillares*, vel, *pugillaria* ſaepe apellatae ſint, vel appellentur.

In lapidibus, atque lateribus vetuſtiſſimus Iudaicus populus, Ioſepho lib. 1. Antiquit. c. 4. teſte, primo ſcripſit, Aegyptii in foliis, vel lapidibus per gerogiyfica. Graeci vero, atque Tuſci in pugillaribus.

Auguſtini vero aetate etiam in Africa *pugillares*, hoc eſt tabulae ceratae paſſim adhibebantur.

(*d*) *Experientior, inſtructiorque diſceſſit*. = Ita Deus Alypium quem maximis expediendis eccleſiaſticis cauſſis deſtinaverat, praeparabat. Oportet enim iudicem mille praeditum eſſe oculis: Ingenio ſcilicet a natura prudenti, & ſagaci, pluribus vero experientiis exculto pollere: ut obſervavit S. Iſidorus Peluſiota, cuius haec ſunt verba lib. 3. Epiſt. 9. „ Eos, qui de rebus
„ iudicant, acutiſſimo ingenio eſſe o-
„ portet, ut eorum, qui loquuntur
„ facundiam: & eorum, quae dicuntur,
„ probabilitatem, & veriſimilitudinem
„ miſtam facientes, ſenſa ipſa introſpi-
„ cere: atque hinc expiſcantes, veri-
„ tatem haurire queant. „

CA-

C A P U T X.

A R G U M E N T U M.

Hiſtoriae tot digreſſiones paſſae ordinem tandem reſumens; Alipii, quem Romae repererat, quive & tenerae amicitiae ſtimulis, & ut poſt tertiam adſeſſionem, adbuc ſaae profeſſionis exercitio vacaret, ſecum Mediolanum profectus eſt: candorem, iuſtitiam animiqae fortitudinem in facto uno exbibet, celebratque. Quandoquidem Romae Italicianorum largitionum Comiti adſidens, potentiſſimi Senatoris, ſibi paſſim in quoſcunque aut flagello, aut beneficio principatum arrogantis; nunc vero in re quadam contra Iuris praecepta ſuo indulgere genio contendentis, audaciam fregit: nec quidem tantillum (tam ſingulare, & novum animi robur ſuſpicientibus cunctis) aut magnis promiſſis praewiis illectus, aut ſaevis praetentis minis concuſſus. Inde ad Nebridium, beatae vitae inquiſitorem ardentem: & difficillimarum quaeſtionum ſcrutatorem acerrimum; Cuius egregiae ind.lis non leve illud arbitratur inditium: quod patria Carthagini proxima, paterna domo, amplius fortunae bonis, matre relictis, non aliam ob cauſſam Mediolanum adeeſſerat, niſi ut in flagrantiſſimo veritatis, atque ſapientiae ſtudio, una ſecum totius vitae annos conſumeret. En habes tres chariſſimos magna ſocietate iunctos, eximios humanae honeſtatis cultores; In quibus tamen, utpote ſaecularibus curis adhuc punctis, & ſpeciali Dei adiutorio deſtitutis, videre erat tres mentes, mille ancipitum quaeſtionum fluctibus actos, quibus certum, & tutum veritatis littus, ad quod appellerent, non occurrebat.

I. HUnc ergo Romae inveneram, & adhaeſit mihi fortiſſimo vinculo, mecumque Mediolanum profectus eſt, ut nec me deſereret, & de iure, quod didicerat, aliquid ageret, ſecundum votum parentum magis, quam ſuum. Et ter iam adſederat (*a*) mirabili continentia ceteris, cum ille magis miraretur eos, qui aurum innocentiae praeponerent. Tentata eſt quoque eius indoles, non ſolum illecebra cupiditatis, ſed etiam ſtimulo timoris. Romae aſſidebat Comiti largitionum Italicianarum (*b*). Erat eo tempore quidam potentiſſimus ſenator, cuius & beneficiis obſtricti multi, & terrori ſubditi erant. Voluit ſibi licere neſcio quid ex more potentiae ſuae, quod eſſet per leges illicitum; Reſtitit Alypius; promiſſum eſt praemium; irriſit animo; praetentae minae; calcavit: mirantibus omnibus inuſitatam animam (*c*), quae hominem tantum, & innumerabilibus praeſtandi nocen.ique modis ingenti fama celebratum, vel amicum non optaret, vel (*d*) non formidaret inimicum. Ipſe autem Iudex, cui conſiliarius, quamvis & ipſe fieri nollet, non tamen aperte recuſabat: ſed in iſtum cauſſam transferens, ab eo ſe non permitti adſerebat; quia & revera ſi ipſe faceret, ipſe diſcederet. Hoc ſolo autem pene iam illectus erat ſtudio litterario, ut pretiis praetorianis codices ſibi conficiendos curaret; Sed conſulta iuſtitia, deliberationem in melius vertit: utiliorem iudicans aequitatem, qua prohibebatur, quam poteſtatem qua ſinebatur (*e*). Parvum eſt hoc; ſed qui in parvo fidelis eſt, & in magno fidelis eſt. Nec ullo modo erit

ina-

Digitized by Google

inane, quod de tuae Veritatis ore proceſſit: Si in iniuſto mammona fideles non fuiſtis; quod verum eſt quis credet vobis? Er ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vobis (1)? Talis ille tunc inhaerebat mihi, mecumque nutabat in conſilio, quiſnam eſſet tenendus vitae modus.

II. Nebridius etiam (qui relicta patria vicina Carthagini, atque ipſa Carthagine, ubi frequentiſſimus erat relicto rure paterno optimo, relicta domo, & non ſequutura matre (*f*) nullam ob aliam cauſſam Mediolanum venerat, niſi ut mecum viveret in flagrantiſſimo ſtudio veritatis atque ſapientiae) pariter ſuſpirabat, pariterque fluctuabat: beatae vitae inquiſitor ardens, & quaeſtionum difficillimarum ſcrutator acerrimus (*g*). Et erant ora trium egentium, & inopiam ſuam ſibimet invicem anhelantium, & a te exſpectantium, ut dares eis eſcam in tempore opportuno (2). Et in omni amaritudine, quae noſtros ſaeculares actus de miſericordia tua ſequebatur, intuentibus nobis finem, cur ea pateremur, occurrebant tenebrae. Et averſabamur gementes, & dicebamus: Quamdiu haec? Et hoc crebro dicebamus: & dicentes, non relinquebamus ea; quia non elucebat certum aliquid, quod illis relictis adprehenderemus.

(*a*) *Et ter iam adſederat.* = Sequimur Benedictinos, qui haec in imo margine admonent. „ Tad. Am. Er. „ Blas. *Et ibi*, Lov. Som. *Et inter haec*. „ At MSS. plures, potioreſque cum „ Arn. habent. *Et ter iam aſſederat*, „ praetulimus. Nam Alypium tertium „ functum aſſeſſoris munere, dicitur „ etiam poſtea l. 8. c. 6. *Metam erat* „ *Alypias*, inquit Auguſtinus, *otioſus* „ *ab opere Iuriſperitorum poſt aſſeſſionem* „ *tertiam expectans quibus iterum con-* „ *ſilia venderet*. „

Duo MSS. S. Cr. ut Lov. *Et inter haec iam adſederat*. Vet. & MS. S. Mar. *Et interim adſederat*. Car. *Et tariam adſederet*. Cum Lov. & Som. ſunt Vvangn. 2. MSS. Med. & Ricar. Praeferunt denique noſtram lectionem 2. MSS. Med. unus S. Mar. & optimus S. Cr. Quibus addere poſſumus alterum S. Mar. & Feſ. quorum aperte mendoſa lectio, *Et toriam adſederat*, facile, ut vides, ad germanam reduci poteſt.

Quod S. D. ante haec habet: *Secundum votum parentum magis, quam ſuum*, illud exponit cap. 8. *Non ſane reliaqueas incantatam ſibi a parentibus &c.* Quod nimis ſpiſſa caecitate Bernardus Iadrizzali ſic vertit. *Era già Alipio prima di me andato a Roma per iſtudiare la legge, ſenza però abbandonare la ſtrada, in cui l' aveano incantato i ſuoi genitori &c.* Quaſi conatu quodam ita Romam petierit, & Iuri ſtuduerit: ut non tamen incantatam viam reliquerit! Quin immo id & itineris, & ſtudii illuc reſpiciebant, ut calcaret viam, a parentibus &c. Qui etiam minus bene hic loquitur, inquiens: *Già egli occupava il poſto d' aſſeſſore*. Non occupabat, ſed occupaverat. Neque enim inquit Auguſtinus; adſidebat, ſed adſederat.

(*b*) *Comiti Largitionum Italicianarum*. = Et hic cum Benedictinis ſumus; a quibus haec habes. „ Apud „ Lov. *Italicarum*. At in vetuſtis co- „ dicibus, *Italicianarum*, uti ſcribitur „ etiam in notitia dignitatum Imperii: „ & ab iis, qui de Comite largitioni- „ bus in Italia faciendis praefecto a- „ gunt. „

Cum Lov. ſunt Vet. 2. MSS. Med. Ricar. Som. Vvangn Am. vero Er. & MS. S. Cr. *Italicanarum*. Car. *Italianarum*. Nobiſcum autem 2. MSS. Med. 2. S. Mar. Feſ. & optimus S. Cr.

Pbereponus noſtram lectionem probans, addit: *Sic loquebantur eo aevo. Vide Codicem Theodoſianum* Lib. *VI. Tit. XIX. leg. de Conſularibus, & Praeſidibus*. Quod, ſi bene vigilas, iam Benedectini Patres inſinuaverant.

Adſideo verbum compoſitum eſt ex ſimplici *ſedeo*, & particula *ad*, (quanquam a pluribus ſecundae litterae ſubſtituatur, s.) Et eſt idem ac, ſe-

(1) Lucae 16. a v. 10.

(2) Pſal. 144. 15.

ſedere ad latus, ad conſilium alterius. Unde Gulielmus Durandus lib. 1. Speculi Iuris, particula prima de Adſeſſore. „ *Aſſeſſor eſt is, quem ille, qui poteſtatem habet iudicandi, ſibi, aſſociat, ut ſibi in cauſae cognitione aſſideat, vel aſſiſtat: & eam ad recte decidendam etiam inſtruat. Is autem aliter vocatur, conſiliarius*. De Adſeſſore ſi plura noſcere ambias, vide eumdem Durandum loco citato. Et Iuris l. 1. ff. t. 22. Comes Largitionum Italicianarum erat qui Imperatoriis, & Auguſtalibus pecuniis, vel theſauris per Italiam praeerat; quaſi donorum diſtributor, ac moderator &c.

(c) *Inſitatam animam*. = Aptiſſimum epitheton! Quot enim huiuſcemodi animas vides? Audi Ioannem Saviſberienſem lib. 5. Policratici, c. 16. in fine: *Hi tamen rari ſunt. Quis enim erubeſcit dicere: Quid mihi dabis, ut tibi iuſtitiam faciam? Nam ut pro ſeipſa exhibeatur, fruſtra expectas. Nonne ſimile eſt, ac ſi dicatur: Quid vultis mihi dare, ut meipſum abnegem, officium prodam, & Dominum vendam?* Et eodem lib. cap. ultimo: *Adeo regnum pecuniae invaluit, ut deſperetur de fide iudicis. Quū repellis munera oſferentis, ſi paciſci detrectas, pollicentis videris odiſſe taeſam; & fortaſſe vel munere, vel affectu crederis praecorruptus, ſi permanere vis incorruptus.* Quod fere repetit lib. 8. cap. 23. Ita ut Epiſcopus Carnotenſis, qui floruit tempore Alexandri 3. obſervamus & nos.

(d) *Vel amicum non opgaret, vel &c.* = Hic difficultatis, periculi, & gloriae maximum eſt: Nec potentiſſimi hominis, in adminiſtranda iuſtitia, aut amicitia trahi, aut odio deterreri. Unde vide an quidquam praeſtantiſſimi iudicis in Alypio deſideres „ Ille quidem, „ mea ſententia iuſtiſſimus controver„ ſiarum iudex eſt, non qui homines „ ampliſſimis dignitatibus exornatos per„ timeſcit: verum qui imbecillioribus, „ id quo carent, pro eo quod aequi„ tas poſtulat, ſubminiſtrat &c.] Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſt. 207. Qui item lib. 3. Epiſt. 152. inquit: *Integri iudicis non eſt ob eius, qui deliquit, amplitudinem, & dignitatem, iuris religionem contemtui habere*. Plura habes etiam lib. 3. Epiſt. 275. 315. & 396. Quibus adde Petri Chryſologi Sermonem 127.

Noſtris temporibus, potentiſſimorum hominum vel blanditiis vel minis adeo vel iura violantur, vel aequa ſententia differtur; ut cogamur cum antiquis quibusdam ſaepe clamare, melius eſſe lites extra iudicium componere. „ Et quid opus eſt noſtra in me„ dium adferre? Etenim ipſi exterio„ rum iudiciorum patroni millies haec „ dicunt: Melius eſſe extra iudicium „ controverſiam ſolvere. Sed o pe„ cuniae! o abſurdas pecuniarum cu„ piditates, quoniam omnia evertit &c.] S. Joan. Chryſoſtomus Homil. 16. in cap. 6. Epiſt. 1. ad Cor. poſt med. Quanquam cauſſam nonnihil diverſam S. Pater ibi intueatur. Quibus tamen nec omnes prorſus Iudices, nec determinatum quemque diffamamus. Contra Iudices, quorum dextera repleta eſt muneribus, vel de ſimili, Pſal. 14. 5. 25. 10. Prov. 15. 27. 17. 23. & alibi centies.

(e) *Utiliorem iudicans aequitatem, qua prohibebatur: quam poteſtatem, qua ſinebatur.* = Obſcura haec ſententia eſt, & aenigmati ſimilis. Henricus Wangnereck in paragrapho Uſus, ſeu moralis exhortationis: *Quia nempe metuebat ea pretia ex iniquis forte ſententiis collecta, aut ſuſpicioni, vel cupiditati occaſionem praebitura, ne plus aequo vel appeteret, vel acciperet librorum parandorum obtentu.*

Neutra tamen ex his expoſitionibus placet. Non prima; An ſiquidem praetoriana pretia ex iniquis, vel bonis ſententiis eſſent collecta, perquirere haud ſui muneris erat; immo prudenter credebatur ex bonis collecta; Cum autem vehemens ſuſpicio erat: nec ad parandos codices, nec ad quidquam aliud ſumere poterat. Nec etiam altera expoſitio ſubſiſtit: Quandoquidem, aut praetoriano aere libri parandi erant: aut id non licebat? Si hoc poſterius: non eſt cur Alypii iuſtam timiditatem in populorum ſuſpicionem revocemus. Si autem id Divina, & humana lege honeſtum erat, affectata, ut loquuntur, aut violenta diligentia ſe continebat Alypius; & violenta ſuſpicione populorum ſuſpicionem hariolamur; ut enim in parandis libris, ita & in pluribus aliis Curiae ſumtibus nimis iniqui ſuſurronis calumnia ſuboriri poterat. Sed & utramque expoſitionem uno ictu proſternunt priora illa Auguſtini verba: *Sed conſulta iuſtitia &c.* Si ex Iuſtitia in ſibi parandis libris a praetoriano pretio abſtinuit; non igitur quia *metuebat &c.* aut ut *ſuſpiciones* arceret &c. tam ſubtilis enim, & vix non aſ-

 ſim

fectata cautio ex honeſtatis aut exceſſu, aut culmine: ex caritate, vel prudentia ad ſummum, non ex iuſtitia oriri poterat.

Noſtra opinio, vel ſuſpicio eſt: in oppoſitionibus illis, iuſtitiae, & iniuſtitiae: poteſtatis ſinentis, & aequitatis inhibentis Divinum, & humanum tribunal Auguſtinum (conſequenter, & Alypium) reſpexiſſe; ut ſineret humanum, inhiberet Divinum. Fortaſſis nempe res ita ſe habebat; Pro exarandis innumeris libellis, & epiſtolis, in quos Adſeſſor pro ſui muneris ratione erumpebat, neceſſarii ſumtus ex praetorii aere parabantur. Si in tantarum paginarum, vel tabularum, & amanuenſium copia Adſeſſor aliquem ſibi codicem comparaviſſet, quem hominum putas in ipſum vel muſſitaturum? Quin immo humana quadam aequitate, vel epiicia, quae ſummi iuris aeſtum moderatur, id omnino indulgendum videri poterat. At idipſum Alypio cum Divini iuris apice, qui & iuſtitias iudicat (1), haud bene omnino compati videbatur: Quandoquidem praetoriana pretia, Curiae tabulae, & amanuenſes ad publicam, non ad privatam utilitatem parabantur.

Quod ſi ſuſpiceris de libris ſibi ab Alypio parandis, quibus non propriam, ſed publicam utilitatem quaereret, hoc eſt, quibus ſui muneris partes optime expleret Auguſtinum loquutum, eodem ſermone aenigma diſſolvitur; Vulgo enim aequum videri poterat, ut ex praetoriano aere Alypius libros ad publicum iudicium ferendum ſibi conficeret. At non ita Deo: Adſeſſor enim, Iudex, Medicus &c. ex propria pecunia libros ſibi providere debent: nec enim gratis inde publicum bonum curant.

(f) *Et non ſequutura matre.* = Hiſtoria Alypii completa, quem in non adeo magnis fidelem: in maximis quoque, hoc eſt in Epiſcopali dignitate conſtitutum, talem ex Chriſti oraculo futurum praeſenſit, ad Nebridium divertit; Cuius ad ſe adceſſum ex hoc capite maxime commendat, quod matrem non ſequuturam reliquerit. Id, ut coniicimus, protulit Auguſtinus, Matrem ſuam prae oculis habens, quae ipſum ſequuta eſt: *Iam venerat ad me Mater pietate fortis, terra, marique me ſequens.* cap. 1. initio. Ex hoc autem loco deducimus iam tunc Nebridium patre orbatum: cuius hic Auguſtinus nullam mentionem habet.

Omnia ergo Nebridius reliquit, ut Auguſtinum ſequeretur. Adhuc vero ſi Bianti philoſopho e patria flammis abſumta excedenti, eruditionis gloria iactare licuit: *Omnia bona mea mecum porto*; Potiori ratione id ſolaminis ſibi poterat dare Nebridius; ex patria Africaque ſecedens, qui eximium ingenium & ſingularem honeſtatem, quibus ibat locupletiſſimus, ſecum portabat: ad Auguſtinum vero, omnium philoſophorum principem adcedebat.

(g) *Et quaeſtionum difficillimarum ſcrutator acerrimus.* = Huius ingenium praedicat etiam infra l. 7. c. 2. & l. 8. c. 6. n. 1. Epiſt. vero 98. (Olim, 23.) n. 8. quaedam habet, quae huic loco maxime congruant, unde & exſcribere placuit. „ Recordatus ſum Nebridium amicum meum, qui cum eſſet rerum obſcurarum, ad doctrinam pietatis maxime pertinentium diligentiſſimus, & acerrimus inquiſitor, valde oderat de quaeſtione magna reſponſionem brevem; & quiſquis hoc popoſciſſet: aegerrime ferebat, eumque, ſi eius perſona pateretur, vultu indignabundus, & voce cohibebat: indignum deputans qui talia quaereret, cum de re tanta quam multa dici poſſent, deberentque, neſciret.] Sed de Nebridio plura habebimus l. 9. c. 3.

CA-

(1) Pſal. 9. 9. & 74. 3.

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Sirc. 1. Val. X. Theod. VII.

C A P U T XI.

A R G U M E N T U M.

Studiorum ſuorum, anxiis ſollicitudinibus in altioris veritatis inquiſitionem euntium varias metamorphoſes, ancipiteſque fluctus ſe ipſum eſſe miratum. Ab anno enim aetatis ſuae decimonono ſapientiae amore inflammatus: ſtatueras ea bene retecta, terrenis ſe curis exſuere; cum tamen tricenariam iam agens aetatem, iis adhuc implicaretur. Nunc enim ſe veritati proximum, nunc Fauſti adventu difficultates omnes complanatum iri ſibi blandiebatur. Et quidem nonnihil proficiens, Academicorum deiectum animum erigebat, ardenter in veritatis inquiſitionem deſudans: Sacrarum Scripturarum quaedam in ſpeciem abſurda non eo quo prius intuebatur horrore; Talem etiam cenſent Eccleſiam Catholicam, cui donec manifeſta veritas elucefceret, ſeſe interim ſideret. At dum vel eximiis Catholici doctoris magiſterio, vel doctiſſimorum librorum diligenti lectione in ultimam quae negotium expleat, divinae veritatis cognitionem ire ambit: novi iam fluctus, & offenſationes non leves; Ambroſio eximio doctori non vacat; Non ſuppetit aut pluribus parandis codicibus magna auri copia; Aut iis diligenter videndis plurimum otii. Tunc ſubitae mortis timor; Et de animae interitu ſuſpiciones leviſſimae; quas nempe mox fidei tot populorum, & divinae providentiae argumento forti depelleret. Eo tandem fluctu a ſapientiae portu repulſum ſe arbitratur: quod nempe terrenis, maxime femineis illecebris vehementer implicatus, conatus ſit, iis non depulſis, ſed temperatis cum ſapientia foedus inire. Sic tot inter caeſpitationes, & fluctus dies & anni labebantur: non adhuc videns Auguſtinus, beatam vitam in Dei ſocietate poſitam, vel involutam; & Divinae tantum virtutis eſſe hominem a Veneris implicationibus ſolvere.

I. ET ego maxime mirabar, ſatagens & recolens, quam longum tempus eſſet ab undevigeſimo anno aetatis meae, quo fervere coeperam ſtudio ſapientiae (*a*); diſponens ea inventa, relinquere omnes vanarum cupiditatum ſpes inanes, & inſanias mendaces (1); Et ecce iam tricenariam aetatem gerebam in eodem luto haeſitans! aviditate fruendi praeſentibus, fugientibus, & diſſipantibus me, dum dico: Cras inveniam; ecce manifeſtum adparebit, & tenebo; ecce Fauſtus veniet, & exponet omnia. O magni viri Academici, nihil ad agendam vitam certi comprehendi poteſt? Immo quaeramus diligentius, & non deſperemus (*b*). Ecce iam non ſunt abſurda in libris eccleſiaſticis quae abſurda videbantur, & poſſunt aliter, atque honeſte intelligi. Figam pedes in eo gradu, in quo puer a parentibus poſitus eram, donec inveniatur perſpicua veritas. Sed ubi quaeretur? quando quaeretur? Non vacat Ambroſio; non vacat legere. Ubi ipſos codices quaerimus? Unde aut quando comparamus? a quibus ſumimus? Deputentur tempora; diſtribuantur horae pro ſalute animae. Magna ſpes oborta eſt; Non docet Catholica fides quod putabamus, & vani accuſabamus; Nefas habent docti eius credere Deum figura humani corporis termi-

(1) Pſal. 2. 3. & 39. 5.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

minatum; & dubitamus pulſare, quo aperiantur caetera? Antemeridianas horas diſcipuli occupant (*c*); caeteris quid facimus? cur non id agimus? Sed quando ſalutamus amicos maiores, quorum ſuffragiis opus habemus? Quando praeparamus, quod emant Scholaſtici (*d*)? Quando reparamus nos ipſos, animum relaxando ab intentione curarum?

II. Pereant omnia, & dimittamus haec vana & inania; conferamus nos ad ſolam inquiſitionem veritatis. Vita haec miſera eſt, mors incerta. Si ſubito obrepat, quomodo hinc exibimus: & ubi nobis diſcenda ſunt, quae hic negleximus? An non potius huius negligentiae ſupplicia luenda ſunt? Quid ſi mors ipſa omnem curam cum ſenſu amputabit, & finiet? Ergo & hoc quaerendum. Sed abſit, ut ita ſit. Non vacat, non eſt inane quod tam (*e*) eminens culmen auctoritatis Chriſtianae fidei toto orbe diffunditur. Nunquam tanta & talia, pro nobis divinitus agerentur, ſi morte corporis etiam vita animae conſumeretur (*f*). Quid cunctamur igitur relicta ſpe ſaeculi, conferre nos totos ad quaerendum Deum, & vitam beatam? Sed exſpecta, iucunda ſunt etiam iſta, habent non parvam dulcedinem ſuam: non facile ab eis praecidenda eſt intentio, quia turpe eſt ad ea rurſum redire. Ecce iam quantum eſt, ut impetretur aliquis honor! Et quid amplius in his deſiderandum? Suppetit amicorum maiorum copia, ut nihil aliud, & multum feſtinemus, vel praeſidatus dari poteſt (*g*); & ducenda uxor cum aliqua pecunia, ne ſumptum noſtrum gravet: & ille erit modus cupiditatis. Multi magni viri (*h*), & imitatione digniſſimi, ſapientiae ſtudio cum coniugibus dediti fuerunt.

III. Cum haec dicebam, & alternabant hi venti, & impellebant huc atque illuc cor meum; tranſibant tempora, & tardabam converti ad Dominum, & differebam de die in diem vivere in te, & non differebam quotidie in memetipſo mori. Amans beatam vitam, timebam illam in ſede ſua, & ab ea fugiens, quaerebam eam. Putabam enim me miſerum fore nimis, ſi feminae privarer amplexibus: & medicinam miſericordiae tuae, ad eamdem infirmitatem ſanandam non cogitabam, quia expertus non eram. Et propriarum virium credebam eſſe continentiam (*i*), quarum mihi non eram conſcius: cum tam ſtultus eſſem, ut neſcirem, ſicut ſcriptum eſt: Neminem eſſe poſſe continentem, niſi tu dederis (1). Utique dares, ſi gemitu interno pulſarem aures tuas, & fide ſolida in te iactarem curam meam.

(*a*) *Quo fervere coeperam ſtudia ſapientiae.* = Quum legiſſet nempe Ciceronis Hortenſium, de quo fuſe l. 3. c. 4. Sapientiam, qua inventa, rebus ſe humanis nuntium miſſurum diſpoſuerat, pro veritatis ſolidiſſimae ſchola, hoc eſt pro vera hic religione uſurpat.

Potiores hic ſtudiorum ſuorum caeſpitationes, & anfractus pingens: quae ſparſim ſupra late enarraverat, ſimul nunc, & compendio ponit. Adtende enim: inquit hic: *Et ecce Fauſtus veniet &c.* Dixerat iam l. 5. c. 6. n. 1. *Et per annos ferme ipſos novem .... nimis extento deſiderio expectabam iſtum Fauſtum &c.* Inquit hic: *Ecce iam non ſunt abſurda in libris Eccleſiaſticis &c.* Dixerat l. 5. c. 14. n. 1. *Etiam ipſa defendi poſſe mihi iam coeperant videri, & fidem Catholicam &c.* Et l. 6. c. 4. n. 2. *Gaudebam enim quod vetera ſcripta Legis, & Prophetarum iam non illo oculo &c.* Hic: *Figam pedes in eo gradu, in quo puer &c.*

(1) Sap. 8. 21.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 34. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

&c. Iam vero l. 5. c. 14. n. 2. *Statui ergo tamdiu eſſe catechumenus in &c.* Hic tandem: *Non vacat Ambroſio &c.* De quo iam libri huius c. 3. fuſe doluerat.

(*b*) *Immo quaeramus diligentius, & non deſperemus.* = Quandoquidem acute inquit Plautus Curcul. Act. 1. ſc. 1. v. 55. *Qui e nuce nucleum eſſe vult, frangit nucem.* Et manifeſtius ad propoſitum noſtrum Epicharmus: *Nonniſi labarum pretio dii bona nobis vendunt.* Et verus Deus in carne, *Pulſate, & aperietur vobis.* Matth. 7. 7. & Lucae 11. 9.

Cum Auguſtinus nonniſi in ſuae aberrationis fine ad Academicos fugerit, & iam ſaepe eorum deſperationem improbaverit: ſequitur nunquam illis ſerio adhaeſiſſe. Quod contra Baronium, & alios plures contendebamus l. 5. c. 14. D.

Haec inter magna ſpes Auguſtino, ut ipſe paulo poſt addit, reiegendae ſapientiae, veritatis nempe, ſeu divinae veraeque religionis oborta eſt.

(*c*) *Ante-meridianas horas diſcipuli occupant.* = Ex hoc loco manifeſte deducitur, ea aetate, ſaltem Mediolani, non bis, ut noſtris diebus paſſim, ſed tantum ſemel, hoc eſt mane, ex cathedra eloquentiae Profeſſores dixiſſe; unde pomeridianas horas altioris ſapientiae, hoc eſt divinae veritatis ſtudiis Auguſtinus deſtinandas meditabatur. Quanquam & ab hoc propoſito, ut mox addit, triplici momento reſilierit. Etſi vero haec ſolius Auguſtini eſſent: puta, ſolemne dicendi munus &c. adhuc plurium voce loquitur: quod amici ex ipſius nutu penderent.

(*d*) *Quando praeparamus, quod emant ſcholaſtici?* = Secunda ex tribus curis, quae pomeridianas horas occupabant. Licet enim ſolo mane doceretur in ſcholis; veſpere tamen exhibenda lectio paranda erat.

Henricus Waugnereck ita hic loquitur: *Lectiones nempe Rhetoricas, quas Auguſtinus vendebat diſcipulis: quia non dabat gratis, quod gratis acceperat.*

Volumus ut teſtimonium profetat, cui innixus, hoc quanquam levi improperio honeſtiſſimam Auguſtini frontem eliſerit? Ubi Auguſtinus tradidit gratis ſe a praeceptoribus ſuis eloquentiam accepiſſe? Quin immo ſaepe oppoſitum innuit; Lib. vero 3. c. 4. n. 1. apertiſſimis iis verbis conteſtatus eſt: *Non enim ad acuendam linguam, quod videbar emere maternis mercedibus &c.* Niſi forte in Auguſtini gratiam luſerit Wangnereck: inſpiciens videlicet, non ipſam eloquentiam, ſed naturae dotes, quas Auguſtinus a Deo gratis acceperant &c. At non ingenium, ſed rhetoricas lectiones Auguſtinus diſcipulis dabat. Et improperium eo modo exceptum in omnes fere mortales, etiam eos, qui peculiarem pietatem profitentur, retorqueri poſſet.

(*e*) *Non vacat, non eſt inane quod tam &c.* = Argumentum morale: ſed quidem fortiſſimum: ex plurimorum videlicet nedum hominum, ſed & populorum conſenſu petitum ad animae immortalitatem certo credendam. Hoc argumento deiectus ſaepe, atque proſtratus eſt, quanquam duriſſima fronte praeditus Martinus Lutherus, qui lib. de Abuſu Miſſae t. 2. Ienenſi fol. 9. haec reticere non valuit. „ Quam ſaepe mihi cor palpitavit, „ meque coarguit, atque obiecit: tu „ ne ſolus ſapiens, ceteri omnes er„ rant, ac tanto tempore erraruut? „ Quid ſi tu erras, ac tot in errorem „ ſeductos perpetuo ſupplicio condem„ nes?] Et in Colloquiis Conviv. fol. 10. „ Pergraves mihi fuerunt iſtae co„ gitationes: tu ſolum purum, atque „ immaculatum Dei verbum habes? ce„ teri omnes eo deſtituuntur? Quod „ Chriſtiana Eccleſia decrevit, totque „ annos credidit, tu impugnas, ac tam„ quam falſum evertis? Quin & tua „ doctrina politicum, atque eccleſiaſti„ cum regimen conturbas.] Et fol. 558. *Iſtas cogitationes numquam ex animo meo dimitto; quin optime vellem haec me cauſam nunquam ſuſcepiſſe.* Et fol. 273. *Numquam maiores, graviores que tentationes habui, quam ex meis concionibus; cogitabam enim iſta: Tu ſolus incoepiſti: Iſta tentatione ſaepe ad infernum uſque demerſus ſum.* Sed tandem ſaluberrimos hoſte conſcientiae, Angeli boni, Patris caeleſtis ſtimulos repulit, conculcavit Martinus Lutherus. & ut proprii cerebelli phantaſmata ſequeretur: ſeu verius, ne ſemel adſumtam iniquam cauſſam proderet, paſſus eſt aeternis ſe poenis, atque deliriis deſtinari.

(*f*) *Nunquam tanta, & talia pro nobis divinitus agerentur, ſi morte corporis etiam vita animae conſumeretur.* = Alterum argumentum, & quidem graviſſimum ad eamdem animae aeternitatem ſtabiliendam. Eſt autem vel prorſus illud, vel admodum affine, & ſimile illi, quod Schola a Dei providentia deductum appellat. Si tot talibuſ-

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

que Deus nos donis exornat; ſubſidiis gratiis tuetur, blanditiis adlicit: Si tot ſollicitudinibus, ſumtibuſque noſtram curam habet; Opus, ac neceſſum eſt, animam poſt huius vitae umbram, vel momentum, adhuc conſiſtere, ut aeternis ſuis malis, aut bonis ſurtibus, eorumdem beneficiorum pondus oſtendat. Vel, ſignum eſt animam aeternis praemiis excipi poſſe, ſi tanta, ac talia divinitus pro ea peraguntur.

Haec alta mente teneat Lector; quem hic, ſi quispiam, adtentum exopto. Adverſus enim Melchiorem Canum antiſtitem Canarienſem omnis iam oratio a nobis ſuſcipitur: qui, ut erat ingenioſus, noſtras rationes expenderet: utque erat pius, apologeticam noſtram pro Chriſtianorum Doctiſſimo digreſſionem minime exſecraretur. Eius verbis, nonnullis mutatis uſus ſum: quae habentur lib. 7. de Sanctorum auctoritate, c. 3. poſt 5. concluſ. dum ille pro SS. Patrum auctoritate contra Caietanum diſputaturus eſset.

II. Contendens Melchior Canus lib. 12. de Locorum uſu in ſcholaſt. diſput. cap. 14. Animae immortalitatem naturali ratione evinci poſſe: hocce argumentum, quod ordine quartum eſt, ſibi obiicit: *Cum Ambroſius, & Auguſtinus ut id probarent omnes nervos intenderint: nihil omnino confecere. Non autem praecellimus Ambroſium, & Auguſtinum.* Signatque in margine pro Auguſtino 2. Soliloq. & l. de immort. an. Propoſitionis huius horrore contemto; quod ex ea effluebat hac praefidentia repellit. „ Diximus in 7. huius „ operis libro ſanctos veteres non tam „ humanas diſciplinas, quam divinas lit„ teras coluiſſe. Quae cauſa fuit, ut „ in rebus naturae perobſcuris ratione „ vulgari contenti eſſent, nec meliores „ requirerent. Concluſionum itaque natu„ ralium a Philoſophis petenda demon„ ſtratio eſt, praeſertimque a D. Tho„ ma perfecto mea ſententia philo„ ſopho. „

De Ambroſio viderint alii; unius Auguſtini hic me cauſſa urget. Et quoniam hocce negotium ſenſim diſcuti, ac terminari congruum eſt; Utrum Auguſtinus ultra Divinas, etiam humanas litteras coluerit primo loco videamus. Ex eruditione, ad hoc opus praemiſſa ſatis conſtat, totius orbis ſenſu Auguſtinum nedum Theologorum, ſed & ſummorum Philoſophorum numero adcenſendum. Id quod ipſius S. Doctoris ſcripta philoſophica eruditione locupletiſſima, ex naturae principiis plura deducentia, ubique Philoſophorum alacritate certantia ſatis conteſtantur. Aſcetica haec Confeſſionum opella minima eſt Auguſtinianorum voluminum pars; adhuc vel ea ſola Auguſtinum nedum minorum, ſed & altiſſimarum naturae litterarum profeſſorem tibi exhibet. In ea, maxime ſi & commentarios noſtros adtendas, videre eſt hominem in Iure ſaeculari, in Ariſtotelis Dialectica, in Arithmetica, Geometria, & Aſtronomia, in Platonicorum, Academicorumque Philoſophia verſatiſſimum; non leviter autem in Ariſtotelis, Anaximenis, pluriumque aliorum principiis eruditum. Quae omnia ipſe ingenua illa confeſſione lib. 5. c. 3. n. 1. complexus fuerat: *Et quoniam multa Philoſophorum legeram, memoriaeque mandata retinebam &c.* Nec mirum: ſi enim Auguſtini hiſtoriam excurras, fateri cogeris, eumdem ita Muſarum omnium amicum, domeſticum: ita litteris deditum, & in ſtudio quieſcentem fuiſſe, ut vix fingere quidquam amplius poſſet Poeta. Ac vero adtingebat iam virilem aetatem, & eccleſiaſtica ſtudia nec delibaverat. Vide ergo an citra magnam atrocem iniuriam illud vel praedicare, vel etiam animo tenere poſſis, Auguſtinum non adeo humanas diſciplinas coluiſſe.

Verum enim vero dum de arte preſſe acriterque diſputandi agitur: cavendum ne in levia, conſequenter nec in plura, quae diſputationis vim frangant, ſermonem contexamus. Unde adtende tibi Cane: iam enim, ut poſſumus, ſeri, & preſſa diſputatione tecum congredimur.

Quaeſo dic nobis: An tanta fuerit mala ea (ſi dicere licet) Eccleſiae Catholicae ſors, ut nullum prorſus ex ſuis Doctoribus, ſeu defenſoribus habuerit, qui eſſet in naturae facultatibus eruditus? Non utique nullum, ingenue, & religioſe profiteris lib. 7. de Sanctorum auctoritate, cap. 2. n. 2. ſeu poſt initium: *Erant ex ſanctis ſcriptoribus quidam non in ſacris literis modo, & aliis, quae ad Chriſtianam pertinebant diſciplinam eruditi: verum etiam in his, quae philoſophi tum de natura, tum de moribus docuere.*

Iam vicimus: Agens tu de Petri Lombardi, ſeu Magiſtri Sententiarum doctrina: Nimirum de Auctorit. Doctor. Scholaſt. l. 8. c. 5. poſt init. dicis *Magiſter ergo Sentent. dixit &c. Huic D. Thomas ceterique ſcholae Theologi aſſenſi ſunt. Nimirum D. Auguſtinum Magiſter*

giſter ſecutus eſt, cuius opiniones ſchola libenter amplectitur. Manifeſtius autem lib. 12. de Locorum uſu in ſcholaſt. diſput. c. 11. praecepto tertio, eoius initium, *Multo vero magis &c.* n. 3. obi „ Cum vero in omnium artium uſu „ optimorum imitatio artificum valeat „ plurimom, exempla in Theologia dif„ ferendi ab his peti aequum eſt, qui „ in hac arte excelluerunt: quorum Au„ guſtinos, & Thomas ſunt facile prin„ cipes: Auguſtinus citra aleam: Tho„ mas iudicio peritorum] Si ex Patribus quidam humanas diſciplinas coluerunt: maxime ille, quem in Theologica diſputatione libenter Schola ſequitur: qui Scholaſticae Theologiae, vel diſputationis *citra aleam*, ſcilicitet maniſeſtiſſimo iore, & omnium adſenſu princeps habetur; Scholaſtica enim Theologia, ſi rem ſuis liberare placeat involueris, & ſacramentis: ſermo de Deo eſt, tum revelationis, tum naturae principiis ſtabilitus: & Philoſophorum alacritate digeſtus.

Item lib. 12. de Philoſophorum auctoritate, cap. 5. paolo poſt initium haec protuliſti: *Nam ut alios praeteream, in huiuſmodi cauſa* (quis primas inter Philoſuphos habeat) *aliud D. Auguſtino videri ſolet: cui cave quemquam anteponas: nec enim doctior vir fuit Auguſtino quiſquam, nec clarior. Aliud autem videtur D. Thomae &c.* Si vir Auguſtino doctior non fuit; ſi velut pro ſacramento cavere debemos, ne quemquam ei anteponamus: omnino tenendum eſt & divinas, & humanas diſciplinas coluiſſe: Ille enim Pater doctior, & primi ſubſellii aeſtimandus eſt, qui utraque eruditione floruit: & in ſublimiom diſputatione rerum volgari ratione haud contentus fuit.

Primo feliciter, ut arbitramur, abſoluto certamine; non minori alacritate ſecundum ordiamur; Neqoe enim portentum eſt hominem divinis quamvis, humaniſque litteris apprime excultum in ſublimi, & perobſcora diſputatione aliquando deficere.

Interim querimor arma hic Canum non impugnaſſe, quae retundamus. In diſputatione de Animae Immortalitate oihil prorſos Augoſtinum confeciſſe negotii magna libertate adſerit: at id oullo ſermone demonſtrat; eadem, conſequenter libertate alter docebit integrum in ea diſputatione negotium peregiſſe. Utiqoe, ot ſtatim commonuimus, innuit in margine 2. Soliluq. & lib. de Immortalit. animae; Sed quid inde? Opus erat non tantum laudare libros, in quibus deficiat: ſed & cur deficiat oſtendere. Verum clementia, veritatis, & lucis matre agendum eſt. Lib. 1. Retract. cap. 4. n. 1. inqoit S. Doctor: *In ſecundo autem* (Soliloq.) *de Immortalitate animae diu res agitur, & non peragitur*. Ipſe Augoſtinus ergo ſatetur nihil ſe confeciſſe negotii.

℞. Illud non peregit Aoguſtinos negotiom: quod a nemine prorſus agi poſſe ipſe Canos conteſtatus eſt, & velut oimis exploratum praemonuit lib. 12. de Locorum uſu in ſcholaſt. diſpot. cap. 14. concl. vel propoſit. 4. n. 2. „ Sed ais tandem: quaenam iſtae ratio„ nes ſunt neceſſariae, & evidentes, „ quae Scoto, & Caietano probabiles, „ & obſcurae viſae ſont? Dicam, ſi „ illud prius commemuravero, quod „ ab Ariſtotele prudentiſſime dictum eſt, „ ſtoltum eſſe aequalem in omnibus „ certitudinem, & evidentiam exigere. „ In naturalibus quippe diſciplinis mi„ nor eſt, quam in mathematicis: in „ morabilibus minor eſt etiam, quam „ in naturalibus. At in diſpari certi„ tudine tam ſtultus nemo eſt, qoin „ ſcientiae illis nomen impertiat.] In 2. Soliloq. libro non quacunqoe, ſed evidentiſſima, & propemodum mathematica demonſtratione animae aeternitatem firmare Auguſtinus conatus eſt. Qualis eſt illa: Veritatem nooquam interituram: conſequenter nec animam, quae veritatis ſedes eſt. Adde: Diſputationem non fuiſſe prorſus expletam: ot verba illa circa eiuſdem libri finem, n. videlicet 36. ſatis indicant: *Haec dicentur operoſius, atque ſubtilius, cum de intelligendo differere coeperimus, quae nobis pars propoſita eſt, cum &c.* Quanquam prior difficultatis ſolutio ea ſit, cui inhaeremus.

Recolens librum de Immortalitate animae, haec habet Auguſtinos lib. 1. Retract. cap. 5. n. 1. „ Poſt libros So„ liluquiorum ... ſcripſi librum de Im„ mortalitate animae, qood mihi quaſi „ commonitorium eſſe volueram prop„ ter Soliloquia terminanda, quae im„ perfecta remanſerant; ſed neſcio quo„ modo me invito exiit in manus ho„ minum, & inter mea opuſcula no„ minatur. Qui prioio ratiocinationum „ contortione, atque brevitate ſic ob„ ſcorus eſt, ut fatiget, cum legitor, „ etiam intentionem meam, vixque in„ telligatur a meipſo.] Nihil hic Auguſtinus pro Cano pronuntiat. Canus cur argumenta oihil conficiant negotii, mi-

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. 1. Val. X. Theod. VII.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

minime oſtendit, Et hic illas demonſtrationes ambit Auguſtinus, quas fere mathematicas dicas. Hic liber informis eſt foetus, qui invito parente in lucem eductus eſt, quique vix non ſpurius partus agnoſcitur.

Pluribus etiam igitur obſervationibus demtis, mirum ſit Melchiorem Canum tanta fidentia pronuntiaſſe: poſt tam acres diſputationes, nihil Auguſtinum pro animse immortalitate confeciſſe; cum id ad ſummum non confecerit in duobus libris, quorum unus imperfectus relictus eſt; alter vero fuit foetus informis, & vix non partus ſpurius.

Hac via inceſſimus, quod duorum librorum cuncta argumenta, pro animae immortalitate iacta diligentiſſimo diſcutere, ac vindicare examine, nimis longum faſtidioſumque & nobis, & Lectoribus eſſet. Illud etiam quod omni iure a Cano ſciſcitsri poteramus, brevitatis cauſſa non curamus perquirere; An videlicet nullibi ſuorum voluminum animae immortslitatem congrua Auguſtinus argumentatione ſtabilierit? Hucuſque tamen expenſa quanquam non levia.. crepundia dices, ſi iis quae ſequuntur, comparentur.

Saepe Auguſtinus pro immortalitate animae argumentatur: at ſemper forte in caſſum, & irritum. Nec expedit quaecunque tot voluminum Scriptor ea de re protulit, in medium adferre. Tuae igitur Cane urbanitatis eſt, nos minime quidem ſophos, hoc eſt ſapientes: admodum vero philoſophos, amatores nimirum ſapientise in tanta de animae Immortalitste ignorantia ſopitos minime relinquere Iam oudum enim agnovimus, Sapientiam minime invidiae ſtimulis agi, anxie vero quaerentibus theſauros ſuos retegere. Petimus ergo, & obteſtamur, ut qua naturali ratione animae Immortalitas ſit ſtabi ienda nos doceas; ut argumenta illa reveles e caelo delapſa: quae poſt tot ſudores componere, quae poſt tot meditationes videre Maximus doctorum non valuit. Prodit tandem argumenta illa lib. 12. de Locorum uſu in ſcholsſt. diſput. csp. 14. concl. vel propoſit. 4. n. 2. & ſequent. Qu e hic ad verbum exſcribimus & ad ſolatium noſtrum: & ad Auguſtini vulgaris rationis hominis inſtructionem, ut videat quse ſint Philoſophorum argumenta, qualia a Philoſophis argumenta fabricentur.

„ Prima igitur ratio demonſtrativa, Au-
„ ctore Chryſoſtomo (1), eſt haec: Qui
„ animum eſſe mortalem, ait, is ne-
„ get neceſſe eſt, Deum humanarum
„ rerum eſſe procuratorem, & iudi-
„ cem. Si enim iuſti migrant affecti
„ iniuriis, improbi rerum omnium abun-
„ dantia potiti, nec poſt mortem aut
„ merces aut ſupplicium eſt; nulla cer-
„ te eſt in caelo pietas, quae talia
„ curet &c.

„ Secunda eſt huiuſmodi, ut a pro-
„ tervis refelli queat, a viris recte in-
„ ſtitutis non queat..... Confirmat
„ illam Cicero (2) hunc in modum:
„ ſicut ſatis probstur Deum eſſe, quia
„ nulla natio tam fera eſt, quin Deum
„ habendum ſciat: ita apud omnes gen-
„ tes communi conſenſu firmatum eſt,
„ snimos defunctorum interitu eſſe li-
„ beros &c.

„ Tertiam ſignificat magis Scriptu-
„ ra, quam explicat: cum e veſti-
„ gio ſubiicit. Quoniam Deus crea-
„ vit hominem inexterminabilem, &
„ ad imaginem ſimilitudinis ſuae fe-
„ cit illum. Hominem quippe ad ima-
„ ginem Dei eſſe factum, eo quod na-
„ tura intellectualis eſt, verti in du-
„ bium non poteſt. Ex ea ergo par-
„ te homini incorruptio convenit, qua
„ intellectum habet. Animum igitur,
„ unde homo intelligit, & ſimilis Deo
„ eſt, inexterminabilem eſſe oportet &c.
„ Primum igitur fundsmentum huius
„ demonſtrationis eſt, formam omnem
„ intellectualem eſſe ſubſiſtentem, hoc
„ eſt eſſe eius non a materis pendere.
„ Hanc rationem oſtendit D. Th. 2.
„ contra Gent. c. 51. quia intellectus
„ non eget corpore ſubſtinente: cum
„ intellectio nec recipiatur io corpore,
„ nec per corpus fiat. „

Haec fuit argumenta, quae omnino, & maxime Cano probsntur, quaeve utinsm Auguſtino revelaſſet Apollo!

Tate a puers ante id (Auguſtinus) *navit, quam tu natus es.* Phaedrus fabula 59. Tauri, & Vituli io Imbico.

Primum argumentum vel illud omnino eſt, vel in eo continetur, quod ad diſputationem hanc nos excitavit: *Nunquam tanta, & talia pra nobis divinitus agerentur, ſi &c.* Quodque idem Auguſtinus dextere, & aliud agens innoit Epiſt: 104. (Olim, 254.) ad Nectarium, n. 3. ubi „ At illi, quos

„ Tul-

(1) Homil. 4. de Provid. vel Fato.

(2) L. de Senect. Et 1. Tuſcul. q.

„ Tullius qoaſi conſulares philoſophos „ appellat, quod eorum magni pendet „ auctoritatem, quoniem cum extre- „ mum diem fungimur, non extingui „ animum, ſed emigrare cenſent, & „ ut merita quoque eius aſſerunt ſeu „ bona, ſeu mala vel ad beatitudinem „ vel ad miſeriam permanere. Hoc con- „ gruit & litteris ſacris &c.] Contra talem ſermonem hac obiectione facto; Sat ſunt praeſentis vitae aut praemia, aut poenae &c. mox repoſuiſſet Auguſtinus: *Nunquam tanta, & talia &c.* hoc eſt: Merita tot divinis ſubſidiis parta evenidis breviſſimiſque huius vitae bonis non compenſantur. Et illud: Atqui ſaepe iuſti migrant effecti iniuriis improbi rerum omnium abundantia potiti &c.

Alterum argumentum, quod Cano tantopere adriſit, pro ſubſtantia, & forma & hic ab Auguſtino fuerat praeoccupatum iis verbis: *Non vocat, non eſt inane*, de qoo diximus litt. E.

At moralibus his argumentis, cuilibet tantillum ſagaci occurrentibus, non admodum inſtitit Auguſtinus, vir altiſſimae mentis, & metaphyſicis diſputationibus notus.

Tertium pro animae aeternitate argumentum adeo ab Auguſtino praeoccupatum eſt: ut etiam quod ad illud velut prologi loco praeiactum a Cano eſt, ab Auguſtino depromtum videtur. En S. D. verba lib. 4. de Trinitate, cap. 4. n. 6. *Nec illa igitur Trinitas, quae nunc non eſt, imago Dei erit, nec iſta imago Dei eſt, quae tunc non erit: ſed ea eſt invenienda in anima hominis, ideſt rationali, ſive intellectuali, imago Creatoris, quae immortaliter immortalitati eius eſt inſita.* Enim vero demonſtrationis huius fundamentum eſt, inquit Canus, formam omnem intellectualem eſſe ſubſiſtentem, nimirum eſſe eios non a materia pendere. Quod S. Thomas oſtenſurus obſervat, intellectionem nec in corpore recipi &c. Hinc ipſam rationem: intellectionem nec in corpore recipi, probat, & exponit Auguſtinus frequentiſſime: maxime lib. 4. de Anima, & eius Origine, cap. 17. n. 25. ubi „ Sed „ corpora eſſe credere, quibus hoc, „ atque illac quaſi ferimur, & voli- „ tamus in ſomnis, hominis eſt, qui „ parum vigilanter de rebus talibus co- „ gitavit. De his quippe viſorum i- „ maginibus maxime anima probatur „ non eſſe corporea: niſi velis & illa „ corpora dicere, quae praeter nos „ ipſos tam multa videmus in ſomnis, „ caelum, terram, mare, ſolem, lu- „ nam, ſtellas, fluvios, montes, ar- „ bores, animalia. Haec qui corpora „ eſſe credit, incredibiliter deſipit, ſunt „ tamen corporibus omnino ſimillima „ &c. Tam multas igitur, & tam ma- „ gnas corporum imagines, ſi anima cor- „ pus eſſet, capere cogitando, vel „ memoria continendo non poſſet] Et cap. 20. n. 31. „ Cum ergo aliud ſit „ in anima, quo corpora vera ſenti- „ mus, quod facimus quinque ſenſibus „ corporis; aliud quo praeter ipſos ſi- „ milia corporibus, non corpora cer- „ nimus, ubi & nos ipſos non aliter, „ quam ſimiles corporibus contuemur; „ aliud quo nec corpora, nec ſimili- „ tudine corporum, ſicut fidem, ſpem, „ caritatem, ſine ullis coloribus, & „ tumoribus, eorumque ſimilitudinibus „ certius ſane, firmiuſque conſpici- „ mus. „

Nimirum, ut apertius loquamur: S. Thomas, Canus, & paſſim recentis aetatis Philoſophi, quod vere proprieque ſpirituale eſt, nec pendere a corpore, nec cum illo interire exploratum habent. Unde nunc expreſſe, nunc facto docent, eiuſdem momentis, quibus anima ſpiritalis ſtabilitur, aeternam conſequenter demonſtrari. Auguſtinus autem animam vere ſpiritalem eſſe optimis fortiſſimiſque argumentis, a quibus ſcientia efficit, non ſemel deprehendit: *Quocirca ſi & illa, quae de anima incoepta diſputata ſunt, capis, & ſapis, non eſt unde tibi diſpliceam quod eam me ſcire dixi non eſſe corpus, ſed ſpiritum: quia & corpus non eſſe monſtratur, & generali nomine ſpiritus nuncupatur.* Lib. 4. de Anima, & eius Origine, cap. 23. n. 37. in fine. *Animam vero non eſſe corpoream, non me putare, ſed plane ſcire audeo profiteri.* Lib. 10. de Gen. ad litt. cap. 33. n. 62. Quod autem Auguſtinus ſcivit, non vulgari, & imbelli, ſed philoſophice, & acerrima ratione deprehendit: *Proprie quippe cum loquimur, id ſolum ſcire dicimus, quod mentis firma ratione comprehendimus.* Lib. I. Retract. cap. 14. n. 3. *Quid, hoc nonne concedis, ſcientiam non eſſe, niſi cum res aliqua firma ratione percepta, & cognita eſt?* Lib. de Quantitate ani. cap. 26. n. 49. *Scientiam non appello, in qua ille qui eam profitetur, aliquando fallitur. Scientia enim non ſolum comprehenſis, ſed ita comprehenſis rebus conſtat, ut neque in ea quis umquam errare, nec quibuslibet ad-*

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Vol. X. Theod. VII.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

adverſantibus impulſus mutare debeat. Lib. 1. contra Academ. cap. 7. n. 19. *Cavete ne quid vos noſſe arbitremini, niſi quod ita didiceritis, ſaltem ut noſtis. unum, duo, tria, quatuor ſimul collecta in ſummam fieri decem.* Lib. 2. contra Academ. cap. 3. n. 9.

Abſit vero ut a Cano, viro non utique ſumme medeſto, ſed nec effronte effugium illud adtendamus: Vulgaribus Auguſtinum rationibus animam ſpiritalem eſſe (conſequenter incorruptibilem) ſuaſum: ea de re ſcientiam ſibi blanditum eſſe, quam non habebat; Mox enim Cano Canus ipſe improperaret: *Affirmat Chryſoſtomus qui Philoſophi de animi immortalitate dubitent, eos addubitare, an in meridie ſit dies: & credemus viros & ſanctiſſimos, & modeſtiſſimos evidentiam, quam non habebant, fuiſſe ementitos?* Lib. 12. de Locorum uſu in ſcholaſt. diſput. cap. 14. concl. vel propoſit. 4. poſt init. Nec item illud timemus, ut dicat. Rationes acres Auguſtino viſas, ſibi videri vulgares. Nec enim ſagax homo adtenderet ſuis ſe armis facile peremtum iri. Inquit enim ubi ſupra, ante laudata verba. „ Dicet „ fortaſſe quiſpiam: non nego demon„ſtrationes eſſe, ſed nobis demonſtra„tiones eſſe nego, quibus argumen„ta illa certa, & clara non ſunt &c. „ O inſolentem temeritatem, caeteros „ ex tuo ingenio metiri, exque tuis a„liorum oculos aeſtimare: aſſerere mel „ quidem ex natura ſua dulce eſſe: ſed „ dulce tamen fuiſſe nemini, quia ti„bi non fuerit; nullum videre id „ poſſe quod tu non videas; omnibus „ obſcurum eſſe, quod tibi non pa„teat. „

Noſtrates ad animam ſpiritalem, ac aeternam probandam, illud maxime philoſophicum fortiſſimumque argumentum arbitrantur: Quod eadem adeo ſupra corporis, & materiae conditiones adtollatur, ut etiam ſuas ipſas functiones agnoſcat, & meditetur. Id etiam rem velut manifeſtam facileque occurrentem Auguſtinus lib. 7. de Gen. ad litt. cap. 14. n. 20. obſervaverat. „ Cum igitur his quaſi nuntiis acci„piat anima quidquid eam corporalium „ non latet, ipſa vero uſque adeo „ aliud quiddam ſit, ut cum vult in„telligere vel divina, vel Deum, vel „ omnino etiam ſeipſam, ſuaſque (*Hic adtende*) conſiderare virtutes, ut ali„quid veri certique comprehendat, „ ab hac ipſorum quoque oculorum „ luce ſe avertat, eamque ad hoc „ negotium non tantum nullo adiumen„to, verum etiam nonnullo impedi„mento eſſe ſentiens, ſe in obtutum „ mentis adtollat; quomodo ex eo ge„nere aliquid eſt, cum eiusdem ge„neris ſummum non ſit, niſi lumen, „ quod ex oculis emicat, quo illa „ non adiuvatur, niſi ad corporeas „ formas, coloreſque ſentiendos; ha„betque ipſa innumerabilia longe diſ„ſimilia cuncto generi corporum, quae „ nonniſi intellectu, atque ratione con„ſpiciat, quo nullus carnis ſenſus „ adſpirat.] Et cap. 21. n. 28. „ Nec ipſa ſibi tale aliquid occurrit, „ cum ſe neſcire non poſſit, etiam „ quando ſe ut cognoſcat inquirit. Cum „ enim ſe quaerit, novit quod ſe „ quaerat; quod noſſe non poſſet, „ ſi ſe non noſſet. Neque enim a„liunde ſe quaerit, quam a ſeipſa. „ Cum ergo quaerentem ſe novit, ſe „ utique novit: & omne quod novit, „ tota novit: cum itaque ſe quaeren„tem novit: tota ſe novit: ergo & „ totam ſe novit: neque enim aliquid „ aliud, ſed ſeipſam tota (1) novit. „ Quid ergo adhuc ſe quaerit, ſi „ quaerentem ſe novit? Neque enim „ ſi neſciret ſe, poſſet quaerentem ſe „ ſcire ſe .... Deſinat ergo nunc in„terim ſuſpicari ſe eſſe corpus &c.] Non diffitemur tamen Auguſtinum poſtremo loco id potiſſimum argumentum intueri; Cum tota anima ſe videat, nihilque corporis in ſe reperiat, omnino adſentiatur ſe ſpiritum eſſe: Sed & argumentum, quod optabamus, involvit.

Quibus omnibus diligenter adtentis: videat quali praecipiti motu illud vel ſcripſerit, vel libenter conceſſerit Canus: Auguſtinum pro animae Immortalitate, etſi ad eam probandam omnes nervos intenderit, nihil omnino confeciſſe.

Quoniam vero & Homerus aliquando dormitavit: & robuſtiſſimi, atque ſolertiſſimi athletae nonnunquam labuntur; adhuc Canarienſis Antiſtes ſit ille, cuius ſuſpicimus ingenium, doctrinam, eruditionem: quemque obſequio nominamus.

(g) *Praeſidatus dari poteſt.* = Ita Vet. Car. Ricar. & paſſim editi & MSS. cum

(1) Pauci MSS. *ſeipſam totam novit.*

cum B. B. qui nihil admonent. Sed Am.
& Er. *praeſulatus*, Minus bene tum co-
dicum auctoritate ſpectata: tum quod
praeſulatus vox ſit barbara: vel certe
minus ab elegantibus Scriptoribus uſi-
tata.

De Praeſidibus haec ſe ſtatuiſſe con-
cilium Arelatenſe (1) Silveſtro Pontifici
ſcribit, ut refertur etiam inter opera S.
Doctoris, in Append. t. 9. de ſcriptis
veter. ad Donat. hiſtoriam pertinentibus
„ De Praeſidibus autem, qui fideles
„ ſunt, & ad Praeſidatum conſiliunt,
„ ita placuit, ut cum promoti fuerint
„ litteras quidem accipiant eccleſiaſticas
„ communicatorias, ita tamen ut in
„ quibuscunque locis geſſerint, ab epi-
„ ſcopis eiuſdem loci cura illis aga-
„ tur; & ſi coeperint contra diſcipli-
„ nam agere tunc demum a commu-
„ niona excludantur. Et de his qui-
„ dem, qui in republica agere volunt,
„ ſimiliter.„

Verum de quo potiſſimum praeſi-
datu loquutus ſit Auguſtinus, non pa-
tet. Immo ſuſpicamur nec ipſum qui-
dem peculiarem praeſidum ſpeciem in-
ſpexiſſe; ſed vage, atque indetermina-
te loquutum de praeſidis munere, ad-
modum quidem honeſto, quo tenui pa-
terno cenſui ſuccurreret, & matrimonii,
ſumptibus ſtipendiiſque ſtipati onera ad-
levaret: *Nomen praeſidis* (inquit Macer
ICtus l. 1. dig. de offic. Praeſid.) *gene-
rale eſt, eo quod & proconſules: &
omnes legati Caeſaris: & omnes pro-
vincias regentes praeſides appellentur*.
Niſi mavis ſuſpicari de Proconſulis mu-
nere Auguſtinum loquutum: de illo
prorſus ſcilicet, quod regebat nobiliſ-
ſimus medicus Vindicianus, de quo S.
D. lib. 4. cap. 3. n. 2.

At quodcunque ſit nobile munus
illud; Quid te Auguſtine in eius ſpem
movit? quod naturae dotibus praeſtes,
quot, qualibuſque vix alius mortalium:
& ne vix quidem, ſi eos excipias, quos
Omnipotens infoſione, revelatione, pro-
digiis ſupernis ditavit? Equidem id ſum-
mos, primos orbis honores tibi conci-
liare deberet; maxime ſi ingenuitas,
humanitas, iuſtitia, & mille alia indolis
tuae praeclara lumina, quibus locuple-
tiſſimus incedis, ſingularibus mentis do-
tibus copulentur. At non ita exit, cre-
de mihi, non ita. Immo quia praeſtan-
tiſſimis illis & mentis, & pectoris doti-
bus fulges, fortunam ubique habebis
adverſam. Audi Caeſarem Spezianum,
virum emunctae naris, pluribus iiſque
inſignibus experientiis edoctum; virum
inquam in fortunae republica, in or-
be minime hoſpitem, monito 141. „ Al-
„ cuni meritevoli, e virtuoſi non ſono
„ alle volte avanzati dal Principe. Pri-
„ mieramente perchè queſti attendono a
„ ſervire ſenza ambizione, ne s' umilia-
„ no, ne ſan corte a chi puo aiutar-
„ li a paſſar avanti. Secondariamente
„ non è ſi dolce al Principe il pagare i
„ debiti, come il donare per corteſia;
„ al meritevole promoſſo ſe gli paga
„ ciò, che ſe gli dee: e all' altro,
„ che non merita, ſe gli dona. Ter-
„ zo il valoroſo è invidiato ſin da co-
„ lui, che gli è ſuperiore.] Et moni-
to 164. „ Niuna ſorte di perſone pa-
„ tiſce maggiori diſavventure, o per-
„ ſecuzioni nelle corti, che i valenti
„ uommini, e virtuoſi: perchè con que-
„ ſti ſi ſuol dire che la fortuna vuol
„ moſtrare la ſua forza, e non con-
„ tro i deboli, che ſono come dimen-
„ ticati: ne contro a queſti biſogna
„ combattere per abbaſſarli, eſſendo da
„ ſe ſteſſi vinti, ed abbattuti. Però
„ conſiderate bene che troverete andar
„ l' infortunio a provar gl' uommini vir-
„ tuoſi, e valoroſi; Non perchè ci ſia
„ fortuna, come dicono gl' antichi: ma
„ perchè queſti uommini valoroſi ſono
„ più invidiati, e perciò hanno maggior
„ perſecuzione, che è effetto dell' in-
„ vidia.„

(*b*) *Multi magni viri &c.* = Non
inficiamur. Tales fuere, Zeno, Hyppo-
crates, Socrates, Plato, Ariſtoteles, E-
picurus, Diogenes Cynicus, Tullius:
viri notiſſimi. Periander unus ex 7.
Graeciae Sapient. Menander Athen. Co-
micus. Iſocrates Orator. Libanius Soph.
Anth. Eripides Poeta tragicus Athen.
Amminius Rabius Iur. conſ. Galba Sulpi-
tius, item Iuris conſ. Alcaeus Poeta
liricus. In quibus tamen recenſendis
temporis ordinem non obſervavimus.
Ex Eccleſiaſticis Scriptoribus cum coniu-
gali vita ſtudia iunxere Q. Septimius
Florens Tertullianus Carthaginenſis, u-
ſque ad mediam aetatem Eccleſiae Ca-
tholicae praesbyter, inde Montani ſuper-
ſtitionibus captus, S. Spiridion in Cy-
pro Trimythuntinae urbis epiſcopus,
unus ex illis Confeſſoribus, quos Maxi-
minus dextro oculo effoſſo, & ſiniſtro
poplite ſucciſo, ad metalla damnaverat.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

(1) An. 314.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Severinus Boethius, qui primo Elpi, inde Ruſticianae iunctus eſt: quarum prima inſigni ingenio ſublimi metro aptiſſimo Eruditis ſatis ſe prodidit. Sed hic integro fere ſaeculo Auguſtino iunior (Obiit enim Theodorici Gothorum regis ferro an. 524.) non potuit ab eo velut exemplum inſpici. Sed de hac Auguſtini cauſſa plenius diſſeremus cap. ſeq. A.

(i) *Et propriarum virium credebam eſſe continentiam.* = Non de proprio iudicio loquitur: ſed quod ita ſe gereret: ita dum niteretur carnis illecebras refrenare, a Deo ſpeciale ſubſidium non poſtularet, ac ſi propriis id viribus adſequi poſſet; cum tamen ſapiens cap. 8. v. 21. profiteatur: *Et ſcivi quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det.* De quo graviſſime diſſerit Epiſt. 157. (Olim, 89.) ad Hilarium q. 2. c. 2. n. 9. Et 144. (Olim 130.) ad Cirtenſes, n. 2. & 188. (Olim, 143.) ad Iulian. viduam, c. 2. n. 8. & c. 3. n. 12.

Dices tamen, Sapientem, Auguſtinumve heic fruſtra diſtendi; Cum nec Continentia: nec quidquam aliud honeſtum animi bonum abſque Dei gratia adquiri, vel teneri poſſit.

℞. Dicam quod ſentio: Ad veneream paſſionem, omnium humanarum maximam comprimendam, non quodcunque, ſed admodum validum Dei ſubſidium exigitur.

Verum eſt, probabile admodum eſſe Continentiam a Sapiente late ſumi: quatenus, ut Ariſtoteles etiam 7. Ethicorum obſervat, generalis eſt virtus, gulam, iram, ſuperbiam, avaritiam, omnemque corruptae naturae ſtimulum malum, concupiſcentiamque continens, ac refraenans. Hinc Syrus legit: *Agnovi autem quod non poſſem domare animam meam.* Quo pacto etiam ab Auguſtino id oraculi ſumitur infra l. 10. c. 29. & 30. l. 4. contra Iulian. c. 3. lib. de Peccatorum merit. c. 5. & de continentia, c. 1.

Immo non pauci rem iſtam e manibus noſtris eripiunt, dicentes, littera prorſus retenta continentiam illam, ſtabilem eſſe firmamque poſſeſſionem ſapientiae: Quo pacto Eccleſ. 6. 28. dicitur; *Et continens factus* (ſapientiae) *ne derelinquas eam.* Quo ſenſu, hoc eſt pro poſſidente, vel poſſeſſore ſumitur continens etiam c. 15. v. 1. & c. 27. v. 33. eiuſdem lib. Eccleſ. Unde ſententiam noſtram ſic Arabicus vertit: *Et cum cognoviſſem, me non alio modo tenere illam, ſi Deus non dediſſet mihi.*

At continentiam a Veneris re obtinuiſſet Auguſtinus, ſi curam ſuam in Dominum iactaſſet, ut addit ad illud Pſal. 54. 23. adludens: *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.*

CA-

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

CAPUT XII.

ARGUMENTUM.

Cum ita Auguſtinus in ſapientiae ſtudia, matrimonii deliciis ſociata anhelaret, ab Alypio, quondam Veneris per temporis momentum amico, inde magnanimo conſtantiſſimo hoſte, ea ratione potiſſima improbatus eſt, quod difficillime ſacra ſapientiae otia cum coniugalis vitae curis foedus inirent. At ipſe propoſito inſiſtens, & propriae cauſſae validiſſimum ceu ſcutum exhibens hominum honeſtate, ſtudioque graviſſimorum exemplum, qui bene duo illa iunxiſſent; nec Alypii eas delicias raptim ſolum experti continentiam maximi pendens; eidem quoque amico coniugii nonnullum deſiderium incuſſit; qui videlicet non id voluptatis prenſaret, ſed aequa experientia vellet deprehendere: quidnam tandem illud eſſet, cuius amore amicus tanto inſpectus obſequio ſic deperiret.

I. PRohibebat me ſane Alypius ab uxore ducenda, cantans nullo modo non poſſe (*a*) ſecuro otio ſimul in amore ſapientiae vivere, ſicut iam diu deſideraremus, ſi id feciſſem. Erat enim ipſe in ea re etiam tunc caſtiſſimus, ita ut mirum eſſet: quia vel experientiam concubitus coeperat in ingreſſu adoleſcentiae ſuae, ſed non haeſerat; magiſque doluerat, & ſprèverat; & deinde iam continentiſſime vivebat: Ego autem reſiſtebam illi exemplis eorum, qui coniugati coluiſſent ſapientiam, & promeruiſſent Deum (*b*), & habuiſſent fideliter, ac dilexiſſent amicos. A quorum ego quidem granditate animi longe aberam: & deligatus morbo carnis (*c*), & mortifera ſuavitate trahebam catenam meam; ſolvi timens, & quaſi concuſſo vulnere repellens verba bene ſuadentis, tanquam manum ſolventis. Inſuper etiam per me, ipſe quoque Alypio loquebatur ſerpens, & innectebat atque ſpargebat per linguam meam dulces laqueos in via eius, quibus illi honeſti & expediti pedes implicarentur.

II. Cum enim me ille miraretur, quem non parvipenderet, ita haerere viſco illius voluptatis, ut me affirmarem, quotieſcumque inde inter nos quaereremus, coelibem vitam nullo modo poſſe degere: atque ita me defenderem, cum illum mirantem viderem, ut dicerem multum intereſſe inter illud, quod ipſe raptim & furtim expertus eſſet, quod pene iam ne meminiſſet quidem, atque ideo nulla moleſtia facile contemneret & delectationes conſuetudinis meae, ad quas ſi acceſſiſſet honeſtum nomen matrimonii, non eum mirari oportere, cur ego illam vitam nequirem ſpernere; coeperat & ipſe deſiderare coniugium, nequaquam victus libidine talis voluptatis, ſed curioſitatis. Dicebat enim ſcire ſe cupere quidnam eſſet illud, ſine quo vita mea, quae illi ſic placebat, non mihi vita, ſed poena videretur. Stupebat enim liber ab illo vinculo animus ſervitutem meam, & ſtupendo ibat in experiendi cupidinem, venturus in ipſam experientiam: atque inde fortaſſe lapſurus in eam quam ſtupebat ſervitutem, quoniam ſponſionem volebat facere cum morte: & qui amat periculum, incidet

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Sirie. I. Val. X. Theod. VII.

in illud (1). Neutrum enim noſtrum, ſi quod eſt coniugale decus (*d*) in officio regendi matrimonii, & ſuſcipiendorum liberorum ducebat, niſi tenuiter. Magna autem ex parte atque vehementer conſuetudo ſatiandae inſatiabilis concupiſcentiae me captum excruciabat; illum autem admiratio capiendum trahebat. Sic eramus, donec tu Altiſſime non deſerens humum noſtram (*e*), miſeratus miſeros, ſubvenires miris & occultis modis.

(*a*) *Cantant nullo modo nos poſſe &c.* = Novam hanc lectionem induximus auctoritate Vet. Am. & omnium MSS. quos nos vidimus, ſcilicet 13. Etruriae qui miro conſenſu ferunt, *cantans*. B. B. cum reliquis editis, *cauſſans*. Hic autem *cantans*, eſt, ſaepe dicens, repetens, inculcans. *Qui harum mores cantabat mihi*. Ter. Heaut. 2. 1. 19. *Haec dies noctesque tibi canta, ut caveas*. Plaut. Trinum. 2. 2. 10. Quae ſignificatio optime ad praeſens propoſitum. Maxime quoniam etiam lib. huius Oper. 2. c. 3. n. 3. *quae cantaſti in aures meas*.

Nunc ad Auguſtinum, Te non adhuc Catholicum concupiſcentiae ſtimulos honeſto matrimonio refraenare ſatagentem abſit ut contemnam, vel derideam; immo infirmitate tua, qua mortalium quiqui nimis quatitur, ſatis commoveor. Verum, ut mecum quoque hac in re conſilium aperiam: ingenue tibi profiteor, ex Alypii me partibus ſtare: Enim vero otio Muſae delectantur, ne dicam, nutriuntur, & vivunt; qui igitur fieri poterit, ut in dulciſſima illa, quibus tantopere inhias, ſapientiae ſtudia venias, coniugalis vitae curis, ſollicitudinibuſque punctus, atque diſtractus? At id, inquis, potuerunt alii: Aegre quidem: Hippocrates enim, & Tullius, quos cap. praeced. pro te laudavimus, Dionyſius Tragicus, Amabaeus, & alii multi olim coniuges, ſapientiae amore caelibem inde vitam delegere. Quo Ariſtippi ſententia reſpexit: *Sapientia amatores ſui a uſu amatoribus domitos veluti equos ab indomitis diviſit, atque ſeiunxit*. Etſi qui Muſarum domeſtici tibi ſavent, quot vero Alypio? Obiice tibi Ariſtotelem ſaepe maritum, frequentiſſime caelibem, Aeſopum, & Cratem, quidquid carnem & ſenſum ſaperet exhorrentes. Bionem mollem adoleſcentulum improperiis e gymnaſio propulſantem. Et ut paucis plura complectar: Dic mihi. Quid Minervam inter & Venerem immane peremne bellum excitavit? Quid Muſis Cupidinem fecit exoſum? Quid eas ad Adonidem Veneris amaſium atri occiſione profligandum impulit, niſi blandae quietis, atque ſapientiae amor.

At talis Auguſtine minime es, quem ego meis quiſquiliis edoceam. Etſi enim modo a vera fide aberrans, mille & in hac controverſia fluctibus abripiaris: vix tamen ad Eccleſiae littus appulſus, graviſſime, atque doctiſſime profiteberis „ Quid uxor? nonne „ te delectat (*ratio, ſeu ipſe Auguſtinus ſibi loquitur*) interdum pulcra, „ pudica, morigera, litterata, vel „ quae abs te facile poſſit erudiri, af- „ ferens etiam dotis tantum, quoniam „ contemnis divitias, quantum eam „ prorſus nihilo faciat oneroſam otio „ tuo: praeſertim ſi ſperes, certoſque „ ſis nihil te ex ea moleſtiae eſſe paſ- „ ſurum? Quantumlibet (*ſibi reponit*) „ velis eam pingere, atque cumulare „ bonis omnibus, nihil mihi tam fu- „ giendum, quam concubitum eſſe de- „ crevi; nihil eſſe ſentio, quod magis „ ex arce deiiciat animum virilem, „ quam blandimenta feminea, corporum- „ que ille contactus, ſine quo uxor „ haberi non poteſt. Itaque ſi ad of- „ ficium pertinet ſapientis (quod non- „ dum comperi) dare operam liberis; „ quiſquis rei tantum gratia concum- „ bit, mirandus mihi videri poteſt, at „ vero imitandus nullo modo: nam ten- „ tare hoc periculoſius eſt, quam poſ- „ ſe felicius. Quamobrem ſatis credo „ iuſte, atque utiliter pro libertate a- „ nimae meae mihi imperavi, non cu- „ pere, non quaerere, non ducere u- „ xorem.] lib. 1. Soliloq. cap. 10. n. 17. Mirum haec animi candorem ſpirant. Cumque deſideria intueantur prioris aetatis: coniice quali moderamine, & honeſtate iuvenis fervidus, & divinae veritatis inſcius in coniugium anhelaret!

(*b*) *Et*

(1) Eccleſ. 3. 27.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

(*b*) *Et promeruiſſent Deum*. = Qui fuerint Sapientes illi, qui feminae per matrimonium iuncti, Deum promeruere? Bernardus Indrizzali ſic vertit: *Non demeritando preſſo Dio*. Sed aliud eſt coram Deo non demereri: & aliud longe diverſum, *Deum promereri*, quod Auguſtinus adfirmavit. Pagani ſapientes matrimonio coram Deo non demeruere: Sed quia eorum Deum promeruit? Equidem matrimonium non ut meriti cauſſa ab Auguſtino ponitur: quaſi per matrimonium, virtute matrimonii illi promeruerint Deum; ſed per concomitantiam ut loquuntur; Ideſt, licet matrimonio iuncti, Deum promeruerunt. Sed quaerimus, quis Paganorum vel caelebs Deum promeruerit, nempe ſanctitatem adeptus ſit. Arbitramur enim & fuſe videbimus lib. ſeq. c 9. A. nullum Ethnicorum ſapientum Socratem, Platonem, Ariſtotelem, &c. aeternam ſalutem conſequutum.

℞. Et hoc, & praeced. cap. tanto obſequio eos ſapientes ſibi in exemplum praefigit Auguſtinus, ut certum habeamus, non de aliquo Ethnicorum, ſed de aut novi, aut prioris, aut utriuſque foederis Sapientibus fidelibus dicere.

(*c*) *Et deligatus morbo carnis &c.* = Sequimur B. B. qui admonent „ Lov. „ Blaſ. cum aliquot MSS. *delicatus* Som. „ Arn. *delectatus*, Stant vero pro no- „ ſtra lectione MSS. melioris notae.] Lov. & Blaſ. addimus Am. Er, ſeptem MSS. Som. vero, & Arn. addimus Wangn. MS. S. Mar. Nobiſcum eſt MS. Med.

Et quidem dicit Auguſtinus, ſe traxiſſe catenam; Solvi timuiſſe; Repuliſſe verba bene ſuadentis, tanquam manum ſolventis. Haec omnia frigide de delicato, vel delectato; omnino vero bene de *deligato*, hoc eſt ligato dicuntur: *In ea ſtatua Sopatrum divaricari, ac deligari iubet*. Cicero 6. Ver. *Deligare ad palum*. Idem 7. Ver.

(*d*) *Si quod eſt coniugale decus*. = Quaſi contemnendo loquitur: non quidem abſolute, ſed quod de coniugio caelibi vitae comparato ſermo ſit. Triplex autem coniugale decus, vel bonum ipſe S. Doctor expendit lib. 9. de Gen. ad litt. cap. 7. n. 12. „ Quoniam id, quod bonum habent nuptiae, „ & quo bonae ſunt nuptiae peccatum „ eſſe nunquam poteſt. Hoc autem tripartitum eſt, Fides, Proles, Sacramentum. In fide adtenditur ne „ praeter vinculum coniugale cum altera, vel altero concumbatur. In „ prole ut amanter ſuſcipiatur, benigne nutriatur, religioſe educetur. „ In ſacramento autem, ut coniugium „ non ſeparetur, & dimiſſus, aut dimiſſa nec cauſſa prolis alteri coniungatur. Haec eſt tamquam regula nuptiarum, qua vel naturae decoratur „ fecunditas, vel incontinentiae regitur „ pravitas. „

Quoniam vero neuter eorum haec coniugalia decora, niſi tenuiter, inſpiciebat, non omnino bene meditabatur. Copula enim voluptatis cauſſa facta in coniugibus non quidem lethalem, at aliquam certe culpam habet. Quod ſi ambias optime tenere, vide S. Doctorem lib. 2. de Conſenſu Evangeliſt. capit 1. n. 2 lib. de Bono Coniugali cap. 6. n. 6. & cap. 10. n. 11.

(*e*) *Non deferens humum noſtram*. = Corpus ex humo factum. Seu, humanitatem, fragilitatem; quam Deus non deſerens, tandem ex fovea, in quam ſenſim labebatur, prorſus eripuit. De Matrimonii ſacramento fere hic horrore loquimur, non quidem abſolute: ſed quod non bene ab Auguſtino, & Alypio inſpiceretur; quodque eos, ut coniicimus, a ſanctitatis, & ſtudii culmine magno ipſorum, ac totius Eccleſiae damno deturbaſſet.

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Sirie. I. Val. X. Theod. VII.

C A P U T XIII.

A R G U M E N T U M.

Cum ita magno aeternae damnationis diſcrimine Veneris aeſtus ſemper ut olim perſaevirent, religioſae, & providae Matris potiſſima cura, de coniugio ſtatutum ac deliberatum eſt: quo inſolentibus igniculis illis nonnihil temperatis, & ſopitis,, tutius Auguſtinus ad ſacramentalem lotionem adcederet. Nec id humanae prudentiae fidebatur: anxiis votis poſtulatum eſt caeleſte conſilium, quod Monnicae revelaretur; at in caſſum: Deo alto iudicio tacente. Interim pro expediendo negotio inſtabatur: iamque culta cum puella ſtatutae ſuns nuptiae: & vix non celebratae, ut bienni induciis nimis tenella illa pubeſceret.

ET inſtabatur impigre, ut ducerem uxorem. Iam petebam, iam promittebatur, maxime Matre dante operam, quo me iam coniugatum baptiſmus ſalutaris ablueret, quo me in dies gaudebat aptari, & vota ſua ac promiſſa tua, in mea fide compleri animadvertebat. Cum ſane & rogatu meo, & deſiderio ſuo forti clamore cordis abs te deprecaretur quotidie, ut ei per viſum oſtenderes aliquid de futuro matrimonio meo, nunquam voluiſti. Et videbat quaedam vana & phantaſtica, quo cogebat impetus de hac re ſatagentis humani ſpiritus (a), & narrabat mihi, non cum fiducia qua ſolebat, cum tu demonſtrares ei, ſed contemnens ea. Dicebat enim diſcernere ſe neſcio quo ſapore, quem verbis explicare non poterat (b), quid intereſſet inter revelantem te, & animam ſuam ſomniantem. Inſtabatur tamen, & puella petebatur, cuius aetas ferme biennio minor, quam nubilis erat, & quia ea placebat, expectabatur.

(a) *Qua cogebat impetus de hac re ſatagentis humani ſpiritus.* = Qoia nempe iuxta illud Nazianzeni Orat. 4. Stilitica altera: *Promte alicui perſuadeas, quod etiam cupit*, facile id nobis conſoli credimus, quod cupimus; ſive ut preſſius ad rem praeſentem loquamur: quod conſulendum cenſemus. De qua re, vel non abſimili diſſerens Ludovicos Antonius Muratori lib. de Philoſophia morali, cap. 6. poſt initiom, experientias doas in geminis virginibus, ſuis deceptis imaginationibus a S. Carolo Borromaeo Mediolanenſi Archiepiſcopo factas refert.

Sed quid haec ad Monnicam, quae vana illa ut talia deprehendit, atque contemſit? quae miro quodam ſapore phantaſiae ſuae ſpectra a divinis impreſſionibus tam bene diſiunxit, atque diſtinxit?

(b) *Diſcernere ſe neſcio quo ſapore, quem verbis explicare non poſſet &c.* = *Joannes Phereponus* in praeclariſſima haec divina chariſmata impingens, frendet, torquetur, inſanit: & in Monnicam, Filiumqoe mille iaculari ſagittas ambiens, nec valens, in naenias haſce blaſphemia, convicioque tinctas erumpit. „ Itaque „ (*Monnica*) ſibi ſoas, ot opinabator, „ revelationes ſervare debebat, qua- „ rum diſcrimen a ſomniis dicere non „ poterat. Quam facile eſt homines im- „ peritos religionis ſpecie in talibus aber- „ rare! Ad eventum ſomniotum quod „ attinet, idem dixeris, quod de Ge- „ nethliacorum praedictionibus, inter- „ dom non vanis dixit Aug. l. 7. pa- „ ragr. 8. Sed honorificum erat Mon- „ nicae filio ipſius converſionem foiſſe „ ſomniis θεοπεμπτος praeſignificatam; „ quod tamen alii prudentius comme- „ moraſſent. „

Quot verba, tot deliria, nollo alio, niſi blaſphemiae, & convicii ſale condita! At ſingulis ſoa medicina paranda eſt. Ignoras ne ſaporem illum, quo animae in ſanctitatis culmine conſtitotae divina delibant, atque ab humanis ſeiungunt,

gunt, exacte explicari non poſſe? Nimis ergo in Sanctorum hiſtoriis, nimis in Theologia myſtica, nimis etiam in ipſis Scripturis Divinis es hoſpes. Quin immo nec ipſae in ecſtaſi ſpectatae res aliquoties vel exponi, vel etiam enarrari queunt: *Quoniam raptus eſt in Paradiſum, & audivit arcana verba, quae non licet homini loqui*. 2. Cor. 12. 4. *Plures tamen Patres* (1) *atque interpretes cenſent, res a Paulo ſpectatas, atque auditas ſeipſis revera fuiſſe ineffabiles, hominiſque ſermone ſatis exprimi non potuiſſe*. Auguſtinus Calmet Ord. S. Benedicti, t. 8. ad eum locum. Vide etiam Benedictum Iuſtinianum Iannenſem Ieſuitam, qui id probat ex textu Graeco *ineffabilia* legente. Unde *Pherepone* Monnica Filii verbis in Pſal. 37. ad v. 9. n. 12. loquatur. *Iam ergo quid opus eſt, ut a me, aut a quoquam quaeras quae non licet homini loqui, ſi illi non licuit loqui, cui licuit audire?* Scilicet pro re noſtra: Si res in revelatione ſpectatae ſaepe enunciari haud poſſunt: minus certe ſapor ille eas probans, qui praxis, ſeu experientiae modus eſt. Audi Ioannem de Gerſon Pariſienſem Cancellarium a. t. ſuorum operum tract. de Probatione Spirituum, poſt initium. „ Probare ſpiritus ſi ex „ Deo ſunt contingit multipliciter: uno „ quidem modo per modum artis, & „ doctrinae generalis &c. Alius invenitur modus per inſpirationem inti„ mam: ſeu internum ſaporem: ſive per „ experimentalem dulcedinem quamdam: „ ſive per illuſtrationem a montibus „ aeternis effugantem tenebras omnis „ dubietatis. Hoc autem eſt manna ab„ ſconditum, & nomen novum in calcu„ lo ſcriptum, quod nemo novit, niſi „ qui accepit. Hoc Greg. in dialogo. „ Hoc Auguſtinus in de confeſſione de „ ſeipſo, & matre. Hoc Hugo de arra „ animae, cum pluribus aliis notave„ runt. Probare ſpiritus &c. (*tertius* „ *nempe modus*). Quorum primus eſt „ doctrinalis: ſecundus eſt experimen„ talis: tertius officialis ex &c. „

Qui eodem tomo poſt varios tract. Epiſt. & monita fuſe diſſerit de diſtinctione verarum viſionum a falſis. Pii autem, & docti huius viri hiſtoria operum fronti praefixa natum illum prodit an. 1363. defunctum vero die 12. Iulii 1429. Bellarminus tamen lib. de Scriptoribus Eccleſ. aut proprio, aut typographorum errore ſcribit 1489. & Graveſon in Hiſtoria Eccleſ. ſaec. 15. 1439.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Ultra arcanum ſaporem illum, de quo felix potius experientia, quam ſtudium; plura alia divinae revelationis inditia exhibent Myſticae Theologiae doctores. Sex vero plauſibiliora nobis videntur.

I. Si viſio initio deterreat: inde ſoletur. Sic Maria Virgo, primum poſt Filium omnis ſanctitatis exemplar, initio deterrita eſt &: *Turbata eſt*. Inde aſſenſa eſt, & adquievit. *Ecce &c. fiat mihi ſecundum verbum tuum*. Lucae 1. 29. & 38.

II. Si felix anima divinis honeſtata muneribus, pro eo quod inflectur: non quidem arte, ſeu violentia: ſed ſponte, & admodum facile ſe dimittat, abiiciatque. Unde Maria, Dei Mater enunciata, *Ecce ancilla Domini &c.*

III. Divina revelatio neceſſaria tantum, vel admodum utilia, & quidem brevi ſermone complectitur. Redi ad Mariae, & Gabrielis colloquium; & dic mihi, an apicem, vel comma ex alterutrius ſermone delere valeas.

IV. Adſolet Deus ea tantum in ſuperna revelatione docere, quae non adeo commode, & facile a Sacerdotibus, & Eccleſiae miniſtris tradi, aut dilucidari poſſunt.

V. Divinus ſermo in peculiari revelatione adeo efficax eſt, ut fere vel etiam nolens eidem adſentiaris: certuſque ſis tibi Numen loquutum. Unde Auguſtinus paullo ante dicit: *Et narrabat mihi non eum fiducia, qua ſolebat, cum tu demonſtrabas ei &c.*

VI. Quoniam arbor bona nequit malos fructus facere, ſicut mala nequit bonos; ut ipſe Dei Filius expendit Matth. 7. v. 17. & 18. divinam revelationem compunctionis, & ſanctitatis veſtigia conſequuntur.

Addunt quidam alium divinae revelationis caracterem: eam inquientes veram eſſe, quam talem Sacerdotes, & Eccleſiae doctores agnoſcunt. Verum argumentum hoc a Peritorum iudicio petitum nimis remotum eſt, & per res omnes divagatur; ideoque omittendum cenſuimus.

Nec illud admodum placet ab aliis oblatum divinae revelationis inditium: ex conformatione petitum rem revelatam inter, & Sacram Sripturam, vel do-

(1) Clemens Strom. l. 5. Trophyl. Oecumenius Auguſt. D. Th. alii paſſim.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 14. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

dogmata ab Eccleſia ſtatota. Quandoquidem non raro, immo frequentiſſime res in viſione aut vera, aut falſa propoſitae adeo a Scriptorarum, & Eccleſiae dogmatibus ſuot diſpararae, ut his neque uniformes illas, neque difformes dicere poſſis. Talis erat Monnicae dubium, an Filio providere deberet oxorem, de quo nibil ad Fidem. Item, qoemadmodum viſio Scripturae, & Eccleſiae oraculis minime conſona docens, irreſragabili iudicio ſpuria mox, & iniqua deprehenditor; ita ex eo quod vera exhibeat, non ſtatim ſe prodit: non certa, nec quaſi certa illatione in divinum adflatum revocatur; com diabolus licet mendacii parens, aut ſuperno imperio, aut etiam ſponte (quanquam ſemper iniqua intentione) vera aliqoories loquatur; & animae ſomnia per vera, & falſa lege incerra vagentur.

Sed quid ad *Ioannem Cleritum* talia, quibus ſceleſtiſſimus ille gaudet: *Quam gaudet ſpeculo cuetus, quam pectine calvus?* Ut vel paulul.m vel in aenigmate intelligat, non Monnicam, ſed oniverſas animas divinis chariſmatibus perfuſas, & ipſam Theologism Myſticam ſe offendiſſe, irritaſſe, dom religioſiſſimae Feminae caeleſtem ſaporem ineffabilem dicentis ingenuam confeſſionem contemtu, vel ſardonico riſo excepit. Utque naenias illas, *quam facile eſt homines imperitos &c.* ſoo calamo parcens, deleat; Homines enim imperitos falſis viſionibos aliquando decipi res nimis comperta eſt, citra delirantis rabolae inutiles declamationes. At homines in divinis maxime experientia periti difficillime, ot in Monnica adparet, decipiuntor. Et tot caracteribus divinae a diabolicis, verae a falſis viſionibus ſecernuntur, ot qui modeſte, religioſe, prudenterque illas adtendat, inoffenſo poſſit pede decurrere.

Iam vero qood addit: *Ad eventum ſomniarum &c.* ſubdolom, & aequivocum eſt. Sed tenebrae luce diſpellendae ſuot; Unde de quo ſomnio loquatur, ambagibus ſublatis, aperiat. De naturali, vel de myſtico? Somnium naturale nihil ad nos, nihil ad Monnicam, Auguſtinumque, nihil ad praeſentem materiam. Alterum ſomniam cum genuinum, & ex divino adſlatu eſt, non aliquotiens, & caſu, ut Genethliacorom ſuperſtitioſae gerrae: ſed ſemper, & ſeſe ad punctum, ad rei exitum, ad veritatem collimat.

In poſtrema etiam fatuae declamationis parte: *Sed honorificum erat &c. alii prudentius commemoraſſent*: ſi ex ea blaſphemiam convicioumque tollas, nihil habebis. Eorum quae in his Confeſſionibus de ſeipſo Auguſtinus enarrat potiſſima pars parum & nihil ipſi honorifica eſt. Nec ſolos Auguſtinus, ſed centum, & mille tum antiqui, tum novi foederis pii homines ſibi a Deo collata beneficia proprio ore vel calamo (otpote ingenui & grati) orbi patefecere.

Ceterom ad alia minime tranſitum faciam, niſi in antecesſum Henrici Wangnereek verba quaedam inconſiderate prolata ad iudiciom deduxero, & argoero. Expendit hic in paragr. *Uſus*, ſeu moralis ſermonis, qoinque ex Gerſone indicia, quibus divina a falſa quemadmodom aurea moneta ab adulterina ſecernitur „ *Pondus. Flexibilitatem. Durabilitatem. Configurationem. Colorem. Pondus*, (ex eodem Gerſone proſequitur) *revelationi dat humilitas, diſcretio flexibilitatem, patientia durabilitatem, veritas configurationem, caritas colorem*. Inde ſubſumit: *Qoi viſioni Monicae de matrimonio filii ſane defoit, nam humanum & carnalem Spiritum ſapiebat*.

Poſtrema haec ſermonis pars, ſeu doctrinae concluſio diſplicuit. Iuvenem ab ephebiae exordiis ad hanc oſque aetatem, propemodum virilem carne aeſtuantem, inſanientem, eaque ſemper victum, & de continentia adhuc deſperantem, talem inquam iuvenem matrimonii velle cohibere fraenis, humanum eſt, & carnalem ſpiritum ſapere? Humano ergo, & carnali ſpiritu clamabat Apoſtolus 1. Cor, 7. 9. *Quod ſi non ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere, quam uri*. Quin immo recole dicta ab Auguſtino l. 2. c. 2. n. 2. & 3. & c. 3. n. 4. & meditare ut queſtus ſit S. Doctor, non mox ſe matrimonio reſraenatum.

Potius Patritios humano, & carnali adſectu Auguſtini matrimonium meditabatur: *Quin immo ubi me ille Pater &c. quaſi iam ex hoc in nepotes geſtiret &c.* l. 2. c. 3. n. 2.

At inquies: Cor ergo ad Monnicae preces Deus conticuit?

℞. Quia nonnunquam *ſacramentum regis abſcondere bonum eſt* (1). Et non molto poſt manifeſta via oſtenſurus erat

(1) Tob. 12. 7.

rat Deus, ad ſanctitatis culmen, ad maximum Eccleſiae, atque totius orbis bonum Auguſtinum caelibem ſe deſtinaſſe. Sed nec ſibi Henricus conſtans videtur: Dixerat enim paulo ante impugnata verba: *Qua in re S. Monica quoque, etſi animo bono, erravit*. Si animo bono, non ergo *humano & carnali ſpiritu* de Filii matrimonio meditabatur. Eumdem Monnicae errorem repetit in totius operis indice, his verbis: *In matrimonio filii fallitur*. Decepta haud eſt adulterina viſione, quam ut talem contemſit. Nec adeo proprie, ut mihi videtur, illum errare dicimus, qui ad communes, honeſtiſſimas, atque ſanctiſſimas Chriſtianae prudentiae leges iudicat, conſulit: etſi interim ab arcano, recondito, occulto Dei ſacramento, vel decreto exorbitet.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 34. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Tertium germanarum viſionum caracterem, quod *neceſſaria tantum &c. & quidem brevi ſermone &c.* niſi prudenter exceperis, ſaepe genuinas viſiones ceu ſpurias, piarum animarum Eccleſiaeque damno, contemnes. Sed & quartum monitum aliquam nonnunquam exceptionem patitur. Secundum, & ſextum monitum omnium graviſſima ſunt, & exceptionem nullam aut paſſa ſunt aliquando, aut exinceps patientur. Vide infra l. 7. c. 10. N.

C A P U T XIV.

A R G U M E N T U M.

Tot inter altioris ſanctitatis, & cuiusdam concupiſcentiae ſtimulos, Auguſtinus, & eius amici fluctuantes, mediam viam excogitavere; Societatem nempe dulciſſimam: in qua animis, & re familiari in unum collectis, binis tanquam magiſtratibus, toti coetui neceſſaria providentibus: blando reliqui murſarum otio, & amica quiete fruerentur. At hymenaeis vinclis, quibus eorum nonnulli perſtricti erant, alii iamiam perſtringebantur, quibusve alia quaeque etſi honeſta paſſim diſplicent, punctis atque deterritis, tam aequi, & iocandi propoſiti machina prorſus confracta, adtrita eſt. Inde ad ſuſpiria, & gemitus: & ad latas tritaſque calcandas ſaeculi vias. Interim Deus, conſilio minime varius blande eos deridens, regiam praeparabat eſcam, qua illorum animos opportuno reficeret tempore, ac ſolaretur.

ET multi amici agitaveramus animo, & colloquentes ac deteſtantes turbulentas humanae vitae moleſtias, pene iam firmaveramus remoti a turbis otioſe vivere: id otium ſic moliti, ut ſi quid habere poſſemus, conferremus in medium, unamque rem familiarem conflaremus ex omnibus; ut per amicitiae ſinceritatem non eſſet aliud huius, & aliud illius, ſed quod ex cunctis fieret unum, & univerſum ſingulorum eſſet, & omnia omnium: cum videremur nobis eſſe poſſe decem ferme homines in eadem ſocietate, eſſentque inter nos praedivites, Romanianus maxime communiceps noſter (*a*), quem tunc graves aeſtus negotiorum ſuorum ad comitatum adtraxerant, ab ineunte aetate mihi familiariſſimus; Qui maxime inſtabat huic rei, & magnam in ſuadendo habebat auctoritatem, quod ampla res eius multum ceteris antecibat. Et placuerat nobis, ut bini annui, tanquam magiſtratus, omnia neceſſaria curarent, ceteris quietis. Sed poſteaquam coepit cogitari, utrum hoc mulierculae ſinerent, quas & alii noſtrum iam habebant, & nos habere volebamus, totum illud placitum, quod pene firmaveramus (*b*) diſſiluit in manibus, atque confractum, & abiectum eſt. Inde ad ſuſpiria, & gemitus,

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 34. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

& greſſus ad (c) ſequendas latas & tritas vias ſaeculi; quoniam multae cogitationes erant in corde noſtro, conſilium autem tuum manet in aeternum (1). Ex quo conſilio deridebas noſtra, & tua praeparabas: nobis daturus eſcam in opportunitate, & aperturus manum tuam, atque impleturus animas noſtras benedictione (2).

(a) *Romanianus maxime communiceps noſter.* = De viro hoc genere, divitiis animique liberalitate in omnes, maxime vero in Auguſtinum inſigni, & longe clariſſimo obſervavimus quaedam l. 3. c. 1. A. & c. 12. C. Nunc vero addere oportet ſaltem quod habet S. Doctor Lib. 2. contra Academicos, c. 2. n. 4. & 5.
„ Poſtremo quidquid de otio meo modo
„ gaudeo, quod a ſuperfluarum cupidi-
„ tatum vinculis evolavi, quod depoſi-
„ tis oneribus mortuarum curarum, re-
„ ſpiro, reſipiſco, redeo ad me, quod
„ quaero intentiſſimus veritatem, quod
„ invenire iam ingredior, quod me &c. tu
„ animaſti, tu impuliſti, tu feciſti. Cu-
„ ius autem miniſter fueris, plus adhuc
„ fide concepi, quam ratione compren-
„ di. Nam cum praeſens praeſenti tibi
„ expoſuiſſem interiores motus animi
„ mei vehementerque, ac ſaepius adſere-
„ rem, nullam mihi videri proſperam
„ fortunam, niſi quae otium philoſo-
„ phandi daret: nullam beatam vi-
„ tam, niſi qua in philoſophia vivere-
„ tur: ſed me tanto meorum onere,
„ quorum ex officio meo vita pende-
„ ret, multiſque neceſſitatibus, vel
„ vani mei pudoris, vel ineptae meo-
„ rum miſeriae refrenari: tam ma-
„ gno es elatus gaudio, tam ſancto hu-
„ ius vitae inflammatus ardore, ut te
„ diceres, ſi tu ab illarum importuna-
„ rum litium vinculis aliquo modo exi-
„ mereris, omnia mea vincula etiam pa-
„ trimonii tui mecum participatione
„ rupturum. Itaque cum admoto nobis
„ fomite diſceſſiſſes, numquam ceſſavi-
„ mus inhiantes in philoſophiam, atque
„ illam vitam, quae inter nos placuit
„ atque convenit, prorſus nihil aliud
„ cogitare: atque id conſtanter quidem,
„ ſed minus acriter agebamus, putaba-
„ mus tamen ſatis nos agere. Et quo-
„ niam nondum aderat ea flamma, quae
„ ſumma nos arreptura erat, illam qua
„ lenta aeſtuabamus, arbitrabamur vel
„ eſſe maximam. Cum ecce tibi libri
„ quidam pleni, ut ait Celſinus, bonas
„ res Arabicas ubi exhalarunt in nos,
„ ubi illae flammulae &c. Quis me tunc
„ honor, quae hominum pompa, quae
„ inanis famae cupiditas, quod denique
„ huius mortalis vitae fomentum, at-
„ que retinaculum commovebat? &c. „

Obſervant autem diligentiſſimi Benedictini ad lucem illis verbis, *Nam cum praeſens &c.* conciliandam, in imo margine. „ Romaniano praeſente uſus
„ fuerat Mediolani ante annos circiter
„ duos, quo tempore de communi vita
„ ineunda cum amicis deliberabat lib. 6.
„ Conf. c. 14. *Romanianus maxime com-*
„ *municeps noſter &c.* „

Temporalia vero beneficia a Romaniano accepta, divinis quae eidem contulit Auguſtinus commutavit; ut poſſit cum Apoſtolo pie modeſteque improperare: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus: magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus?* 1. Cor. 9. 11. Nonnihil immutata ſententia: nimirum eo quod primo inſidet loco, ad poſteriorem deducto; primo enim temporalia beneficia accepit: inde aeterna rependit Auguſtinus. Vide, ſi placet, l. 1. contra Academ. c. 1. l. 2. c. 1. 2. & 3. & l. de Vera Religione, c. 7. Quoniam vero divina caritas haud brevibus finitur limitibus, eumdem divinarum rerum zelum S. Doctor in Licentio quoque Romaniani filio exercuit. Quod liquet ex l. 1. contra Academ. c. 1. l. 2. c. 3. l. 1. de Ordine, c. 7. & 8. Epiſt. Auguſt. ad Licentium 26. (Olim, 39.) Epiſt. ad Paulin. 27. (Olim, 32.) n. 6. & Epiſt. Paulini ad Romanianum 32. (Olim, 36.) a n. 3. Auguſtini vero animus beneficii tantopere memor hominem tibi prodit natura admodum ingenuum, ſeu modeſtum, & humilem, ſi Caeſari Speciani, S. Caroli Borromaei miniſtro, Navarrae, & inde Cremonae patriae ſuae antiſtiti, ad Hiſpan. & inde ad Viennam Sedis Apoſtolicae nuntio, gravis iudicii, & mille experientiis edocto viro nonnihil deferas, qui monito 36. haec nobis enuntiat. „ Non aſpettate mai gratitu-
„ dine dal ſuperbo, perchè al ſuperbo
„ par ſempre di ricever meno di quel-
„ lo, che ſe gli deve; fate perciò bene,
„ e più ſervizio agli umili, quali vi ſa-
„ ran ſempre gratiſſimi, ſtimando eſſi le
„ coſe aſſai più di quello che eſſe ſono.]

Egre-

(1) Pſal. 32. 11.

(2) Pſal. 144. v. 15. & 16.

Egregiam etiam Auguſtini mentem ex animo tam grato conjicere potes, eodem graviſſimo viro teſte monito 97. „ Quando avete animo di far bene ad „ alcuno: vedete prima ſe coſtui ha „ buon cervello. Se non l'ha, buttate „ via ogni coſa. Perciocchè il bene non „ è tale, ſe non è conoſciuto, e l'uo„ mo di poco cervello non conoſce, o „ conoſce poco: e però il bene fatto a „ lui, come non conoſciuto, ſarà get„ tato. Lodo però che ſi faccia bene a „ tutti, ma più a meritevoli, che ad „ altri. „

Quoniam vero bina haec monita graviſſima ſunt, quae ab omnibus alta mente teneantur: pro Italicae noſtrae linguae inſciis compendio utrumque Latine reddimus. „ Gratum animum a ſuo perbo ne adtendas; huic enim quidquid beneficii impertiaris, minus eſt „ quam quod ipſi debetur. Ideoque „ potius humiles beneficio complectere, „ hos enim experieris gratiſſimos, utpo„ te quibus levia quoque beneficia magna „ videntur. „ Diligenter adtende ut be„ neficia ſanae mentis homini largiaris: „ aliter tuam rem temere prodes. Nec „ enim bonum eſt, quod ut tale aequo „ iudicio minime penditur. Utique om„ nibus diſtribui bona laudo, ſed potius „ vellem dignis, quam aliis. „

Haec monita ad calcem adiecta ſunt Libri Ludov. Anton. Moratorii, qui eſt de *Philoſophia Morali*.

(*b*) *Quod pene firmaveramus*. Ita Lov. MSS. 4. Med. & optimus S. Cr. Sed BB. *quod bene formabamus*. Qui & admonent in antiquioribus editionibus, & nonnullis MSS. legi, *firmabamus*. BB. addimus Som. & MSS. ſeptem e noſtris. *Firmabamus* habent Vet, Am. Er. & MS. S. Mar. Licet in laterali margine Am. & Er. inſinuetur *formabamus*, quod legitur prorſus in ipſo textu Baſil.

Noſtra lectio admodum naturalis videtur, textuique conformis. Commonis enim vitae placitum illud adeo bene digeſtum erat, ut pene iam firmatum, nempe, ſtabilitum, & perfectum dicere poſſes. Sic paſſim, & iure dolemus, navim ad ſcopulos, aut fluctibus obrutam, cum pene ad portum, ad ripam, ad litus appelleret. Aedificium magna ruina diſiectum, cum pene ſtabilitum, conſummatum, perfectum eſſet.

Ceterum hocce Auguſtinus placito in communem religioſam vitam, quam inde in Africa inſtituere debebat, mirifice praeluſit. Et quidem longe manifeſtius ac S. M. N. Tereſia caſulis illis, quas cum germano Roderico in paterno viridario ad Eremorum formam infantula conſtruebat, Eliae ſeu Carmeli Eremos a ſe inſtaurandas adumbravit.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

(*c*) *Inde ad ſuſpiria & gemitus, & greſſus ad &c.* = Ita Vet. Lov. Som. Wangn. Er. MSS. ſeptem, & BB. qui admonent. „ Codex Albinenſis, & „ antiquiores editi, *Inde ad ſuſpiria,* „ *& gemitus convertebamur, & greſſus* „ *&c.*] Quibus perperam ſuffragantur 2. MSS. S. Cr. *Perperam* diximus: rudis enim, ac dura lectio illa eſt; noſtra vero elegans, & bene expedita. Optimus MS. S. Cr. & unus S. Mar. pro, *greſſus*, habent, *regreſſus*. Quam vocem parum abfuit, quin in texum induceremus.

Iam Auguſtinus facto videt, quam meliores partes Alypius ageret, dum contenderet: difficile admodum ſtudiorum otia, & coniugalis vitae ſollicitudines iungi. At bene cecinit Nazianz. Gregorius, vitae ſuae malas bonaſque ſortes carminibus pingens, longe poſt med.

„ Putabam, inanes ſpes fovens in pectore
„ (Proclivis ad ſpem ſemper eſt cupiditas
„ Mentique nihil non fervide pro„ num &c.
„ ....)
„ Si principatum ſedis hunc caperem;
„ fore
„ (........................)
„ More ut choreutae, qui duos inter
„ choros
„ Poſitus, utrinque proximum ſibi
„ copulat,
„ Hinc unum, & illinc alterum &c. „

Verum dum ſententia huiuſmodi duos complectitur: res tamen longe diverſa eſt; Auguſtinus enim coniugium, & ſtudia: Nazianzenus vero diſſidentes Orientis, & Occidentis Eccleſias a ſe antiſtite nexum iri in ſpem vocabatur.

Vias ſaeculi *latas*, & *tritas* appellat, illud Matth. 7. 13. inſpiciens: *Lata porta, & ſpatioſa via eſt, quae ducit ad perditionem; & multi ſunt qui intrant per eam*. Si nimirum ſaeculi, vanitatis perditionis viam multi calcant; ergo *trita* eſt.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

C A P U T XV.

A R G U M E N T U M.

Ita cunctis honeſte vitae placitis variarum caeſpitationum fluctibus aut obrutis, aut retardatis: ſcelera interim Auguſtinus cumulabat ſceleribus. Et quidem prioris infamis thalami, nuptials, qui iamiam parabatur, prorſus exoſi, muliercula (filio, quem ex Auguſtino fuerat enixa, apud ipſum relicto) cum continentiae voto ad Africam remeante: alteram ipſe, continentiae impatiens, ſibi adſcivit, qua ſtatutis ad honeſtas nuptias induciis nimis ſibi duris interim mederetur.

INterea peccata mea multiplicabantur: & avulſa a latere meo, tanquam impedimento coniugii, cum qua cubare ſolitus eram, cor ubi adhaerebat conciſum, & vulneratum mihi erat, & trahebat ſanguinem. Et illa in Africam redierat, vovens tibi alium ſe virum neſcituram (*a*), relicto apud me (*b*) naturali ex illa filio meo. At ego infelix nec feminae imitator, dilationis impatiens; tanquam poſt biennium accepturus eam, quam petebam, quia non amator coniugii, ſed libidinis ſervus eram, procuravi aliam, non utique coniugem, qua tanquam ſubſtentaretur & perduceretur, vel integer vel auctior morbus animae meae, ſatellitio perdurantis conſuetudinis in regnum uxorium. Nec ſanabatur vulnus illud meum, quod prioris praeciſione factum fuerat, ſed poſt fervorem doloremque acerrimum putreſcebat, & quaſi frigidius, ſed deſperatius dolebat.

(*a*) *Vovens tibi, alium ſe virum neſcituram.* = Votum hocce omni amplitudine emiſſum, ut nempe Deo ſpoponderit, nec vetito, nec coniugali congreſſu virum a ſe cognitum iri, admodum probabile & veroſimile eſt, & id Auguſtini verba ſignificare videntur. Sed etſi votum illud de inhibito tantum ſe movendo congreſſu fuiſſet, a voti natura, e merito nequidquam exorbitaſſet; Et rei enim praeceptae, quatenus voluntate, arbitrioque inſpicitur, votum inſidere poſſe docet, explicat, firmat S. Thomas 2. 2. q. 88. ar. 2. cui nobiliores Theologi paſſim adſtipulantur. Diciturque ex cap. *Ego, de iureiurando, c. cum de eccleſiis, de maioritate, & obedientia, c. ſignificaſti de electione.* Quibus praeluſit Auguſtinus noſter, id late, & pluribus exemplis, & quidem velut rem exploratam docens in Pſal. 75. ad v. 12. n. 16. Immo David Pſal. 118. 106. *Iuravi, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiae tuae.*

Iuvat autem hic exſcribere quae habet S. Doctor lib. de Fide, & Operibus, cap. 19. n. 35. poſt med. „ Concubina quoque ſi profeſſa fuerit nullum ſe alium cognituram, etiamſi ab „ illo, cui ſubdita eſt, dimittatur, merito dubitatur, utrum ad percipiendum Baptiſmum non debeat admitti.] Propendit ut ex ipſis verbis, & maxime ex integro textu liquet, in adfirmationem: ſcilicet concubinam talem ad Baptiſmum eſſe admittendam. Quod maxime & omnino dicendum erat de concubina Auguſtini, quae forte nedum vetitum, ſed omnem concubitum prorſus abiecerat. Aut ſaltem vetitum non ſimplici ſponſione, ſed voto eiuraverat.

(*b*) *Relicto apud me &c.* = Cui nomen, *Adeodatus*: de quo infra S. Doctor l. 9. c. 6. & 12. Non abs Numinis ſpeciali providentia apud Auguſtinum relictus eſt Adeodatus: ut tam docti, & inde religioſi Patris magiſterio, & exemplo mirabile ingenium maxime excoleret: & in altiori ſanctitatis adyta deduceretur. Inſuper ut peccati teſtimonio ſemper ob oculos poſito, nunquam poenitens Doctor non pungeretur: ut cum Pſalte 50. 5. religioſe clamaret: *Peccatum meum contra me eſt ſemper.*

Haec

Haec femina Adeodati mater nunc tandem ab Auguſtini latere avulſa, illa eſt, de qua latenter l. 3. c. 1. aperte vero l. 4. c. 2. loquutus fuerat. Recole quae obſervavimus primo loco G. & altero D.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 14. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

C A P U T XVI.

A R G U M E N T U M.

Quanquam priores Auguſtini lapſus novi in dies ſequerentur: Deus tamen, cuius clementia limites neſcit, fiebat illi arcana providentia propinquior, Electum ſuum e vitiorum errorumque profundiſſima fovea omnipotenti manu, & miris iamiam modis eximens. At interim bene Auguſtino mortis, iudiciique terror: & animae nunquam interiturae, cui proinde aeternae vel delitiae vel poenae praeparatentur, intemerata fides: quam mille inter caeſpitationum fluctus nunquam abiecit; Aliter, ut cum Alypio, & Nebridio diſputabat & conferebat, infamis Epicuri, qui haec vel ignoravit, vel contemſit, obſcoenis caſtris ſeſe adiunxiſſet. Haec inter etiam delirium illud ad diſputationem deductum: An videlicet corpore ſuarum deliciarum, quibus nec caſus viciſſitudines, nec temporum iniuriae officere queant, adfluentia obſito, abſoluta illis obveniret felicitas, vel adhuc quidquam deſideraretur? Quaſi haud dura ſors eſſet, carnalium harum imaginum mole obrui: & in honeſtatis lumen, in altiora bona ſenſuum intuitus excedentia reſpirare, adtolli non poſſe. Nec item adtendens, ſuavitatem illam in amicorum gratis dilectorum, & diligentium familiaritate & colloquio delibatam, ex arcana fluere vena defaecata altiora bona inſpiciente. Graves inde in creatis beatitatem expetenti minas intentat; aureo enim tibi Numinis fonte occluſo, etſi totum qua late patet circumeas orbem, & ad mille flumina ſorbeas, eam, qua emoreris, ſitim nunquam reſtingues.

Tibi laus, tibi gloria, Fons miſericordiarum. Ego fiebam miſerior, & tu propinquior. Aderat iam iamque dextera tua, raptura me de coeno, & ablutura me, & ignorabam. Nec me revocabat a profundiore voluptatum carnalium gurgite, niſi metus mortis & futuri iudicii tui (*a*), qui per varias quidem opiniones, nunquam (*b*) tamen receſſit de pectore meo. Et diſputabam cum amicis meis Alypio & Nebridio de finibus bonorum & malorum, Epicurum accepturum fuiſſe (*c*) palmam in animo meo, niſi ego crediddiſſem poſt mortem reſtare animae vitam, & tractus meritorum, quod Epicurus credere noluit (*d*). Et quaerebam, ſi eſſemus immortales & in perpetua corporis voluptate ſine ullo amiſſionis terrore viveremus, cur non eſſemus beati, aut quid aliud quaereremus? Neſciens idipſum ad magnam miſeriam pertinere, quod ita demerſus & caecus cogitare non poſſem lumen honeſtatis & gratis ampleĉtendae pulcritudinis, quam non videt oculus carnis, & videtur ex intimo. Nec conſiderabam miſer, ex qua vena mihi manaret, quod iſta ipſa, foeda tamen, cum amicis dulciter conferebam; nec eſſe ſine amicis poteram beatus, etiam ſecundum ſenſum quem tunc habebam in quantalibet adfluentia carnalium voluptatum. Quos utique amicos gratis diligebam, viciſſimque ab eis me diligi gratis ſentiebam. O tortuoſas vias! Vae animae audaci quae ſperavit, ſi a te receſſiſſet,

ſe

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

ſe aliquid melius habituram . Verſa & reverſa in tergum , & in latera , & in ventrem ; & dura ſunt omnia (e). Et tu ſolus requies. Et ecce ades , & liberas a miſerabilibus erroribus , & conſtituis nos in via tua , & conſolaris , & dicis : Currite , ego feram , & ego perducam , & ibi ego feram (f) .

(a) *Niſi metus mortis , & futuri iudicii tui .* = Vides ergo , non fruſtra Eccleſiaſticum c. 7. v. 40. tibi dixiſſe : *In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua , & in aeternum non peccabis .* Verum Auguſtinus non ab omni, ſed a profundiore tantum voluptatum carnalium gurgite mortis , & iudicii timore exemtus eſt . Ceterum timorem ex Fide conceptum rem honeſtam , immo & bonam eſſe Catholicum dogma eſt , ſaepe , & maxime contra iuniores haereticos ſtabilitum . Illudque docet , atque dilucidat Auguſtinus Serm. 156. de Verbis Apoſt. Rom. 8 (Alias 13. de Verb. Apoſt.) c. 13. n. 14. Serm. 161. de Verbis Apoſt. 1. Cor. 6. (Alias , 18. de Verb. Apoſt.) c. 7. n. 8. & c. 9. n. 9. De Diverſ. QQ. 83. q. 36. De Catechizandis rudibus , c. 5. n. 9. De Sancta Virginitate , c. 38. n. 39. In Evangel. Ioann. Tract. 41. n. 10. In Cap. 1. Epiſt. eiuſdem Tract. 1. n. 7. Et in cap. 4. Tract. 9. n. 4. In Pſal. 127. n. 7. & 8. & in 149. n. 15. De Gratia novi Teſtam. lib. ſeu Epiſt. ad Honoratum 140. (Alias , 120.) c. 18. n. 45. , & 46. & alibi frequenter .

Et ſane , par muneris , & ferulae ratio eſt : David autem quanquam nedum bonus , ſed optimus , profiteri coram Deo non dubitavit : *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras .* Pſal. 16. 4. *Inclinavi cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in aeternum propter retributionem* . Pſal. 118. 112. Quanquam non fuiſſet optimus , niſi ſpei , qua in divinae legis obſervantiam deportabatur , dilectionem copulaſſet . Unde vetuſtum illud , diſtichon comprehenſum ,

„ Oderunt peccare boni virtutis amore.
„ Oderunt peccare mali formidine
„ poenae .

Id inquam , ſi quando Theologorum ore conſecratum , de naturalibus poenis eſt . Vel *mali* minus perfecte dicuntur , qui ſi cum admodum perfectis conferantur , mali videntur .

(b) *Qui per varias quidem opiniones , nunquam &c.* = Quandoquidem iudicii opinionem ne quidem Manichaei ipſi prorſus abiecerant ; ſcribit enim S. D. lib. de Haereſ. n. 47. in fine . A nobis „ ſeiunctam , atque ſecluſam ſubſtantiam „ iſtam mali , & finito iſto ſaeculo poſt „ conflagrationem mundi in globo quodam in carcere ſempiterno eſſe victuram . Cui globo affirmant acceſſurum ſemper , & adhaeſurum quaſi „ coopertorium , atque tectorium ex „ animabus , natura quidem bonis , ſed „ tamen quae non potuerint a naturae „ malae contagione mundari .] At ipſe Auguſtinus licet Manichaeis longe ſaniorem de iudicio poeniſque malos poſt mortem adtendentibus fidem , vel ſententiam concipiebat ; neque enim adeo obaeſa nare quaecunque a Manichaeis propinabantur deceptus quidem , ſed & interim ſagax adoleſcens ſorbebat . De Finibus autem bonorum , & malorum (de quibus Auguſtinus diſputabat) ſcripſit Tullius libros quinque elegantiſſimos .

(c) *Epicurum accepturum fuiſſe &c.* = Qui nempe carnalium voluptatum quibus ipſe inhiabat , ſcholam aperuit . „ Tota igitur quaeſtio eſt : quid faciat beatam vitam , Conſtituite nunc ante oculos veſtros , Epicureos , Stoicos , & „ Apoſtolum ; quod etiam ſic dicere potui , Epicureos , Stoicos , Chriſtianos . „ Interrogemus prius Epicureos , quae „ res faciat vitam beatam . Reſpondent : „ voluptas corporis . Hic iam credatis „ peto &c. Redeamus ad interrogandos . . . . Quid dicitis Stoici , quae res „ facit vitam beatam ? Reſpondent , virtus animi &c.] Serm. 150. de Verbis Act. 17. *Quidam autem Epicurei , & Stoici philoſophi &c.* Sed qui de hac re plura ex Auguſtino noſcere ambit , conſulat etiam Serm. 348. de Timore Dei 2. (Alias , 214. de Tempore) n. 3. In Pſal. 73. v. 21. n. 25. Epiſt. 118. ad Dioſcor. (Alias , 56.) c. 3. n. 14. lib. 8. de Civit. Dei , c. 8. & lib. 14 c. 2. n. 1.

Lutulentum Epicuri dogma , ut etiam ſuas in ſequelas laxatur , nunc metro , nunc ſoluta oratione ab ipſis etiam Ethnicis non raro pictum , contemtum , deriſum eſt . Eruditorum ore Hendechaſyllaba , ſeu phaleucia 25. carmina illa trita ſunt :

Vi-

„ Vitam quae faciunt beatiorem,
„ Carnalis Epicurus inquit, haec ſunt;
„ Res non parta labore, ſed rapinis,
„ Non ſpinoſus ager &c.

Quae ſicut & alia brevitatis cauſſa reticemus. Quibus velut antidotum quaedam Martialis oppoſuit lib. 2. Epigram. 90. & lib. 10

Dices tamen: Sunt qui Epicurum ab ea, quam vulgus illi impegit, macula eluunt.

B. Epicureos in corporis commodis, atque deliciis ſummum hominis bonum, ultimamque felicitatem conſtituiſſe, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. At id inſaniae perperam in Epicurum revocari, opinantur nonnulli; qui ſuam ipſorum ſuſpicionem hiſce coniectionibus tendunt. I. Ariſtippus Cyrenenſis primus ea inſania laboravit: qui ut plures ſibi conciliaret, in Epicurum revocavit; optimeque ei alea ceſſit; Quis enim de magiſtri opinione diſcipulo non deferret; maxime dogmatum ſimilitudine intercedente; quandoquidem licet primam, ſeu potiorem felicitatis partem in animo conſtituerit Epicurus, alteram tamen, ſaltem quae rem compleret, corporis deliciis adcedere docuiſſe nimis certum eſt. II. Ipſe Epicurus forte errori locum praebuit, animi deliciis corporearum frequentibus ſymbolis pingens. III. Aut etiam medituo, & propoſito iudiciorum ſuorum arcana aenigmatum, & metaphorarum involucris a vulgi captu ſubduxit. Quod Pythagoram, alioſque Philoſophorum duces, Oraculi maieſtatem adfectantes, peregiſſe opinantur quam plures.

Hoc ego Epicuro decus minime invideo. Sed illud ſatis mirari nequeo: a communi ſententia exorbitantes tam bene, & exacte mentem eius orbi retegere, ac ſi non uno anno a ſecretioribus conſiliis, atque iudiciis illi ſtetiſſent.

Sat autem, ut nemo non videt, Auguſtini ſermoni eſt, communiori id de Epicuri dogmate ſententia deferri; qua etiam ita Epicureorum gregem ſenſiſſe.

(d) *Quod Epicurus credere noluit*. = Id vero tutius adſeritur; quamcunque enim huius ſaeculi felicitatem potiſſimam Epicuros tradiderit: alterius (1) tamen perennem vitam, magiſque ingruentes vel delicias vel poenas minime agnoviſſe omnino exploratum eſt. Quod pariter Auguſtinus in Pſal. 73. ad v. 22. n. 25. tradit his verbis. „ Et forte qui dicit: „ cum mortuus fuero, poſtea nihil ero: „ & litteras didicit, & ab Epicuro didicit „ hoc, neſcio quo deliro philoſopho, vel „ potius amatore vanitatis non ſapientiae: quem ipſi etiam philoſophi porcum „ nominaverunt: qui voluptatem corporis ſummum bonum dixit: hunc philoſophum porcum nominaverunt, volutantem ſe in coeno carnali: Ab illo „ forte didicit iſte litteratus dicere, non „ ero poſtquam mortuus fuero.] Quod obſervat etiam Epiſt. 104. ad Nectar. (Alias, 154.) n. 3. Serm. 348. de Timore Dei 2. (Alias, 214. de Tempore) c. 2. n. 3. & alibi.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Nobiliores vero Philoſophos alterius ſaeculi vitam ſtatuiſſe, notum eſt Eruditis. Immo nonnulli ipſam etiam Reſurrectionem, quanquam magnis ambagibus implicatam praeſenſiſſe videntur. Conſule Socratis, & Cebetis Dialogum apud Platonem in Phaedon. Eumdem Platonem lib. 10. de Republica, de Milite garriente, cui nomen, *Era*, in bello peremto, poſt duodecim dies redivivo, alterius ſaeculi quae obſervaverat enunciante. Et ſi adhuc plura de hoc Philoſophorum iudicio ambias, vide Iuſtinum Mart. Cohort. ad Graecos, & Atenagor. Legat. pro Chriſtianis.

Auguſtinus igitur ne quidem mille vitiis inquinatus, & Manichaeorum tenebris involutus de perennibus poſt hanc vitam, aut deliciis aut poenis fidem abiecit. Quam bene autem factus Eccleſiae doctor eam tenuerit, explicaverit, propugnaverit Fidelium nullus ignorat. Puta lib. de Cura pro mortuis. Lib. 21. de Civit. Dei, cap. 23. & 24. lib. 22. cap. 1. lib. 33. contra Fauſtum, cap. 4. lib. de Haereſibus, n. 45. Enchirid. ad Laurent. cap. 110. &c.

(e) *Verſa, & reverſa in tergum, & in latera, & in ventrem; & dura ſunt omnia*. = Haec verba ad locum praeſentem eructat *Pherepontus*. „ Metaphora deſumpta ex aegro, vel inſomnis laboranti, qui in lecto ſe iactat, „ & quancumque in partem ſe vertat, „ durum culcitam experitur. Sic animus „ anxius, dum quaerit veritatem, in „ qua conquieſcat, nec eam invenit, „ omnia faſtidit quaſi noxia.

En

(1) Ut etiam Lucretius l. 3. & de quo Rabbi Ferretti, [illegible] cuius titulus: *La verità Cristiana* [illegible] Tract. 9. c. 4. in fine,) & alii.

Digitized by Google

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon.
54. Ad. XIII.
Siric. I. Val.
X. Theod. VII.

Eo *Pberepone* vie ſupra omnes:

„ O cui rarpeiss licuit contingere
„ quereus:
„ Et meritas prima cingere fronde
„ comas (1):

En inquam *Pberepone*, qui adeo tibi tribuls, quam bardus es! Rariſſime loqueris: & cum loqueris, de leviſſimis loqueris: & quanquam de leviſſimis loquaris, ab Auguſtini ſenſu, atque ſeupo longius aberras! Non de angore veritatem fruſtra indagantis, indeque cetera faſtidientis loquitur hic Auguſtinus: ſed de commodum, quietem, felicitatem in creaturis, non in Deo prenſantis. Perſpicua res eſt ex iis, quae metaphoram praeparant, & ex aliis quae ipſam inſequuntur, vel finiunt: *Vae animae audaci, quae ſperavit, ſi a te receſſiſſet, ſe aliquid melius habituram &c. Et tu ſolus requies.* Quae Auguſtinenſis ſermonis concluſio ſimilis eſt alteri, quam S. Doctor habuit Serm. 156. de Verbis Apoſt. Rom. 8. *Ergo Fratres debitores ſumus non carni, ut &c.* (Olim, 13. de Verbis Apoſt.) c. 7. n. 7. „ Dicebat Epicurus, Mihi „ frui carne bonum eſt. Dicebat Stoi„ cus, Mihi frui mea mente bonum eſt. „ Dicebat Apoſtolus, Mihi autem ad„ haerere Deo bonum eſt (2). Dicebat „ Epicurus, Beatus eſt in fructu „ voluptas carnis eius. Dicebat Stoicus, „ Immo beatus, cuius eſt in fructu vir„ tus animae eius. Dicebat Apoſtolus, „ Beatus cuius eſt nomen Domini ſpes „ eius. Errat Epicurus: falſum eſt enim „ &c. Fallitur & Stoicus &c. Beatus „ ergo cuius eſt nomen Domini ſpes „ eius (3).

Sed nec citra myſterium metaphoram illam ab Auguſtino iactam opinamor. *In tergum*: hoc eſt in honores; Vanus enim honoribus inhians ad tergum ſe vertit, ut inſpiciat an homines plaudant. Hinc honor paſſim umbrae comparatur, quae fugientem ſequitur, fugit vero inſequentem: ſi nimirum plauſibus terga vertas, ſequuntur: ſi vero frontem, abſcedunt. In *latera*, idem eſt ac in coniugium, ſponſa enim ad viri latus conſiſtit. In *ventrem* tandem te vertis, cum ad opiparam menſam, ad comeſſationes praeceps deportaris.

Hinc Auguſtino iamiam ab omni vanitatis muſcipulo eximendo, vel exempto, ut ipſe infra l. 8. c. 12. n. 2. prodit, divinum monitum hocce intonuit. *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitiis: non in contentione, & aemulatione: ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum* (4). Comeſſationes, & ebrietates peccata ſunt ventris. Cubicula, & impudicitiae ſpurii coniugii. Contentiones & aemulationes peccata ambitionis. Cum autem Dominum Ieſum Chriſtum induimus, iam nihil Deo melius nos habituros, ipſumque perfectam, ac ſolam noſtram eſſe requiem profitemur. Recole Auguſtini verba: *Vae animae audaci &c. Et tu ſolus requies.*

Verſa, inquit Auguſtinus, *& reverſa*: Nam ad creatas delicias ivit, & reverſus eſt; nunc puta unam, nunc alteram feminarum ſocietatem quaerens. Recole dicta c. 14. ſigno C.

(*f*) *Et ibi ego feram.* = Iſta communis eſt lectio: quam habent Ver. Am. Er. Lov. Som. Wang. MSS. noſtri 13. & BB. quibus tamen teſtibus codex Lyrinenſis, *Et ego ibi liberabo.*

Tum codicum auctoritate, tum ratione Lyrinenſem lectionem omiſimus. Senſus eſt enim, nedum ad ſanctitatis viam, ſed & in ipſius vel etiam beatitudinis apice nos divina manu ſuſtentari. Licet videatur adludi ad illud Iſaiae 46. 4. *Uſque ad ſenectam ego ipſe, & uſque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & ſalvabo.*

Ut autem ad Auguſtinum redeamus: Invenis hic *tortuoſas vias* calcans, citò per divina providentia complanatas incedet: *Et obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus.* Iobi 26. 13.

CON-

(1) Martialis Lib. 4. ad Colinum.
(2) Pſal. 72. 28.
(3) Pſal. 39. 5.
(4) Rom. 13. Vide Commentar. ibi L.

CONFESSIONUM

LIBER VII.

ARGUMENTUM.

Adoleſcentia pluribus indecora nominibus horrore ſepulta: ad iuventutis altiora, ad annum ſcilicet aetatis ſuae trigeſimum primum divertit; cum Deum humana forma minime diſtenctum omnino ſuaſus, genuinum eius conceptum ſibi obiicere ſatagit: at infeliciter, in corporeas formas ſemper recidens. Non vulneri, non plagis, non corruptioni obnoxium Deum: adeoque a ſubſtantia aemula non impetitum; peccatum non in eumdem Optimum, ſed in arbitrium noſtrum revocandum ſatis detexerat. At interim admodum tortus: quomodo voluntas tam bona manu compacta, pro eo quod Parentis egregiam indolem ſequeretur: quaſi adulterina in perverſa, in mala praeceps abiret. Alios etiam non leves in divina Sapientia progreſſus habet: Mathematicorum phaleras ratione, & facto, ſeu experientia edoctus exſufflandas; Deum omnis varietatis expertem; res humanas inſpicere, & alta manu moderari; in Chriſto, atque divinis Scripturis viam ſalutis eſſe bene cognoverat. Effunditur inde in Platonicorum voluminum laudes: in quibus Deum Patrem, eiuſque aeternum Filium vix non ita aperte, ut in Evangelio Ioannis pictos reperiit. Quanquam eoſdem libros Filium illum ad nos e Caelo delapſum, abiecta forma, convicia, ludibrioque inter nos converſatum prorſus ignorare libenter fateatur. Haec inter divina luce irradiatus, Dei praeclara quaedam detexit; nihil ſeſe: nihil Deo: nihil univerſo malum eſſe. De Chriſto etiam plura vidit: quanquam circa divinitatem eius caeſpitaverit, ſeu verius, prorſus inſcius primum abierit. Fatetur tandem humilitatis, atque ſalutis viam Platonicis minime cognitam in divinis Scripturis ſe reperiiſſe.

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Adoleſcentiae lutalentis inquinatae maculis examen ſe, memoriamque iam abiecisse praefatus, ad annum aetatis ſuae trigeſimumprimum adcedit, cuius hanc primam metamorphoſim pingis: quod nempe corde impinguatus, nonniſi quae carnis adtinguntur oculis ſibi quiret obiicere. Et quidem Deum humana forma minime diſtenctum omnino exploratum habebat; at interim undiquè collectus nullaque ratione extenſus conceptus, in quo Divinum eſſe meditaretur, ipſi non occurrebat. Iam nonnihil illuminatus. Deum noſtrum hominem ſummum, ſolum verumque Deum, incorruptibilem, inviolabilem, incommutabilem ad minus ſtatuendum pectoris intimis arbitrabatur; At humani corporis formam ſemovens, aliis quanquam ampliſſimis, & miraculi quidquam involventibus ipſum protendebat; Quandoquidem quod nulla prorſus extenderetur ratione, nihil ipſi videbatur; non adtendes intentionem ipſam, qua phantaſmata illa cudebas, a protenſarum rerum conditione procul abeſſe. Ut autem eorum phantaſmatum unum habeas: Deum rebus praeſentem omnibus luci comparabat, quae in immenſum diffuſa, cuncta pervadit, nihil aut laedens, aut ſcindens: beneque ambiens, nullo ambiente finita.

I. IAm mortua erat adoleſcentia mea mala & nefanda, & ibam in iuventutem (*a*), quanto aetate maior, tanto vanitate turpior. Qui cogitare aliquid ſubſtantiae niſi tale non poteram, quale per hos oculos videri ſolet, non te cogitabam Deus (*b*) in figura corporis humani: ex quo audire aliquid de ſapientia coepi, ſemper hoc fugi; & gaudebam me hoc reperiiſſe in fide ſpiritalis Matris noſtrae Catholicae tuae. Sed qui te aliud cogitarem non occurrebat; & conabar cogitare te homo, & talis homo, ſummum, & ſolum, & verum Deum: & te incorruptibilem & inviolabilem & incommutabilem totis medullis credebam; quia neſciens unde, & quomodo; plane tamen videbam, & certus eram, id quod corrumpi poteſt deterius eſſe, quam id quod non poteſt: & quod violari non poteſt incunctanter praeponebam violabili, & quod nullam patitur mutationem melius eſſe, quam id quod mutari poteſt. Clamabat violenter cor meum adverſus omnia phantaſmata mea: & hoc uno ictu conabar abigere circumvolantem turbam immunditiae ab acie mentis meae: & vix dimota in ictu oculi, ecce conglobata rurſus aderat, & irruebat in adſpectum meum, & obnubilabat eum, ut quamvis non forma humani corporis, corporeum tamen aliquid cogitare cogerer per ſpatia locorum, ſive infuſum mundo, ſive etiam extra mundum per infinita diffuſum, etiam ipſum incorruptibile & inviolabile & incommutabile, quod corruptibili & violabili, & commutabili praeponebam: quoniam quidquid privabam ſpatiis talibus, nihil mihi eſſe videbatur. Sed prorſus nihil, ne inane quidem, tanquam ſi corpus auferatur loco, & maneat locus omni corpore vacuatus, & terreno & humido & aereo & caeleſti; ſed tamen ſit locus inanis tanquam ſpatioſum nihil.

II. Ego itaque incraſſatus corde (*c*), nec mihimetipſi vel ipſe conſpicuus, quidquid non per aliquanta ſpatia tenderetur, vel dif-

Digitized by Google

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

diffunderetur, vel conglobaretur, vel tumeret, vel tale aliquid caperet, aut capere poſſet, nihil prorſus eſſe arbitrabar. Per quales enim formas ire ſolent oculi mei, per tales imagines ibat cor meum, nec videbam hanc eamdem intentionem, qua illas ipſas imagines formabam, non eſſe tale aliquid, quae tamen ipſas non formaret, niſi eſſet magnum aliquid. Ita etiam te vita vitae meae grandem per infinita ſpatia undique cogitabam penetrare totam mundi molem, & extra eam quaqua verſum per immenſa ſine termino, ut haberet te terra, haberet caelum, haberent omnia, & illa finirentur in te, tu autem nuſquam. Sicut autem luci ſolis non obſiſteret corpus aeris huius, qui ſupra terram eſt; quominus per eum traiiceretur penetrans eum, non dirumpendo, aut concidendo, ſed implendo eum totum: ſic tibi putabam non ſolum caeli & aeris & maris, ſed etiam terrae corpus pervium, & ex omnibus maximis minimiſque partibus penetrabile ad capiendam praeſentiam tuam, occulta inſpiratione intrinſecus & extrinſecus adminiſtrantem omnia quae creaſti. Ita ſuſpicabar, quia cogitare aliud non poteram; nam falſum erat. Illo enim modo maior pars terrae maiorem tui partem haberet, & minorem minor, atque ita te plena eſſent omnia, ut amplius tui caperet elephanti corpus, quam paſſeris, quo eſſet illo grandius, grandioremque occuparet locum atque ita fruſtatim partibus mundi, magnis magnas, brevibus breves partes tuas praeſentes faceres. Non es autem ita (*d*). Sed nondum illuminaveras tenebras meas.

(*a*) *Et ibam in iuventutem.* = His forte verbis commoti Benedictini, praeſenti libro ea praefixere verba: *Exordium ſuae iuventutis, ideſt, annum aetatis trigeſimum primum ob mentis oculos reducit.* Uſque ad trigeſimum annum expletum adoleſcentiam protrahere, nec rationi, nec Doctorum auctoritati, qui propoſito de hominis ſcripſere aetatibus conſonum videtur: ideo in argumento diximus, *ad iuventutis altiora.* Nec ex Auguſtini verbis contra nos quidquam extunditur. Sat pro iis eſt & nunc iuventutis hiſtoriam proſequi, licet exordium eius praecedenti libro tetigerit. *Ire* quippe in iuventutem, & de eo dicitur, qui iuventutis exordia primo ſalutat: & de altero, qui in eiuſdem altiora ſeſe inſinuat. Maxime quoniam ſi preſſe agendum ſit, verba illa: *Iam mortua erat &c.* innuunt, & non tum primo adoleſcentiam relinqui, ſed iam diu relictam. Ideoque in capitis argumento monuimus: *iam abiecisſe praefatus* Sic l. 2. c. 12. initio dixit S. D. *In ipſa tamen pueritia . . . . non amabam litteras &c.* & tamen quot narraverat poſtquam initio c. 8. praefatus fuerat: *Nonne ab infantia huc pergens, veni in pueritiam?* Plurima etiam de anno 17. 18. & 19. lib. 3. proloquutus fuerat: & tamen libri quarti faciens exordium haec habet *Per idem tempus &c.* Et c. 2. n. 1. concubinam innuens, inquit: *In illis annis unam habebam &c.* quam tamen anno aetatis ſuae decimoſeptimo ſibi iunxiſſe ſuo loco obſervavimus. Nec mirum: ut enim alibi Lectorem commonuimus: in Confeſſionibus hiſce fere tumultuario ſermone plura effundit Auguſtinus ad divina raptus, temporum ratione non exacte cuſtodita; nonnunquam autem quaſi a divino ſomno nonnihil excuſſus, quidquam lucis addie qua utcunque geſtorum ſeriem, ordinemque deprehendas. Sic modo anni trigeſimi primi hiſtoriam exhibiturus, iuventutem nominat, non quam nunc primo ingrediatur, ſed in qua idem annus involvitur. Vide l. 8. c. 1. A in fine. Immo & huius anni hiſtoriam exorſus erat lib. praeced.

Ceterum libri huius hiſtoriam annum ſpectare Auguſtini trigeſimum primum Benedictini etiam fatentur: quibus ut ſemper in chronologica re Bollandi Continuatores adſtipulantur. Fuit autem is annus Chriſti tercenteſimus octogeſimus-quintus, Monnicae quinquageſimus quartus, Adeodati decimus-tertius, Siricii Papae primus, Valentiniani Iunioris decimus, Theodoſii Senioris ſeptimus.

(*b*) *Non te cogitabam Deus &c.* =

A.Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Ita Vet. Baſil. Lov. Som. Wangn. BB. & MSS. undecim. Sed Bad. Am. Er. & optimus S. Cr. *Non tamen te cogitabam*. Non expedit autem in diſcrepantia nullius momenti immorari.

Deum humani corporis forma diſtenctum nunquam ſenſerat Auguſtinus; at Catholicos id ſentire Manichaeorum calumniis deceptus arbitratus fuerat; quam falſam opinionem, ex impiorum mendaciis conceptam iam pridem abiecerat. Recole dicta lib. 5. c. 10. I.

Ceterum Deum ſpiritum eſſe, utque talem concipiendum, iam olim viderat ſagaciſſimus adoleſcens: *Quod ſi poſſem ſpiritualem ſubſtantiam cogitare, ſtatim &c. ſed non poteram* l. 5. c. 14. n. 2. Sed aliud eſt credere Deum ſpiritum eſſe, quod & Fides, & bona Philoſophia ſuadet; aliud longe diverſum ſpiritum illum concipere, ſive eius conceptum ſibi obiicere: quod nulli prorſus humano ingenio, quantumvis excellentiſſimo pronum, aut poſſibile eſt: etiamſi nedum de Deo, mille rationibus ab humano intuitu ſemotiſſimo, ſed & de creato ſpiritu, puta Angelo, vel Anima noſtra ſermonem habeas. Vide ſi placet, Gregorium Nazianzen. Orat. 34 & ipſum Auguſtinum Serm. 117. de Verbis Ioan. t. t. (Olim, 18. de Verb. Dom.) c. 3. n. 4. & 5. & Quaeſtionum in Ioſue lib. 6. ſub finem; ſeu q. 29. Et recole dicta l. 5. c. 10. H. & c. 14. c.

(c) *Ego itaque incraſſatus corde.* = Ita incraſſatus & peccato: & Manichaeorum conſuetudine: quorum officina phantaſmatibus abundabat. Addit vero, nec ſibimetipſi fuiſſe conſpicuum; Vel animam innuens, quae a craſſitie procul abeſt, & ſpiritus eſt; Vel intentionem ut paulo poſt addit, qua inextenſa ampliſſima phantaſmata illa formabat.

Ingenua autem depoſitione illa; *Per quales formas ire ſolent oculi mei &c.* Ariſtotelicum, & omnium Philoſophorum illud confirmat: *Nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſibus.*

(d) *Non et autem ita.* = Ne tum quidem talem eſſe Deum Auguſtinus ſerio arbitrabatur: ſed quum ambiret divinae eſſentiae quaſi imaginem intueri volens nolens in corporeas imagines recidebat. At aliter nequibat ſolis naturae viribus: unde ſubſumit: *Sed nondum illuminaveras &c.* illud Pſal. 17. 29. inſpiciens, *Deus meus illumina tenebras meas*; Ubi ipſe Auguſtinus: *Nos peccatis noſtris tenebrae ſumus: ſed Deus meus illuminabit tenebras meas.* Non autem fuerat illuminatus, quia nondum perfecta fide ad ipſum adceſſerat: *Adcedite ad eum, & illuminamini.* Pſal. 33. 6.

Caput hoc nonnihil illuſtrare poſſent quae fuſe habentur Serm. 4. de Iacob, & Eſau (Alias, de Diverſ. 44.) c. 4. n. 5. ubi poſtquam S. Doctor plurimas ſpecioſas ideas, quae ab imperitis de Deo formari poſſunt prodidiſſet, & confutaſſet, concludit: *Sed ſi videre potes, quid eſt veritas, quid eſt ſapientia, quid iuſtitia &c.*

CA.

Digitized by Google

C A P U T II.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 34. Ad. XIII. Siric. 1. Val. X. Theod. VII.

A R G U M E N T U M.

Etſi Catholicae veritatis ad ſpiritualem lucem adhuc bene non reſpiraret: vidit tamen, & exploratum habuit, acerrimo Nebridii dilemmate Carthagine propoſito de magna, potiſſimaque Manichaeorum cauſſa actum eſſe. Aut enim ſtatuebatur poſſibile populorum tenebrarum viribus machiniſque bonum Deum confoſſum laeſum iri: aut non poſſibile? Si poſſibile: ſummum itaque Numen corruptibile, violabile: quod omnis Philoſophiae ineluctabili primoque iudicio improbatur. Si autem nulla id hypotheſi contingere poterat: quali delirio obſcurae infamis turbae inſidiae illae pugnaeque intrudebantur, quibus feliciſſimi boni Dei ſciſſae particulae malarum gentium ventribus ad captivitatem, & miſeriam involverentur?

SAt erat mihi, Domine, adverſus deceptos illos & deceptores (*a*), & loquaces mutos, quoniam non ex eis ſonabat (*b*) verbum tuum: ſat erat ergo illud quod iam diu ab uſque Carthagine a Nebridio proponi ſolebat, & omnes qui audieramus, concuſſi ſumus. Quid erat tibi factura neſcio quae gens tenebrarum, quam ex adverſa mole ſolent opponere, ſi tu cum ea pugnare noluiſſes (*c*)? Si enim reſponderetur, aliquid fuiſse nocituram, violabilis tu & corruptibilis fores. Si autem nihil ea nocere potuiſſe diceretur, nulla adferretur cauſsa pugnandi, & ita pugnandi, ut quaedam portio tua, & membrum tuum vel proles de ipſa ſubſtantia tua miſceretur adverſis poteſtatibus & non a te creatis naturis, atque in tantum ab eis corrumperetur & commutaretur in deterius, ut a beatitudine in miſeriam verteretur, & indigeret auxilio, quo erui purgarique poſſet: & hanc eſſe animam cui tuus ſermo (*d*) ſervienti liber, & contaminatae purus, & corruptae integer ſubveniret: ſed & ipſe corruptibilis, quia ex (*e*) una eademque ſubſtantia. Itaque ſi te quidquid es, id eſt, ſubſtantiam tuam qua es, incorruptibilem dicerent: falſa eſſe illa omnia & exſecrabilia: ſi autem corruptibilem: idipſum iam falſum & prima voce abominandum. Sat ergo erat iſtud adverſus eos omni modo evomendos a preſſura pectoris, quia non habebant qua exirent ſine horribili ſacrilegio cordis & linguae, ſentiendo de te iſta, & loquendo.

(*a*) *Adverſus illos deceptos, & deceptores.* = Prorſus manifeſtum eſt de Manichaeis habere ſermonem. Se quoque Manichoeum deceptum, & deceptorem S. D. l. 4. c. 1. initio appellaverat. De machinis autem illis gentis tenebrarum contra bonum Deum Manichaeorum cerebello fabricatis, diximus, l. 3. & agit frequentiſſime alibi S. Doctor, eoſdem deceptos, & deceptores impugnans.

(*b*) *Et loquaces mutos, quoniam non ex eis ſonabat &c.* = Placuit haec lectio, quae eſt Vet. Lov. Som. Wangn. BB. & MSS. decem Etruriae: quia etſi illa, *loquaces mutos, & ob hoc mutos quoniam &c.* quam praeferunt Am. & Er. apertior videatur: ſapit tamen non tam Auguſtini phraſim, quam alicuius amanuenſis commentarium.

Quam amplo iure Manichaeos Auguſtinus loquaces appellet, vidimus l. 3. c. 6. Cur autem non mutos dicat eos, ex quibus plurimae equidem fabulae, at nunquam divinae veritates ſonant? ſeu ex quibus diabolus, non aeterni Patris Verbum ſonat, loquitur, docet?

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

(c) *Si tu tum ea pugnare noluiſſes?* = BB. haec in margine obſervant = „ Legitur, *voluiſſes*, apud Bad. Am. Er. Sorb. & Blaſ. Vide l. 2. de mor. Manich. c. 12.] His addimus Vet. & ſex MSS. At 2. Med. Feſ. Car. Lov. Baſil. & Wangn. nobiſcum ſunt.

Noſtra lectio ineluctabili argumento firmatur, nec in eam exinceps vel moſſitandi cuiquam locus erit: cap. enim 12. lib. 2. de Moribus Manichaeorum a diligentiſſimis Benedictinis ſignato haec S. Doctor habet. „ Hinc etiam illud exortum eſt, quod etiam cum ſtudioſe vos audiremus, nos magnis premebat anguſtiis: nec ullum exitum reperiebamus, quaerentes quid factura erat Deo gens tenebrarum, ſi cum ea nollet cum tanta partis ſuae calamitate pugnare. Si enim non erat nocitura quieſcenti, crudeliter nobiſcum actum querebamur, qui ad iſtas aerumnas miſſi ſumus. Si autem nocitura erat, non eſſe illam naturam incorruptibilem, qualis natura Dei eſſe debeat. In hac quaeſtione non defuit qui diceret, non Deum malo carere voluiſſe, aut ne ſibi noceretur caviſſe, ſed propter naturalem bonitatem ſuam inquietae perverſaeque naturae, ut ordinata eſſet prodeſſe voluiſſe. Non hoc ſonant libri Manichaei; caviſſe Deum ne invaderetur ab hoſtibus ſaepiſſime ibi ſignificatur, ſaepiſſime dicitur. Sed concedamus iſta Manichaeum ſenſiſſe, ut ille dicebat, qui non inveniebat aliud quod diceret; num iſta ratione Deus a crudelitate, aut infirmitate defenditur? Haec enim eius in adverſam gentem bonitas, in ſuos exſtitit magna pernicies &c.] Integrum ſermonem adduximus, quod eo nedum genuina lectio ſtabiliatur, ſed & capiti lucis non modicum concilietur.

Quanquam & eius collatione loci ſublata, plana genuina lectio erat, & obvia: Ut enim plura praeteream: Certamen illud a Deo ſemovet Auguſtinus, quod eo idem Deus in plurimarum ſuarum partium diſcrimen abiret; cum itaque dixit, *nulla adſerretur cauſſa pugnandi*, de pugna loquitur, quam bonus vellet Deus: adeoque hypotheſim ponit, in qua ipſe pugnare noluiſſet.

(d) *Cui tuus ſerma &c.* = Obſcurus nobis locus: obvius tamen Henrico Wangnereck, qui breviter ſic illum expedit. = *Chriſtus, quem ex lucidiſſima divinae ſubſtantiae parte conflabant Manichaei*. Locum ex quo id dogmatis Manichaeis dederit, minime deſignat, forte quia ad has Confeſſiones ſe revocat: dixerat enim Aug. l 5. c. 10. n. 3. *Ipſum quoque Salvatorem noſtrum Unigenitum tuum tanquam de maſſa lucidiſſimae molis tuae porrectum ad noſtram ſalutem &c.* Verum non adeo manifeſtum videtur, an Auguſtinus ibi ex communi Manichaeorum, vel potius ex proprio ſenſu loquatur. At primo modo loquutus ſit; maxime quum ſermonis eius concluſio ad tollendam a Chriſto veram carnem dirigatur, quae erat univerſi Manichaei gregis blaſphemia: *Nec fuiſſe* (Chriſtum) *in carne vera, ſed ſimulatam ſpeciem carnis ludificandis humanis ſenſibus praebuiſſe, ubi non ſolum mortem, verum etiam reſurrectionem ſimiliter mentiretur*. Lib. de Haereſibus, 46. circa finem; Quid tamen quod & ipſum Chriſtum lutulentis mali dei particulis inquinatum, mancipatum, oppreſſum Manichaei blaſphemabant? „ Unde & iſta ſacrilegi deliramenta vos cogunt non ſolum in caelo, atque in omnibus ſtellis, ſed etiam in terra, atque in omnibus, quae naſcuntur in ea confixum & colligatum, atque concretum Chriſtum dicere, non iam Salvatorem veſtrum, ſed a vobis ſalvandum, cum (1) ea manducatis, atque ructatis. Nam & iſta impia vanitate ſeducti, ſeducitis Auditores veſtros, ut vobis cibos adferant, quo poſſit ligato in eis Chriſto ſubveniri per veſtros dentes, & ventres. Talibus enim auxiliis eum ſolvi, & liberari praedicatis, nec ſaltem totum, ſed adhuc licet exiguas, ſordidaſque reliquias eius in ſtercoribus remanere contenditis, ut in aliis, atque aliis rerum corporalium formis iterum atque iterum implexae implicataeque teneantur &c.] lib. 2. contra Fauſtum Manich. cap. 5. = „ Vobis autem per fabulam veſtram in eſcis omnibus Chriſtus ligatus apponitur, adhuc ligandus veſtris viſceribus, ſolvenduſque ructatibus. Nam & cum manducatis, dei veſtri defectione vos reficitis; & cum digeritis, illius refectione deficitis. Cum enim vos plenos reddit, reſumtio veſtra ipſum premit &c.] Lib. 20. contra eumdem Fauſt. c. 13.

Nunc ergo dic mihi: Si talem Manichaei Chriſtum pingebant: an *ſermonis*

(1) Edit. cum. Concinnius quidam MSS. cum.

nis vocabulo Chriſtum innuerit Auguſtinus, qui *ſermo liber purus, & integer* proponebatur?

Dicimus ergo, ut & hoc verbum, & integer ſermo dilucidetur; Chriſtus latet ſub prioribus illis vocibus: *vel proles de ipſa ſubſtantia tua miſereretur adverſis poteſtatibus &c.* Hic autem *ſermo* aeternum Verbum deſignat; Seu, (& pro Manichaeis in idem redit) *proles* eſt humana: *ſermo* eſt divina Chriſti natura. In Manichaeorum ſchola nempe Chriſti humanae naturae, ſervienti, contaminatae, & corruptae Verbum liberum, purum, & integrum ſubveniebat.

Dices: Atqui etiam Verbum Manichaeorum delirio gentis tenebrarum vinculis tenebatur: Auguſtinus enim in calce diſputationis primae diei, quam habuit cum Fortunato eorumdem nebulonum presbytero, haec teſtatur „ Deinde paſſim ſermocinatio ab omnibus „ haberi coepit, quouſque diceret Ser„ monem Dei ligatum eſſe in gente te„ nebrarum. Quod cum exhorruiſſent „ qui aderant, diſceſſum eſt.

℞. Non adeo manifeſtum nobis eſt, an de humana, vel Divina Chriſti natura id blaſphemiae Fortunatus protulerit. Si de humana, nihil contra nos Si de Divina; (ſeu de Verbo) non ex communi Manichaeorum, ſed ex proprio ſenſu loquutum arbitramur; ut nimirum vel bene, vel male ex Auguſtini, aliorumve Catholicorum acriter diſputantium manibus laberetur. Proprio ſenſu loquutum inſinuat, ni fallimur, inſignis ille Catholicorum horror, quem gravis, & defaecati iudicii homo non in recoctam, tritamque omnium Manichaeorum, ſed in novam minimeque praeviſam unius Manichaei blaſphemiam revocabit.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 34. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

(r) *Sed & ipſe corruptibilis, quia ex &c.* = Corruptibilis Chriſti anima? Ergo & ei iunctum Verbum corruptibile. Quandoquidem & Chriſti, immo cuiuſcunque hominis animam a divina natura derivatam, eius portionem, vel particulam eſſe Manichaei delirabant.

Divinae naturae corruptibilitatem *prima voce* abominandam blaſphemiam inde vocat, quia primis & ſanctae Fidei, & omnis Philoſophiae luminibus adverſatur.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

C A P U T III.

A R G U M E N T U M.

Etſi verum Deum incontaminabilem, nulliqae variationi obnoxium, animae, corporis, & cuiaſcunqae rei ſummum artificem, parentemque ſtabili tum adſenſu teneret: in deſignanda adhuc certa mali cauſſa nonnihil caligabat. Et quidem impium ſtoliduinve Manichaeorum dogma nonnullis ambagibas in Deam peccatum revocant intimo exſecratas animo, conabatur quod Catholicorum ore tritam eras, a libero volantatis arbitrio peccata fluere, bene expediteque intueri; at fraſtra, & in caſſum. Novis tamen conatibus prioribus additis a liberis voluntatis motibus pendere culpam iamiam obſervabat; ſed iterum illud adtendens, nos a Deo & bono, & omnis bonitatis fonte compactos: iterum quoque angebatar, portentum cenſens, rivulum ſui fontis naturam minime ſapere. Nec erat cur infectionis quidquam homini a diabolo diceretur inſertam; adhuc enim ſola variata materia, eadem ipſa difficultas vigebat; Unde ſiquidem tanta in diabolo iniquitas, atqae malitia, qui olim lucis ſpiritus ab Optimi Dei manibas integer beatus efflaxerat?

I. SEd & ego adhuc, quamvis incontaminabilem, & inconvertibilem, & nulla ex parte mutabilem dicerem, firmeque ſentirem Dominum noſtrum Deum verum, qui feciſti non ſolum animas noſtras, ſed etiam corpora (*a*), nec tantum animas noſtras, & corpora, ſed omnes & omnia, non tenebam explicitam & enodatam cauſſam mali: quaecumque tamen eſſet, ſic eam quaerendam videbam, ut non per illam conſtringerer Deum incommutabilem mutabilem credere, ne ipſe fierem quod quaerebam (*b*). Itaque ſecurus eam quaerebam; & certus non eſſe verum quod illi dicerent, quos toto animo fugiebam; quia videbam, quaerendo unde malum, repletos malitia, qua opinarentur tuam potius ſubſtantiam male pati, quam ſuam male facere.

II. Et intendebam ut cernerem quod audiebam, liberum voluntatis arbitrium cauſſam eſſe ut male faceremus, & rectum iudicium tuum ut pateremur, & eam liquidam cernere non valebam. Itaque aciem mentis de profundo educere conatus, mergebar iterum, & ſaepe conatus, mergebar iterum, atque iterum. Sublevabat enim me in lucem tuam quod tam me ſciebam habere voluntatem, quam me vivere. Itaque cum aliquid vellem aut nollem, non alium quam me velle ac nolle certiſsimus eram, & ibi eſſe cauſſam peccati mei iam iamque animadvertebam. Quod autem invitus facerem, pati me potius, quam (*c*) facere videbam, & id non culpam, ſed poenam eſſe iudicabam, qua me non iniuſte plecti te iuſtum cogitans cito fatebar. Sed rurſus dicebam: Quis fecit me? nonne Deus meus? non tantum bonus, ſed ipſum bonum? Unde igitur mihi male velle, & bene nolle, ut eſſet cur iuſte poenas luerem? Quis in me hoc poſuit, & inſeruit mihi plantarium amaritudinis, cum totus fierem a dulciſſimo Deo meo? Si diabolus auctor, unde ipſe diabolus? Quod ſi & ipſe perverſa voluntate ex bono Angelo diabolus factus eſt, unde & in ipſo voluntas mala, qua diabolus fieret, quando totus Angelus a conditore optimo factus eſſet (*d*)? His cogitationibus deprimebar iterum & ſuffocabar:

ſed

ſed non uſque ad illum infernum (*e*) ſubducebar erroris ubi nemo confitetur tibi, dum tu potius mala pati, quam homo facere putatur. A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

(*a*) *Sed etiam corpora.* = Suum Deo ius reddit, & Manichaeos perceſlit, qui animas quidem a bono Deo, corpora tamen a malo, ſeu gente tenebrarum eſſe ſomniabant. „ Verum tu, qui rationabile Dei templum te eſſe dixiſti, quomodo hoc explicabis? Placet ne tibi, ut templum Deus habeat, cuius aliquam partem diabolus fabricaverit? An vos non eſtis, qui dicitis omnia membra veſtra, totumque corpus a maligna mente, quam Hylen dicitis, fabricatum, eiuſque ipſius fabricatricis partem illic habitare ſimul cum parte dei veſtri? Quae cum ibi teneatur, ut perhibetis, concatenata, & incluſa, utrum Dei templum, an Dei carcerem te dicere debuiſti?] lib. 20. contra Fauſtum Manich. c. 15. & eiuſdem libri c. 22. *Sed Manichaei opificium dicunt eſſe gentis tenebrarum, & carceres, quibus victus, incluſus eſt Deus: unde longe aliud annuncias Fauſtus, aliud Paulus. Sed quoniam quiſquis* (1) *vobis evangelizaverit praeter quam quod accepiſtis, anathema ſit; verum dicit Chriſtus in Paulo, anathema ſit Manichaeus in Fauſto.*

Addit vero: *Nec tantum animas noſtras, ſed omnes, & omnia:* quia nedum corpora, ſed praeter animas fere omnia polluta, & a malo deo facta illi blaſphemabant: ut S. Doctor contra eumdem Fauſtum lib. 31. c. 4. evincit his verbis „ Neque enim cibus ipſe, quem ſumitis, quamvis eum magna diligentia quaſi a carnis contagione ſeparetis, mundus eſt vobis, quem creatum niſi a diabolo non dicitis. In illo enim deum veſtrum ligatum, atque pollutum vos edendo purgare perhibetis. Vos ſaltem vobis mundi videremini, quorum ventribus meretur ille purgari. Sed & veſtra corpora naturam, & opificium gentis tenebrarum eſſe contenditis, animas autem veſtras ipſis adhuc corporibus inquinatas. Quid ergo vobis eſt mundum? Non quae ſumitis, non quo mittitis ea quae ſumitis, non vos qui ſumta purgatis.] Conſequenter hac in re Manichaei Venuſtianis, ſeu Paternianis peiores, qui S. D. teſte lib. de Haereſibus, n. 85. non quidem omnes, ſed inferiores humani corporis partes a diabolo factas effutiebant.

(*b*) *Ne ipſe fierem quod quaerebam.* = Ne ipſe impius, & malus fierem, dum impietatis, & mali cauſſam quaererem. Plura autem ex iis, quae ſequuntur, intacta relinquimus, non quia obvia, ſed quia alibi, maxime vero lib. 4. c. 15. praeoccupata. Quae ibi adſtruerat, hic evertiſſe ſe, aut ſaniam everſurum teſtatur. Inquiens vero infra: *Et intendebam, ut cernerem quod audiebam, liberum &c.* ſatis, non adtendens, prodit iam tunc ſe docilem factum: & fere enixum, non dogmati Eccleſiae adſentiri, ſed illud liquide cernere; quaſi ut Eccleſiae Scholaſtici, qui non utcunque Theologicas veritates amplectuntur, & penſant: ſed earum quoque principia, modoſque, & ſecretiora acute rimari conantur.

(*c*) *Quod autem invitus facerem, pati me potius, quam &c.* = Egregie, & exacte! Quid amplius perfecto a Theologo potuiſſes adtendere? Id dogmatis integro fere c. 7. epiſt. ad Rom. a v. nempe 14. ab Apoſtolo ſtabilitur. De quo Tridentina Oecumenica Synodus Seſſ. 5. decr. de Originali peccato, n. 5. Quae de concupiſcentia, vel fomite, eiuſque motibus veritas, poſt divinas Scripturas, potiſſimum ab Auguſtino, frequenter doctiſſimeque eam ediſſerente depromta eſt.

(*d*) *Quando totus Angelus a Conditore optimo factus eſſes.* = BB. & ante ipſos Ver. Am. Er. Lov. Som. Wangn. & MSS. ſex e noſtris *factus eſſes bonus*. At immerito, ut videtur; ſiquidem id velut ſequelam intuetur Auguſtinus, Angelum nimirum omnino bonum fuiſſe, ſi totus a Conditoris optimi manibus fluxit. Unde vocem illam, *bonus*, omittunt MSS. Benign. Theoder. & aliquot alii a BB. laudati, nec non 2. Med. Car. & Feſ.

Diabolus idem ac Latine, lividus, invidus, accuſator, Auguſtino ex Apocaly. c. 12. v. 9. & 10. teſte lib. 4. QQ. in Numeros, q. 49. Integrum autem Auguſtini, in deſignanda liquida peccati cauſſa fluctuantis argumentum hoc eſt: Iure expediteque in hominis arbitrium peccatum refunderetur; at id videtur

 du-

(1) Gal. 1. 9.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

durum, quod mala fluant ab arbitrio, quod effluxit a Deo bono. An diabolus voluntati bonae iniqui, & perverſi quidquam immiſcuit? At quo pacto lucidus ille ſpiritus diabolus, lividus accuſator, calumniator factus eſt? Perverſa, inquies, voluntate. Sed unde voluntas mala in Angelo, qui totus a conditore optimo factus eſt?

Hoc aenigmate, quo nunc ipſe angitur, torquebat olim Catholicos. Recole dicta l. 4. c. 15. l. Ceterum Ecclesiae Doctoribus trita eſt aenigmatis illius ſolutio: Voluntas Angeli, & hominis non ut a divinis manibus exiit, ſed quod ad nihilum, ex quo educta eſt, naturali velut quodam pondere deferatur, mali, & iniquitatis aliquotiens parens eſt. Sed de mali cauſſa fuſius infra c. 16. B.

Quin potius in Manichaeorum ſyſtemate duriſſimum aenigma illud eſt, quodque nullo conatu exſolvatur; Si quippe anima optimi Dei nedum opus, ſed & portio, vel particula eſt: ita prorſus ipſa, ut idem Deus, a peccato longe debet abeſſe.

Itali, & quidem emendatiores illud, *unde ipſe diabolus*? ſic reddunt: *e d' onde vien queſta diavolo*? Non unde venerit diabolus quaerit S. D. ſeu, quaerebat olim: ſed quo principio, qua cauſſa ex bono Angelo factus ſit diabolus: adeoque ſic dicendum erat: *Per qual principio, a cagione quell' Angelo di luce divenne diavolo*?

(*c*) *Sed non uſque ad illum infernum &c.* = Pſalmi 6. v. 6. intuetur: *Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi*? inferni nomine, ubi Deum nemo confitetur, Atheorum nonnulli, Paganorum alii conventicula intellecta arbitrantur; illi enim Dei exſiſtentiam inficiantur: Hi vero tot deos introducunt, ut idem ſit, ac ſi nullum permittant. Qualem autem confeſſionem Deo litat, qui eumdem ſ. hola introſum exiſtimat? Sed adhoc nihil ad rem noſtram.

S. Doctor ad ea Davidis verba haec habet „ Poteſt etiam illud intelligi, ut „ mortem vocet peccatum, quod con„ temta divina lege committitur .... „ In qua morte hoc eſt eſſe immemo„ rem Dei, legem eius, & praecepta „ contemnere: ut infernum dixerit cae„ citatem animi, quae peccantem, id„ eſt morientem excipit, & involvit.

Hac non quidem integra, ſed aliqua luce praeiacta: Dicimus inferni nomine, altiſſimis tenebris captam Manichaeorum Synagogam Auguſtinum deſignare: ii enim adeo divina lege contemta peccabant, errabant, ut in ipſum Deum, ſeu in eius particulas peccata revocarent. Adeoque ſic integra ſententia manifeſta reddenda eſt. Sed non uſque ad illum infernum ſubducebar erroris Manichaeorum, in quo nemo confitebitur tibi: nemo inquam tibi laudem, gloriam que rependit, dum tu potius pati, dum potius ſubſtantiae tuae particulas in homine latentes a tenebrarum faece obrui, & ad malum impelli, trahique: quam homo ſuo arbitrio, ſua voluntate male facere putatur.

Profitetur igitur dum peccatum in hominis arbitrium conaretur refundere, ſe equidem tortum: ſed conſtanter adhuc impium Manichaeorum ſyſtema fuiſſe exſecratum. Ex quibus omnibus patet, Auguſtinum adhuc a Catholica Eccleſia ſemotum liberum hominis arbitrium agnoviſſe. Unde maximo neceſſum eſt ſuffundi pudore Lutherum, qui diſput. adverſus Ekium ex lib. 3. contra Pelag. c. 8. conatur S. Doctori iam epiſcopo liberi arbitrii fidem, & ſcientiam tollere (1). Qui etiam in Colloquiis Latinis, cap. de Libero Arbitrio hac amplitudine obgannit: *Nomen liberi arbitrii odioſiſſimum ſemper fuit omnibus Patribus*. Cuius, maxime quoad Auguſtinum, veſtigia preſſere Calvinus lib. 2. Inſtitutionum, c. 3. & alii quam plures. Immo non levi Orthodoxae Fidei ſorte inquiens Auguſtinus initio n. 2. *Et intendebam ut cernerem, quod audiebam, liberum &c.* oſtendit S. Doctor, omnium Catholicorum ſenſu admiſſum tum, propugnatumque liberum arbitrium hominis. Cumque has Confeſſiones epiſcopus ſcripſerit, vel ex praeſenti capite colligitur, Auguſtinum Manichaeum, catholicum, presbyterum, & epiſcopum, pro libero arbitrio, & quidem velut pro dogmate certo, inconcuſſo, & explorato ſtetiſſe. Quod dicas etiam de alio dogmate, & quidem aeque, & velut S. Doctoris auctoritate ab haereticis impetito; Nec concupiſcentiam ſcilicet, nec eius motus, citra arbitrium exſurgentes peccatis iure accenſeri.

CA-

(1) Cuius ſi & de hoc delirium, & vertiginem inſueti ambis, vide lib. de Viſitat. Saxonica

A. Ch. 385. Aug. 31, Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Ne cenſeas etiam tum temporis vel tantillum impio Manichaeorum dogmate illectum: profitetur eatenus in liquida ſtabilienda mali cauſſa tot ſe profudiſſe ſudores, quod ad eam inſpiciendam acerrimam patentiſſimamque demonſtrationem expeteret, ei ſimilem, qua Deum ab omni corruptione pro hypotheſi quacunque eximebat: Vide enim quam haec fortis eſſet, & plana! Deus id eſt, quo melius quidquam excogitari nequit: incorruptibile autem corruptibili longo iure praeponitur; ne igitur Deo melius aliquid in mentem veniat, ab omni prorſus corruptione, & corruptionis periculo ſemovendus eſt. Interim tamen minime adtendens in ipſo corruptionis vitio, a quo Deus longiſſime abeſt, miſeram peccati radicem involutam. Divertit inde ad omnes expendendas hypotheſes, in quarum nulla Deus ſua ab integritate deflectere queat. Etſi tandem id examen velut otioſum abiiciat: vix enim corruptibile imaginaris, & iam Deum tollis.

SIc enim nitebar cetera invenire, ut iam inveneram (*a*) melius eſſe incorruptibile, quam corruptibile: & ideo, te quidquid eſſes, eſſe incorruptibilem confitebar. Neque enim ulla anima unquam potuit, poteritve cogitare aliquid, quod ſit te melius, qui ſummum & optimum bonum es. Cum autem veriſſime atque certiſſime incorruptibile corruptibili praeponatur, ſicut iam ego praeponebam, poteram iam cogitatione aliquid adtingere, quod eſſet melius Deo meo, niſi tu eſſes incorruptibilis. Ubi igitur videbam incorruptibile corruptibili eſſe praeferendum, ibi te quaerere debebam, atque inde advertere, unde ſit malum; id eſt unde ſit ipſa corruptio (*b*), qua violari ſubſtantia tua nullo modo poteſt. Nullo enim prorſus modo violat corruptio Deum noſtrum; nulla voluntate, nulla neceſſitate, nullo improviſo caſu (*c*); Quoniam ipſe eſt Deus, & quod ſibi vult, bonum eſt: & ipſe eſt idem bonum; corrumpi autem non eſt bonum. Nec cogeris invitus ad aliquid, quia voluntas tua non eſt maior quam potentia tua; eſſet autem maior, ſi te ipſo tu ipſe maior eſſes; voluntas enim, & potentia Dei, Deus ipſe eſt. Et quid improviſum tibi, qui noſti omnia: & nulla natura eſt, niſi quia noſti eam? Et ut quid multa dicimus, cur non ſit corruptibilis ſubſtantia, quae Deus eſt, quando ſi hoc eſſet, non eſſet Deus (*d*)?

(*a*) *Ut iam inveneram &c.* = Quid tibi Philoſopho, niſi adclamationes, & plauſus? Summorum, iam diximus l. 6. c. 14. C. ingeniorum eſt, nihil obaeſa praeterire nare, levibus ratiunculis minime adquieſcere; ſed quaelibet ad ſeverioris criticae limam exigere: & ubique, pro diverſarum rerum natura, gravia argumenta meditari, & expetere; nec enim Hercules aut araneis, aut fuſi muliebris filis mancipantur. Et quidem non abſimile l. 6. c. 4. n. 2. profeſſus fueras: *Volebam enim eorum, quae non videntur, ita me certum fieri, ut certus eſſem, quod ſeptem & tria decem ſint*; Adhuc tamen tibi ipſi iamiam catholico quid loquar? Diſputandi alacritatem illam non quidem deponas, ſed oblinias oportet; Scis immenſae lectionis, & eruditionis Iuvenis, martes fortiſſimos, quos nec detinuerant catenae, nec plura armatorum millia concuſſerant, blanditiis factos manſuetos, & amore proſtratos. Eccleſia pia mater divaricatis ulnis te praeſtolatur, ut caſte amplectatur, & ad altam aeternae

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

felicitatis Patriam, a qua primos tuus parens te deiecerat, laeta perdocat; Equidem te nec ſtupidum, nec credulum volo, ſed & interim eius teſtimonio plurimum deferas, quae a Chriſto edocta, non fallitur; eique, ut potuit, facta ſimilis, ingenua ubique eſt, teque fallere nec amat, nec poteſt. Crede tantae Matri, ab Angeli, & hominis arbitrio, velut a deficiente cauſſa peccata fluere & inde qua ratione id cum Philoſophia, cuius te oraculum veneror, compatiator, atque cohaereat, citra meriti iacturam, & feliciter etiam diſputabis.

Quanquam enim vero late Auguſtinus loquatur: *Sic enim aiebar ceterum invenire*: potiſſimum tamen peccati cauſſam intuetur & prodit que, ut in capitis ſummario innuimus, ideo ſe in huius examine dogmatis torctum, ideo nihilominus a Manichaeis prorſus diviſum, quod non quamcunque rationem quaereret, ſed &c.

Ceterum graviſſimam ſolidiſſimamque obſervationem: Deum id eſſe quo melius quidquam excogitari nequit: innumerorum dogmatum foecundam parentem, nedum ipſe Auguſtinus alibi: ſed & Anſelmus egregie digerit in Monologio, c. 2. 3. & 4. In Proſologio, c. 15.

(*b*) *Ideſt unde ſit ipſa corruptio.* = Aeſtus ſuos circa apertam mali cauſſam recolens, iudicat non ita eo de aenigmate fluctuantes dimittendos eſſe lectores: unde illud, quanquam dextere exſolvit. Peccatum nempe quaedam corruptio eſt, onde optime in creaturae naturam ad nihilum, onde emerſit, tendentis revocatur; at male omnino in Deum, qui a corruptione prorſus liber eſt, ut a violentia.

(*c*) *Nulla voluntate, nulla neceſſitate, nullo improviſo caſu.* = Tres fontes expendit, e quibus corruptio poſſit emergere. Sic mala a nobis ſunt, aut voluntate, ut manifeſtum eſt; Aut neceſſitate, ut cum naturales laeſe concupiſcentiae motus exſurgunt; vel quando (caſus tamen minus frequentes, & non facile tales credendi) vehementiſſimi ſtimuli rationem, ſeu libertatem (1) abſorbent. Eſt vero corruptio noſtra improviſo caſu, cum foedum obiectum ſubito pellicit. Ex quibus tamen ſola prima corruptio moralis eſt, & reputatur ad culpam. Harum a corruptionum vel ſimilium qualibet procul Deum abeſſe acribus hic argumentis Auguſtinus evincit; ex quibus etiam diligenti meditatione expenſis pro variis diſputatae rei modis, & hypotheſibus argumenta plura deduci, ac formari poſſunt. Unde nec facile, ut nobis videtur, integer Auguſtini ſermo ad certam unam apertam formam, maxime in prima parte de voluntate deducitur. Non male tamen ſic idem ſermo colligitur & exponitur. I. Non corrumpitur Deus voluntate; Quandoquidem ſibi non vult niſi bonum: ut bonum adſequatur, neceſſum haud eſt corruptione ad aliena ire: ipſemet enim bonum eſt, quod ſibi vult; maxime quoniam ipſa corruptio malum eſt. II. Non neceſſitate: Si enim voluntas tua tanta eſt, ut conſtantiſſime bonum velit: pariter potentia, quae aeque ac voluntas magna eſt (idem enim ſunt) nequibit a bono divertere. III. Non tandem improviſo caſu Deus corrumpi, aut violari poteſt; Ipſi enim ab annis aeternis rerum omnium futurarum, immo & poſſibilium apprime conſcio, & cuius etiam ſcientia ſunt quaecunque ſunt, novi, aut improviſi quidquam obiici nequit.

Henricus Wangnereck ita hunc locum exponit „ Deus immutabilis, „ ideoque, eius voluntas *non deficit in malum*, & inviolabilis, ideo„ que *cogi non poteſt ad poenam*: „ non ab alio, quia omnibus fortior: „ non a ſeipſo, quia non eſt potentia „ eius maior quam voluntas, ut poſ„ ſit invita pati a potentia.] Haec vera ſint, & etiam forte ex aliis Auguſtini ſcriptis depromta. Sed quid ad praeſentis ſermonis expoſitionem? Non voluntate corrumpi Deum Auguſtinus hic inquit, quia vult ſibi bonum, corruptio autem bonum non eſt; non quia *immutabilis &c.* Nec, minime ad poenam cogi, quod potentia maior non ſit quam voluntas; ſed ex oppoſito (ut omnes, & ipſe etiam Henricus legit) quia voluntas non eſt maior potentia.„

Argumentum autem exorditur S. D. ab illis verbis: *Quoniam ipſe eſt Deus*: quod ex iis, ditiſſimo velut è fonte dotes inſignes effluant, quae inde proponuntur.

Ex illis verbis: *Nulla natura eſt, niſi quia noſti eam* Thomiſtica, & fere communis ſententia (cui & alibi ſaepe Auguſtinus ſuffragatur) ſtabiliri poſſet contendens, ad Scholae rigorem dicendum eſſe, futura eſſe quaeconque talia ſunt,

(1) Vide S. Thom. p. 2. q. 77. ar. 2.

ſunt, quia Deus ea praenovit; non praenoviſſe Deum, quia futura erant. Sed dum ad communem utilitatem ſcribimus, nolumus ullius Scholae, quae alicui peculiaris videri poſſet partes agere.

(*d*) *Quando ſi hoc eſſet, non eſſet Deus?* = Cum Deus a quocunque accidenti expeditus ſit: quidquid aut mali ei ad‘gis, aut boni ab ipſo tollis: mox totum infringis, ac Deum negas. At vero ſpeciali id ratione, ſi corruptioni ſubiicias, primos enim de Numine conceptus tollis: Eſt ſiquidem illud cuius eſſentia exiſtere eſt; cuius virtute quod non erat fuit: quodque eſt in nihilum minime abit. An ne igitur citra nedum errorem, ſed implacabilem verborum luctam, & etiam inſaniae notam tali Numini corruptionem dabis, quae labi quoddam eſt, ac deficere.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

Nulla malam ratione in Deum revocari poſſe omnino ſuaſus, in illius detegendo fonte adhuc torquetur. Univerſam creaturam tum corporalis, tum ſpiritualis ordinis in unum collectam quaſi ſpongiam a Deo nullis finito limitibus mari comparato, undique obſitam, ac penetratam ſibi fingit; & quaerit unde ipſi ſpongiae malus genius irrepſerit? Si dicas malam praeexſtitiſſe materiam, quam formavit, ordinavit, infectam tamen omittens; Cur inquiet ipſe? An Omnipotens eam ab omni detergere ſorde non valuit? Cur eam adſumere in opus, & non potius conſumere? Aegre ipſo ferente conſiſtere potuit? Si aeterna, cur immenſo temporis ſpatio illam non curans, tanta poſt ad opus adſumſit? Quod ſi ſubito otii pertaeſus, ſuam voluit exercere potentiam: quam bene illam ad nihili abyſſum reiiciendo: ut ſic ſolus ipſe emineret, bonum verum, totumque, ſummum, & infinitum! Aut ſi aequitas poſtulabat, ut a tanto bono ſecundae bonitatis quidquam emergeret; cur non potius priori inquinata materia demta, novam defaecatiſſimam inſtituere, ex qua omnia itidem prorſus munda fabricarentur? Tot, ac talibus Auguſtinus olim quaeſtionum ambagibus tortus, dum mali latentem fontem utroque oculo caperet intueri: & interim mortis imagine graviſſime punctus, ac territus. Quanquam iam in Catholica Eccleſia Chriſti fidem ſerio teneret, quam quidem ita imperfectam, & fluitantem magis in dies formabat, ac ſtabiliebat.

ET quaerebam, unde malum; & male quaerebam: & in ipſa inquiſitione mea non videbam malum (*a*). Et conſtituebam in conſpectu ſpiritus mei univerſam creaturam, quidquid in ea cernere poſſumus, ſicuti eſt terra, & mare, & aer, & ſidera & arbores, & animalia mortalia; & quidquid in ea non videmus, ſicut firmamentum caeli, inſuper & omnes Angelos, & cuncta ſpiritalia eius; ſed etiam ipſa quaſi corpora eſſent, locis & locis ordinavit imaginatio mea; & feci unam maſſam grandem diſtinctam generibus corporum creaturam tuam (*b*), ſive quae vera corpora erant, ſive quae ipſa pro ſpiritibus finxeram; Et eam feci grandem, non quantum erat, quod ſcire non poteram, ſed quantum libuit, undique verſum ſane finitam. Te autem, Domine, ex omni parte ambientem & penetrantem eam, ſed uſquequaque infinitum; Tanquam ſi mare eſſet ubique, & undique per immenſa ſpatia infinitum ſolum mare: & haberet intra ſe ſpongiam quamlibet magnam, ſed finitam tamen, plena eſſet undique ſpongia

Digitized by Google

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. t. Val. X. Theod. VII.

gia illa ex omni ſua parte ex immenſo mari: ſic creaturam tuam finitam, te infinito plenam putabam; et dicebam: Ecce Deus, & ecce quae creavit Deus: & bonus eſt Deus, atque his validiſſime longiſſimeque praeſtantior; ſed tamen bonus bona creavit, & ecce quomodo ambit atque implet ea. Ubi ergo malum, & unde, & qua huc irrepſit? Quae radix eius, & quod ſemen eius? An omnino non eſt? Cur ergo timemus & cavemus quod non eſt? Aut ſi inaniter timemus, certe vel timor ipſe malum eſt, quo incaſſum ſtimulatur, & excruciatur cor. Et tanto gravius malum, quanto non eſt, quod timeamus, & timemus. Idcirco aut eſt malum, quod timemus: aut hoc malum eſt quia timemus. Unde eſt igitur? quoniam Deus fecit haec omnia, bonus bona. Maius quidem & ſummum bonum minora fecit bona: ſed tamen & creans & creata, bona ſunt omnia. Unde eſt malum? An unde fecit ea, materies (*c*) aliqua mala erat, & formavit atque ordinavit eam, ſed reliquit aliquid in illa, quod in bonum non converteret? Cur & hoc? an impotens erat totam vertere & commutare, ut nihil mali remaneret, cum ſit omnia potens? Poſtremo cur inde aliquid facere voluit, ac non potius eadem omnipotentia fecit, ut nulla eſſet omnino? Aut vero exſiſtere poterat contra eius voluntatem? Aut ſi aeterna erat, cur tamdiu per infinita retro ſpatia temporum ſic eam ſivit eſſe, ac tanto poſt placuit aliquid ex ea facere? Aut iam ſi aliquid ſubito voluit agere, hoc potius ageret omnipotens, ut illa non eſſet: atque ipſe ſolus eſſet totum, verum, & ſummum, & infinitum bonum. Aut ſi non erat bene, ut non aliquid boni etiam fabricaretur & conderet, qui bonus erat: illa ſublata & ad nihilum redacta materia, quae mala erat, bonam ipſe inſtitueret, unde omnia crearet. Non enim eſſet omnipotens, ſi condere non poſſet aliquid boni, niſi ea, quam ipſe non condiderat, adiuvaretur materia. Talia volvebam pectore miſero, ingravidato curis mordaciſſimis de timore mortis, & non inventa veritate, ſtabiliter tamen haerebat in corde meo (*d*), in Catholica Eccleſia fides Chriſti tui, Domini & Salvatoris noſtri: in multis quidem adhuc informis, & praeter doctrinae normam fluitans (*e*), ſed tamen non eam relinquebat animus, immo in dies magis magiſque imbibebat.

(*a*) ***Et in ipſa inquiſitione mea non videbam malum.*** = Cur male quaerebam, niſi deficiens iniuſto mali examine? Malum igitur defectus quidam eſt, adeoque ſolam ipſam inquiſitionem meam adtendens, mali naturam, cauſſamque deprehendere poteram.

Haec autem inquirit, ut videa, certus cum Eccleſia Catholica, peccatum nullo modo revocandum in Deum.

(*b*) ***Diſtinctam generibus corporum creaturam tuam.*** = Lectio haec eſt Vet. Am. Er. Lov. Som. Wangnereck BB. & ſeptem e noſtris MSS. At MSS. 4. a BB. laudati, nec non x. S. Cr. unus Med. unus item S. Mar. & Ricar. ***creaturarum tuarum.*** Verum ſermonis huius (ex quo communis lectio firmatur) talis eſt ſenſus: Et manuum tuarum opus, in diverſa diſtributum, feci quaſi maſſam grandem. Vel: Et feci unam maſſam grandem .... quae creatura tua eſſet. Prior tamen ſenſus probabilior eſt.

Ceterum Deum, ut patet, non ita ſerio Auguſtinus credidit: ſed ita ſibi finxit ad bene inſpiciendum, ac diſputandum, unde nobis malus genius irrepſerit. Ut autem metaphora potuit fieri, optime Dei immenſitatem cuncta pervadentem expreſſit. Certe quid amplius valuere Philoſophorum ſummi naturali minerva? Aratus poeta, ac philoſophus:

„ Ab Iove principium facimus, quem
„ dicere nunquam
„ Ceſſant ore viri, Iove nam ſunt
„ omnia plena:

„ At-

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

„ Atque hominum coetus implet ſi-
„ mul aequora ponti
„ Et portus Iove mortalis namque in-
„ diget omnis
„ Eius enim genus exiſtimus &c.

Quae poſtrema verba Apoſtolus Act. 17. 28. ore ſuo conſecravit (s). Quibuſque ſimilia dedere Pythagoras, Phoclydes, Pindarus, Ovidius.

(c) *Unde eſt malum? An unde fecit ea, materies &c.* = Ita BB. qui in imo margine „ Ita MSS. cum Bad. & „ Arn. At Am. Er. Lov. mutata in- „ terpunctione habent, *Aut unde fecit ea? Materies &c.*] Nobiſcum ſunt etiam Vet. & MSS. ſeptem Etruriae. At Som. Wangn. & MSS. 4. oppoſitam lectionem habent.

Noſtrae lectionis hanc rationem damus: Non adhuc Auguſtinus materiae, unde factum univerſum hoc fingi poteſt, ſuſpicionem induxerat; non igitur adeo commode legitur; *Aut unde fecit ea?* quod ſuſpicione de creatura a materia infecta, a qua deducta eſt, poſterius videtur. Congruum autem eius rei examinis & ſuſpicionis exordium eſt, *An unde &c.*

Ceterum Deus e nihilo univerſum eduxit; in quo maxime omnipotentiam exercuit: prodiditque eſſe ſe infinitae virtutis. Facta autem hypotheſi, inquinatam praeeſtitiſſe materiam, optima eſt Auguſtini diſputatio, aequi fluctus, & aeſtus. At quis nedum Catholicus, ſive Chriſtianus, ſed vel tantum unius Numinis cultor hypotheſim illam ſerio permittet? Materia enim ante quamlibet Dei actionem, quam *ad extra* viri de Schola appellant, exſiſtens nequivit ſeipſam conficere: alterum ergo numen fingas oportet, a quo ſit illa confecta.

(d) *Stabiliter tamen haerebat in corde meo &c.* = Henricus Wangnereck hunc locum dilucidans, expendit Auguſtini progreſſus in divina ſapientia, & inde addit „ Solum reſtabant duae ex „ haereſi Manichaeorum reliquiae. I. „ Nondum intelligebat Deum eſſe in- „ corporeum. II. Quomodo malum eſ- „ ſet, nec ulla tamen creatura mala eſ- „ ſet. Ideoque *fidem ſuam* vocat *in* „ *multis informem*, nondum ſcilicet Ca- „ tholicus, ſed Catechumenus inter Ca- „ tholicos.

Qua ratione homo Manichaeorum adhuc reliquiis infectus Catholicam fidem teneret, licet informem: & Catechumenos inter adcenſeretur; qua item ratione iam Catechumenus, nondum Catholicus eſſet, non videmus.

Dicimus ergo, quod alibi innuimus, Auguſtinum Manichaeorum blaſphemias, earumque reliquias iam abieciſſe: ſed utcunque Eccleſiae retentis dogmatibus de eorum modis tortum ac viis; quod & viris de Schola prorſus Catholicis paſſim contingit; Quod ea verba deſignant: *In multis quidem adhuc informis, & praeter doctrinae normam fluitans.* Informis hic veritas dicitur, quae confuſa eſt, maleque digeſta. Unde quod veritas informis, hoc praeter doctrinae normam fluitans. Doctrinae norma eius modus ac via eſt. Sic qui liberum arbitrium, & efficacem Dei gratiam fatetur: qua ratione autem unum cum alio conſiſtat ignorans, Eccleſiae dogma tenet, & praeter doctrinae normam fluitat. *Norma* enim menſura, vel ordo quidam eſt. Sed & aliis rationibus Auguſtini doctrina adhuc informis erat: quod ſcilicet caritate, vel gratia Deo acceptum faciente deſtituta: & quod baptiſmate Chriſtianorum caractere minime obſignata eſſet.

(e) *Praeter doctrinae normam fluitans.* = Bad. Am. Vet. Er. Lov. & Wangn. quibus 3. MSS. ſuffragantur, *fluctuans*. Sed aptius Som. BB. 2. MSS. Med. 2. S. Mar. Ricar. Feſ. Cat. & optimus S. Cr. *fluitans*. Hoc enim verbum levem, illud magnum motum deſignat. Iam autem vix non omnino in Eccleſiae ſinu Auguſtinus conquieſcit. Et quidem non inquit S. Doctor, circa, ſed, *praeter doctrinae normam*. Unde vero (ex qua haec metaphora) praeter vaſis menſuram vadens, ſeu a vaſe cadens, *fluitat*, non fluctuat, Et eſt ſenſus ſe a doctrinae norma, hoc eſt modis, vel menſuris exiiſſe. Idem autem verbum in eamdem propemodum ſignificationem adſumit S. D. lib. 13. c. 2. n. 2. & c. 4. & lib. 2. de Gen. ad litt. c. 1. n. 1. ut referemus l. 12. c. 8. C. Item l. de Gen. Impetf. c. 10. n. 32. & alibi.

CA-

(s) Vide infra c. 9.

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Ut videas quam e proximo hoc anno ſalutares Catholicae Eccleſiae defaecatam doctrinam, profitetur ſe iam olim Mathematicorum deliramenta abieciſſe. Firmino enim ea, in arte haud eximio, eximioram tamen conſaltori curioſiſſimo, ab ipſo quaedam ex ea ſciſcitanti, interim nutans, quod occurebat repoſait: addens tamen ſibi prope iam perſaaſam, ridicula eſſe illa, & inania. Tum vero Firminus candide factum exhibuit, a Patre, eiuſque amico obſervatum, duos videlicet ſub eadem prorſus conſtellatione genitos in ſortes maxime diſſimiles, atque contrarias abiiſſe. Qua experientia ab immodicis eius artis fautoribus diligentiſſime inſpecta mirum Auguſtinas in modum concuſſus, ſuperſtitionem illam prorſus exuit, ab eaque docto, & acri ſermone Firminum quoque ſemovit. Inde autem accepto aditu, ne cuiuſpiam nimis duri, de exacta facti veritate ambigentis pertinacia in detectae veritatis diſcrimen poſſet adduci: geminoram arcanum (Eſau, & Iacob in exemplum adſumtis) ſibi obiecit, quos ſub eodem ſtellarum inſpectu effuſos admodum diſſimiles ſortes non raro ſequuntur.

I. IAm etiam Mathematicorum fallaces divinationes, & impia deliramenta reieceram. Confiteantur etiam hinc tibi de intimis viſceribus animae meae miſerationes tuae Deus meus. Tu enim, tu omnino, nam quis alius a morte omnis erroris revocat nos, niſi vita quae mori neſcit, & ſapientia mentes indigentes illuminans, nullo indigens lumine, qua mundus adminiſtratur uſque ad arborum volatica folia? Tu procuraſti pervicaciae meae, qua obluctatus ſum Vindiciano acuto ſeni, & Nebridio adoleſcenti mirabilis animae: illi vehementer adfirmanti, huic cum dubitatione quidem aliqua, ſed tamen crebro dicenti, non eſſe illam artem (*a*) futura praevidendi: coniecturas autem hominum habere ſaepe vim ſortis, & multa dicendo, dici pleraque ventura, neſcientibus eis qui dicerent, ſed in ea non tacendo incurrentibus. Procuraſti ergo tu hominem amicum, non quidem ſegnem conſultorem Mathematicorum, nec eas litteras bene callentem, ſed, ut dixi, conſultorem curioſum, & tamen ſcientem aliquid quod a patre ſuo ſe audiſſe dicebat: quod quantum valeret ad illius artis opinionem evertendam ignorabat. Is ergo vir nomine Firminus (*b*), liberaliter inſtitutus & excultus eloquio, cum me tanquam cariſſimum de quibuſdam ſuis rebus, in quas ſaecularis ſpes eius intumuerat conſuleret, quid mihi ſecundum ſuas, quas conſtellationes appellant, videretur: ego autem qui iam de hac re in Nebridii ſententiam flecti coeperam, non quidem abnuerem coniicere ac dicere quod nutanti occurrebat; ſed tamen ſubiicerem, prope iam mihi eſſe perſuaſum, ridicula eſſe illa & inania. Tum ille mihi narravit patrem ſuum fuiſſe librorum talium curioſiſſimum, & habuiſſe amicum aeque illa ſimulque ſectantem, qui pari ſtudio & collatione flatabant in eas nugas ignem cordis ſui (*c*), ita ut mutorum quoque animalium, ſi quae domi parerent, obſervarent momenta naſcentium, atque ad ea poſitionem caeli notarent, unde illius quaſi artis experimenta

col-

colligerent. Itaque dicebat, audiſſe ſe a patre ſuo, quod cum eumdem Firminum praegnans mater eſſet, etiam illius paterni amici famula quaedam pariter utero grandeſcebat, quod latere non potuit dominum, qui etiam canum ſuarum partus examinatiſſima diligentia noſſe curabat. Atque ita factum eſſe, ut cum iſte coniugis, ille autem ancillae dies & horas minutioreſque horarum articulos cautiſſima obſervatione numerarent, enixae eſſent ambae ſimul, ita ut easdem conſtellationes, uſque ad easdem minutias utrique naſcenti facere cogerentur, iſte filio, ille ſervulo. Nam cum mulieres parturire coepiſſent, indicaverunt ſibi ambo, quid in ſua cuiuſque domo ageretur, & paraverunt quos ad ſe invicem mitterent, ſimul ut natum quod parturiebatur eſſet cuique nuntiatum, quod tamen ut continuo nuntiaretur tanquam in regno ſuo facile effecerant. Atque ita qui ab alterutro miſſi ſunt tam ex paribus domorum intervallis ſibi obviam factos eſſe dicebat, ut aliam poſitionem ſiderum, aliaſque particulas momentorum, neuter eorum notare ſineretur; Et tamen Firminus amplo apud ſuos loco natus, dealbatiores vias ſaeculi curſitabat (*d*), augebatur divitiis, ſublimabatur honoribus: ſervus autem ille conditionis iugo nullatenus relaxato, dominis ſerviebat, ipſo indicante, qui noverat eum.

A.Ch. 385. Aug. 31. Mon. 14. Ad. XIII. Siric. 1. Val. X. Theod. VII.

II. His itaque auditis & creditis, talis quippe narraverat (*e*), omnis illa reluctatio mea reſoluta concidit; & primo Firminum ipſum conatus ſum ab illa curioſitate revocare, cum dicerem conſtellationibus eius inſpectis ut vera pronuntiarem debuiſſe me utique videre ibi, parentes inter ſuos eſſe primarios, nobilem familiam propriae civitatis, natales ingenuos, honeſtam educationem liberaleſque doctrinas. At ſi me ille ſervus ex eiſdem conſtellationibus (quia & illius ipſae eſſent) conſuluiſſet, ut eidem quoque vera proferrem, debuiſſe me rurſum ibi videre abiectiſſimam familiam, conditionem ſervilem, & cetera longe a prioribus aliena, longeque diſtantia. Unde autem fieret ut eadem inſpiciens diverſa dicerem, ſi vera dicerem; ſi autem eadem dicerem, falſa dicerem: inde certiſſime colligi ea (*f*); Quae vera conſideratis conſtellationibus dicerentur, non arte dici, ſed ſorte; quae autem falſa, non artis imperitia, ſed ſortis mendacio (*g*). Hinc autem accepto aditu (*h*), ipſe mecum talia ruminando, ne quis eorumdem delirorum qui talem quaeſtum ſequerentur, quos iam iamque invadere atque irriſos refellere cupiebam, mihi ita reſiſteret, quaſi aut Firminus mihi, aut illi pater falſa narraverit: intendi conſiderationem in eos, qui gemini naſcuntur, quorum plerique ita poſt invicem funduntur ex utero, ut parvum ipſum temporis intervallum, quantamlibet vim in rerum natura habere contendant, colligi tamen humana obſervatione non poſſit, literiſque ſignari omnino non valeat, quas Mathematicus inſpecturus eſt, ut vera pronunciet. Et non erunt vera quia eaſdem litteras inſpiciens, eadem debuit dicere de Eſau & Iacob, ſed non eadem utrique acciderunt; Falſa ergo diceret: aut ſi vera diceret, non eadem diceret, etiamſi eadem inſpiceret. Non ergo arte ſed ſorte vera diceret. Tu enim Domine iuſtiſſime, moderator univerſitatis conſulentibus conſultiſque neſcientibus occulto inſtinctu agis (*i*): ut dum quiſque conſulit, hoc audiat quod oportet eum audire occultis meritis animarum ex abyſſo iuſti iudicii tui, cui non dicat homo: Quid eſt hoc? ut quid hoc? non dicat, non dicat; homo eſt enim (*l*).

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

(*a*) *Non eſſe illam artem* = Ita Vet. Am. MS. a BB. nulla exceptione laudati & undecim e noſtris MSS. At editi, quos BB. ſequuntur, *ullam*. Fortean quia ſic paſſim loquimur. Concinnius tamen pro Auguſtino, *illam*: ſermo eſt enim de arte illa ſic decantata. Hic autem refert ſe Auguſtinus ad quod enarraverat l. 4. c. 3. n. 3.

Quanquam vero Auguſtinus ſuperſtitioſa Aſtronomia aliquando captus ſit; nunquam tamen arbitrii humani iura prorſus ſubſtulit; Quod iam olim obſervabat Ludovicus ab Angelis de Vita, & Laudibus S. Doctoris lib. 1. c. 4. hiſce verbis: *Aſtrologus fuit: ſed liberi arbitrii nunquam arbiter, ex variis ſtellarum aſpectibus, & ſuſpectis iudiciis, de quibus*, mihi perſuaſum *ait &c.*

(*b*) *Nomine Firminus*. = Bollandi Continuator ad diem 28. Auguſti in *Actibus primibus, ſive prima vitae parte &c.* c. 14. 6. quaſi ſuſpenſus profitetur: *Firminus hic alibi mihi non occurrit*. Nec quidem nobis occurrit: quid ergo? Anne ut homo inducitur; quem totius orbis fama celebraret, vel celebrare deberet?

Firminus hic ab Auguſtino tanquam cariſſimo, & in Mathematicis celeberrimo ſecretiorum ſuarum rerum iudicium conſiliumque poſtulavit; Forte utrum nobile munus, in quod deperibat, ſibi obventurum eſſet? Recole dicta lib. 4. c. 3. A.

(*c*) *Flatabant in eas nugas ignem cordis ſui*. = Diligentiſſimis Benedictinis Patribus adſtipulamur, qui haec obſervant „ In editis pleriſque: *& calla„ tione flagrabant in eas nugas igne cor„ dis ſui*. Caſtigavit Arn. *flabant ignem*. „ Nos ex MSS. reſtituimus *flatabant*: „ quo in verbo quia minime familiare e„ rat, lapſi ſunt librarii, & lucum cor„ ruperunt. Id porro uſurpat Arnobius „ adverſus Gentes lib. 2. circa medium, „ *Quid mimulat, hiſtriones, cantores „ tuba, tibia, calamoque flatantes*.] Vet. & MSS. 2. S. Cr. ſunt cum ceteris editis. MS. S. Mar. cum Arn, At unus S. Mar. Car. & Feſ. *flagitabant*.

Omnium tamen lectionum eſt idem ſenſus: Firmini Patrem ſcilicet, eiuſque amicum cordis intimis, & vehementer in Aſtronomicarum nugarum amorem deportatos.

Inquiens infra Auguſtinus: *tanquam in regno ſuo facile effecerunt*: familiam regno comparat, cui paterfamilias tanquam rex praeſidet. Hinc vulgatum illud de familiae digniori: *Ognuno è principe in caſa propria*.

(*d*) *Dealbatiores vias ſaeculi ſuſpitabat*. = *Ioannes Pherepanus* ita hunc locum exponit „ Viae munitae opere „ publico quadrato lapide, calce in„ terlito ſtratae erant, quae cum reſi„ ciebantur, nova calce hiantibus lapi„ dum rimis immiſſa, dealbatae videban„ tur; quamobrem *dealbatiores viae* di„ ci vulgo poterant quae diligentius cu„ rabantur, ac proinde commodiores e„ rant. Hinc translata videtur haec „ metaphora. Vide ſi placet, *Nicolaum „ Bergierium* de publicis, & militari„ bus Imperii Romani viis lib. 11. c. „ 18.

Simplicius, ac minori eruditionis oſtentatione eamdem metaphoram dilucidaverat iam olim Henricus Waugnereck: *Splendidiores*, inquit, *honorantiores, & hominum iudicia feliciores: cum ſaepe in oculis Dei melior, adeoque & felicior ſit Servus, quam Dominus*.

Cui horum palma danda eſt? Poſteriori; Nec enim quaerimus quis dealbatiora verba eructaverit; ſed quia aptius ad punctum collimaverit, & veroſimilius Auguſtini mentem retexerit. Tota ea machina de viarum albedine tanto erecta labore ad Hypponenſes plagas, in quibus haec Auguſtinus ſcribebat, deportata mox fortaſſis praeceps rueret: nec enim manifeſtum eſt apud eaſdem eum pingendi uſum invaluiſſe. Sed utut res iſta ſe habuerit; Semove prudens Lector verborum fucum: & dic mihi: an probabilius cenſeas, virum ſanctiſſimum eo loci ubi humanam vanitatem, ſaeculique fucum exſecratur, ex profana, & peculiari re metaphoram ſuam ſumſiſſe; & non potius communem, maxime apud Eccleſiaſticos ornare dicendi modum ſequutum: quo rem in ſecretioribus lutulentam, ac trucem: in ſpeciem ſplendidam, & pellicientem dealbatam appellamus? Sic Apoſtolus Actor, 23. 3. Ananiam Sacerdotii ſplendore malitiam & livorem contegentem dealbatum parietem appellavit: *Percutiet te Deus paries dealbate*. Cuius metaphorae vim ſenſumque non ex noſtro, nun ex alieno, ſed ex ipſo Auguſtinenſi marte tibi exhibemus: *Paries quippe dealbatus hypocriſis eſt, ideſt ſimulatio ſacerdotalem praeferens dignitatem, & ſub hoc nomine tanquam candido tegmine interiorem quaſi luteam turpitudinem occultans*. De Serm. Domini in monte ſecundum Matth. lib. 1. c. 19. n. 58. Et lib. de Mendacio, c. 15.

15. n. 27. *Altiſſime intuens ſacerdotiam Iudaeorum iam tale factum fuiſſe, ut nomine forinſecus niteret, intrinſecus autem lateis concupiſcentiis ſorderet.* Et ipſe Redemtur Matth. 23. v. 27. & 28. *Vae vobis Scribae, & Phariſaei hypocritae: quia ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quae a foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos &c.*

Haec potius pia, graviora, ootiora, religioſu ſcriptore digna Auguſtinum inſpexiſſe cenſendum eſt: quam peculiarem ineptiam illam viae calce depicae. Peculiarem dixi, non quaſi non omnibus notam; quovis tempore ſiquidem, & etiam num, non in quibuſdam, ſed in plurimis Europae partibus & privatae & publicae viae ea ratione contexuntur, atque firmantur. Unde non eſt cur *Pherep.aes* prodat rem illam cuiquam minime caecu notiſſimam, veiut ex eruditione recondita. In caſſum nempe curat ſemper, & ex quacunque ineptia: *Et vincire novis tempora floribus.* Ut cum Horatio loquar lib. 4. Od. 1.

(*e*) *Talis quippe narraverat.* = Teſtis nimirum omni exceptione maior. Firminus iquidem ea ſuperſtitione vehementer captus fuerat: qui a Patre ſimilis genii homine ſuperſtitionem illam acceperat. Quicunque autem quod in proprium caput vergit depooens, teſtis dicitur omni fide digniſſimus. Innuit autem S. Doctor, non ſe tum primum, ſed maxime ac prorſus ſuperſtitionem illam abieciſſe. Iam enim Firmino conteſtatus fuerat, *prope ſibi perſuaſam, ridicula eſſe illa, & inania.*

(*f*) *Inde certiſſime colligi ea; Quae vera &c.* = In obſequium BB. ſic ſcripſimus, qui in Syllabo codicum, ad quos de novo &c. haec admonent „MSS. „ tres Angl. *inde certiſſime colligi ea.* „ Sic legendum emendata Interpunctio„ ne, quam in textum induxeramus.] Editi paſſim ſcribunt: *Inde autem certiſſime colligi, ea, quae vera &c.* Immo non, *colligi*, ſed, *collegi*; ex eo forte decepti, quod velut apud ſemetipſum ſolus Auguſtinus diſputet; cum tamen hic ſermo ad argumentum referatur Firmino exhibitum: *Cum dicerem &c. debuiſſe me &c.* quibus verbis *colligi* reſpondet, non, *collegi*.

Quod ad interpunctionem ſpectat, quam potiſſimum Patres emendatam voluere minoris momenti res eſt, ut conſtat. Nec adeo facile emendationem talem urgenti cauſſa factam fuiſſe probabitur. Aliqui autem ex noſtris MSS. fere adſentiuntur.

(*g*) *Sed fortis mendacia.* = Dixerat vera nonnunquam a Mathematicis adtigi, non arte, ſed forte; Ne autem cenſeres *fortem* Paganorum ſenſu poſitam, quaſi quiddam ſit, quod res has inferiores teneat, impellat, ac moderetur: addit in caſſum ire Mathematicorum iudicia fortis mendacia, nempe fortis inconſtantia; ſors autem inconſtans pro hac re idem eſt ac caſus. Noli mirari igitur, vel artis imperitiam ſuſpicari, cum Mathematicum deceptum audis: id enim artis natura poſtulabat: nunniſi quippe forte, ſcilicet caſu aliquotiens collimavit ad punctum. Recole dicta l. 4. c. 3. H.

(*h*) *Accepto aditu &c.* = Bad. Am. Er. cum quinque MSS. a BB. laudatis, quibus ſuffragantur MSS. 4. *audita.* Non intoleranter, quaſi inde fuerit illuminatus. At veroſimilior, & concinnior praelata vox: quam Vet. Lov. Som. Wangn. & noviſſime BB. nec non 3. MSS. Med. MS. S. Mar. Ricar. Feſ. Car. habent: ea enim viam ſibi paraſſe S. Doctor ſignificat ad exeundum a Mathematicorum manibus, eoſque revincendos. Negata enim per ſummam audaciam experientia a Firmino exhibita: ſolerter Auguſtinus adtendit, idem & quidem ampliori iure geminorum exemplo urgeri poſſe. Illi enim aut eodem prorſus tempore effunduntur: aut tam brevi morula diſcrepant, ut diverſae rationes humana diligentia in Caelis inſpici nequeant &c.

(*i*) *Non eadem diceret, etiamſi eadem inſpiceret.* = Et lectionem hanc in obſequium BB. praetulimus; Cum aeque bene plures codices, ut Vet. Feſ. unus MS. S. Mar. habeant: *at eadem inſpiceret*; a quibus non diſcordat quo ad rem argumenti Car. omittens, *at*, ſcilicet: *Non eadem diceret: eadem inſpiceret: non ego &c.* MS. S. Mar. *aut ſi eadem &c.* Am. Er. MS. S. Cr. omnino male: *ſi eadem inſpiceret: Non ergo &c.* MS. Ricar. *aut eadem inſpiceret. Non &c.*

Hoc argumentum contra Priſcillianiſtas, alioſque fatuos aſtrorum captivos Gregorius aliique Patres Auguſtino poſteriores recuderunt, inculcarunt; ſed vide an quiſquam ut ille ad Dialecticae iura tam bene, & exacte?

(k) *Occulto inſtinctu agis, ut &c.* = Iam Integrum Vindiciani reſponſum confirmat, ſeu ediſſerit, aut aequivocis verbis expreſſum manifeſtum, ac tutum red-

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon.
54. Ad. XIII.
Siric. I. Val.
X. Theod. VII.

reddit. Surtem ille obtulerat lib. 4. e. 3. & etiam inſtinctum ab alto manantem: *Si ex anima humana ſuperiore aliquo inſtinctu, neſciente quid in ſe fieret &c.* Et ſortem hic adſtruit Auguſtinus: mendacem tamen, ideſt incunſtantem, quae videlicet in idem vadat cum caſu. Et occultum inſtinctum, qui tamen in Deum univerſitatis moderatorem, non in ſortem, non in fatum, vel fortunam revocetur.

Verum integrae ſententiae, maxime eorum verborum, *occultis meritis animarum*, ſenſus nonnihil obſcurus eſt. Fortaſſis intuetur divinae praedeſtinationis abyſſum, e qua ad homines quaedam non raro dimanant, pro quibus ſi merita poſtules, palpes ad tenebras. Non artis excellentia, vel imperitia, ſed praedeſtinationis abyſſo occulto inſtinctu agente Mathematici aut vera, aut falſa praenuntiant. Et eadem abyſſo, ſeu occulto Dei iudicio contigit, Auguſtinum a Firmino, & hunc ab Auguſtino quaedam reportare, quibus utriuſque ſalus facta eſt.

Inquies tamen: Duo Auguſtinus repoſuit: Sortem: & Numinis occultum inſtinctum. Si Mathematicorum metamorphoſes divino inſtinctu ordinantur, non igitur in ſortem revocandae ſunt.

℞. Quae praeter naturae iura in inferioribus hiſce conſpiciuntur: & Dei non certo manifeſtoque, ſed recondito & occulto tantum iudicio diriguntur, non male humano ſenſu ac verbo in caſum revocamus: natura ſcilicet penſata, non eius occulto motore. Alias cum nihil praeter divinam diſpoſitionem vel contingat, vel contingere poſſit, *caſus* vox delenda erit ab orbe. Sic te iaculo, quo volebas feram, hominem confodiente, caſum habemus: quanquam id praeter omnem Numinis voluntatem factum, vel ſuſpicari haereticum, impium, & iuſta etiam in Philoſophia erroneum ſit.

(*i*) *Homo eſt enim.* = Divinorum iudiciorum abyſſum ſuſpexerat, iuxta illud Pſal. 35. 7. *Iudicia tua abyſſus multa.* Et alterum Rom. 11. 33. *O altitudo divitiarum ſapientiae, & ſcientiae Dei: quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inveſtigabiles viae eius!* Nunc eum eodem ſubſumit: *Dicis itaque mihi: Quid &c. O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit &c.* Rom. 9. v. 19. & 20. De quo ipſe S. D. Serm. 165. de Verbis Apoſt. Epheſ. 3. (Alias, 7. de Verb. Apoſt.) c. 7. n. 9. =
„ Quare illum, & quare illum: quare
„ non illum, atque illum; nolo a me
„ quaeras. Homo ſum: profundum cru-
„ cis adverto, non penetro: expave-
„ ſco, non ſcrutor. Inſcrutabilia ſunt
„ iudicia eius, inveſtigabiles viae eius.
„ Homo ſum, homo es: homo erat qui
„ dicebat: O homo tu quis es, qui re-
„ ſpondeas Deo? Homo dicebat, homini
„ dicebat. Audiat homo, ne pereat ho-
„ mo, propter quem Deus factus eſt ho-
„ mo] Vide etiam, ſi placet, lib. QQ. 83. q. 68. n. 1. & de Diverſ. QQ. ad Simplicianum lib. 1. n. 17.

Apud Italicos codices ultima huius ſermonis pars ita legitur „ Facendo che
„ chiunque ricerca l'avvenire, intenda
„ ciò che conviene intendere degli oc-
„ culti meriti dell' anime ec. ma non
„ ſappia dir l'uomo, che coſa ſia quel-
„ la, o per qual cagione così ſi fac-
„ cia; nò, nol ſappia nol ſappia perchè
„ appunto egli è uomo.

Vah pinguem, in traductore intolerabilem ipſius quoque uſitatae Grammaticae ignorantiam! Non inquit Auguſtinus, *de occultis*, vel, *occultorum*: ſed *occultis meritis*: Ideſt. *Per occulti*, vel, *andando frà tanti occulti i meriti ec.* Nec dixit, neſciat, ſed, *non dicat*. Maxime quoniam in interrogatione ſermo eſt. Sic ergo vertendum erat: *A cui* (cioè, a Dio) *non richieda l'uomo: che coſa mai è queſta? o pure: a che queſta coſa? Ciò non dica, non dica, conciſſiachè l'è uomo.*

CA-

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Mathematicorum vinculis ſolutus, adhuc in liquida mali origine detegenda caligabat. Ne cenſeas tamen omni divina luce deſtitutum, profitetur iam tum Deum exſiſtere, in ſubſtantia incommutabilem, humanas res curare, & iudiciaria maieſtate diſcutere, in Chriſto, atque Scripturis ab Eccleſia exhibitis aeternae patriae viam poſitam non ignoraſſe, libenter profeſſum eſſe, lucida, acri adſenſione tenuiſſe. Horum dogmatum tuta velut in arce conſiſtentium nullo diſcrimine, in adſerenda peccati cauſſa deficiebat: & quidem tot talibuſque aeſtuantis pectoris ſtimulis, & angoribus, ut eorum numerus, ac pondus nonniſi Numinis lancibus penderentur. Adeoquod licet cum cariſſimos ſecretiorum etiam rerum ſuarum profuſus, nedum liberalis proditor eſſet: adhuc merito diceres Auguſtini angores illis vix paululum notos. Id vero in quemdam ingenii ſui faſtum revocat; Cum ſiquidem in Numen, ſi ipſi credimus, audacem frontem erigeret, in infimarum rerum captivitatem ire meruit, earumve craſſis imaginibus opprimi.

IAm itaque me adiutor meus illis vinculis ſolveras & quaerebam unde malum, & non erat exitus. Sed me non ſinebas ullis fluctibus cogitationis auferri ab ea fide, qua credebam, & eſſe te, & eſſe incommutabilem ſubſtantiam tuam, & eſſe de hominibus curam & iudicium tuum, & in Chriſto filio tuo Domino noſtro, atque in Scripturis Sanctis, quas Eccleſiae tuae Catholicae commendaret auctoritas, viam te poſuiſſe ſalutis humanae, ad eam vitam, quae poſt hanc mortem futurae eſt. His itaque ſalvis, atque inconcuſſe roboratis in animo meo, quaerebam aeſtuans, unde ſit malum? Quae illa tormenta parturientis cordis mei, qui gemitus, Deus meus! Et ibi erant aures tuae, neſciente me (*a*). Et cum in ſilentio (*b*) fortiter quaererem, magnae voces erant ad miſericordiam tuam, tacitae contritiones animi mei. Tu ſciebas, quid patiebar, & nullus hominum (*c*); Quantum enim erat quod inde digerebatur per linguam meam in aures familiariſſimorum meorum? Numquid totus tumultus animae meae, cui nec tempora, nec os meum ſufficiebat, ſonabat eis? Totum tamen ibat in auditum tuum (1), quod rugiebam a gemitu cordis mei, & ante te erat deſiderium meum, & lumen oculorum meorum non erat mecum (*d*). Intus enim erat, ego autem foris (*e*). Nec in loco illud: at ego intendebam in ea quae locis continentur, & non ibi inveniebam locum ad requieſcendum: nec recipiebant me iſta, ut dicerem (*f*); Sat eſt, & bene eſt: nec dimittebant redire, ubi mihi ſatis eſſet bene. Superior enim eram iſtis, te vero inferior (*g*), & tu gaudium verum mihi ſubdito tibi, & tu mihi ſubieceras quae infra me creaſti. Et hoc erat rectum temperamentum, & media regio ſalutis meae, ut manerem ad imaginem tuam (*h*), & tibi ſerviens dominarer corpori. Sed cum ſuperbae contra te ſurgerem (*i*), (2) & currerem adverſus Dominum in cervice craſſa ſcuti

mei

(1) Pſal. 37.

(2) Iobi 15.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

mei (*k*), etiam iſta infima ſupra me facta ſunt, & premebant, & nuſquam erat laxamentum & reſpiramentum. Ipſa occurrebant undique acervatim & conglobatim cernenti, cogitanti autem imagines corporum, ipſae opponebantur redeunti, quaſi diceretur: Quo is indigne & ſordide? Et haec de vulnere meo creverant, quia humiliaſti tanquam vulneratum ſuperbum (1), & tumore meo ſeparabar abs te, & nimis inflata facies claudebat oculos meos.

(*i*) *Et ibi erant aures tuae, neſciente me.* = Ad Dei clementiam, ſubſidiaque deſignanda phraſis ex Sacris Scripturis deprompta: *Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eruat me.* Pſal. 30. 3. ut etiam Pſal. 16. 6. & 87. 3. In gemitibus illis, Auguſtino non attendente, Deus erat, qui eos ordinabat; quibuſque ad clementiam flectebatur. Vide cap. ſeq. A.

Superiora verba, *& eſſe de hominibus curam, & iudicium tuum:* in italicis verſionibus ita leguntur: *Voi avete cura degli uomini, e con rettitudine li giudicate.* Perperam omnimodo! & in Grammaticam nempe, & in Auguſtini ſcopum. Neque enim de rectitudine iudicii quidquam habetur. Et S. D. nos certiores facit, iam tum divinam providentiam (quam Philoſophorum nonnulli inficiati ſunt) & quidem integram, ſerio tenuiſſe: qua ſcilicet nedum homines curat, ſed & eorum actiones ad iudicium deducit. Unde vox illa, *rettitudine* delenda eſt, quae ſancta utique eſt, ſed ad praeſentem ſermonem minime ſpectat.

(*b*) *Et cum in ſilentio &c.* = Silentium hocce altum pectoris ſecretum intelliges. At ego tibi interim minime abnuens, longe probabilius exiſtimo nobile ſilentium illud Deo gratum animum eſſe, ab exterioribus hiſce modeſta diſputatione ad Deum erectum, eius voluntati non reſiſtentem, teſtimonioque non reluctantem. Quod quidem non ad arbitrium; ſed ex duplici ipſius Auguſtini doctrina conicio; Inquit enim ſub finem libri Annotat. in Iob ad illa verba c. 39. v. 35. *Semel locutus ſum, iterum non addiciam.* = „ Locutio hic intelligenda eſt progreſſus „ animae in haec exteriora, quo relin„ quit Deum, & ei reſiſtit. Unde maior „ iſte progreſſus etiam clamor in Scriptu„ ra appellatur, cum dicit Deus clamo„ rem Sodomorum (2) ad ſe perveniſſe. „ Cui locutioni, atque clamori contra„ rium eſt beatiſſimum illud ſilentium, „ de quo dicitur, Et ſilebit ſine timore „ ab omni malignitate.] Et lib. de Opere Monachorum, c. 3. n. 4. in fine. = Ec„ quemadmodum dicit, (3) *Praecipimus,* „ *& obſecramus in Chriſto, ut cum ſilen*„ *tio operantes, panem ſuum manducent,* „ non diſputent contra manifeſtiſſima ver„ ba Apoſtoli: quia & hoc pertinet ad „ ſilentium, cum quo debent operantes „ manducare panem ſuum.

Ideo ergo *tacitae contritiones animi* Auguſtini quaſi *magnae voces ad Dei miſericordiam erant*, quia in ſilentio, modeſte ſcilicet diſputabat. Dogma illud a Deo Eccleſiae, & ab Eccleſia Auguſtino propoſitum, peccatum a libero hominis arbitrio fluere, poſt tot ſudores nondum ipſe eliquidaverat; & tamen Manichaeorum blaſphemiam, in ipſis hominis praecordiis mali particulas quaſdam implicatas, a quibus ſubſtantiam bonam vincentibus peccatum gigneretur, velut primum pſeudo Theologiae lumen docentium adhuc conſtantiſſime exſecrabatur, a Deo, ab Eccleſia eiuſque doctrina non recedebat; in ſanctam fidem dogma ſibi implexum viſum exhibentem nec muſſitabat. Id, ni fallor, eſt in ſilentio de Eccleſiae dogmate diſputare.

In quo ſilentio haeretici non diſputantes, immo obſtinatis audaciſſimis clamoribus divinam vindictam provocantes, igne caeleſti abſumti ſunt; a ſancta Fide ſcilicet, ab Eccleſiae ſinu deiecti, atque aeternis flammis deſtinati.

(*c*) *Tu ſciebas quid patiebar, & nullus hominum.* = Sic quoque David Pſal. 37. v. 10. *Gemitus meus non eſt abſconditus a te.* Ubi Auguſtinus n. 14. in fine: = A te non eſt abſconditus, a mul„ tis autem hominibus abſconditus eſt &c. „ ſi ineſt deſiderium, ineſt & gemitus. „ Non ſemper pervenit ad aures homi„ num, ſed numquam recedit ab auri„ bus Dei.

Quanquam enim ingenuae amicitiae iuvenis eos pectoris ſui gemitus familiariſſimis ſuis, hoc eſt amicorum fidiſſimis, puta Alypio non reticeret; adhuc quid exponere poterat? Myſticae Theologiae non

(1) Pſal. 88. 11.
(2) Gen. 18. 20.
(3) 2. Theſſal. c. 3. v. 12.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Vel. X. Theod. VII.

non prorſus ignaris notum eſt, animarum, quas bonus Deus eum hominibus (1) deleias habens ad peculiare foedus vel traxit, vel praeparat, & caſtas voluptates, & proficuos aeſtus hominum linguis exprimi minime poſſe.

(*d*) *Totum tamen ibat in auditum tuum &c. non erat mecum.* = Protrahit ſermonem ex eodem Pſal. 37. a v. 9. uſqua ad 11. Et quod breviter effuderat, amplioribus, & nobilioribus etiam conceptibus ediſſerit. Expedit vero quaelibet ſermonis huius altiora verba diſcriminata in propatu o ponere.

Totum. = Integrum illorum aeſtuum negotium. *ibat in auditum tuum.* = Tu audiebas, intellig bas, intuebaris. *Quod rugiebam a gemitu cordis mei.* = Quod patiebar non in exterioribus, ſed in cordis mei medullis. *Et ante te erat deſiderium meum* = Et deſiderium retegendi liquidam mali cauſſam angoribus ſtipatum non ante humanos, ſed ante divinos tuos oculos erat. *Et lumen oculorum meorum non erat mecum.* = Et Deus.(2) qui *illuminat omnem hominem*, non erat mecum.

Haec omnia & ex ipſo textu, & ex iis, quae S. D. ad ea Davidis verba habet deduximus. Vide in Pſal. 37. n. 13. & 14. & ad v. 11. n. 15. Quibus omnibus tamen ex dicendis amplior lux adcedet.

(*e*) *Intus enim erat, ego autem foris.* = Cum audis, *Lumen oculoram meorum non erat mecum*: noli arbitrari Auguſtinum Dei adiutorio prorſus deſtitutum. Non erat ſecum Deus oculorum ſuorum lumen, hoc eſt, Dei veram notitiam nou fuerat adſequutus; Et quidem nil mirum: ille enim intus erat: nempe per mentis illuſtrationes intua loquebatur: Auguſtinus autem foris: quando quidem per corporalia phantaſmata vagabatur. De homine, qui intus eſt, & qui foris egimus alibi, ut l. 6. e. 1. A. Quae loquendi formulae ex Apoſtolo depromtae ſunt 2. Cor. 4. 16. Rom. 7. 22. & 23. Epheſ. 3. 16.

Erit qui praeſcotis hiſtoriae tempore minime adtento, ita huoe locum excipiat; Deum in ſecretiori Sacrarum Scripturarum ſenſu poſitum, io exteriori, nempe litterali Auguſtinus quaeſivit. Alter contra textum exponens, dicet: Auguſtinus extra Eccleſiam conſiſtens &c.

Quamquam vero ratione a nobis expenſa Auguſtiuus foris eſſet; Adhuc cum in ſilentio ſortiter quaereret: & deſiderium eius ante Deum conſiſteret: nil mirum quod, ut ſupra dixit, aures divinas proximas haberet &c. Quin immo ſi gemitus illos ad tam bonam cauſſam, tantaque modeſtia effuſos, & ante divinos oculos poſitos, orationes dicam eximias, in quas homo non adhuc bene Eccleſiae iunctus ire queat: aequi iudicii nullus, ut confido, mihi indignabitur. = Sit deſiderium tuum ante illum: & Pater, qui „ videt in occulto, reddet tibi. Ipſum „ enim deſiderium tuum, oratio tua eſt: „ & ſi continuum deſiderium, continua „ oratio. Non enim fruſtra dixit (3) Apo„ ſtolus ſine intermiſſione orantes. Num„ quid ſine intermiſſione genuflectimus, „ corpus proſternimus &c. Eſt alia inte„ rior ſine intermiſſione oratio, quae eſt „ deſiderium. Quidquid aliud agas, ſi „ deſideras illud ſabbatum, non intermit„ tis orare. Si non vis intermittere ora„ re, noli intermittere deſiderare &c.] In Pſal. 37. ad v. 10. *Et ante te eſt omne deſiderium meum.*

(*f*) *Nec conſpiciebant me iſta, ut dicerem &c.* = Ita BB. & ante ipſos Am. Er. Lov. Som. Wangn. 4. MSS. Med. 2. S. Cr. Car. Ricar. & communiter tum editi, tum MSS. codices. Non minus bene tamen, ut ex commentario patebit, Benignianenſis codex a BB. laudatus, *rapiebant.*

Vide ergo, eur lumen oculorum ſuorum, nempe Deum minime invenerit. Ipſum ab oculis carnis ſubtractum, menti praeſentem in corporeis phantaſmatibus perquirebat. Cum puriſſimus ſpiritus ſit, minime in loco eſt. At Auguſtinus quanquam nullo finitum loco libenter profiteretur: inſtar tamen protenſarum rerum, quibus locus debetur, ipſum concipiebat. Quid mirum igitur, ſi in his a quibus aberat Deus aeſtuantis ſui pectoris quietem non inveniebat? Ad iſta phantaſmata homo adpellans, in Numinis notitiam deperiens, non recipiebatur, repellebatur: ut iure minime poſſet dicere: ſat eſt, & bene eſt; Ut ſcilicet adhuc veritatem a ſe minime retectam adtenderet, antiquis pungeretur aculeis, aeſtuaret. Sed vide portentum! Licet a phantaſmatibus illis, ad quae adpulerat, non reciperetur, non raperetur: interim nec dimittebatur, ut rediret ad perfectum ſuum bonum. Videlicet, ni fallimur, ſignificat corporeis in imaginibus, in quibus conaba-

(1) Prov. 8. 31.
(2) Ioan. 1. 9.

(3) 1. Theſſ. 5. 17.

Digitized by Google

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

batur divinum eſſe intueri, non qoievifſe, non ſedatum: adhoe vero nequiviſſe ab eisdem avelli, ut ad ſpiritoale eſſe advolaret.

Vides hoc eaput non tam hiſtoriam protendere, quam plurium, qoae diverſo tempore contigere, epilogom eſſe.

(g) *Supertoe enim eram iſtis, te vera infeeioe.* = Ita profecto: Gen. 1. 26. *Faciamus bominem ad imagiaem, & ſimilitadinem naſtram: & praeſit piſcibus maris, & &c.* Pſal. 8. 8. & 1. Cor. 15. v. 26. & 27. *Omaia ſabiecifti ſub pedibus eius.* 1. Cor. 3. v. 22. & 23. *Omnia veſtra ſant, ſive &c. vas autem Chriſti, Chriſtus aatem Dei.* Et haec de ſententia. Hie aotem ni fallimur, ſermonis nexus. Dolet in rerum ſe corporearum tum amore, tum meditatione ſequelam abiiſſe: a quibos tamen non recipiebatur, ut poſſet dicere, paeem ſe adſeqoutom; & nil mirum, homo enim ſupra corporea omnia admodum eminet; pacem aotem veram perfectamqoe nonniſi altiora inferioribus impertiontur. Si aotem a non recipientibus corporeis illis fuiſſet dimiſſus, ſi quiviſſet ab iis avelli, ad ſpiritualem ſubſtantiam, ad Deum advolaſſet: qui cum immenſa maieſtate ſupra nos emineat, nobis etiam pax eſt, quies, ſolatiom. Unde ſeqoitur: *Et ss gaudium verum mibi ſabdita tibi.*

(b) *Ut manerem ad imaginem taam.* = Obſeurus eonceptus. Fortean volt debuiſſe ſe propriam animam materiae expertem meditari, ex qoa otpote imagine in qualemcomque Dei notitiam ire potuiſſet. Vel, animae ad Dei imaginem factae graviſſimo negotio (rebus ſeilicet aeternis) ſerio incumbere, & ita corpori dominari.

Probabilius tamen videtur integram ſententiam ita reddendam. = Cum ego ſopra corporea omnia eminerem: te autem longe inferior eſſem: bocee temperamentum, & oimis invicem diſtantium extremorum ſoedos excogitandum erat; Inter te, & corporea mediam qoamdam regionem inſtituere: & in ea conſiſtens, te, ut fieri poteſt, imitsrer: tibique Superiori obſequerer: & corpori velot famulo dominarer.

Verba illa, *media regio ſalatis meae,* ſic Itali reddont: *La metà della ſtrada della mia ſalvezza.* Quis riſum continere poteſt? Utinam traductores hi Grammaticae dimidium didiciſſent.

(i) *Sed cum ſupeebe contra te ſuegerem &c.* = His, & ſimilibos ſententiis commoti Bollandi Continuatores, com reliqois, qui de Auguſtini geſtis ſcripſere, eiusdem errores io ſuperbiam, iactantiam, & inanem gloriam paſſim revocaverunt. At haec non adeo preſſe excipienda ſunt: conſtat enim ex dictis qua modeſtia Auguſtinus in diſquirendis mali eauſſa, & Dei natura deſudaverit. Non tam de ſuperbia, quam de quibusdam ipſius eoloribus loquitor. Numinis eſſe puta ambiens velut eentrectare manibos, & accurate pingere; Nihil plurimorum teſtimoniis fidens, ſed cunctorom demonſtrationes liquidas acerrimaſque exigens, an non eoiusdam faſtus ſpeciem tibi inſert? Maxime ſi amplificationi nonnihil indulgeamus, eui Aogoſtinum praeterita ſua ad iudicium trahentem induliſſe prorſus manifeſtom eſt. Ideo in capitis ſummario illa verba dedimus: *ſi ipſi credimus.*

(k) *Et carreeem adveeſus Daminum ia cervice craſſa ſcati mei &c.* = Loquitur ex illo Iobi 15. 26. *Cucurrit adverſus eum erecto calla, & pingui cervice armatus eſt.* Quod ipſe lib. Annotat. in Iob legit: *In ceaſſa ceevice ſcuti ſui:* Exponit vero: *Praeſumens de prot ctione ſua.* Suſpicamur tamen *cervicem craſſam* hoc loeo pro capite corporeis phantaſmatibos turgidu poſitam.

Metaphoram, qoam in fine ponit: *aimis inflata facies &c.* pariter ex Iob, ſeu verius ex Eliphaz illius amico depromſit, qui eodem cap. v. 27. addit: *Opeeuit faciem eius craſſitudo.* Quod S. D. legit: *Operuit faciem eius ia adipe ſuo.* Sie autem dilucidat: *Pee adipem,* ideſt, *per exaltatiaaem ſapeebiae ſaae abſcondit a ſe Deum.*

Et vultus tamen inflationem illam non tam a ſuperbia, qoam ab amplis imaginibus factam hoc loco ſuſpicari poſſumus.

CA-

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

C A P U T VIII.

A R G U M E N T U M.

Ingenii ſui, animaeque infirmitatibus, & earum latentibus cauſſis retectis, atque orbi propoſitis, ad celebrandas nunc Dei miſerationes adſurgit. Nec enim ille nunquam irae, & vindictae parcens; Quin immo aliquando tandem tot, quot ipſe ordinabat, gemitibus cedens, de ſua eſſentia irradiatione ſecreta Auguſtinum edocuit. Sic benigna & acri tanti Medici manu Auguſtinus tactus, ibat ſenſim in perfectam ſalutem.

TU vero Domine in aeternum manes, & non in aeternum (*a*) iraſceris nobis, quoniam miſeratus es terram & cinerem, & placuit in conſpectu tuo reformare deformia mea, & ſtimulis internis agitabas me, ut impatiens eſſem, donec mihi per interiorem adſpectum certus eſſes. Et reſidebat tumor meus (*b*) ex occulta manu medicinae tuae, acieſque conturbata & contenebrata mentis meae acri collyrio ſalubrium dolorum (*c*) de die in diem ſanabatur.

(*a*) *In aeternum manes; & non in aeternum &c.* = Ex Pſalmo 101. 13. *Tu autem Domine in aeternum permanes*; & 84. 6. *Numquid in aeternum iraſceris nobis?* Deum adloquitur.

Stimulos internos inde in ipſum manifeſte revocans, exponit quod praeced. cap. dixerat: *Et ibi erant aures tuae.* De interiori autem adſpectu, quo ipſi certus factus eſt Deus, fuſe cap. 10. Unde & nos ibi, velut opportuniori loco quidquam dicemus.

(*b*) *Et ſic reſidebat tumor meus &c.* = Iuxta dicta ultimo commentario praeced. cap. intelligendum eſt ex occulta Dei manu ceſſiſſe Auguſtini aut faſtum, aut mentis craſſitiem, qua in ſpiritualis ſubſtantiae auram reſpirare non valens, in corporeas imagines deportabatur.

(*c*) *Acri collyrio ſalubrium dolorum &c.* = Henricus Wangnereck ita exponit hunc locum „ Collyrium proprie ſi-„ gnificat medicamentum oculorum. S. „ D. per translationem ita appellat in-„ ternos ſtimulos, & aeſtum animi aſpi-„ rantis ad veritatem, his enim Deus „ ſenſim ſanavit eius *ſuperbiam*, *propriis* „ *viribus aſpirantem ad notitiam rerum* „ *divinarum*, & impedientem quo minus „ eas recte intelligeret. Hoc caput re-„ ctius coniungeretur ſuperiori, continet „ enim periodum ſuperioribus connexam.

Non male quidem. Sed non adhuc deprehendimus cur interni ſtimuli illi collyrii metaphora exprimantur. Et profecto collyrium oculorum medicamentum eſſe ab ipſo Calepino, ſeu quocunque lexicon noſcere quiſque poterat. Sciendum igitur eſt, collyrium medicamentum eſſe ad oculos a confluente ſanguinis, aut lutulenti cuiuſcunque humoris copia detergendos; Adeoque collyrio internos ſtimulos Auguſtinus comparat, quod iis Deus mentis ſuae oculos a craſſitie illa exemerit, qua nequibat ſpiritualem ſubſtantiam intueri.

Hocce vero caput a ſuperiori avulſum omnia exemplaria exhibent. Nec Benedictini, qui diſcrimina alia iunxere, quidquam hic immutarunt: quod propter capitis brevitatem commodius ac alibi ipſia ceſſiſſet. Nobis videtur potiori iure ac plurium aliorum capitis huius a ſuperiori diviſionem factam eſſe; Dei nunc ſiquidem miſerationes, quibus a languoribus ſuis liberatus eſt, concinit; Superiori capite languores illos deſcripſerat. Haec vero haud congrua tibi videntur pro duobus capitibus argumenta?

Ad calcem brevis huius capitis, quod nos pluribus minime detinet, Franciſci Maronis, vel Mayronis phaleras quasdam reſervavimus: qui ad illud cap. 4. *Non enim ulla anima unquam potuit, poteritve cogitare aliquid, quod ſit te melius*: haec obſervat. *Ex quo accipitur illud dictum Anſelmi, quod Deus eſt, quo maius nihil cogitari poteſt &c.* Quia nempe, ut addit, ſecundum Auguſtinum in rebus ſpiritualibus maius, & melius in idem vadunt.

Digitized by Google

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Unde & eoneludit ſententiam illam in Auguſtinom in primum velut fontem revocandam: *Unde patet quod omnes communiter Doctores poſteriores hauſerunt ab Auguſtino tanquam a fonte.*

Inde ex eodem cap. abſtruſam nonnullorom Scholaſticorum doctrinam confirmat: Damus nitegrum ſermonem, = Secundom dictum eſt iſtud: Non cogeris „ ad aliquid invitus Domine, quia volun„ tas toa non eſt maior potentia toa: eſ„ ſet autem maior, ſi te ipſo tu ipſe ma„ lor eſſes; voluntas enim, & potentia „ Dei Deus ipſe eſt. Ex quo dicto acci„ pitur argomentom, quod eum Deus a „ nulla creatura poſſit eompelli ad aliquid „ agendum, producto quoconque priori, „ poteſt ceſſare a productione euiuslibet „ poſterioris; & ſie poteſt facere in illis, „ quae realiter differunt quodcomque „ prius ſine poſteriori.

Ad cap. 6. haec inter alia obſervat = „ Tertiuoi dictum eſt iſtud: Quod euius„ dam patris oxor, & paterni amici an„ eilla ſimul praegnantes, ita ſimol pepe„ rerunt: ut in eodem momento, & con„ ſtellatione nati fuerint filii; & tamen al„ ter augebatur divitiis, & honoribus ac„ creſcebat: in altero conditione ſervitu„ tis nullatenus relaxata. Et iſtud dictum „ inducit Auguſtinus contra illos, qui di„ cunt facta hominum ex conſtellatione „ ſyderum dependere.

An id non eſt litare otio, & inotili ſermone Lectorem detinere? Celebrem ſententiam illam, Deum eſſe quo melius ab Augoſtino primum datam noo quidem inficiari poſſumos, ſed nec propugnamos. Antequam id iodicii ferret Maro omnium priorum Seriptorum paginas eirca rem illam diſcuſſit?

Deum ad agendum a nulla creatura poſſe eompelli nec fotor infieiabitur. Ac nomnulli Scbolaſtici, qui, ot eiusdem phraſi utar, poſteriora quaedam prioribus ita arbitrantur imbibita, ut doceant hypotheſi nulla ſejongi poſſe; adhuc ſartom tectomque habent divinam actionem a creatora violentiam nollam pati; Talibus enim hypotheſibus contiugere ut moltum dant Improprium, & aeqoivoeam neceſſitatem quamdam, quam ex *ſuppoſitione* Scholae appellant; ſeo Deom non cogi, ſed io deceutem neceſſitatem quamdam proprio plaeito induci.

Poſtremus autem commentarios nihil aliud agit, qoam ipſios textus partem exſcribere: ut obſervanti conſtabit.

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Iamiam factus Deus Auguſtino magiſter, de humani faſtus malo exitu, & infelici ſorte primum ipſum edocet. Et id quidem eumdem in Platonicorum voluminum lectionem deducens; In quibus ſagacis ingenii Iuvenis nobiles quidem doctrinas ſuſpexit, amplo ſermone quaedam exhibentes iis, quae in exordio Evangelii Ioannis de Numine, & eius aeterna Prole habentur mirum in modum ſimillima; Sed & interim non oſcitanter adtendit, eorumdem voluminum parentes, tam eximii ingenii homines communis Redemtionis arcanum, ipſum nempe Divinum Filium carne in unitatem perſonae contectum, abiectione, infirmitate, & tragico exitu nobis ſalutem factum nequidem fuiſſe ſuſpicatos; Et, quod magis mirere, nobili ingenio in pravae voluntatis captivitatem ducto: Numine tam bene detecta non curato: Machinis ad libitum erectis quaſi diis litaſſe. Interim Auguſtinus, ut erat providus, lutulenta ſcoria ab auro puriori ſecreta, nobiliores doctrinas ab iis voluminibus, velut ab Aegyptiis optimarum rerum iniuſtis poſſeſſoribus ſedulo excerpſit, & ſuas fecit.

I. ET primo volens oſtendere mihi quam reſiſtas ſuperbis (*a*), humilibus autem des gratiam (1): & quanta miſericordia tua demonſtrata ſit hominibus via humilitatis quod Verbum tuum caro factum eſt, & habitavit inter homines (2): procuraſti mihi per quemdam hominem immaniſſimo typho turgidum, quosdam Platonicorum libros ex Graeca lingua in Latinam verſos; Et ibi legi (*b*), non quidem his verbis, ſed hoc idem omnino multis & multiplicibus ſuaderi ra-

(1) Iacobi 4. 6.

(2) Ioann. 1. 14.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

rationibus: quod in principio erat Verbum, & Verbum erat a-
„ pud Deum, & Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud
„ Deum; omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt
„ nihil; Quod factum eſt in eo, vita eſt; Et vita erat lux
„ hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non
„ comprehenderunt. Et quia hominis anima, quamvis teſtimonium
„ perhibeat de lumine, non eſt tamen ipſa lumen; ſed Verbum
„ Dei, Deus eſt lumen verum, quod illuminat omnem hominem
„ venientem in hunc mundum. Et quia in hoc mundo erat, &
„ mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit.
„ Quia vero in ſua propria venit, & ſui eum non receperunt;
„ quotquot autem receperunt eum; dedit eis poteſtatem filios Dei
„ fieri, credentibus in nomine eius, non ibi legi.

II. Item ibi legi: quia Deus Verbum, non ex carne, non
„ ex ſanguine, non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis,
„ ſed ex Deo natus eſt. Sed quia Verbum caro factum eſt, &
habitavit in nobis, non ibi legi. Indagavi quippe in illis litteris
varie dictum, & multis modis, quod ſit Filius in forma Patris,
„ non rapinam arbitratus eſſe aequalis Deo, quia naturaliter idi-
„ pſum eſt. Sed quia ſemetipſum exinanivit formam ſervi acci-
„ piens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut
„ homo, humiliavit ſe factus obediens uſque ad mortem, mortem
„ autem crucis, propter quod Deus eum exaltavit a mortuis, &
„ donavit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine
„ Ieſu omne genu flectatur, caeleſtium, terreſtrium & infernorum,
„ & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in glo-
„ ria eſt Dei patris (1), non habent illi libri. Quod enim ante
omnia tempora, & ſupra omnia tempora incommutabiliter manet
unigenitus Filius tuus aeternus tibi, & quia de plenitudine eius
accipiunt (2) animae ut beatae ſint, & quia participatione manen-
tis in ſe ſapientiae renoventur ut ſapientes ſint, eſt ibi. Quod au-
tem ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt (3); & Filio unico
tuo non pepercisti, ſed pro nobis omnibus tradidiſti eum (4);
non eſt ibi. Abſcondiſti enim haec a ſapientibus, & revelaſti ea
parvulis: ut venirent ad eum laborantes & onerati, & reficeret
eos: quoniam mitis eſt & humilis corde (5), & dirigit mites in
iudicio, & docet manſuetos vias ſuas (6); videns humilitatem no-
ſtram, & laborem noſtrum, & dimittens omnia peccata noſtra.
Qui autem cothurno (*d*) tanquam doctrinae ſublimioris elati non
audiunt dicentem, Diſcite a me quia mitis ſum & humilis cor-
„ de, & invenietis requiem animabus veſtris; & ſi cognoſcunt
„ Deum, non ſicut Deum glorificant, aut gratias agunt, ſed eva-
„ neſcunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratur inſipiens cor eo-
„ rum, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti fiunt (7).

III. Et ideo legebam ibi (*e*) etiam immutatam gloriam incor-
„ ruptionis tuae in idola & varia ſimulacra in ſimilitudinem ima-
„ ginis corruptibilis hominis & volucrum, & quadrupedum, &
„ ſerpentum; Videlicet Aegyptium cibum (8), quo Eſau (*f*) per-
didit primogenita ſua; quoniam caput quadrupedis (*g*) pro te ho-

(1) Philipp. 2.
(2) Ioan. 1. 16.
(3) Rom. 5. 8.
(4) Rom. 8. 32.
(5) Matth. 11. a v. 25.
(6) Pſal. 24. 9.
(7) Rom. 1. 25.
(8) Gen. 25. 33.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

noravit populus primogenitus, converſus corde in Aegyptum (1), & curvans imaginem tuam, animam ſuam ante imaginem vituli manducantis foenum (2); inveni haec ibi, & non manducavi. Placuit enim tibi, Domine (*h*), auferre opprobrium diminutionis ab Jacob, ut maior ſerviret minori, & vocaſti gentes in haereditatem tuam. Et ego ad te veneram ex Gentibus (*i*) & intendi in aurum, quod ab Aegypto (*k*) voluiſti ut auferret populus tuus, quoniam tuum erat ubiqumque erat. Et dixiſti Athenienſibus per Apoſtolum tuum, quod in te vivimus, & movemur, & ſumus (3); ſicut & quidam ſecundum eos dixerunt. Et utique inde erant illi libri (*l*). Et non adtendi in idola Aegyptiorum, quibus de auro tuo miniſtrabant, qui tranſmutaverunt Veritatem Dei in mendacium & coluerunt, & ſervierunt creaturae potius, quam Creatori (4).

(*a*) *Quam reſiſtas ſuperbis.* = Caput hocce ad tanta ex omni, maxime vero antiqua eruditione dicenda nos coarctant: ut ſi vellemus cuncta, in quae promimus digerere & ſcribere, Lectorem hic, non citra intolerabile faſtidium, velut in integro volumine detineremus. At non de Platonicis inſtitutum noſtrum, ſed de Auguſtini ſententiis: quas obſcuras debeamus retegere: impetitas vindicare.

Lodovicus ab Angelis lib. 1. de Vita, & Laudibus S. Doctoris, cap. 11. circa hunc locum quaedam obſervat, quae utpote nec neceſſaria, nec admodum utilia omittenda cenſuimus.

Hoc caput fere digreſſio eſt narrationis de illuſtratione *per interiorem adſpectum* facta, quam ſuperiori capite incoeperat, & ſequenti reſumit.

Inquit, *primo*, ut innuat illoſtrationem peculiari Dei beneficio ſibi factam, hac lectione velut prologo fuiſſe inceptam, vel praeparatam.

Verbis pro commentario a nobis excerptis, *Quam reſiſtas ſuperbis*, oſtendit Auguſtinus ad quod potiſſimum animae ſuae bonum lectionem illam Deus ordinaverit; Et prodit etiam quid ſentiret de Platonicorum moribus, conſequenter de aeterna eorum ſorte. Hic ergo opportuna nobis occaſio fabulam quamdam repellendi Auguſtini famae non adeo bonam, nedum a pluribus e trivio, ſed & a celeberrimi nominis Scriptore (quod dolemus) non quidem ſubtimide, ſed tuto, & libere decantatam.

Is eſt Alphonſus Toſtatus Hiſpanus, Abulenſis antiſtes, vir ampli quidem ingenii, & omnium propemodum Scientiarum capacis, ſed & minus cauti: qui in cap. 5. lib. 4. Regum quaeſt. 21. *An Naaman obligabatur accipere legem Hebraeorum*, paulo poſt initium, haec temere protulit „ Et ſic Auguſtinus vult Platonem ſalvum eſſe, & „ multos alios de philoſophis, qui ad „ unguem vitia correxerunt. Et non e„ rat veriſimile de eis ullo modo quod „ idola colerent, ſed colebant verum „ Deum.

Nec aliquem Auguſtini locum laudat, ex quo tam amplam, tantique ponderis doctrinam depromſerit. At nos integrum hoc caput exhibemus, in quo, ut vides, S. Doctor pari horrore de Platonicorum pectore: & obſequio de eorumdem ingenio loquitur. Et quidem, ut iaculum quod retundatur fingamus: Auguſtinum Platonem, alioſque Philoſophos eximiis nonnunquam exornare laudibus, non inficiamur; ſed quod anxie optamus eſt, peculiarem, feriam, preſſamque ſententiam nobis exhiberi, qua Auguſtinus non de ingenii felicitate, non de aliquo naturalis iuſtitiae ſplendore; ſed de Fide, aut Pietate tali eos celebret, ut aequa illatione deducatur ipſius iudicio aeternam eoſdem Philoſophos ſalutem adſequutos. Minus poſtulamus, quam Toſtatus contendat; eius enim verba, *Auguſtinus vult Platonem ſalvum eſſe &c.* innuunt, non ſubobſcure, & velut in ſemine, ſed evidenter, & expreſſe Auguſtinum id docuiſſe.

Verum tacente Abulenſi: quaedam nos S. Doctoris damus, quibus manifeſte deducatur, & Platonem, & alios plu-

(1) Exodi 32. 8.
(2) Pſal. 105. 20.
(3) Act. 17. 28.
(4) Rom. 1. 25.

plures illius iudicio aeternis flammis deſtinatos. Lib. 8. de Civit. Dei cap. 12. celebrat pru moee Platonis ingenium & Scholam: concludit tamen „ Ex quibus „ ſunt valde nobilitati Greci, Plotinus, „ Iamblicus, Porphyrius: in utraque „ autem lingua, ideſt & Graeca, & La- „ tina Apuleius Afer exiſtit Platonicus „ nubiiis. Sed hi omnes, & ceteri e- „ iuſmodi, & ipſe Plato (1) diis plurimis „ eſſe ſacra facienda putaverunt] Et lib. 10. c. 3. inisio „ Quae cum ita „ ſint, ſi Plasonici, vel quicunque alii „ iſta ſenſerunt, cognuſcentes Deum ſicut „ Deum glorificarent, & gratias agerent, „ nec evaneſcerent in cugitationibus ſuis, „ nec populorum erroribus partim au- „ ctures fierent, partim reſiſtere non „ auderent; profecto confiterentur & „ illis immortalibus, ac beatis, & no- „ bis murtalibus, ac miſeris, ut im- „ mortales, ac beati eſſe poſſimus, u- „ num Deum deurum colendum, qui „ & noſter eſt & illurum] lib. 1. Retract. cap. 1. in fine, ſeu n. 4. = Laus „ quoque ipſa, qua Plasonem, vel Plato- „ nicos ſeu Academicos philoſophos tan- „ tum extuli, quantum impios homines „ non uportuit, non immeritu mihi diſpli- „ cuis: praeſertim quorum contra errores „ magnos defendenda eſt Chriſtiana do- „ ctrina.] Vide etiam, ſi vacat, lib. 2. de Civit. Dei, cap. 4. & lib. 2. de Doctrina Chriſtiane, cap. 39.

En quo obſequio de Platonis, Platonicorumque religioſia beatis animabus Auguſtinus loquatur! Ex amplo illo Philoſuphorum choro, queis aeternos triumphos Auguſtinus invidet, unum Alphonſe eede, & et tecum liberales, atque etiam prodigi ſumus, integram palmam tibi concedemus.

Is ne eſt Socrates, Platoni nun tam ingenio, quam modeſtia magiſter? Attende Auguſtinum lib. de Vera Religione, cap. 2. „ Socrates tamen auda- „ cior ceteris fuiſſe perhibetur, iurando „ per canem quemlibet, & lapidem „ quemlibet, & quid iuraturo eſſet in „ promtu, & quaſi ad manum occur- „ riſſet &c. Non enim ſic iſti nati e- „ rant, & populurum ſuorum upinio- „ nem ad verum cultum veri Dei, a „ ſimulacrorum ſuperſtitione, atque ab „ huius mundi vanitate converterent. „ Itaque & ipſe Socrates cum popelo „ ſimulacra venerabatur, & poſt eius „ damnationem, mortemque nemo au- „ ſus eſt iurare per canem &c.] Vide etiam lib. 8. de Civit. Dei. cap. 14. de daemone Socratis comite, amico, & deo.

A.Ch. 385.
Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

An Pythagoras, a quo ipſum Philoſuphi nomen? *Tunc & Pythagoras, ex quo coeperunt appellari Philoſophi* lib. 19. de Civit. Dei, c. 35. in fine. Vide etiam lib. 18. c. 37. initio, & lib. 8. c. 2. Et in quem velut in humanarum, & divinarum rerum oraculum Paganurum mentes raptae ſunt? Vide quam eximia virtute ad Caelum ſibi aditum feciſſe Auguſtinus obſervet lib. 7. de Civit. Dei, c 35. initio „ Nam „ & ipſe Numa, ad quem nullus Dei „ Propheta, nulius ſanctus Angelus mit- „ tebatur, hydromantiam facere com- „ pulſus eſt, ut in aqua videres i- „ magines deorum, vel potius ludifica- „ tiones daemonum, a quibus audi- „ ret, quid in ſacris conſtituere, at- „ que obſervare deberet. Quod genus „ divinationis idem Varro a Perſis di- „ cit allatum, quo & ipſum Numam, „ & poſtea Pythaguram philoſophum u- „ ſum fuiſſe commemorat: ubi adhibi- „ to ſanguine, etiam inferos &c.] Nec „ illud mihi placet, quod Pythagerae „ Philoſopho tantum laudis dedi, ut „ qui hanc audit, vel legit poſſit pu- „ re me credidiſſe nullos errores in Py- „ thagorica eſſe doctrina, cum ſint plu- „ res, iidemque capitales] Lib. 1. Retract. c. 3. in fine. Vide etiam lib. 7. de Gen. ad litt. c. 9. & 10.

Ariſtoteles ne eſt religioſus ille Philoſophus, qui Augeſtini iudicio modo triumphet in Caelis? Ariſtoteles inquam Platonicae ſcholae maximus olim ſplendor, inde novae & quidem celeberrimae architectus, cui philoſophi numen eo excellentiae iure, quod Rhetores antonomaſiam dicunt, quaſi Philoſophiae centro adhaeſit? En qualis, & quantus ſit Auguſtino in Pſal. 140. ad v. 6. n. 19. = Dixit hoc Ariſtoteles. Adiunge „ illum petrae (*Chriſto*) & abſortus „ eſt. Quis eſt Ariſtuteles? Audiat, di- „ xit Chriſtus: & apud inferos contre- „ miſcit. Dixit hoc Pythagoras, dixit „ hoc Plato. Adiunge illos petrae, „ compara auctoritatem illorum aucto- „ ritati Evangelicae, compara inflatos „ crucifixo. Dicamus eis: Vos litteras „ veſtras conſcripſiſtis in cordibus ſu- „ perburum, ille crucem ſuam fixit „ in (2) cordibus regum. Poſtremo mor- „ tuus

(1) In libris de Republ. & de Legibus.

(2) Tres MSS. *in frontibus*.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. 1. Val. X. Theod. VII.

„ tuus eſt, & reſurrexit; mortui e-
„ ſtis, & nolo quaerere quemadmodum
„ reſurgaris.

De Catone ſobrietatis, & prudentiae oraculo, qui tamen ſuperbia, aut invidia, vel utroque vitio Uticae ſe interemit, non eſt cur dicamus. Vide lib. 1. de Civit. Dei, cap. 23. & 24. & lib. 19. cap. 4. n. 4.

Omittimus etiam Diogenem Cynicum, vulgo hominem honorum, divitiarum, voluptatum generoſiſſimum contemtorem; at vere lividum, arrogantem, effrontem; qui etiam nec naturali pudori parcens, propalam ſe inquinaret, Vide lib. 14. de Civit. Dei c. 20.

Senecae potius aeterna ſors plurimorum cordi eſt. Da tanti viri aut ſcriptis, aut moribus Apoſtolicam doctrinam, & ſanctitatem quaſi ſpirantibus, ubique gentium eximiis plauſibus praedicatis non vacat hic dicere. Et tamen vide quid de illo ſentiat lib. 6. de Civit. Dei, cap. 10. n. 1, & 3, Auguſtinus Ethnicorum Sophorum patronus, qui eorum nun unum, ſed ſi Abulenſi credimus, ingentem turbam aſtris invexit = Libertas ſane, quae huic
„ defuit (*Varroni*) ne iſtam urbanam
„ theologiam, theatricae ſimillimam,
„ aperte ſicut illam reprehendere aude-
„ ret, Annaeo Senecae, quem nonnullis
„ indiciis invenimus Apoſtolorum no-
„ ſtrorum claruiſſe temporibus, non
„ quidem ex toto, verum ex aliqua
„ parte non defuit. Adfuit enim ſcri-
„ benti, viventi defuit &c. Sed iſte,
„ quem philoſophia (1) quaſi liberum
„ fecerat, tamen quia illuſtris populi
„ Romani Senator erat, colebat quod
„ reprehendebat, agebat quod argue-
„ bat, quod culpabat adorabat: quia
„ videlicet magnum aliquid eum philo-
„ ſophia docuerat, ne ſuperſtitioſus eſ-
„ ſet in mundo, ſed propter leges ci-
„ vium, moreſque hominum, non qui-
„ dem ageret fingentem ſcenicum in
„ theatro, ſed imitaretur in templo:
„ eo damnabilius, quo illa, quae men-
„ daciter agebat, ſic ageret, ut eum
„ populus veraciter agere exiſtimaret;
„ ſcenicus autem ludendo potius dele-
„ ctaret, quam fallendo deciperet]
Vide etiam c. 11. Similia expendit univerſim de Philoſophis Ethnicis lib. de Vera Religione, c. 1. Serm. 141. de Verbis Evangel. Ioann. 14. *Ego ſum via &c.* (Alias, 55. de Verb. Dom.) per totum.

Nec unus igitur eſt Ethnicorum Philoſophorum, quem Auguſtinus Caelo dignum exiſtimaverit. Adeoque circa rem illam, non utique prorſus exploratam in ſuo ſenſu abundet Toſtatus; ſed Doctorum Maximi nomine digniori ſuperpoſito loco, alium ſibi nanciſcatur ducem, cuius veſtigiis inhaereat.

Ceterum futilia ſunt ea Toſtati verba: *Et non erat veriſimile de eis allo modo, quod idola colerent, ſed colebant verum Deum.* Hic labor, hoc punctum. Si enim detur & coluiſſe verum Deum, &, quod ante dixerat, *ad unguem vitia correxiſſe*: iam in tuto ſumus; & abſque Auguſtini, vel alterius auctoritate quilibet etiam de populo praedicare poterit aeternam eorum ſalutem. Non omnia vitia ad unguem correxiſſe accuratiores hiſtorici tradunt. Nec eorum cauſſam iuvat quod deorum multiplicitatem animo improbaverint; ſat ad eorumdem damnationem eſt exterius, ubique & conſtanter ipſam probantibus non reluctaros. *Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem* (a). Immo generale Pauli teſtimonium habemus Rom. 1. *Quia cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis &c.*

Unde non contemnendus Franciſcus Collius Collegii Ambroſiani doctor, & Eccleſiae Mediolanenſis Canonicus ordinarius, qui duobus tomis mediae extenſionis, & molis de animabus Paganorum omni argumenrorum genere diſputans, celebriorum Philoſophorum animas omnes ſingillatim ad iudicium vocans, nec unam (niſi antiquarum rerum memoria me fallat) ab aeterno carcere abſolvit. Cuius iudicii ſe prodit Auguſtinus Calmet ordin. S. Benedicti integra diſſertatione t. 4. Theſauri Antiquitatum Sacrarum, & profanarum.

Obiit Alphonſus Toſtatus an. Dom. 1454 aetatis ſuae 40. Sicut autem in eius ſcriptis non modicam ingenii, inſignem vero memoriae felicitatem ſuſpicio, ita (ut quaedam alia omittam) in Patrum ſtatuta, atque doctrinas maius obſequium deſidero. Licet alias Toſtatus & pietatis non vulgaris plura inditia dederit.

(b) Et

(1) Sic aliquot MSS. At editi: *philoſophi quaſi liberum fecerant.*

(a) Rom. 10. 10.

Digitized by Google

A.Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

(*b*) *Et ibi legi &c.* = *Pherepones* Auguſtini, Graecorum Scriptorum, totius orbis moderator, atque magiſter haec ad locum iſtum evomit „ Similitudine verborum aliquot, & ſententiarum deceptus Auguſtinus, ut & multi Graeci Scriptores, cum doctrina Chriſtiana miſcuit Platoniſmum qui merus erat haec in parte Arianiſmus; ut oſtendit Ioannes Clericus Epiſt. Crit. VII. & VIII. Fortaſſe intelligit hic Auguſtinus Plotini opera, quem vehementer laudat Lib. 3. contra Academ. n. 41. & de Civit. Dei Lib. IX. cap. X.

Laudet *te alienus* (1) *Pherepone*. Optabamus ut te religioſiorem doctioremque laudares; quum autem Clericum laudas, a *Pherepone* nos ad *Pherepones* mittis: *e latrina in latrinam*.

Interim queritur Auguſtinus religioſiſſimus, & ſapientiſſimus Valerii Flacci verbis Argonauticon lib. 3. v. 291. & 292.

„ At mihi luctificum venit iubar: en quibus adſum
„ Colloquiis! cui me hoſpitio fortuna revinxit!

Si Auguſtinus, & plures Graeci Patres *Platoniſmum*, ut loqueris, Chriſtianae doctrinae miſcuere; & Platoniſmus merus erat Arianiſmus: igitur in Arii errores abierunt. At diris devoverunt, doctiſſimis voluminibus qua auctoritate aut vetuſti, aut novi Foederis, qua ratione aut iuris, aut decentiae impugnaverunt, ab orbe eliminarunt; Vide ergo quid loquaris.

Inde candide mihi graviſſimas infirmitates tuas fatere. Annonne in Socini Fauſti, qui exeunte ſaeculo decimoſexto blaſphemabat (2), nomen, & religionem iuraſti? Equidem non me latet, id ad diſſitas etiam orbis plagas famae ore deportatum vehementer te doluiſſe. Sed da gloriam Deo veritate hac, cui tot mendaciis & blaſphemiis inſidiatus es. Aut ſi adhuc obſtinatus, ſemel iacto mendacio haeres, vulgo tantum loquaris, non Eruditis; *fruſtra enim iacitur rete ante oculos pennatorum* (3). Hi quod fama detulit, in lutulentis voluminibus tuis a te, non quidem expreſſe, & manifeſte, ſed latenter, & oblique (ne omnium propemodum Chriſtianorum ſaxis obruereris) poſitum detegere.

Iam vero dic mihi, in quo Arianis ſis melior, immo cur non ſis iniquior? Quid ergo tantopere Platonicos exſecraris, quod Arii impietatem tua opinione redoleant? Et cur quereris SS. Patres Platonicis voluminibus Arianiſmo ſcatentibus addictos: cum ipſi tanto zelo Verbi divinitatem propugnaverint, quam tu ſubtimide quamvis & latenter, impetiviſti?

At non fueris Socinianus. Sit tibi (quod exploratum eſt) ſummum, ac ſolum numen Iacobus Arminius, ipſis etiam Calvini lacunis, e quibus eductus eſt, inviſus intolerabilis. Sine ut adhuc a propoſita difficultate nonnihil digrediar. Paulo poſt initium prioris geminarum Epiſtolarum tuarum, quas laudas, haec habes = Propoſita haec „ coniectura, ut ab Eruditis expenderetur, ceterisque verborum Ioannis „ interpretamenta mea excitarunt nonnullos; qui oſtenderunt non modo ſe „ a me diſſentire, ſed etiam in me inhumanius invecti ſunt; quaſi diſſentire ſine ira, atque acerbitate non „ liceret &c.] Quaerimus cum tantopere doleas, ab Eruditis, quorum iudicium de iniquis tuis ſacrarum paginarum corruptelis poſtulaveras, te vapulaſſe: Cur inde tu Auguſtini, poſt Scriptores Canonicos, Chriſtianorum oraculi ſcripta, & apices, de quibus a te iudicium non poſtulatur, tot dicteriis, tot maledictis, tot iniquis interpretamentis, & ſuſpicionibus rodas, proſcindas? Nunc recta ad cenſuram *Pheremoni*. Senſim tamen eius petulantia retundenda eſt. Pater Ioan. Laur. Berti ordin. Eremit. S. Auguſtini Theologus eximius t. 2. de Theologicis Diſciplinis lib. 9. cap. 5. contra adſertionem poſitam, Non poſſe naturalis ingenii acie percipi Trinitatis myſterium, obiicit ſecundo loco S. Doctoris teſtimonium hocce cap. comprehenſum: *In Platonicorum libris multiplicibus rationibus ſuaderi aeternam Verbi apud Patrem exiſtentiam teſtatur S. P. Auguſtinus lib. VII. Confeſſ. cap. 9.* & ita reſpondet = Platonici potuerunt ex Hebraeis nonnulla audire myſteria, ſive fuerint ante expeditionem Alexandri aliqui ſacri libri in graecum tranſlati, ut docent viri de Eccleſiaſtica hiſtoria benemeri-

„ ti

(1) Prov. 27. 2.
(2) Obiit an. 1604. Cum eius patruus Lelius obiiſſet 1562. aetatis 37. Ambo Senenſes.
(3) Prov. 1, 17.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

„ ti Huetius, & Alexander; ſive gen-
„ tiles philoſophi cum Iudaeis fuerint
„ converſati: quod de Ariſtotele ſcri-
„ bit Clearchus apud Ioſephum Fla-
„ vium in 1. contra Apionem, & Euſ.
„ in xx. de praeparat. Evang. c. 5. &
„ 6. idque de Platone credendum eſt,
„ quem conſtat diſcendi cupiditate ma-
„ iorem orbis partem peragraſſe. In li-
„ bris tamen Platonicis plures diſtin-
„ guontur gradus divinitatis, Tagaton,
„ ſive cauſſam, Demiurgum, & ideam
„ univerſorum, alioſque Deorum or-
„ dines, ut lares, & daemones, uti
„ obſervant Proclus in Comment. ad
„ Timaeum, Macrobius lib. 1. in ſo-
„ mnium Scipionis, & S. P. Auguſt. lib.
„ XIII. de Civit. Dei c. 16. quamo-
„ brem Verbum Dei cognovit quidem
„ Plato, ut ait idem Auguſt. in VII.
„ Confeſſ. ſed inferiorem Tagato divi-
„ nitate: & ipſe ut arbitrur ſemina pro-
„ iecit Arianiſmi.

Doctiſſimum hoc reſponſum iis, quae in hac quaeſtione reliqui Theologi exhibent, non diſſimile, rem praeſentem Auguſtini apprime dilucidat: ſed a *Phereponi* clamoribus nos minime liberat.

In controverſiam illam, quae nedum ſententiarum, ſed & verborum Platonicorum examen poſtulat, nos ingredi haud opus eſt: immo nec decet: tum quod eam eruditus Ioannes Lami publicus Florentiae Eccleſiaſticae hiſtoriae profeſſor integro fere volumine, *De recta Chriſtianorum in eo quod myſterium Divinae Trinitatis adtinet, ſententia* in ſex libros diſtributo, aliique diſcuſſerint; tum & maxime quod negotium illud non una pagella, ut nos deceret, expediri poſſet. Quamobrem dicunt alii quid ſentiant, & *unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet* (1). Ita Auguſtinum, & me a *Phereponi* tricis expedio. Geminis ſuis Epiſtolis ſeptima, & octava a ſe laudatis, duo haec potiſſimum, quod ad praeſens adtinet, *Ioannes Clericus* conatur evincere. I. Nullo momento graviſſimo probari Platonem aut ratione una, aut alia Hebraeorum dogmata vel tranſtuliſſe in ſua, vel calluiſſe. II. Corticem, umbram Trinitatis in Platonis ſcriptis haberi: non medullam, & veritatem. Nunc & brevitatis cauſſa: & ut confuſionem devitem, diſcriminatis ictibus hominis audaciam repellam.

I. Inſigni Catholicorum, immo & Chriſtianorum omnium horrore *Ioannes Clericus* Epiſtolam ſuam ſeptimam, ex laudatis primam ita exorditur = Cum
„ ineunte anno decimiſeptimi huiſce ſae-
„ culi xcv. edidiſſem, ut noſti, L.
„ Candide animadverſiones ad XVIII.
„ prima commata cap. 1. Evangelii Ioan-
„ nis, & probare conatus eſſem Evan-
„ geliſtam ad *Philonis* Alexandrini do-
„ ctrinam, & loquutiones reſpexiſſe; de
„ *Philone* loquutus ſum quaſi de phi-
„ loſopho Platonico, & qui ex Plato-
„ ne varia hauſerat] Et alteram epiſtolam ordine octavam = Conieci Ioan-
„ nem Apoſtolum in iis, quae de *Ra-*
„ *tione* habet, initio Evangelii ſui, non
„ ad Moſem, aut alium Veteris Te-
„ ſtamenti Scriptorem, ſed ad *Philonem*
„ Alexandrinum reſpexiſſe; nec obſcure
„ indicavi quae de *Ratione* Divina ſcri-
„ pſit *Philo*, ea ex priſcis philoſophis
„ Ethnicis, ac praeſertim ex *Platone*
„ hauſta ab eo fuiſſe. Dubium quidem
„ eſſe non poteſt, an *Plato* ſimilia di-
„ xerit ac poſtea *Philo* &c.

Iam *Pherepone* tuis te reticulis implicavi. Iuxta inſignem blaſphemiam tuam Ioannes de Trinitate diſſerens, Philonem reſpexit: Philo Platonica in ſua tranſtulerat: quod igitur in Ioanne, hoc in Platone; & quidem perfectius: ex hoc enim ille: non hic ab illo: ut meliores aeque in fonte, ac in rivulis; Qua fronte igitur in Auguſtinum debaccharis, quod dixerit, in Platonicis voluminibus iis, quae in Ioanne habentur ſe obſervaſſe ſimillima?

At inquies forte: Do ſimilitudinem verborum, & inficior doctrinae. R. At tu dixiſti: nedum ad verba, ſed ad doctrinam quoque Philonis Ioannem reſpexiſſe: *Ad Philonis Alexandrini doctrinam, & loquutiones reſpexiſſe.*

Et ſi Arianus Plato: Arianus Ioannes; & eo deteſtabilior hic, quo cum Chriſto veritatum fonte tamdiu, & tam domeſtice converſatus fuerat; qui tamen inde nonniſi Platonis verbis atque doctrinis loquutus ſit.

II. Inde tot vetuſtiſſimorum Scriptorum, quos Theologi paſſim enumerant, venerabilis chorus tibi haud gravem coniecturam ſuppeditat, ad credendum Platonem ab Hebraeis nonnulla mutuatum eſſe? Tu ultimis hiſce diebus iratis diis excuſſus id vidiſti, quod vetuſtiſſimi, doctiſſimi, ſanctiſſimi viri haud viderunt? Si, ut initio di-

1 Rom. 14. 5.

cebam, Auguſtinus & plures alii Pla-
tonifmum, qui merus Arianiſmus erat,
doctrinae Chriſtianae miſcuere: igitur,
ni verbis ludere velimus, graviſſimi il-
li Eccleſiae Catholicae proceres Aria-
na fuligine tincti ſunt! Iam ergo ſilen-
te me, Auguſtinus ipſe te adloquatur:
dummodo, ut es humanus, digneris pro
Iuliani *Phereponi*, pro Manichaeorum
Arianorum nomina ſubſtituere. Lib. 1.
contra Iulianum Pelag. cap. 4. n. 12. =
„ Cum te viderem in libris tuis non an-
„ telucano convivio temulentum, ſed
„ inſano convicio turbulentum, intro-
„ duxi te ſedandum, atque ſanandum
„ non in alicuius philoſophi auditorium
„ ſed in Sanctorum Patrum pacificum,
„ honorandumque conventum. Sit ope-
„ re pretium obſecro te, adſpice illos
„ quodammodo adſpicientes te, & man-
„ ſuete, ac leniter dicentes tibi: Ita
„ ne nos fili *Iuliane Manichaei* ſumus?
„ Rogo quid reſpondebis? Quibus eos
„ oculis intueberis? Quae tibi argumen-
„ ta ſuccurrent? &c. Quae tuorum ar-
„ gumentorum vel acies vitrea, vel
„ plumbei pugiones in illorum conſpe-
„ ctu exſeri audebunt? Quae abs te
„ arma non fugient, nudumque deſti-
„ tuent? An forte dicturus es, ne-
„ minem illorum te in iſto crimine no-
„ minaſſe? Et quid facies cum tibi di-
„ xerint, Tolerabilius dente maledico
„ nomina concideres noſtra, quam fidem
„ noſtram, cuius merito in Caelo no-
„ mina ipſa ſcripta ſunt noſtra? An for-
„ te dices eis, Nec fidem veſtram ullo
„ tali crimine violavi? Sed qua confi-
„ dentia id dicere audebis homo, qui
„ dicis *Manichaeum* eſſe ſenſum &c.]
Quanquam *Phereponum* Iuliano auda-
ciorem, inflatioremque nec iſta frange-
rent. Bene dixit Symmachus orator Pa-
tri ſuo lib. 1. Epiſt. 1. in fine. *Iactantia*
avara laudis multum decoquit de pudore.

III. Optime inquit Hugo Grotius
egregius grammaticus de Iure belli,
ac pacis lib. 3. cap. 5. paragr. 17. n.
4. = Veriſſimum quippe eſt, nullam om-
„ nino eſſe vocem, quae non ambiguum
„ recipiat, cum omnes praeter ſignifi-
„ catum, quem vocant primae notio-
„ nis, alterum habeant ſecundae, eum-
„ que varium, ſecundum varias artes,
„ tum vero alios quoque ex transla-
„ tione, ac ſimilibus figuris..] Non in-
ficiamur ergo (& iam ad potiſſimum
controverſiae ſolutionem adcedimus) im-
portuna diſcuſſione Platonicos de Trini-
tate ſermones arcanis verbis, & meta-
phoricis ſententiis ſcatentes in plura ſi-
gnificata, etiam Ariana, etiam prorſus
a Catholica doctrina aliena deportari, ac
diſtrahi poſſe: adhuc vero conſiſtit, le-
ui inſpecta fronte, Evangelicam doctri-
nam reſonare. Inſortunii genus, in quod
etiam volumina bis Catholica de ſubli-
mioribus eo arcano ſermone diſputantia &
impingere poſſunt, & non raro impegere.

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon.
54. Ad. XIII.
Siric. I. Val.
X. Theod. VII.

IV. Earum coniecturarum, quas poſi-
tivas vocant, nulla ſit, quae non impeti
poſſit. Ampliori ratione loquamur; Pla-
tonem, Ethnicos Philoſophos ſtudiis diſten-
ctos, adtritos; calamo, volumini, itineri-
bus, ſpeculationibus, experientiis, & ſu-
perſtitioſis etiam obſervationibus minime
parcentes, ut veritatem, ut arcana, qui-
bus oblectarentur, nutrirentur, eximia
dogmata, quibus vulgo eminerent, & in-
flarentur, ut ea inquam retegerent, at-
que callerent; non curaſſe, non expeti-
viſſe, dedignatos eſſe, vel etiam curioſi-
tatis, & irridendi cauſſa certiores fieri,
quid Iudaeorum Scholae docerent, quid
ſentirent de Numine, grande nimis por-
tentum eſt; maxime cum iactarent (ſi
veram gloriam *iactantiam* vocare placebat
Ethnicis) Iudaei familiarem Angelorum
conſuetudinem, & caeleſtes revelationes.
Immo vel ipſis Philoſophis etiam invitis,
Iudaicorum dogmatum, maxime principa-
lium, quale eſt illud de Trinitate, no-
titiam famae alis longa ſpatia tranſmean-
tibus ad eoſdem deportatam aequus re-
rum cenſor arbitrabitur.

V. At nec a Iudaeis eorum dogma-
tum notitia ad Platonicos fluxerit; Potuit
divina aliqua illuſtratione teneri; nec e-
nim dedignatur Optimus ille etiam extra-
neis lucis ſuae aliquotiens ſcyntillas quaſ-
dam curſim obiicere.

Haec omnia tribus poſterioribus nu-
meris hiſce contenta, & proprie ad ipſius
controverſiae ſolutionem ſpectantia mini-
me inficiatus eſt, immo accurate profeſ-
ſus Auguſtinus, & quidem non uno loco,
at potiſſimum lib. 8. de Civit. Dei, cap.
11. & 12. ubi = Mirantur autem qui-
„ dam nobis in Chriſti gratia ſociati cum
„ audiunt, vel legunt Platonem de Deo
„ iſta ſenſiſſe, quae multum congruere
„ veritati noſtrae religionis agnoſcunt.
„ Unde nonnulli putaverunt eum quando
„ perrexit in Aegyptum Ieremiam audiſ-
„ ſe Prophetam, vel Scripturas prophe-
„ ticas in eadem peregrinatione legiſſe:
„ quorum quidem opinionem in quibuſ-
„ dam (1) libris meis poſui. Sed diligen-
Ooo „ ter

(1) L. 2. de Doctr. Chriſt. c. 28. Vide Retract. 2. 4.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siria. I. Val. X. Theod. VII.

„ ter ſupputata temporum ratio, quae „ ehronica hiſtoria continetur &c. Quapropter in illa petegrinatione ſua Plato „ nee Ieremiam videre potuit, tanto aute „ defunctum, nee easdem Scripturas legere, quae oondum fuerant in Graecam linguam translatae, qua ille pollebat; niſi forte quia fuit aeerrimi ſtudii, „ ſieut Aegyptias, ita & iſtas per interpretem didicit, non ut ſcribendo transſerret, quod Ptolemaeus pro ingenti „ beneficio, qui regia poteſtate etiam timeri poterat, meruiſſe pethibetur, ſed „ ut colloquendo qoid continetent, quantum capere poſſet addiſceret. Hoc ut „ exiſtimetur illa ſuadete videntur indieia &c. habet ergo haec ſententia quamdam illius ſimilitodinem &c. Unde putatur ſie intellexiſſe quod ſcriptum eſt „ &c. Parum quippe adtendens quo more ſoleat illa Scriptura appellare Spiritum Dei &c. Deinde quod Plato dicit „ amatorem Dei eſſe philoſophum, nihil „ ſic in illis ſacris litteris flagrat: & maxime illud, quod & me plurimom adducit, ut pene aſſentior Platonem illorum librorum expertem oon fuiſſe &c. „ Sed undeeunque ille iſta didieerit, ſive praecedentibus eum veterum libris, „ ſive potius quomodo dicit Apoſtolus (1), „ *quia quod notum eſt Dei, manifeſtom* „ *eſt in illis; Deus enim illis manifeſtavit &c.*] Vide *Pherepone* qoali prudentia, qoam de rebus ceu probabilibus, veroſimilibus, quae in alios ſenſus ſubtili diſpotatione, detorqueri poſſint, loquator. Vide quot rimas offerat, nulli mordicus adhaerens, per quas Hebraeorum ſcientia ad Platonicos ferit.

Ceterum non ita poſitum apud Platonicos Trinitatis myſterium, ut inoffenſo pede eorum volumina percurrantur; pluribus ſaeculis antequam *Pherepouus* in ſomnia deelamaret, Auguſtinus doeuerat; Lib. enim 10. de Civit. Dei c. 25. initio = „ Praedieas Patrem, & eius Filiom, quem „ vocas paternum intellectum, ſeu mentem; & horum medium, quem putamus te dicere Spiritum Sanctum, & „ more veſtro appellas tres deos. Ubi, „ etſi verbis indiſciplinatis utimini, videtis tamen qualitereumque, & quaſi per „ quaedam tenuis imaginationis umbracula „ quo nitendom ſit.] Vide etiam, ſi lubet, lib. 13. c. 16. & 17. Quod habent etiam Euſebios lib. 11. Praeparat. Evangel. c. 20. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 3. & 8. in Iulianum, & alii. Unde Auguſtinus (quod etiam de aliis Patribus dicas) non fuit, mi *Pherepone*, *ſimilitudine verborum aliquot, & ſententiarum deceptus*; Platonicis doctrinis Chriſtianam minime corropit, qui tam bene vidit, quid ſani in illis eſſet, quid infirmi, & falſi, ſeu de falſitate, & errore ſuſpectom eſſet; Veriſſimeque D. Ludovicus Habert ſacrae Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus, & Socius Sorbonicus in Theologia Dogmat. & Moral. ad uſum Seminar. Catalaunenſis t. 1. tract. de Deo Trino, c. 11. *Utrum exiſtentia, vel poſſibilitas myſterii SS. Trinit. ratione naturali probari poſſit*: ad obiect. V. ex praeſenti Auguſtini teſtimonio ſumtam, haec, poſt alia, protulit = Patres revera adverſus „ Gentiles, qui ipſis Deum praedicantibus Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, ſcandalum patiebantur, Platonem magni nominis philoſophum haec „ tria in Deo agnoviſſe reponebant. At „ ubi pugnandum fuit cum Haereticis, „ qui ex ſchola Platonis Patrem maiorem, „ & Filium minorem aſſerebant, iidem „ Patres Platonis doctrinam, & impietatem „ procul amandarunt.

VI. Quod autem addit *Pherepouus*, forte ad Plotini opera Auguſtinum hic reſpexiſſe, gravi fundamento deſtituitur; Siquidem non ſolos Plotinus eam ſortem, eximias nempe Auguſtini laudes expertus eſt. Vide lib. 8. de Civit. Dei, c. 12. in fine. Et quaecunque fuiſſent laudes illae, nihil concluderent. Et mirum eſt Auguſtinum de eximia Platonicos inter Plotini fama dicentem (ſi *Pherepoui* conjectura ſubſiſteret) portenta hocce in capite exhibita ad laudis argumentum non adſumſiſſe; Immo ea ſuſpicio in Platonicorum nullum ita male ſicut in Plotinum vadit, propter rationem hanc, quae haud contemnenda videtor. S. D. lib. 9. de Civit. Dei, c. 10. initio ita loquitur: *Plotinus certe noſtrae memoriae* (2) *vicinis temporibus &c.* Nempe philoſophus hic, ut probati hiſtorici tradunt, obiit an. aetatis ſuae 66. D. 270. ſub Ammonio philoſopho Chriſtiano ſtuduit, Inde Romae ſub Philippo Scholam aperuit, ad quam praeter Idololatras, acceſſere etiam Chriſtiani, a quorum religione non abhorrebat. Nunc dic mihi: conſiſtente *Pherepoui* coniecture, ubi illud ab Auguſtino inſpectum miraculum? Philoſophum tunc florentem, tunc multa terrarum ſpatia peragrantem, tunc magno omnium plauſu Romae, quae profani & Chriſtiani or-

bis

(1) Rom. 1. 19.

(2) Sic 88. cum Am. & MSS. At Vind. Er. & Lov. *vicinus*.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

bis caput erat, & centrom, docentem, tunc inquam quum Chriſtiana religio longe lateque propagata eſſet; Philoſophum quidem Ethnicum, ſed Chriſtiani diſcipulum, Chriſtianorum magiſtrum, eorumque fidem non adeo malo ſenſu inſpicientem, hunc dico, ſuis in voluminibus nonnulla poſuiſſe prima, & notiora Chriſtianae religionis dogmata, redolentia, quale portentum Auguſtino defaecatiſſimi & ſolertiſſimi ingenii homini videri poterat? Non igitur Auguſtinus hcic de Plotini voluminibus ſermonem habet. Et vadat *Pherepon*us & iniqui, & ſatui laboris patiens: a quo nonniſi convicia, & ineptias retulimos.

VII. Niſi *Pherepon*i livor ad tanta nos diſtraxiſſet: opportuna hic ſeſe attuliſſet occaſio quidquam dicendi de Sybillarom libris, & verſibus, in quibus (aut integri ſint, aut corrupti, aut genuini, aut ſuppoſititii) manifeſtius etiam ac in Prophetarum vaticiniis religionis noſtrae myſteria picta conſpiciuntur. Quamquam auctor operis, cui titulus: *Iſtoria del Cielo poetica, conſiderato ſecondo le idee de' Poeti, de' Filoſofi, e di Mosè*, t. 2. c. 9. oedum verſus, & libros: ſed & ipſas Sybillas velut ſpectra quaedam fabulatorum libertate a quodam caeli ſigno educta, & nominata geminis quisquiliis bene, & valide a ſe pulſas ab orbe ſibi blandiatur. At plures de Sybillis propoſito ſcripſere: quorum haud levem notitiam exhibet Caſimirus Oudinus Apoſtata (de quo diximus lib. 5, cap. 1. A, n. 3.) in quaeſtionibus praemiſſis ad t. 1. Commentarii de Scriptoribus Eccleſiae &c. Verum ſat, & nimis etiam Lectorem hic detinuimus.

(c) *Sed quia Verbum caro factum eſt &c.* = Idipſum teſtatur lib. 10. de Civit. Dei, cap. 29. ab initio = Praedicas
„ Patrem, & eius Filium, quem vocas
„ paternum intellectom ſeu mentem... Sed
„ incarnationem incommutabilis Filii Dei,
„ qua ſalvamor, ut ad illa, quae credi-
„ mus, vel ex quantulacumque parte
„ intelligimus, venire poſſimus non vul-
„ tis agnoſcere. Itaque videtis utcumque,
„ etſi de longinquo; etſi acie caligante,
„ patriam, in qua manendum eſt, ſed
„ viam, qua eundum eſt non tenetis.]

Et circa finem, quaerens a Platonicis cur in dogmatibus nobis tantopere ſimiles, religione diviſi eſſent = Quid eſt.... niſi
„ quia illud eſt, quod iterum dico, Chri-
„ ſtus eſt humilis, vos ſuperbi? An for-
„ te corrigi pudet? Et hoc vitium non-
„ niſi ſuperborum eſt. Pudet videlicet
„ doctos homines ex diſcipulis Platonis,
„ fieri diſcipulos Chriſti, qui piſcatorem
„ ſuo ſpiritu docuit ſapere, ac dicere,
„ *In principio erat Verbum &c.* Quod i-
„ nitium S. Evangelii, cui nomen eſt ſe-
„ cundum Ioannem, quidam Platonicus,
„ ſicut a ſancto ſene Simpliciano, qui
„ poſtea Mediolanenſis eccleſiae praeſedit
„ epiſcopus, ſolebamus audire, aureis lit-
„ teris conſcribendum, & per omnes ec-
„ cleſias in locis eminentiſſimis proponen-
„ dum eſſe dicebat. Sed ideo viluit ſu-
„ perbis Deus ille magiſter, quia *Verbum*
„ *caro factum eſt, & habitavit in no-*
„ *bis*: ut parum ſit miſeris quod ae-
„ grotant, niſi ſe in ipſa etiam aegri-
„ tudine extollant, & de medicina,
„ qua ſanari poterant, erubeſcant. „

(d) *Qui autem cothurno &c.* = Metaphora ingenioſiſſima ad orationis, vel doctrinae faſtum deſignandum; Cothurnus enim calceamenti genus erat, quo antiqui in tragoediis utebantur tragica vero ſublimi, & quaſi inflato ſermone obiiciuntur. Et quod potiſſimum in hac metaphora eſt: cothurnus multo ſubere ſublevabatur, quo hiſtriones altitudinem mentiebantur. Dicit ergo S. Doctor Platonicos alta doctrina inflatos Trinitatis myſterium etiam in fronte, etiam in Ioannis verbis magnum, atque ſublime, non fuiſſe dedignatos, immo ſuſpexiſſe. At ex oppoſito Incarnationem & plura ipſius Salvatoris documenta abiectionem ſpirantia &c.

(e) *Et ideo legebam ibi &c.* = *Pherepon*us ad haec ita loquitur = Quam-
„ vis de ſummi Numinis natura rectius
„ ſentirent Platonici, quam alii Philo-
„ ſophi: miſcebant tamen Idololatriam
„ turpiſſimam iis dogmatibus, erantque
„ infenſiſſimi hoſtes Chriſtianorum, ut
„ liquet vel ex Porphyrio Iamblico,
„ & aliis, qui ſub Imperatoribus Chri-
„ ſtianis floruerunt. „

Platonicos de Numine rectius aliis dixiſſe, centies Auguſtinus conteſtatus eſt. Idololatriam, & quidem turpiſſimam miſcuiſſe, hoc loco, quem tuo calamo deturpaſti, fuſe apertiſſime expendit. Chriſtianorum fuiſſe acerrimos hoſtes, in eiusdem S. Doctoris libris non ſemel invenies. Nec eſt homo doctiſſimae etiam minervae, dummodo non prorſus ratione deſtitutus, qui haud coniiciat Philoſophis Ethnicis inviſos fuiſſe Chriſtianos. Ideo nos ſupra ſigno B. dum coniecturam tuam exſufflaremos, velut rem obſervatione dignam ſcripſimus, Plotinum Chriſtianos non admodum exhorruiſſe. Non immerito igitur Clerice *Pherepon*i larva te contexiſti, qui adeo laboris patiens es, ut non pi-

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

pigeat ſcribere quae alios legere taedet.

Toto hoc capite Abulenſis opinionem prae oculis habeas, ut videas quam pii, & religioſi fuerint Auguſtini iudicio Platonici, & an eorum animas a corporibus ſolutas Angelorum choros exceperit.

(*f*) *Videlicet Aegyptium cibum, quo Eſau &c.* = Henricus Wangnereck non male metaphoram iſtam ediſſerit, inquiens „ Intelligit allegorice doctrinam Platonicorum (1) de diis pluribus colendis, qua inſtar Eſau primogenita ſapientiae vendiderunt, imitantes Iſraelitas adorantes vitulum. Hanc itaque coctionem non ruſam, ſed ſtygiam in libris Platonicorum repertam ait ſe non manducaſſe, ſed reieciſſe.

Sed quaerimus quis ſit Aegyptius cibus? *Lens*, inquies, lentibus enim Eſau primogenita ſua poſthabuit. Sed cur lens cibus Aegyptius? Id vero, ut ante nos BB. obſervatuot, ipſe S. Doctor exponit, dum in Pſal. 46. ad v. 5. *Elegit nobis haereditatem ſuam &c*, n. 6. inquit = Ille (*Eſau*) plus amavit quod carnaliter concupierat, quam quod ſpiritaliter prius naſcendo meruerat: & depoſuit primogenita ſua (2), ut manducaret lenticulam. Lenticulam autem invenimus cibum eſſe Aegyptiorum: nam ibi abundat in Aegypto. Unde magnificatur lenticula Alexandrina, & venit uſque ad terras noſtras: quaſi hic non naſcatur lenticula. Ergo deſiderando cibum Aegyptium, perdidit primatum. Sic & populus Iudaeorum, de quo dictum eſt, Converſi ſunt corde in Aegyptum, lenticulam quodammodo deſideraverunt, & primatum perdiderunt. „

Admodum ſublimi hoc n. 5. dicendi genere Auguſtinus utitur: quique in varias formas convertitur. Impetit primo Gentium errores, atque ſuperbiam. Cum praeſtolareris huius declamationis exitum; vides illi in Iudaeos rem eſſe, quorum primogenita ad Gentes devecta ſunt, Adhuc inde in Iudaeos verbis declamat: animo Platonicos damnat. Mox vero Gentes laudat, ſed ad earum bonam ſortem redit: *Et vocaſti gentes in haereditatem tuam*. At ingenioſiſſimae metamorphoſes hae penitius diſcutiendae ſunt.

(*g*) *Quoniam caput quadrupedis &c.* = Iam Eſau omiſit, & ad Iudaeos divertit, qui Aarone minime reluctante, vitulum conflatilem ſibi obiecere: in quem velut in deum maxima accepta beneficia, ut tot portentis expeditus, conſummatus ex Aegypto exitus, revocarentur; de quo Exodi 32. Huic quadrupedi imaginem Dei, animam ſuam Iudaicus populus incurvavit; cum enim adoratio e pectore fluat, vadatque ad rem amplo iure praelatam: ſi impius populus vitulum adoravit, ipſi certe animam ſuam inflexit.

Dicit: *imaginem tuam, animam ſuam*; ut inſaniam retegat, prodatque impietati adiacentia illa, quae naturalis ipſa ratio maxime exhorteſcat. Quale nempe delirium, ad imaginem vituli foenum manducantis Numinis imaginem, animam tuam nullo indigentem cibo, & omnis corruptionis expertem incurvare!

(*h*) *Placuit enim tibi Domine &c.* = Placuit Deo, ut Eſau maior Iacob minori ſerviret. Quamvis enim Eſau, ut iniquus, Gentium: Iacob, ut bonus, electi Iſraelis myſterium geſſerit; adhuc ex divinis Scripturis, maxime ex Paulinis in Eſau natu maiori Hebraeos, qui primo vocati ſunt: in Iacob minori Gentium populos, tardius ad Fidem tractos praeſignatos intelligimus. Hic autem geminae allegoriae committuntur: quodque metaphorae res erat, vadit in novam metaphoram, In Eſau, & Iacob Eccleſiae Hebraeorum, & Gentium: In his ex Gentibus inflati, & humiles. Eſau maior Iacob: Hebraeus populus Pagano: Ex Paganis philoſophus ſimplici: Omnes minores hi maioribus ſuis a Deo prelati ſunt.

(*i*) *Et ego ad te veneram ex Gentibus.* = Hac dicendi formula, ut ſuſpicamur, Scriptores nonnulli decepti, de Auguſtino, velut de homine è Gentium tenebris eruto loquuntur. At perperam, ut ex ſaepe dictis manifeſtum eſt. Ex Gentibus dicit, aut Patrem inſpiciens, quem tandem Monnica liberavit. Aut quia ex lectione Platonicorum librorum venerat. Aut, quod probabilius eſt, avos, atavoſque intuetur, & ampla ratione illa loquitur, qua omnes ab Hebraeis minime genitos, a Paganis deductos paſſim dicimus. Quo ſenſu certe loquitur lib. 14. de Civit. Dei, cap. 9. n. 2. cum dicit: *Ut eum* (Paulum) *potiſſimum commemaremus, qui in*

(1) Vide l. 7. de Civit. D. c. 12. & 13. & l. 10. c. 1.

(2) Gen. 25.

Digitized by Google

in Eccleſiam Chriſti ex Gentibus venimus, Doctorem Gentium &c. Erit etiam fortaſſe qui hanc loquendi formulam arbitretur aſceticam: ut nihil aliud innuat hic S. D. niſi veniſſe ſe a ſaeculi erroribus, illecebris, & vanitatibus; cui tamen non adſentiemur.

(*k*) *Et intendi in aurum, quod ab Aegypto &c.* = Fuſe id ediſſerit lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, ab initio cap. 4. ex quo prima tantummodo exſcribimus = Philoſophi autem qui vocan-
„ tur, ſi qua forte vera, & fidei no-
„ ſtrae accommodata dixerunt, maxi-
„ me Platonici, non ſolum formidan-
„ da non ſunt, ſed ab eis etiam tam-
„ quam iniuſtis poſſeſſoribus in uſum
„ noſtrum vindicanda. Sicut enim Aegy-
„ ptii non ſolum idola habebant, & o-
„ nera gravia, quae populus Iſrael de-
„ teſtaretur, & fugeret, ſed etiam va-
„ ſa, atque ornamenta de auro, & ar-
„ gento & veſtem, quae ille populus
„ exiens de Aegypto ſibi potius tam-
„ quam ad uſum meliorem clanculo vin-
„ dicavit, non auctoritate propria, ſed
„ praecepto Dei, ipſis Aegyptiis ne-
„ ſcienter commodantibus ea, quibus
„ non bene utebantur: Sic doctrinae
„ omnes gentilium non ſolum ſimulata
„ & ſuperſtitioſa figmenta, graveſque
„ ſarcinas ſupervacanei laboris habent,
„ quae unuſquiſque noſtrum duce Chri-
„ ſto de ſocietate gentilium exiens de-
„ bet abominari, atque devitare; ſed
„ etiam liberales diſciplinas uſui veritatis
„ aptiores, & quaedam morum prae-
„ cepta utiliſſima continent, deque ipſo
„ uno Deo colendo &c. Nam quid a-
„ liud fecerunt multi boni fideles no-
„ ſtri? Nonne adſpicimus quanto auro,
„ & argento & veſte ſuffarcinatus ex
„ ierit de Aegypto Cyprianus doctor
„ ſuaviſſimus, & martyr beatiſſimus?
„ quanto Lactantius: quanto Victori-
„ nus, Optatus, Hilarius, ut de vivis
„ taceam; quanto innumerabiles Grae-
„ ci? Quod prior ipſe fideliſſimus Dei
„ famulus Moyſes fecerat, de quo ſcri-
„ ptum eſt (1), quod eruditus fuerit
„ omni ſapientia Aegyptiorum &c.

Eiuſdem iudicii reliqui Patres ſe produnt, aut facto quidem, aut etiam monito. S. Petrus Damian. antiq. edit. t. 2. Serm. 6. de S. Eleuchadio epiſc. Raven. circa finem „ Cui etiam non
„ diſſimile eſt quod idem Moyſes Iſrae-
„ litico populo aurum, & argentum
„ cum veſtibus ab Aegyptiis mutuari
„ praecepit, in quo videlicet ut non
„ diutius immorer, myſtice aurum &
„ argentum cum veſtibus ab Aegyptiis
„ petimus, unde Domino tabernaculum
„ fabricemus, cum mundanos poetas;
„ & philoſophos legimus, ut in divinis e-
„ loquiis luculentius proficere valea-
mus.] Ioannes Sariſberienſis (2), hoc eſt de Sariſberia natione Anglus in Gallia Senonenſi Carnotenſis epiſcopus, prologo Polycrat. lib. 5. *Si Virgilio licuit aurum ſapientiae in luto Ennii quaerere, quae invidia eſt ea, quae ad eruditionem noſtram a gentilibus ſcripta ſunt, noſtris communicare?* Vide etiam S. Hieronymum ad Pammach. & Ocean. de Origine err.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Hinc Theophylus Cyprius, ut ex Socrate Hiſtor. Eccleſ. l. 6. c. 13. habemus, interrogatus cur libros Origenis, quos damnaverat, legeret, reſpondit: Libros Origenis ſimiles eſſe prato omnibus florum generibus referto: idcirco ſi quid reperio in illis boni, illud decerpo: ſin ſpinoſi quidquam, hoc utpote aculeis pungens, miſſum facio. Et ipſe Plinius Iunior ex Prioris Plinii Avunculi ſui reſponſo lib. 3. Ep. 5. profeſſus eſt, nullum eſſe librum tam malum, qui non ex aliqua ſui parte prodeſſet.

Sicut autem doctus Gravina ordin. Praedicat. obſervat t. 1. de Praeſcripr. Haeret. lib. 4. controv. 4. *Propter quid ſit traditio &c.* art. 4. eo fere modo quo Eccleſiaſtici Philoſophorum, haeretici Auguſtini ſcripta ſuſpiciunt: Cum in quidquam occurrunt, quod propriae cauſſae (ut ſibiipſis blandiuntur) favet avide arripiunt; quod adverſatur omittunt.

Interim videat *Pherepanus*: an Auguſtinus aurum a Philoſophorum ſcriptis excerpens, imprudenter Platoniſmum cum Chriſtiana doctrina commiſcuerit. Sed adtende etiam commentarium ſequentem.

(*l*) *Et utique inde erant illi libri.* = Nempe ea verba ſumſit Paulus ex lib. Arati Solenſis poetae, qui tempore Ptolemaei Philadelphi ante Salvatoris adventum an. 271. floruit. Eum Latinum reddidere Claudius, Germanicus Caeſar, & Cicero adhuc adoleſcens. Ex iunioribus ediderunt H. Stephanus, & Hugo Grotius, qui etiam egregium commentarium addidit.

Sed

(1) Act. 7. 22.

(2) Obiit Carn. an. 1182.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Sirie. I. Val. X. Theod. VII.

Sed & idem Apoſtolus illud 1. Cor. 15. 33. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala*, ex Menandro poeta Comico, Theophraſti Ariſtotelis auditoris diſcipulo protulit, qui circa Arati tempora floruit.

Item epiſt. ad Titum c. 1. v. 12, inquiens: *Dixit quidam ex illis proprius ipſorum propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malae beſtiae, ventres pigri*, de Epimenide poeta Epicureo, patria Cretenſi loquutus eſt. De quo Auguſtinus lib. 2. contra Adverſarium Legis & Prophetarum, cap. 4. n. 13. = Iam „ illud non miror, quod homo ineru„ ditus de Prophetis Iudaeorum exi„ ſtimat dictum, quod ait Apoſtolus, „ *Dixit quidam ex ipſis &c.* ignorans „ dictum eſſe de quodam Epimenide, „ qui Cretenſis fuit, in cuius libris hoc „ invenitur: qui homo inter Prophe„ tas Dei non invenitur, nec ad illa „ eloquia Dei pertinet, quae Iudaeis „ dicit credita, qui non mentiuntur. „ Ideo non commemoravit Apoſtolus no„ men eius, ſicut ſolet commemorare „ Prophetas Dei &c.

Quodque magis eſt: idem Paulus, niſi apocryphis libris deceptus ſit Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum, & ad Ethnicorum ſententias, & ad Sybillae Hyſtapſis oracula provocabat. Quod autem concluditur eſt: Auguſtinus quaedam Platonicorum in ſua transferens, Pauli veſtigiis adhaeſit.

C A P U T X.

A R G U M E N T U M.

Platonicorum libris tanta ſobrietate evolutis: ſuperno conſilio, ad animae ſuae ſecretiora ſe colligit. Et tum vero arcana ineffabili luce, nonniſi divinis amantibus nota amore, & horrore reverberatus: non tam coniecit, quam rem velut ante oculos pendulam vidit, Veritatem nulla ratione protenſam: Hanc aeternitatem & Deum eſſe; qui licet molis expers, adeo ſemoveretur a nihilo, ut eſſe ſit ſuum exſiſtere. In quorum porro tantam certitudinem ivit, ut potius de ſua vita, quam de illis dubitaret.

ET inde admonitus redire ad memetipſum, intravi in intima mea duce te: & potui, quoniam factus es adiutor meus (*a*). Intravi, & vidi qualicunque oculo animae meae (*b*), ſupra eumdem oculum animae meae, ſupra mentem meam, lucem incommutabilem: (*c*) non hanc vulgarem, & conſpicuam omni carni, nec quaſi ex eodem genere grandior erat, tanquam ſi iſta multo multoque clarius clareſceret, totumque occuparet magnitudine. Non hoc illa erat, ſed aliud, aliud valde ab iſtis omnibus. Nec ita erat ſupra mentem meam, ſicut oleum ſuper aquam, nec ſicut caelum ſuper terram, ſed ſuperior, quia ipſa fecit me, & ego inferior, quia factus ſum ab ea. Qui novit veritatem, novit eam; & qui novit eam, novit aeternitatem. Caritas novit eam (*d*). O aeterna veritas, & vera caritas, & cara aeternitas. Tu es Deus meus, Tibi ſuſpiro die ac nocte. Et cum te primum cognovi, tu adſumſiſti me, ut viderem eſſe quod viderem, & nondum me eſſe qui viderem (*f*). Et reverberaſti infirmitatem adſpectus mei, radians in me vehementer, & contremui amore & horrore (*g*), & inveni longe me eſſe a te in regione diſſimilitudinis (*h*), tanquam audirem vocem tuam de excelſo: Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me (*i*). Nec tu me in te mutabis ſicut cibum car-

nis

nis tuae, ſed tu mutaberis in me. Et cognovi quoniam pro iniquitate erudiſti hominem, & tabeſcere (*k*) feciſti ſicut araneam animam meam: & dixi, Numquid nihil eſt veritas, quoniam neque per finita, neque per infinita locorum ſpatia diffuſa eſt? Et clamaſti de longinquo: Immo vero; Ego ſum qui ſum (*l*). Et audivi ſicut auditur in corde (*m*), & non erat prorſus unde dubitarem; faciliuſque dubitarem vivere me, quam non eſſe veritatem, quae per ea quae facta ſunt intellecta conſpicitur (*n*).

A.Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

(*a*) *Quaniam factus es adiutar meus.* = Ex illo Pſal. 29. 11. *Audivit Daminus, & miſertus eſt mri: Dominus factus eſt adiutor meus*, Deum adloquitus. Significat autem non naturalibus, ſed divinis viribus integrum negotium hocce peractum.

Unde divinam, propriamque revelationem hic interveniſſe iure & merito ſcribunt Cornelius Lancillottus lib. 1. Vitae S. D. cap. 26. & Ludovicus ab Angelis lib. 1. de Vita, & Laudibus eiuſdem, cap. 12. ubi; *Lectis Platonicorum libris, in maximam rapitur ecſtaſim, de qua*, intravi &c. Adſtipulatur Henricus Wangnereek hiſce verbis: *Aſſentior Cornelio Lancelloto, internum illud Dei reſponſum*, immo vero ego ſum, qui ſum, *fuiſſe veram revelationem divinitus Auguſtino factam &c.* Idipſum noviſſime obſervat Ioſeph Renatus Auguſtinenſis Excalceatus lib. 1. Vitae S. Monnicae, cap. 19. cuius tamen ſermonis non omnia nobis probantur; At id unum contendimus nos, factam hic Auguſtino revelationem ſopernam.

Hic autem, ut vides, ſe revocat Auguſtinus ad caput octavum; interpoſuit vero lectionem Platonicorum voluminum, quod ea in malam humani ingenii opinionem daportatus, modeſtia, & humilitate ad inſigne hocce Dei beneficium nonnihil ſe diſpoſuerit.

Antiqui, quos poſteriores, & etiam Benedictini (pro more) imitantur, & quidem prorſas ad varbum, huic capiti tale ſummarium praefixere: *Clarius innoteſcuat iam Auguſtino divina.* Unde Itali: *Agaſtino va ſempre meglia conoſcenda Dia.* Quin immo non hic aliquis lucis progreſſus: ſed magnus tranſitus a profundae noctis tenebris, ad clariſſimam lucem meridianam.

(*b*) *Qualicunque oculo animae meae.* = Non hic cognitionem diminuit, quaſi ampliſſimam lucem illam velut per anguſtas rimas inſpexerit: ſed elevat a natura viſionem, quam adeo celſam credas, ut nedum res inſpecta, ſed oculus animae inſpiciens, ſcilicet mens quaſi extra ipſum abierit. Unde prorſus textum corrumpunt Itali vertentes, *con tutta l'occhio dell'anima mia.* Qui etiam omittunt, qua ratione neſcimus, ea verba minime levia: *Et patui quoniam factus es adiutor meus.* De quiquibus commentario praeced. S. Bernardus Sermo v. in Aſſumptione B. Mariae poſt med. *Equidem animae noſtrae oculus intelligentia eſt &c.*

(*c*) *Lucem incommutabilem.* = Am. Ers Lov. Som. Wangn. quibus ſuffragantur a. MSS. Med. & Ricar. addunt, *Domini*. Sed alii duo, & viſi a Benedictinis, quos ipſi ſequuntur, non habent. Et merito, nam & elegantior ſermo eſt, & etiam aequior; Lux enim tanta emphaſi propoſita non adeo bene mox determinata voce contrahitur.

Iure autem meritiſſimo Ludovicus ab Angelis lib. 1. de Vita, & Laudibus S. D. cap. 12. ſubſumit = Non „quia ipſam Dei ſubſtantiam, per ſe „ſubſiſtentem, aeternam, veram, cla„ram ſicuti eſt, immenſam, incompa„rabilem viderit in ſe, ſed in ſimili„tudine, & imagine; ſolent enim ima„gines rerum earum nominibus appel„lari, quarum ſunt imagines.] Quod ipſe S. Doctor obſervat & explicat acute lib. 2. de diverſis QQ. ad Simplicianum, q. 3. n. 2. de Samuelis ſpiritu ab inferis abducto ſermonem habens.

Beatus Iordanus e Saxonia ordin. Eremit. S. Auguſtini Serm. 47. illuſtrationem hanc ei comparat, qua Salomon lib. 3. Reg. c. 3. vaſtiſſimam ſapientiam adeptus eſt. Iam vero ex Eruditione praeliminari ad hoc opus n. CVII. conſtat alium ab hoc eſſe B. Iordanum item Saxonem, ordin. Praedicat. poſt S. Dominicum Generalem Magiſtrum, qui an. 1236. naufragio vitam praeſentem finivit, aeternam, ad quam

tot

A. Ch. 385. Aug. 31. Mun. 54. Ad. XIII. Sirio. I. Vol. X. Theod. VII.

tot ſudoribus ſe praeparaverat, incoepturus. Verum Iordanus noſter ſequenti ſaeculo floruit, & obiit ao. 1372.

(d) *Caritas novit eam*. = Henricus Wangnereck ita exponit hunc locum = Plus enim quavis ingenii ſubtilitate ad notitiam Dei confert amor Dei. Hoc quia carebat Auguſtinus, longe a gratia divina, in regione peccati exulans: ideo hoc ſolum vidit, ſe nunc eſſe dignum, qui videret lucem inacceſſibilem. Contremuit tamen amore quodam imperfecto tantae bonitatis, & tremore maieſtatis, quam peccatis ſuis offenſam merito timebat. *Beati mundo corde*, illi enim apti ſunt ad Deum videndum.

Quanquam expoſitio haec non admodum exacta videatur: vix tamen alia occurrit, quae rem prorſus expediat. Sed nobis primo minus placet caritatem hic late ſumi: videtur enim non de communi amore, omnium a lethali culpa exemtorum proprio Auguſtinum dicere: ſed de eximio illo, quo animae admodum religioſae in Deum exaeſtuant, de quo S. Doctor Tract. 26. in Ioannem: *Da amantem, & ſentit quod dico, da &c. ſi autem frigido loquor, neſcit quid loquor*. Hac enim caritate, hoc amore divini ſplendores deteguntur. Diſplicent etiam illa verba: *Hoc quia carebat Auguſtinus &c.* Videtur enim, non ad ſe id moniti referre, ſed ad Auditores. Et tandem, ad libitum dicitur, *ſolum vidit ſe non eſſe dignum &c.* Vidit lucem, non, ſe indignum eſſe videndi lucem.

Si igitur non ad libitum, ſed ordine penſato ſermonis, Auguſtini ſenſus prodendus ſit, dicendum videtur, S. Doctorem de iis, quae hic exhibet, ad Sanctorum iudicium appellare. Nempe, conatus fuerat divinae illius lucis arcanas dotes exponere, & quo modo non ſola quantitate, non maiori ſplendore, ſed genere, & totis axibus ab hac noſtra diſcreparet, utcunque ediſſerere; praeſentiens autem id ſermonis, ut revera contigit, a Lectoribus minime captum iri, ſubſumit: *Caritas novit eam*; idest haec iſta, lucis huius dotes ii bene deprehendent, quos caritas ſumma, & inflammata divinarum blanditiarum, & pulcritudinum conſcios fecit; fere quo pacto in Ioan. dixit: *Da amantem, & ſentit quod dico &c.* Sic etiam c. 13. l. 6. de Matre retulerat: *Dicebat diſcernere ſe, neſcio quo ſapore, quem verbis explicare non poterat &c.*

Quod ergo extraordinario Dei beneficio Auguſtinus inſpexit animae fideles, non quaecunque, ſed divinis charismatibus profuſae velut rem propriae profeſſionis intelligunt.

(e) *Ut viderem eſſe, quod viderem, & nondum me eſſe, qui viderem*. = Ni fallimur, ita exponendus eſt; Ut intelligerem te Deum eſſe quod viderem: non imaginem illudentem; Et nondum me eſſe talem, qui propriis viribus ſubſtantiam ſpiritualem quirem deprehendere: ſeu, nondum me eſſe talem, cui divinae hae ſortes religioſarum animarum propriae congruerent. Alius ſic exponet; Ut ſuaſus eſſem, quod videbam eſſe te; ſed in quem nondum poſſem mentis intuitus figere.

Vide quam male haec reddant Itali: *Acciocchè io vedeſſi, che v' era qualche io vedra, e che non ancora v' era io, che vedeſſi*.

(f) *Et reverberaſti infirmitatem adſpectus mei &c.* = Iam divinae feſtiviſſimae Pauli ſortes omnino in te adumbrantur Auguſtine, quem maximis expediendis Eccleſiae negotiis, quem fugandis ab orbe tenebris, quem omnium populorum doctorem, quem agendis & hic, & in Caelis triumphis altiſſima Numinis decreta ab aeterno deſtinarunt. De Paulo haec habemus in Actis Apoſtolorum, c. 9. *Et ſubito circumfulſit eum lux de Caelo. Et cadens in terram, audivit vocem dicentem ſibi &c. Et tremens, ac ſtupens &c. Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquamae, & viſum recepit &c. Et continuo praedicabat Ieſum, quoniam hic eſt Filius Dei*. Circumfulſit Auguſtinum lux de Caelo: *Et reverberaſti &c.* Cecidit quodammodo in terram, paſſus eſt enim dulcem quamdam violentiam: *Radians in me vehementer*. Audivit vocem dicentem ſibi: *Tanquam audirem vocem tuam de excelſo &c. & clamavi de longinquo &c. & audivi &c.* Factus eſt tremens, ac ſtupens: *Et contremui amore, & horrore*. Confeſtim viſum recepit, & praedicabat Ieſum &c. quoniam illico intellexit Deum ſpiritum eſſe; & quidem tanta luce, & certitudine, ut poſſet id dogmatis univerſo orbi altis vocibus praedicare: *Et cognovi &c. & non erat prorſus unde dubitarem. Faciliuſque dubitarem vivere me, quam &c.* Sed haec tenuiſſima umbra; nobilior altera, de qua lib. ſeq. c. 12.

Dicit autem, *infirmitatem adſpectus mei*: quia ut noctua propter oculorum infirmitatem diei lucem haud ſubſtinet: ita ipſa propter infirmitatem mentis in ſpiritalis ſubſtantiae intuitu deficiebat.

(g) *Et contremui amore: & horrore*. = Plaudimus: monet enim David Pſal.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Pſal. 2. 11. *Et exſultate ei cum tremo-re*. Exſultatiu (1) aliquem amorem involvit; Quis enim David (2) anto Domini arcam exſultantem, atque pſallentem, divino amure iuflsmmatum baud credet? Adſentimur autem Henrico Wangnereck hunc Auguſtini amorem initialem, ſeu imperfectum fuiſſe. Licet, ne quid diſſimulemus, Auguſtinum in tam egregia viſione, e qua in plurimarum divinarum veritatum cognitionem ivit, ferventibus cordis actibus, baptiſmi ſociatis propoſito veterem hominem non exuiſſe, vix concipi poſſit.

(*b*) *In regione diſſimilitudinis* = Haec diſſimilitudinis regio Wangnereck iudicio, ut ſupra relata eius verba produnt, erat ſtatus peccati. Videtur potius fuiſſe diſſimilitudinem opinionis; ut nempe deprehenderit in ea viſione Auguſtinus, quam ab arquis Numinis conceptibus procul abeſſet. Id & integro fermone, & illis verbis *inveni me longe eſſe &c.* magis coogruia: nun ſiquidem animae maculas, quae pateutes erant: ſed, quam male divinam ſubſtantiam uſque tuno concepiſſet ea viſione intellexit.

(*i*) *Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me.* = Noo ſum cibus per infima iſta ſerpentium, ſed eorum, qui ad alta mente, & corde adſcendentes, venerea, honores, & alias mundi vanitates, puerilibus nugis in pretio ſimilea, non curant, contemnunt. Hac ratione creſce, & me, ut fieri poteſt, aliaque adiacentia, ut pecoati cauſſam &c. optime intelliges. Sic Redemtor Iuan. 16. 12. *Adhuc multa babeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* Et Paulus 1. Cor. 3. v. 1. & 2. *Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tanquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam &c.* Et de ſeipſo c. 13. v. 11. *Cum eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam &c.*

Addit vero: *Nec tu me in te mutabis &c.* ut cibi huius pretium oſtendat; Deus enim a nobis ſumtus, deformia noſtra delet, & ſuae nus pulcritudini, hoc eſt ſanctitati conformat. Placet autem quaedam exſcribere ex lib. 2. de Libero Arbitrio, cap. 14. n. 38. ſub finem „ At illa veritatis, & ſapientiae „ pulcritudo &c. De toto mundo ad ſe „ converſis qui diligunt eam, omnibus „ proxima eſt, omnibus ſempiterna; nul„ lo loco eſt, nunquam deeſt; foris ad„ monet, intus docet; cernentes ſe „ commutat omnes in melius, a nullo „ in deterius commutatur; nullus de il„ la iudicat, nullus ſine illa iudicat be„ ne.] De integra vero ea ſententia ſu. ſe diſputat Ioann. Baptiſta Bovius tom. 1. *Theatri Moralis Dogmatico - Hiſtorici &c.* Tract. 4. cap. 4. ante med.

(*k*) *Pro iniquitate erudiſti hominem, & tabeſcere &c.* = Hic, ut vides, ex v. 12. Pſal. 38. loquitur. Talia autem ad locum iſtum habet ipſe S. D. ut ex iis quae hic ipſe velit conüci poſſit; en eius verba c. 17. & 18. = Totum „ quod deſeci, quod infirmus ſum, quod „ de imo clamu: hoc totum pro iniqui„ tate: & in hoc erudiſti, non damna„ ſti &c. Audi huc planius ex alio (3) „ Pſalmo: Bonum eſt mihi, quod humilia„ ſti me; ut diſcam iuſtificationes tuas. „ Et humiliatus ſum, & bonum eſt mi„ hi: & poena eſt, & gratia eſt &c. Et „ quomodo *erudiſti*? Dic ipſam erudi„ tionem o Idithun, quomodo eruditus „ es? *& tabeſcere feciſti &c.* Haec eſt „ eruditio. Quid tabidius aranea? ani„ mal ipſum dico. Quamquam & ipſis „ tela aranearum quid tabidius &c. „

Ea revelatione igitur intellexit Auguſtinus, in culparum ſuarum poenam, in ſtabiliendis ſpirituali ſubſtantia, peccati cauſſa aliiſque dogmatibus adeo ſe torſtum, poena illa fuit & medicina: iis enim ſtimulis, angoribuſque & ingenii ſui faſtum abiecit, & avidius Dei lucem, & adiutorium imploravit. Contabuit velut aranea: ſuum enim ingenium poſt hominum memoriam nobiliſſimum in diſcutiendis illis dogmatibus nonnihil contabuit, nimirum a ſuis dotibus declinavit.

Ad id, quod ſequitur: *Numquid nihil eſt veritas?* haec habet Henricus Wangnereck: *Tandem poſt tenebras longiſſimi, & capitalis erroris, quo S. D. Deum putabat eſſe corporeum, lux illi incorporeae veritatis affulſit &c.* Iam ſaepe admonuimus, non putaſſe Auguſtinum Deum corporeum, ſed, nequiviſſe incorporeum ſibi obiicere, quem talem credendum eſſe iam noverat.

(*l*) *Immo vere: ego ſum, qui ſum* = Immo eſſe meum exſiſtere eſt; cum in reliquis, etiam in Angelis, aliud ſit eſſe, & aliud exſiſtere. Seu, ita ſum, ut nulli prorſus (quod pariter nulli creaturae ineſt, aut ineſſe poteſt) viciſſitudini ſubeam. Hiſce verbis dignatus eſt

(1) Vide cap. 21. C.
(2) 2. Reg. 6. 2 v. 5.
(3) Pſal. 118. 71.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Sirie. I. Val. X. Theod. VII.

Deus Auguſtino ſuum eſſe, ſuam incommutabilitatem & revelare, & exponere. De quibus verbis vide, ſi placet, ipſum S. D. Serm. 6. de eo quod adparuit Dominus Moyſi in Rubo (Alias, de Diverſ. 17.) c. 3. n. 4.

Haec dixit Veritas, clamans *de longinqua*: ita enim paſſim in ſimilibus revelationibus. Autumamus autem, ad ſervandam docentis, & rei edoctae maieſtatem. Niſi forte interceſſerit hic peculiare myſterium: Auguſtino enim adhuc inquinato caſtam veritatem non domeſtice, non e proximo; ſed admodum retenta maieſtate, & e longinquo clamare aequum erat.

(m) *Et audivi ſicut auditur in corde*. = Clamorem hunc e longinquo, ſeu ab alto factum, ne talem cenſeas, qui corporeas Auguſtini aures vellicaret; ſed qui a cordis ſinu exciperetur. De quo ſono loquitur David Pſal. 25. 7. inquiens, *ut audiam vocem laudis &c.* & 84. 9. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*. Unde S. D. primo loco, ideſt n. 11. *Quid eſt*, Ut audiam vocem laudis? *Ut intelligam. Hoc eſt enim audire coram Deo, non quomodo ſonos iſtos &c. Audire vocem laudis, eſt intelligere intus.* Altero vero n. 10. *Loquebatur in illo Deus intus, & mundus faciebat illi ſtrepitum foris. Cohibens ergo aliquantum ab ſtrepitu mundi, & avertens ſe ad ſe: & a ſe in illum, cuius vocem audiebat interius &c.*

Quod inde habet de certitudine, qua revelatis dogmatibus adhaerebat, divinae infallibilitatis umbra eſt, quae ſupernas quaslibet revelationes comitatur: ut paulo poſt obſervabimus.

(n) *Intellecta conſpicitur*. = Etſi communem editorum lectionem hanc BB. retinuerint: nobis tamen enuntiant = „ MSS. magno conſenſu ferunt, *conſpi-* „ *ciuntur*.] Verum niſi quidquam addatur, aut alia verba immutentur, nimis manifeſtus error eſt in Grammatica. Sed nil mirum: cum amanuenſes mente illud Pauli Rom. 1. 20. quod Auguſtinus adſumit, evolverent, non adtento huius ſermonis nexu, ſicut cetera verba, ita hoc, *conſpiciuntur*, prout erat in ſuo fonte reddiderunt. Cum reliquis MSS. ſunt MSS. quinque. At Ricar. genuinam lectionem habet.

Deum ergo eſſe, & quidem incommutabilem, incorporeum &c. naturali ratione deprehendi poteſt. At vero quemadmodum in Ethnicis Philoſophis conſpicere eſt, ipſa ratio in propriis etiam functionibus, atque muneribus culpis adfluentibus non raro caligat.

Quoniam vero adſertum eſt, contigiſſe hic propriam revelationem: expeditiſſime videndum eſt, an ipſa ſex caracteribus obſignata ſit, quibus divinas a ſpuriis viſionibus paſſim ſecerni obſervavimus lib. 6. c. 13. B.

Primum caracterem diximus, ſi bene meminiſti, terrorem, atque ſolamen. Habes hic, *Et contremui amore, & horrore*. II. Non inflatio, ſed abiectio alter caracter. *Et nondum me eſſe, qui viderem &c. Et inveni me longe eſſe &c. Cibus ſum grandium, creſce &c. Et eruditi quoniam pro iniquitate &c.* III. Sermo non profuſus. Ex te obſerva quot didicerit paucis verbis Veritatis IV. Ut reveletur quod non adeo commode ab Eccleſiae Miniſtris diſci poteſt. Iam ſaepe nobis conteſtatus eſt, quam in caſſum, licet ardentiſſime, doctiſſimi cuiuſquam Catholici adloquium expetierit V. Magna de revelatis quies, & certitudo: *Non erat prorſus unde dubitarem. Faciliuſque dubitarem me vivere, quam &c.* VI. Bonos autem fructus, quos pro ſexto caractere volebamus, revelationem ipſam ſequutos quilibet ex hoc capite, & ex ſequentibus facile noſcere poterit.

DIGRESSIO.

Hic autem Deo, & piis hominibus omnibus gratum fore confido, ſi in Scriptorem quemdam digrediar, fama ſummum, veritate modicum: qui cum de rebus Theologicis, quas non callebat plura ſcripſerit: in plurimas nugas erupit, quas utpote defaecatiori Sacrae Scholae genio, & ferventiori pietati adverſas aliquando vel digreſſione impetere, ac propulſare Sacerdotalis zelus poſtulare videtur. Is autem eſt Ludovicus Antonius Muratorius, vir, ut mihi videtur, nullius facultatis poſſeſſor, & omnium ſcriptor, qui cum pluribus libellis, aut propoſitionibus S. Theologiae iura violaverit: in libello, cui titulus, *Della forza della fantaſia umana*, cap. 9. de Ecſtaſi, & Viſione varia temere effutiit, quae hic, ubi tot de Viſione diximus, brevi expedita digreſſione perſtringere, ac repellere aequum, & etiam ſanctum videtur. pagina 10. *Che sì fatte Eſtaſi chiamate divine, poſſano ſuccedere, non s'ha da avere difficoltà di crederlo*. Immo neceſſum eſt credere, quippe ſpectat id ad

Ec-

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Eccleſiae doctrinam. Et ex ipſis divinis Scripturis babemus. pag. 116. *Nella mia Filoſofia Morale bo anch' io prodotto due eſempli di buone perſone, che ſi credevano di trattar' in Eſtaſi con Dio, quando ſolamente trattavano colla propria divota Fantaſia.* Papae immortale ſtudium, & opus, ex quo tam inſignis lux & Eccleſiae, & Theologicis ſtudiis acceſſit! Tu ſolus reconditae eruditionis vir duo exempla eius rei adducere poteras, de qua centena cuicunque non admodum erudito Sacerdoti ſtatim occurrunt. pag. 117. *In fatti erano una volta in gran voga queſte Viſioni, e Rivelazioni, e venivano ricevute tutte, come giàe cadute dal Cielo.* Et nunc ſani Theologi divinas Viſiones, & Revelationes velut gemmas excipiunt e Caelo delapſas. In eo autem tantum ab antiquis, non omnibus, ſed quibusdam diſcriminantur: quod accuratiore examine earumdem Viſionum, & Revelationum veritatem diſcutiunt. pag. 119. *Il che ſia detto, non già per condennare alla rinfuſa tutte le apparizioni, e Rivelazioni, perchè ſe il credere troppo è un' eccesſo, può eſſere non meno eccesſo il credere nulla.* Id addere opportunum fuit, ut oſtenderes te non eſſe peiorem haereticis, quorum ſaltem minus impii non omnes quaquaverſum divinas Revelationes condemnant. Non eſt autem par exceſſus, ut dicis neſciens quid dicas, nimium credere, & nihil credere: Nam *qui credit cito, levis eſt corde*, ut dicitur Eccleſ. 19. 4. Qui autem nullam Viſionem & Revelationem credit, utrum ſit tolerandus in Eccleſia non adeo temere diſiniendum eſt; Scilicet: qui nullam prorſus Viſionem, & Revelationem credit, facto hanc propoſitionem ſtatuit: Omnes Viſiones, & Revelationes ſpuriae ſunt. Haec propoſitio aliam complectitur: In Eccleſia dari non poſſunt verae Viſiones, & Revelationes: quae propoſitio eſt haeretica: immo quam & ipſi haeretici exſecrantur. ibidem ſtatim. *Primieramente ſe eſſe per l' ordinario non comprovano la Santità, nè par le pregiudicano.* Et huc opus erat ut tu doceres: & hoc pro Viſionibus, & Revelationibus inſigne laudis argumentum, quod Sanctitati minime officiant. Nec debebas dicere, *per l' ordinario non &c.* ſed, plerumque, at non ſemper ſanctitatem indicant. Quod etiam de omnibus gratiis, quas *gratis datas* appellant, dicas: illae quippe licet non ſemper, at ſaepe admodum & plerumque ſanctitatem comitantur. pag. 120. *disdirebbe lo ſtendere un decreto condennatorio di tutto quanto raccontano le pie perſone delle lor viſioni.* Videris tibi liberalis, cum dicis, *disdirebbe*; puta, haud pulcrum fore, quidquid piae perſonae de ſuis Viſionibus produnt, ſtatim condemnare? Immo vero, ſi non Circulatorum more, ſed preſſe, & exacte loqui velimus; qui omnes ſtatim Viſiones, & Revelationes condemnat, credat oportet, ut paulo ante diſputabamus, in Eccleſia Viſiones, & Revelationes dari non poſſe: quod non *minus pulcrum*, ſed, haereticum eſt. Quem diſputandi modum vir utcunque vel arte, vel natura dialecticus ſtatim deprehendet, & probabit, non Muratorius qui ubique ſuorum opuſculorum Circulatorum more loquitur, in incertum verbis atque periodis eructatis. ibidem ſtatim, *Quello bensì, che dovrebbe religioſamente oſſervarſi, farebbe di non portar mai ſu i pulpiti, nè di adoprar per pruove della Religione, ſomiglianti Apparizioni, e Rivelazioni.* Quod religioſe obſervare deberes, eſſet iſtud: Maiori obſequio de Divinis loqui: & non accedere ad Nuptias Agni, non habens veſtem nuptialem, Non debebas inquam in Theologiae Doctores cenſoriam virgam exercere tu, qui, ut tua opuſcula produnt, Theologiam nec ſummis labiis deguſtaſti.

Ceterum Sacri Oratores Viſiones equidem, Revelationes adferre ſolent, at non ad Religionis dogmata ſtabilienda; Ad alios pios fines, ad quos & profanae hiſtoriae, & Philoſophorum vel axiomata vel obſervationes, & naturae effectus plures adducuntur, adferre turpe eſt divinas Viſiones, & Revelationes? pag. 121. *Non ſi dee avvezzare il Popolo a tenere per fermo ed uguale a gl' inſegnamenti certiſſimi della Chieſa di Dio quello, che è incerto &c.* O tu quis es, aut ubi gentium inhabitas? Hoc unum ſcio, huiuſmodi loquendi formulas hominem prodere Theologiae prorſus ignarum, & hoſpitem in coetu Fidelium. Quis enim Theologiae diſcipulus pares fecit certiſſimis Eccleſiae documentis piorum Viſiones, & Revelationes? Quae in coetu Fidelium delira anus, quis ſutor cum certiſſimis Eccleſiae Chriſti dogmatibus Viſiones, & Revelationes contulit? eodem pag. 121. *Bene ſarà, che in queſto propoſito il Lettore apprenda ancora ciò, che l' Abbate di Fleury laſciò ſcritto nel Tomo Vigeſimo della Storia*

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Sirie. I. Val. X. Theod. VII.

Ecleſiaſtica, dove diſapprova il prendere per Rivelaziani, e coſe miracoloſe le Meditozioni d' alcune per altro ſante Donne; con aggiugnere, eſſere di qui nata la Theologia Miſtica, profeſſione ſottopoſta a molti errori, ed abuſi. Cum Theologia Myſtica ſoeultas ſit peculiarem ſecretioremque Deum inter hominelque amicitiam diſeutiens, eius exordia in mundi initium revocando ſunt; vix enim inſtituto mundo, aliqui malis ſtimulis laxaverunt habeuas: alii communem pietatem coluere: quidam etiam ad peculiarem ſanctitatem vocati ſunt. Quis non eredet Theologos Myſticos Abrohom Moſem &c. & in novo Foedere poſt Chriſtum, & eius Motrem, omnes Apoſtolos, masime vero Ioannem & Paulum? Inde ſenſim ut communis, ito & Theologia Myſtica in peculiarem profeſſionem deducto eſt, ordinato, ſyſtemote etiam digeſta. Abuſus in homines (ut in ceteris dici ſolet) revocantur, non in ipſom profeſſionem. Theologi Myſtici errare poſſunt, ut errant item aliquotiens Theologi Scholaſtici, Dogmotici, Morales &c, item Medici, Philoſophi, Aſtrologi &c. Porro quam obiicis Fleurii ouctoritatem in his ſimilibusque rebus mauci foeimus, *pag.* eadem 121. *Certemente chi ha letta la Vita di Antonietta Barignon, nata Cattolita in Lilla di Fiandra, morta, non ſi ſa di qual Religione nel 1680. e tanto eſaltata dal Viſionario Calviniſta Iurica, e quante Rivelazioni ella ſpacciaſſe, e quanti Libri componeſſe: dee bene aprir gli occhi in queſte materie &c.* Vere elauſis oculis more Andabatarum pugnas! Theologos Myſticos admodum terrere debet hoc, quod nempe ſpuriae fuerint Viſiones, & Revelationes mulieroulae, quae impio extra fato ceſſit, quamve miris laudibus eelebrabat ſuperſtitioſus vir Calviniſta? Hiſce naeniis vir, qui in omnibus faeulsotibus, ſummus videri geſtis, tuas paginas imples? At ſat tibi erat vulgo imponere: & audire apud populum, *Parens innumerabilium librorum*; Quaſi quod qui plura ſcripſit: & non potius qui bene ſcripſit, laudandus ſit. *Saepius in libro laudatur Perſius una - Quam levis in tota Marſus Amazonide*. Mortialis lib. 4. Epigram. 29. Et in doctiſſimo Opuſculo hoc anno 1756. emanato, cuius titulus: *Agenore a Filarto ſuo amico, intorno la quinta Lettera del P. Filiberto Balla, e le Cenſure del P. Franceſc' Antonio Zaccaria Geſuiti &c.* in odditamento aliquorum obſervationum &c. poragr. 5. puſt. med. = Si ſtima „ più, o meno un' Uomo, non perchè „ ſolamente abbia compoſti molti libri, „ ma per la moniera, con che gli ha „ compoſti, e per la maggiore e mi„ nore felicità, onde nelle dottrine an„ cor più recondite fa ſpiccare il ſuo „ talento. „ pag. 505. *Finalmente ſapendo noi, che l' Apoſtolo S. Paolo fu favorito da Dio di ſublimi Rivelazioni, ma delle quali, dice egli*, non licet homini loqui: *ſi dimanda, come le perſone date alla Miſtica, e che forſe anche godono ſomiglianti favori, credano poi lecito di pubblicarli, quando San Paolo nol giudicova lecito a ſe ſteſſo?* Ohe iom ſat audaciae, & quiſquiliis; Nugeris, & quidem irreligioſe, ne quid amplius dieam, inſicete Scholae Theologicae ſcurra; Peccaverunt ergo Geltrudis, Birgitta, Tereſia &c. quae ſuas Revelationes, & Viſiones prodiderunt. Peccavit Eecleſia quae id permiſit. Peccaverunt Iſaias, Ieremias, Daniel, Ezechiel, Ioannes Evangeliſta &c. Peccavit & ipſe Poulus, qui de quibusdom, non de omnibus a Deo ſibi revelotis conticuit.

Ad illum autem (1) locum 2. Cor. cap. 12. v. 4. haec hobet Auguſtinus Calmet Ordin. S. Benedicti in Commentario Literali, t. 8. = Minime permittit Deus, ut iſto norrem: nulli fortaſſe vobis uſui forent, mihique ambitionis diſcrimini apud homines &c. „ Sive nondum adeo provecti erant di„ vinis in rebus Corinthii, ut perſpe„ ctas revelationes intelligere poſſent. „ Plures tomen Potres (2) atque Inter„ pretes cenſent res a Paulo ſpectatas, „ auditaſque ſeipſis revera fuiſſe ineſ„ fabiles, hominiſque ſermone ſatis ex„ primi non potuiſſe. Profecto ſi ipſam „ Dei naturam vidit Apoſtolus (3); ac „ maxime arcana Chriſtianae Religionis „ Myſteria Deus illi detexit, quod ve„ riſimillimum eſt, nemo negaverit, „ iſthaec eſſe nedum vulgari hominum „ intelligentia, & ſermone ſublimiora, „ verum etiam iis mentibus, quae cae„ teras perſpicuitate antecellunt.] eadem

(1) Recole dicta l. 4. c. 13. B.
(2) Clem. ſtrom. I. 5. Ita Theophyl. Oecumen. Auguſt. D. Thom. alii paſſim.
(3) Aug. lib. 12. de Gen. ad litt. & ep. 147. D. Thom. hic. Beda Hersac.

dem pag. 125. *E ciò beſti intorno a queſto argomento, laſciando io volentieri ad altri la cura di ben eſaminare, e di produrre ragioni ſode, perchè ſi truovi più facilmente nel ſeſſo debole, che ne' maſchi, la diſpoſizione a sì fatte Eſtaſi. Appunto per la ſua debolezza, dirà taluno. Dica quel che vuole: che io per me non oſo dire di più.* Equidem non prorſus inficior & propter infirmitatem: Sed hac ratione, quia nimirum illa Dei dona feminarum infirmitati ſubſidio ſunt. Verum dubium hocce, cur potius feminis, quam viris: in idem redit cum illo: Cur potius ex viris rudibus atque ſimplicibus, quam doctis atque vaſutis Viſiones, atque Revelationes, & huius generis alia, ut miraculorum donum Deus largiatur. Idem inquam eſt dubium, & in eadem momenta revocatur. Audiamus ergo Spiritum-Sanctum: Prov. 3. 32. *Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius.* Prov. 9. 4. *Si quis eſt parvulus, veniat ad me.* Mar. 10. v. 14., & 16. *Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim eſt regnum Dei &c. Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos &c.* Matth. 11. v. 25. & 26 *Confiteor tibi Pater, Domine caeli, & terrae, quia abſcondiſti haec a ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Ita Pater: quoniam ſic fuit placitum ante te.* 1. Cor. 1. v. 25. *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus &c. Quae ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Et ignobilia mundi &c.* Denique Eccleſia in Reſp. 7. lect. officii B. Mariae: *Intercede pro devoto femineo ſexu.* Quid autem produnt ea verba: *Io per me non oſo dire di più?* Quid amplius dici poterat? quid reſtabat, niſi omnes Viſiones, atque Revelationes condemnare? Et en in quot nugas, & quidem audaciſſimas paucis pagellis eruperit Ludov. Anton. Muratorius de cuius ſecreta fide, & pietate iudicet Deus: quin immo iam ab aliquot annis iudicavit (1). In eius autem doctrinas iterum pugnabimus lib. 9. c. 4. Q. c. 7. D. n. 1. & H. l. 10. c. 25. A. n. 7. & l. 12. c. 2. E.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

C A P U T XI.

A R G U M E N T U M.

Divino eſſe deprehenſo: ad creaturas mentis ſuae oculos vertit, & obſervat, eas quidem divino munere eſſe; at ſimul minus proprie & velut ex metaphora exſiſtere; quandoquidem vertigine perenni labuntur. Eamque rei ſummam eſſe: nos a Deo ſemotos, in ſpectra evaneſcere.

ET inſpexi cetera infra te, & vidi nec omnino eſſe, nec omnino non eſſe: Eſſe quidem, quoniam abs te ſunt: non eſſe autem, quoniam id quod es, non ſunt (*a*). Id enim vere eſt, quod incommutabiliter manet. Mihi autem inhaerere Deo bonum eſt (2), quia ſi non manebo in illo, nec in me potero (*b*). Ille autem in ſe manens innovat omnia (*c*). Et Dominus Deus meus es, & quoniam bonorum meorum non eges (3).

(*a*) *Quoniam id, quod es, non ſunt.* = Quemadmodum ardens facula Soli obiecta, lucem amittit: ita creaturae Deo comparatae non cenſentur exſiſtere. Unde Pſaltes 38. 6. *Subſtantia mea tanquam nihilum ante te.* Verum & comparatione ſublata, tanquam nihilum hic creaturae ab Auguſtino pendantur; ut enim Iob c. 14. 2. inquit, *Homo fugit velut umbra, & nunquam in eo-*

(1) Ob. 23. Ian. an. 1750. aet. 78. incept.
(2) Pſal. 72. 27.
(3) Pſal. 15. 2.

Digitized by Google

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

eodem ſtatu permanet . An vero diceres globum in aere exſiſtere , qui a caelo deiectus , eumdem aerem impetu ſcindens , praeceps in haec noſtra rueret? Ut globus ille per aerem terram verſus ruit ; ita homo praeſtitutos ſibi dies tranſmeat , ad mortem properans ; Verum hoc fere morale eſt ; Dicendum aptios ad Auguſtioi propoſitum : Omnis creatura , quaecunque illa ſit , aut ratione una , aut alia continuo in nova fluit : & divina manu retracta , etiam Angelorum ſummus, & creatora Angelis etiam nobilior , quam vel fingere poſſis , maiori celeritate impetuque ac ad terram globus , ad nihilum properaret . Quomodo autem ſint motabiles Angeli , noo eſt cur hic exponamus : com Auguſtini ſermo poſtulet ; & vix ſit Schnlae Theologus , qui in tract. de eisdem Angelis rem illam non expediat .

(*b*) *Si noa maneba in illo , aec in me potero* = Conſtaotiſſime ita dicendum , & credendum , vel metaphyſicum , vel aſceticum agas . Deo ſanctificatore elongato , eris omnium vitiorum latrina . Quod non ipſe compiogit , nunquam erit . Et ot eſt etiam rerum omnium nedom artifex , ſed & conſervator , ſi a me manum rettahit , paginae huic nec apicem unum addidero , cum iam nihili abyſſo abſorptus ero .

(*c*) *Ille autem in ſe maaeus , innovat omnia* = Adludit ad v. 27. cap. 7. libri Sapient . *Et in ſe permanens , omnia innovat* . Si cum viris de Schola loqui placeat : Deus actione aut ſemper immanente ; aut ſaltem nunquam formaliter (hoc eſt proprie) ſed ut multum virtualiter (aequivoce pota) traoſeonte ; ſeu actione a motu ſemper exemta innovat omnia ; creat enim , conſervat , ſanctificat . . Immo ſi malitiam ab actione dividas : nec tantillum operaris , quod non ipſe operetur ; & agit io te , quod nec tu ipſe agas . Ex ipſo S. Doctore loquimor , qui Serm. 56. in Matth. 6. de Oratione Dom. ad Compet. (Alias , de Diverſ. 48.) c. 5. n. 6. haec habet . *Quad fit a te , ipſe facit ia te , Nunquam fit a te , quod non ipſe facit in te . Sed aliquanda facit in te , quad non fit a te . Nunquam autem aliquid fit a te , ſi non facit in te .*

Et cohaerenter ad haec , non puta ad ſignificandam divitiarum copiam , & opulentiam annonnae additur , *bonorum meorum non eges ;* Deus enim a ſe exſiſtit , a ſe immaculatus &c.

C A P U T XII.

A R G U M E N T U M.

Ne cenſeas ſuperna illa Viſione unum vel alterum lucrum Auguſtino obveniſſe ; Profitetur ſibi manifeſtatum etiam nullam ſubſtantiam malam eſſe ; & quidem acerrimo hoc argumento , quod in varias formas converti poteſt ; Aut enim de ſubſtantia dicis , quae nulli corruptioni ſubeſſe poſſit : & hanc ſummum bonum appellamus ; Vel de ſubſtantia , quae minime ſit eius periculi expers : & in hac mox quidquam boni deprehendimus ; neque enim noceret corruptio , niſi vel tantillum bonum perfringeret . Ex quo didicit fruſtra ſe propriam peccati cauſſam quaeſiſſe ; cum ſiquidem omnis boni ſit expers , in quam actio vere talis exercetur . Unde concluditur , Deo omnis , & ſolius boni artifici plaudendum : cuius opera ſeorſim accepta, bona : iuncta autem & ordinata , valde bona appellabis .

ET manifeſtatum eſt mihi , quoniam bona ſunt quae corrumpuntur , quae neque ſi ſumma bona eſſent , neque niſi bona eſſent , corrumpi poſſent : quia ſi ſumma bona eſſent , incorruptibilia eſſent : ſi autem nulla bona eſſent , quod in eis corrumperetur non eſſet . Nocet enim corruptio (*a*) , & niſi bonum minueret , non noceret . Aut igitur nihil nocet corruptio , quod fieri non poteſt ; aut , quod certiſſimum eſt , omnia quae corrumpuntur , privantur bono . Si autem

omni

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

omni bono privabuntur, omnino non erunt. Si enim erunt, & corrumpi iam non poterunt, meliora erunt, quia incorruptibiliter permanebunt. Et quid monſtroſius quam ea dicere omni bono amiſſo facta meliora? Ergo ſi omni bono privabuntur, omnino nulla erunt: ergo quandiu ſunt, bona ſunt: ergo quaecunque ſunt, bona ſunt. Malumque illud quod quaerebam (*b*) unde eſſet, non eſt ſubſtantia: quia ſi ſubſtantia eſſet, bonum eſſet. Aut enim eſſet incorruptibilis ſubſtantia, magnum utique bonum: aut ſubſtantia corruptibilis eſſet, quae niſi bona eſſet, corrumpi non poſſet. Itaque vidi & manifeſtatum eſt mihi, quia omnia bona tu feciſti, & prorſus nullae ſubſtantiae ſunt quas tu non feciſti. Et quoniam non aequalia omnia feciſti, ideo ſunt omnia; quia ſingula bona ſunt, & ſimul omnia valde bona: quoniam fecit Deus noſter omnia bona valde.

(*a*) *Nacet enim carruptia.* = Ut in fortiſſimo hoc argumento nihil caeſpites: illud ſcias, de nocumento, & bono a Metaphiſicis inſpectis, quae *tranſcendentalia* dicuntur, hic diſputari; item de utroque ſecundum primum adſpectum, quidquid ſit de viciſſitudine & ordine. Manifeſtum eſt autem ea rationu corruptionem quamlibet nocere, & bono exuere. Aliquid enim corruptione tollitur; omnia vero Metaphyſico viro bona ſunt. Et licet nonnunquam uno ſublato bono, alterum veniat etiam nobilius: id nihili Metaphyſicus pendit, qui ſemel acceptae rei (hic dicas: damno a corruptione inducto) mordicus haeret.

Quanquam vero caput; immo totam ſequentem hiſtoriam exordiatur Auguſtinus illis verbis, *Et manifeſtatum eſt mihi*: noli arbitrari omnes veritates haſce in revelatione ipſi propoſitas; ſed eius revelationis beneficio depulſis quibus in culparum vindictam obruebatur tenebris, in conſequutiones iſtas naturali ingenio devenit. Quod illuſtrari poteſt S. Thomae doctrina, qui 1. p. q. 12. ar. 11. cum quaedam tertio loco ex Auguſtino 12. Conf. c. 25. lib. de Vera Relig. c. 31. & 12. de Trinit. c. 2. ſibi obieciſſet, ita reſpondet = Ad tertium „ dicendum, quod omnia dicimur in Deo „ videre, & ſecundum ipſum de omnibus iudicare, in quantum per participationem ſui luminis omnia cognoſcimus, & diiudicamus. Nam & ipſum „ lumen naturale rationis participatio „ quaedam eſt divini luminis, ſicut etiam omnia ſenſibilia dicimus videre, „ & iudicare in ſole, ideſt, per lumen „ ſolis. Unde dicit Auguſt. 1. Soliloq. „ Diſciplinarum ſpectamina videri non „ poſſunt: niſi aliquo velut ſuo Sole illuſtrentur, videlicet Deo. Sicut ergo, ad videndum aliquid ſenſibiliter, „ non eſt neceſſe quod videatur ſubſtantia Solis, ita ad videndum aliquid intelligibiliter non eſt neceſſarium quod „ videatur eſſentia Dei.] Si placet, videre poteris etiam q. 16. ar. 6. ad 1. Infra c. 17. C. ſimilis ſermo redibit.

(*b*) *Malumque illud, quod quaerebam &c.* = Non ergo malus deus fingendus, in quem primo; aut mala in homine ſubſtantia, in quam ſecundo peccatum revocetur. Si enim nihil continet boni, non eſt ſubſtantia; haec vero ſola propriam, & efficientem cauſam habet. Infra ſenſim; at c. 16. aenigma iſtud prorſus expedit.

Dicens inferius, *Et quoniam non aequalia omnia*: exponit cur Deus quae fecerat ſingillatim accepta, bona: ſimul vero, bona valde iudicaverit: *Vidit Deus cuncta, quae fecerat: & erant valde bona*, Gen. 1. 31. Valde bona enim cuncta ſunt ratione ordinis: hic autem recta diſpoſitio eſt plurium inaequalium, & diſſimilium: *Ordo eſt parium, diſpariumque rerum ſua cuique loca tribuens diſpoſitio*: inquit S. D. lib. 19. de Civit. Dei, cap. 13. n. 1. Vide etiam, ſi vacat, lib. QQ. 83. q. 41. lib. 3. de Libero Arbitr. cap. 9. lib. 3. de Gen. ad Litt. cap. 24. n. 37. & lib. 1. contra Adverſarium Legis, & Prophet. cap. 4.

Quanta vero ſit creaturarum omnium ſimul iunctarum perfectio, & pulcritudo, videbimus infra c. 13. F.

CA-

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

C A P U T XIII.

A R G U M E N T U M.

Ut adhuc videas, nullam malam eſſe ſubſtantiam; & illud ediſſerit, nedum Deo, ſed nec orbi malum eſſe; non enim quidquam extra conſiſtit, quod ordinem eius deturbet. Nec illud te moveat, ex ipſius orbis partibus quaſdam malas appellari: id enim eſt, quia nonnullis faſtidio, ac damno ſunt; cum tamen interim in ſemetipſis, & abſolute ſint bonae: & partibus aliis maxime congruant, & proſint. Quanquam vero a divina manu creaturae nobiliſſimae fluxerint: adhuc & illis non adtentis, ex ſolis infimis, ut a Davide commonemur, ad divinas celebrandas laudes haud leve argumentum extundi poſſe, compertum ſibi profitetur. Qui inde & Caeli incolas ad eaſdem laudes provocans: ſingularum creaturarum merita non invicem contuliſſe teſtatur: quod licet ſuperiores inferioribus praeſtent: ſaniori ipſe iudicio & illas, & iſtas in chorum unum collectas ſibi praefixerit.

ET tibi omnino non eſt malum, non ſolum tibi, ſed nec univerſae creaturae tuae, quia extra non eſt aliquid (*a*) quod irrumpat & corrumpat ordinem, quem poſuiſti ei. In partibus autem eius quaedam quibusdam quia non conveniunt, mala putantur: & eadem ipſa conveniunt aliis; Et bona ſunt; Et in ſemetipſis bona ſunt (*b*). Et omnia haec, quae ſibimet invicem non conveniunt (*c*), conveniunt inferiori parti rerum; quam terram dicimus, habentem caelum ſuum nubiloſum atque ventoſum congruum ſibi; Et abſit iam ut dicerem, Non eſſent iſta (*d*): quia etſi ſola iſta cernerem, deſiderarem quidem meliora, ſed iam etiam de ſolis iſtis laudare te deberem (1): = quoniam laudandum te oſtendunt de terra dracones (*e*) & omnes abyſſi, ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus tempeſtatis, quae faciunt verbum tuum: montes, & omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri: beſtiae & omnia pecora, reptilia, & volatilia pennata: reges terrae & omnes populi, principes & omnes iudices terrae: iuvenes & virgines, ſeniores cum iunioribus laudant nomen tuum. „ Cum vero etiam de caelis te laudent, laudent te „ Deus noſter in excelſis omnes Angeli tui, omnes virtutes tuae, „ ſol & luna, omnes ſtellae, & lumen, Caeli caelorum & aquae „ quae ſuper caelos ſunt, laudent nomen tuum; „ Non iam deſiderabam meliora, quia omnia cogitabam; & meliora quidem ſuperiora, quam inferiora; ſed meliora omnia, quam ſola ſuperiora (*f*) iudicio ſaniore pendebam.

(*a*) *Quia extra non eſt aliquid &c.* = Sumus cum BB. Patribus, qui haec habent = Legebatur in Lov. & antiquioribus editionibus, *quia extra te non non eſt &c.* At Arn. expunxit particulam, *te*, quae abeſt a MSS. & abeſſe debet, cum ſenſus ſit, nihil eſſe extra univerſam creaturam, quod ad perturbandum ordinem a Deo conſtitutum irrumpat] Nobiſcum ſunt MS. Car. & 2. Med. At totidem Med. 2. item S. Cr. & Ricar. nobis adverſantur.

Non admodum plana, & obvia fluit cap. huius oratio: quod, ut conii

cimus,

(1) Pſal. 148.

cimos, animi ſit de divina revelatione, rot bonorum matre ſupra modom geſtientis cuive innumera adfloant ; quae ambiant ad Dei laudem enarrari, & expendi. Unde integrum caput, non rerum magnitudine, ſed eloqnio in varias periodos ruptas atque ſuſpenſas diſtracto ſit nobis nonnihil obſcurum.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Probat, ut vides cor oniverſae creasorae; at non cur Deo uullum poſſit malum obtingere. Et forte quia iam ſaepe, cum puta aut incorruptibilem, aua incommutabilem oſtendit, id egerat. Aut quia dum creatura, magis ipſa ab omni diſcr imine eximitur. Niſi mavis dicero piguiſſe illum, pro meridiaua luce contendere.

(*b*) *Et eadem ipſa conveniant aliis: Et bana ſunt; Et in ſemetipſis bona ſunt* = Tali orthographia, vel forma haec expreſſimos, qoa oſteudatur, ternis hic indicio noſtro datas ſententias; Ut ſcilicet qoaelibet creatora, etiam quan nonnullis gravis eſt, tr.plici bono ſit praedita: Bono ad alios, ſeo iuvandi: Bono abſoluto, vel, ot Scholae loquuntur, *entitative*, *trauſcendentali*; Bono tandem proprio. Poſtremum hoc obſcurum alicui videbitur, quod cum tranſcendentali recidat, quodque non voluerit Augoſtinus; ſed intermedia illa verba, *Et bana ſunt*, aot cum priori, aut eum altero extremo iungenda. Verum obſervatione quadam a S. Doctore facta lib. de Moribus Manichaeorum, cap. 8. n. 11. bonum illud adſtroitor, & expouitur = Nam „ etiam de qoodam dicente nullam ſub„ ſtantiam malum eſſe: unus de prima„ tibos huius haereſis, quem familiarius, „ crebriuſque audiebamus, dicebas, „ Vellem ſcorpionem in manu hominis „ ponere, ac videre, utrum non ſub„ traheret manum: quod ſi faceret, „ non verbis, ſed reipſa convinceretur „ aliquam ſobſtantiam malum eſſe: qoan„ doqoidem illud animal eſſe ſubſtan„ tiam non negaret. Et dicebat hoc non „ coram illo, ſed cum ad eum nos „ cammoti referremus quod ille dixiſ„ ſet: reſpondebat ergo, ut dixi, pue„ riliter pueris. Quis enim meliuſcule „ imbotus, & eroditus oon videat, per „ inconvenientiam corporalis temperatio„ nia haec laedere, ac rurſus per con„ venientiam non laedere? ſaepe etism „ commoda non parva cooferre? Nam „ ſi illud venenum per ſeipſum malum „ eſſet, eumdem ſcorpionem magis prioſ„ que perimeret. At contra ſi ei peni„ tus aliquo pacto detrahator ſine du„ bitatione interiret. Ergo illius corpori „ malom eſt amittere, quod noſtro re„ eipere. Item illi bonum eſt habere „ id, quo nobis bonum eſt carere. „ Erit ergo nadem res & bonum, & „ malum? Nullo modo: ſed &c.] „

In ſcorpione ex ſubtiliſſima hac obſervatione Auguſtini triplex bonum facile deſignamus. Animal illud ut in medicinam adhiberi poteſt: primum bonum eſt: *Eadem ipſa conveniunt aliis*. Ut eſt aliquid, ut habet eſſe, ut exſiſtit; bonum entitativum, tranſcendentale: *Et bona ſunt*, Quatenus vero ſibi prodeſt, ut abs proprio veneno poſſit conſiſtere: tertium proprium illud bonum eſt, quod ab aliquo forte, ut diximus, in dubiom vocabitur: *Et in ſemetipſis boaa ſunt*. Ut autem vides, aut in hocce ſermone animal, aut eius venenum nomines, idem babebis.

(*c*) *Et omnia baec, quae ſibimet invicem non conveniunt &c.* = An de elementis, quae ſingula; & de meteoris imperfactiſque mixtis, ut grando, fulgur &c. quorom plura invicem certant; quaeve omnia aut una, aut altera ratione terrae beneficio ſunt, loqoitur? Id quidem manifeſtum, ac expeditum eſſet; Sed quum *omnia baec* dicat, ſermonem ſuum ad pecnliaria finiri vetat; Et addeos, *caelum ſuum nubiloſum, atque ventoſum*, innuit, meteora partes tantom eſſe eorum, de qoibus loquitur. Omnia ergo invicem pugnantia Auguſtinus, complectitur; ſed omnia illa terram iuvare durum cuiquam videbitur. Arbitramur terrae nomine univerſum inferiorem orbem, terrae inſidentem, ipſa etjam compreheuſa terra deſignare. Si autem res quaslibet in ſuis, ot debes, expendas generibus: orbi infimo ad nullam determinatam partem contracto eſſe proficuas; aut videlicat utiles, aut decentes nobis haud inficiari cogeris.

Sed quum innumeris ſuorum voluminum locis accurate, & doctiſſime edifferat Auguſtinus qualiter res quaedam oni noxiae; vel alteri, vel orbi apprime congruant: nullibi vero ita exacte, eleganter, & erudite ſicut lib. de Moribus Manich. cap. 8. n. 12., & 13. Et qui plura adhoc deſiderat, videre poterit cap. 9. eiusdem libri. Enchirid. cap. 11. & 12. Lib. 1. de Gen. contra Manich. cap. 16. De Gen. ad Litt. lib. 3. cap. 17., & 18. Lib. 11. de Civit. Dei, cap. 22., & 23. & lib. 12. cap. 4. & 5. Lib. 1. Retract. cap. 7.

(*d*) *Et abſit, ut dicerem, Non eſſent iſta.* = Sic BB. cum ſuis MSS. & Arn. nec non Feſ. & optimus S. Cr. Sed editi communiter, *Nan eſſe iſta*. Som. Wangn. qoos ſequuntur Itali,

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. 1. Val. X. Theod. VII.

li, nec non Ricar. *Non eſſe niſi iſta*.

Locus obſcurus. Et quidem vix in obſequium BB. lectionem Som. non praetulimus; qua poſita ita ſententia dilucidanda videretur: praeacto tamen, Auguſtinum non quidem prorſus ab coepto argumento, ſed ab ipſius argumenti apice, hoc eſt preſſa metaphyſica forma hic nonnihil digredi. Dum graviter ediſſereret nullam creaturam malam eſſe; ſed eas, quae uni, & partibus minime conſonant, aliis, & univerſo orbi optime congruere, ſublunarium rerum exemplo uſus eſt. Nunc autem non depoſita, ſed paululum ſuſpenſa controverſia de creaturarum convenientia: eas abſolute (Schola diceret, *earum entitatem*) ſibi obiicit, & dicit: non ideo tantum inferiora ſuo complexum eſſe ſermone, quaſi haec ſola, aut velut potiſſima in Dei laudem vergant: optime ſe agnoviſſe, & deſideraſſe meliora; At ſat arbitratum eſſe interim illa, quae mox velut maniſeſtiora, deprehenderat, pie intueri; utpote ex quibus etiam ſeorſim a nobilioribus ſumtis ad celebrandas Dei laudes concitandus eſſet.

Iuxta autem praelatam lectionem dicendum eſt: dare Auguſtinum & infimis creaturis, quas poſtremo reſpexerat ius ſive gloriam communem, nimirum bonitatem exſiſtentiae; & culices enim puta aeque ac caeli exſiſtentia fruuntur.

(e) *Quoniam laudandum te oſtendunt de terra dracones &c.* = Ne quod dixerat; etiam ex ſublunaribus rebus ad Deum laudandum argumentum ſumi, tibi durum videatur, Davidis exemplum, & auctoritatem tibi obiicit: qui creaturas omnes, etiam illas, quae tibi quiſquiliae videri poterant, ad Deum laudandum provocat. Quoniam vero, ut Interpretes ad huncce Davidis locum obſervant, & loquuntur, creaturae illae ratione minime praeditae Deum *obiective*, non *ſubiective*, ſeu *active* commendant; merito Auguſtinus Prophetae ſe ſubcinere vocibus arbitratur, dum ex rebus quibuslibet ad Deo conſerendas laudes argumentum (quod eſt, res illas Deum laudare *obiective*) ſumi poſſe contendit. De laude a creaturis etiam minimis *abiective* Deo exhibita ipſe S. Doctor in Pſal. 148. ad v. 5. n. 3. & ad v. 8. *Ignis, grando, nix &c.* n. 10. Et minima ergo, maxime ſi aequum ordinem, congruaſque ſedes inſpicias, Deum commendant.

(f) *Sed meliora omnia, quam ſola ſuperiora &c.* = Si id iuxta Philoſophorum axioma, principiumque illud intelligas, *Totum maius eſſe ſua parte*, quod nec ſutores latet, vix Auguſtino dignum quidquam excogitabis. Cenſeo S. Doctorem de creaturarum ordine, diſpoſitione, ſedibusve loquutum; Adeo ſiquidem una cauſſa ex altera pendet: tam inviolabili lege quaeque propria ſubſellia occupant, & deſtinata munia obeunt: tanta conſtantia omnia in univerſi decorem regimen, bonum occupantur, & ſudant: ut machinae tam bene conſonanti: ut choro una voce Dei potentiam concinenti, vel ſuperiores ipſae creaturae diviſim ſumtae aequo iure ſint poſthabendae.

Franciſcus Maronius ad illud capitis praeced. *ſingula bona ſunt, & ſimul omnia valde bona*, haec obſervat. = Quintum dictum, quod illa, quae „ fecit Deus, ſingula ſunt bona, & om„ nia valde bona. Ex quo accipitur „ argumentum quod Deus fecit univer„ ſum totum melius quo potuit: quia „ non eſſent omnia valde bona ſimul „ ſumpta, ubi univerſum melius eſſe „ poſſet. „

An oleum, e ſaxo duriſſimo, & mel de petra ſugimus? minime vero, niſi novo prodigio naturae iura (1), ut olim, invertantur. Rem valde bonam eam eſſe, qua melior dari nequeat (niſi quidquam addatur) nulla Dialectica docuit. Cumque creaturas omnes ſimul ſumtas valde bonas Deus ipſe appellaverit: ſi legitima ſit Maronii illatio, vide cur non mox iret in Fidei dogma. Quanquam ex eo loco, cui ſubſidium fertur Deuter. 32. 4. & Sap. 15. 22. univerſum perfectum, cui videlicet nihil pro ſua conditione deficiat, deduci non diffiteamur. Quod Auguſtinus videtur innuere & hic, & lib. QQ. 83. q. 41. Lib. 3. de Libero Arbitr. c. 9. Lib. 1. contra Adverſarium Legis, & Proph. c. 4. Lib. 12. de Civit. Dei, c. 4. Enchirid. c. 10.

Nec item diſplicet plerumque Philoſophorum ſententia, qui arbitrantur, & multo ſermone oſtendunt mundum hunc talem eſſe, ut eo, nec Dei potentia melior, aut pulcrior compingi poſſit: qui e ſuis partibus, determinatis etiam

(1) Deuter. 32. 13.

etiam locis laudatis, ſtare contendunt Pythagoram, Trimegiſtum, Thaletem, Mileſium, Platonem, Philonem Iudaeum. Item ex Chriſtianis praeter Auguſtinum, Dionyſ. Areop. vel eius perſonam gerentem, Gregor. Nazianz. Ambroſium, Nemeſium, Theodoretum, Boetium, Iann. Damaſc. Bernardum, Thom. Aquin. 1. p. q. 25. ar. 1. ad 3. Quibus, Scholarum nempe Philoſophis, ſi mendacii vel contradictionis vitium exprobres: cum alibi unanimi ſenſu velut exploratum ſtatuant, nullam creaturam aliquibus non finiri limitibus; item, nullam dari, cui Deus boni & decoris nihil addere queat: nec enim fuit in re ulla divina potentia exhauſta? Mox reponunt: Mundi pulcritudinem, non infinitam eſſe, ſed prorſus exactam: & poſteriori huic rationi ſuam ipſorum ſententiam inniti. Poſſe Deum, non iactis rerum generibus, ſed novis, & nobilioribus facile ſua potentia cudendis meliorem ordinem dare; quod ſat eſt, ut doctrina alibi iacta abſolute conſiſtat.

A.Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Ceterum mirum orbis ordinem, partiumque nexum Severinus Boetius lib. 4. de Conſolatione Philoſophiae metro 6. egregie his verſibus pingit:

„ Haec concordia temperat aequis
„ Elementa modis, ut pugnantia
„ Vicibus cedant humida ſiccis
„ Iungantque fidem frigora flammis.
„ Pendulus ignis ſurgat in altum:
„ Terraeque graves pondere ſidant.

Et proſequitur, accurate orbis virtutes, & aetates enumerans.

C A P U T XIV.

A R G U M E N T U M.

Eorum caecitatem deplorat, qui creatarum rerum quaedam velut mala exhorreſcentes, variis errorum procellis obruuntur. Quorum omnium ſtetit ipſe olim exemplum: ea ſiquidem caecitate captus, duas ſibi compinxit ſubſtantias: renuens in optimum Deum quae exiſtimabat mala revocare. A quo expeditus errore, in alium impegit: eumdem Deum per infinita locorum ſpatia protendens. Quanquam & inde ſuperna virtute emerſerit: bene ſuaſus, non carnali, ſed longe defaecatiori intuitu Dei magnitudinem, nullis coarctatam finibus inſpiciendam.

NOn eſt ſanitas eis quibus diſplicet aliquid creaturae tuae (*a*), ſicut mihi non erat cum diſplicerent multa quae feciſti. Et quia non audebat anima mea ut ei diſpliceret Deus meus, nolebat eſſe tuum quidquid ei diſplicebat (*b*). Et inde ierat in opinionem duarum ſubſtantiarum, & non requieſcebat, & aliena loquebatur. Et inde rediens (*c*) fecerat ſibi Deum per infinita ſpatia locorum omnium, & eum putaverat eſſe te, & eum collocaverat in corde ſuo, & facta erat rurſus templum idoli ſui abominandum tibi. Sed poſtea quam foviſti caput neſcientis, & clauſiſti oculos meos, ne viderent vanitatem (*d*), ceſſavi de me paululum, & conſopita eſt inſania mea: & evigilavi in te, & vidi te infinitum aliter, & viſus iſte non (*e*) a carne trahebatur.

(*a*) *Quibus diſplicet aliquid creaturae tuae.* = Hoc caput ſolicitos commentarios non poſtulat, utpote quod primum Manicheae ſynagogae errorem intuetur, de quo non ſemel diximus. Sed & adhuc accipe verba lib. 1. Retract. cap. 15. „ Scripſi adhuc presbyter contra Manichaeos de duabus animabus, quarum dicunt unam partem *Dei*: alteram de gente tenebrarum, quam non condiderit Deus: & quae ſit Deo coaeterna; & has ambas animas, unam bonam, alteram malam in uno homine eſſe delirant; Iſtam

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Sirie. I. Val. X. Theod. VII.

„ ſcilicet malam propriam carnis eſſe
„ dicentes, quam carnem etiam dicunt
„ gentis eſſe tenebrarum; illam vero
„ bonam ex adventitia Dei parte, quae
„ cum tenebrarum gente conflixerit, at-
„ que utramque miſcuerit; & omnia
„ quidem bona hominis illi bonae ani-
„ mae: omnia vero mala illi malae a-
„ nimae tribuunt.] Videre etiam po-
„ tes, ſi placet, lib. 6. contra Iulia-
„ num, c. 21. n. 66. & lib. de Duabus
„ Animabus contra Manichaeos.

(*b*) *Nolebat eſſe tuum quidquid ei diſplicebat.* = Prodit quid potiſſimum deceptum ingenuum adoleſcentem ad impium dogma traxerit, in eoque continuerit. Fuit enim vero pietatis falſa quaedam ſpecies: ſcilicet, ut divinam bonitatem tueretur: cuius ſuaviſſimi nominis famam in ſummo diſcrimine poſitam arbitrabatur: niſi malus ſtatueretur deus, in quem cetera mala revocarentur. Quod profecto argumentum fortiſſimum eſſet, niſi in eo, quod Dialecticei *ſuppoſitum*, vel *implicitum* vocant deficeret; falſum quandoquidem malam ſubſtantiam dari: peccatum enim verum malum, non eſt ſubſtantia; eo vero demto, etſi totum terreſtrem, atque celeſtem vageris per orbem, nec tantillum malum invenies: ut conſtat ex dictis. Vide etiam, ſi placet, S. Thom. 1. p. q. 45. art. 3. Ideo proſequitur S. D. *aliena loquebatur*, ideſt a veritate, a Catholicorum ſcholis aliena.

(*c*) *Et inde rediens.* = Scilicet duarum ſubſtantiarum errore abiecto; inde tortus eſt in ſibi obiicienda ſpiritali Dei natura. Unde addit: *Et facta erat rurſus templum idoli ſui*; Rurſus ſcilicet errabat, & mendacem Deum ſibi praefigebat. Hac vero templi idolum continentis metaphora, Iudaeorum forte vult adumbrare templum, ab impio ſceleſtiſſimo Antioco idolis contaminatum: de quo lib. 2. Machab. cap. 5. & 6. Aut ſequentia, & ſimilia Sacrarum Scripturarum verba intuetur: *Univerſa idola domus Iſrael.* Ezechiel. 8. 10. *Populus meus mutavit gloriam ſuam in idolum*, Ierem. 2. 11. *Contaminaverunt terram in morticiniis idolorum ſuorum: & abominationibus ſuis impleverunt haereditatem meam*, Ierem. 16. 18.

(*d*) *Ne viderent vanitatem* = Loquitur ex Pſal. 118. 37. De quo ipſe ſuo loco t. 4. Serm. 12. n. 2., & 2. Si de oculis voluntatis dicere arbitreris, (de intellectus enim ea verba erant, *fovisti caput neſcientis*) hunc ſenſum eruimus: Poſtquam intellectum confortaſti: & voluntatem, ſeu affectum a ſaeculi vanitatibus, a culpis concupiſcentiae (quae etiam mentem obtenebrant) retraxiſti &c. Verum arbitramur utroque loco mentem inſpectam: & ſe ad ſupernam viſionem, de qua c. 10. Auguſtinum revocare, qua oculos vanitati clauſit, quia ad mentem collectus, depulit a ſe corporeorum phantaſmatum moles. Omne viſibile autem divina, & eccleſiaſtica phraſi vanitatem appellari, manifeſtum cuique, & notum eſt.

(*e*) *Et viſus iſta non &c.* = Vix non Auguſtino dicimus illud Salvatoris ad Petrum Matth. 16. 17. *Beatus es ... quia caro, & ſanguis non revelavit tibi: ſed Pater meus, qui in Caelis eſt.* Quia ergo divina revelatione Deum aliter, non ſcilicet extenſione, ſed ſpiritali modo infinitum eſſe didicit: eumque mentis, non corporis oculis intuitus eſt, iure inquit: *viſus iſta non &c.* Ex quibus omnibus habes hocce caput praecedentium plurium epilogum, ac novam memoriam eſſe.

CA-

Digitized by Google

C A P U T XV.

A R G U M E N T U M.

Plurimarum notionum, quas ſuperna viſione lucratus eſt, hiſtoria reſumta; profitetur ſe quoque inſpexiſſe, rem quamlibet Deo ſuam exſiſtentiam debere: eiuſque non quaſi ampla mole, ſed veritate, arcanae cuiusdam manus vices agente ambiri, ac teneri. Item quidquid exſiſtit, verum eſſe: & ſuis locis nedum, ſed & temporibus quaeque optime conſonare. Et tandem vidit, acrique argumento tenuit, Deum aeternum non poſt plurima evoluta tempora actionem ſuam exſeruiſſe: quandoquidem ipſo aut ſublato, aut quieſcente: nec temporis viciſſitudiniſque nomina, vel umbras haberes.

ET reſpexi alia, & vidi (*a*) tibi debere quia ſunt, & in te cuncta finita: ſed aliter, non quaſi in loco, ſed quia tu es omnitenens manu veritate (*b*); & omnia vera ſunt (*c*), in quantum ſunt: nec quidquam eſt falſitas, niſi cum putatur eſſe quod non eſt. Et vidi quia non ſolum locis ſua quaeque ſuis conveniunt, ſed etiam temporibus (*d*): & quia tu, qui ſolus aeternus es (*e*), non poſt innumerabilia ſpatia temporum coepiſti operari; quia omnia ſpatia temporum, & quae praeterierunt & quae praeteribunt, nec abirent nec venirent, niſi te operante & manente.

(*a*) *Reſpexi alia, & vidi &c.* = Non ut numerum, ſed ut dotes; vel proprietates creaturarum ſecernat, *alia* dicit. Non enim aliquae, ſed omnes creatae res Deo propriam exſiſtentiam debent. Unde caput 11. quo eamdem doctrinam propoſuit, ſic orſus eſt: *Et inſpexi cetera infra te &c.*

Henricus Wangnereck praeſenti capiti hoc argumentum praefixit: *Omnia Deus veritate ſua tanquam manu ſua continet, ideoque omnia vera ſunt, & convenientia.* De argumento Eraſmi & ceterarum omnium editionum non eſt cur dicamus.

Ex eo, quod Deus omnia ambiat, eadem vera, & convenientia eſſe illatione propria deduci contendere nolumus: at illationem illam ab Auguſtino minime intentam manifeſte ex dicendis patebit.

(*b*) *Sed quia tu es omnitenens manu veritate.* = Henricus Wangnereck docte hunc locum exponit = Intelligo „ per *veritatem* conceptionem divinam, „ quam *ideam*, ſive *exemplar* vocamus. „ Concepit enim Deus intra ſe naturas omnium creaturarum, eaque con„ceptio eſt *regula ac menſura creaturarum, quae omnes ſunt verae una prima veritate, cui unumquodque aſſimilatur ſecundum ſuam entitatem, ut ait S. Th.* (1). Quia vero Veritas „ Dei eſt practica (Deus enim per ideam ſuam, & ſecundum illam operatur) recte vocatur *manus*, & quidem *omnitenens*. Eſt enim exemplar „ non ſolum aliquorum, ſed omnium „ entium, quae in Deo ſunt, non tanquam in loco, ſed tanquam in *archetypo*: quomodo domus eſt in mente architecti, imago in mente pictoris. „

In docta hac expoſitione plene quieſceremus; niſi illud nos pungeret, *veritatem* pro eſſentia, vel ſubſtantia paſſim ab Auguſtino ſumi, ut habemus ex lib. 2. Soliloq. c. 5. Lib. de Immort. Animae, c. 12. Lib. de Vera Relig. c. 31. n. 57. & c. 34. & c. 36. n. 66. Lib. 8. de Trinit. c. 1. In Ioann. Tract. 38. n. 10. Unde ſuſpicabitur quiſpiam *veritatem* Divinam eſſentiam eſſe, quae cum ſit immenſa, omnia continet; cumque immenſitas non ſit molis protenſio, ſed veritas eſſentiae ubique exſiſtentis.

au-

(1) 1. p. q. 16. ar. 6.

Digitized by Google

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

hinc res creatae a Deo non tanquam a loco continentur. Eadem immenſitas autem *manus* dicitur, quia ut plures Metaphyſici obſervant, immenſitas remota, actio vero proxima Deo ratio eſt continendi creaturas. Et ſi eorum Metaphyſicorum iudicium tibi minime adridens: ſat eſt manifeſtum illud fatearis, ea immenſitatem continere, ad quae manum ſuam, hue eſt actionem exſeruit. Maxime quoniam durum videtur, Auguſtinum de peculiari re, qualis eſt Dei *Idea*, & qoidem aenigmate involota uno verbo dicere, & momento ad alia tranſire. Et tandem alius inquiet; aliud eſt creaturas divinis ideis reſpondere, & conformari: & aliud immergi, & ambiri: quod poſterius Deum non artificem, ſed infinitum, ſeu immenſum intuetur.

(c) *Omnia vera ſunt, in quantum ſunt.* = Et ad locum hunc Vvangnereck commentarium dedit, inquiens „ Quia; ut ſic ſunt conformia *Ideae Di-* „ *vinae*, quae eſt ſoprema regula om- „ nis naturae, ac eſſentiae. Veritas au- „ tem conſiſtit in *conformitate rei cum* „ *ſua regula, ac menſura*. „

Nolumus hic contendere, an talis ordo habendus ſit: Quae exiſtunt conformia ſunt Divinis Ideis: quis conformia, vera: ut innuit Wangn. Vel potius: Quia Divinis Ideis conformia, exſiſtunt: quia exſiſtunt, etiam vera. Nolumus inquam, contendere an veritas (proprietas entis, quamque veritatem tranſcendentalem vocamus) conformitati, vel exſiſtentiae proprie innitatur. Vide Aug. lib. 2. Soliloq. c. 5. Sed illud manifeſtum videtur: com hanc velot novam diverſamque a praecedenti doctrinam Auguſtinus proferat: *Omnia vera ſunt &c.* aut hoc, sot priori loco Ideas noo reſpexiſſe; Scilicet aut *veritate*, qoae Deo inſtar manus eſt, non intellexiſſe Ideas: aut ſecundam veritatem non in conformitatem ad ideas, ſed io exſiſtentiam proxime revocaſſe.

(d) *Non ſolum locis ſua quaeque ſuis conveniunt, ſed etiam temporibus.* = Hucuſque de palmo: nunc de ulna cum Henrico contendimus: qui ad hunc locum, ex dictis in meridiana luce conſiſtentem ſermonem hunc haud ita brevem effudit = Intellexit S. D. boni- „ tatem quoque rerum omnium, non „ minus quam veritatem a Deo pro- „ venire. Sicut enim omnis res dicitur „ vera ex conformitate cum ſua cauſa „ exemplari, ita dicitur bona ex con- „ gruentia cum ſua cauſa finali. Deus „ autem eſt ultimis finis rerum omnium „ ad quem com omnia ſive bona, ſive „ mala ſuis locis, & temporibus con- „ venientiſſime ordinentur; ſequitur „ omnia bona eſſe, quia conveniunt „ ſemper com fine ultimo, etſi aliquan- „ do non conveniant com fine proxi- „ mo. Sic monſtra quoqoe bona ſunt „ quae eveniunt contra intentionem na- „ turae, non autem autoris naturae. „

In hoc ſermone (viri alias docti) tot mihi diſplicent, ut ſi cuncta impugnare velim (quod tamen haud neceſſum eſt) & mihi, & Lectori faſtidio futurus ſim. Enim vero, ut paocis complectamor plura, prorſus extra chorum ſuom cantus ille eſt; & nec in alio choro probatur. Quae nempe Henricus effudit ab Auguſtini mente propoſitoque vehementer exorbitant; Et Auguſtini propoſito etiam ſublato, aut errores ſunt, aut ineptiae prorſus evanidae.

Et quidem extra chorum eeciniſſe, & arcani non conſiſtentis vano timore, ut olim quidam (1), perculſum manifeſtum eſt. Quale hic arcanum, quale myſteriom? Cum res quaedam aliis noceat, videbatur Manichaeis aliquas ſubſtantias malas eſſe. Auguſtinus ab eiſdem olim ſupplantatos, divina gratia a ſomno excuſſus: vidit nullas res malas eſſe ſed tales cenſeri, qood iis noceant, qoibus minime conſonant; cum interim aliis utiles ſint, & gratiſſimae: ſubſtantia aotem vere mala ſi quae daretur, nulli prodeſſet: Et hoe iam ſaepe Auguſtinus obſervaverat. Nunc addit; nedom ſua loca, vel partes, ſed & tempora quaeqoe habere, quibus conſona, otilia, decentia ſint. Venenum hominem perdit: ſcorpionem conſervat; Et Id eſt de quo Auguſtinus dixerat, maxime c. 13. Quod uno tempore venenom, alio medicina eſt; nugae in infantibus placent: io ſenibus ſtomachum movent; nives aeſtate campeſtriam depopulantur, hyeme foecundant; Et hoc innuunt praeſentia Augoſtini verba: *Non ſolum locis &c. ſed etiam temporibus &c.*

Sed & propoſito Auguſtini ſemoto novom doctrinae genus, peculiarem quamlibet rem bonam eſſe quod ad Creatorem ordinetur; id quidem inficiabi-

(1) *Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.* Pſal. 13. 5.

Digitized by Google

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 14. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

bitur nemo ; ſed & teſtoris capacitatem non ſuperat: Quod Philoſophi quaerunt eſt : an res quaelibet aot alteri, aut orbi ſit utilis = Qualis autem ra„ tio redditur de monſtroſis apud nos „ hominom partubus, talis de monſtro„ ſis quibusdam gentibus reddi poteſt. „ Deus enim creator eſt omnium, qui „ ubi, & quando creari quid opor„ teat, vel oportuerit, ipſe novit ſciens „ univerſitatis pulcritudinem quarum „ partium vel ſimilitudine, vel diver„ ſitate contexat. Sed qui totum inſpi„ cere non poteſt, tanquam deformita„ te partis offenditur : quoniam cui „ congruat, & quo referatur ignorat] Lib. 16. de Civ. Dei, c. 8. n. 2. Vide etiam, ſi vacat lib. 3. de Gen. ad litt. c. 14. 15. 16. 17. 18. & lib. 5. contra Iulian. Pelag. c. 15. n. 53. En igitor ubi ponctum, ubi doctorum labor, & ſudor, An, & quomodo haec vel illa creatura alteri, vel univerſo conferat: Et de h c bonitate contra Manichaeos diſceptatur. Ceterum rem a Deo factam ad eum referri, & hac ratione bonam eſſe, nemo vel tantilla ratione praeditus non ſtatim videt, ut diximus, nec eſt qui inficietur ſed nec ſunt Doctores, qui multo id propoſito curent.

De veritate entium, ſeo entia quaelibet pervadente, apud Scholaſticos, *tranſcendentali*, agunt paſſim Dialectici, & Metaphyſici. Sed & non obſcure de ea loquitur S. Thomas 1. p. q. 16. art. 1. & 2. De Ideis Divinis autem praeter Auguſt. ſermonem habent Dionyſius Areopag. de Divinis Nomin. (vel quicunque inſigne illud opus ſcripſerit) c. 5. S. Thomas ad eumdem locum lect. 3. & q. 5. de Veritate, art. 1. ad 8. Salmanticanſes Noſtri t. 1. tract. 2. de Viſione Dei, diſput. 7. dub. 1. *Utrum videntes Deum videant omnia abſoluta, quae &c.* ad 2. argum. & tract. 3. *de Scientia Dei*, diſp. 5. de Cauſalit. ſcientiae divinae, dub. 1. *Utrum ſcientia Dei ſit aliqua modo cauſa rerum*, ad 2. argum.

(*r*) *Qui ſolus aeternus es.* = Ita lege, ac ſi dixiſſet, *quia*, vel, *quoniam*. Quia ſolus aeternus. *non poſt innumerabilia &c.* ſi enim ſolus aeternus, tempus antequam Deus ad creandum actionem ſuam exſereret, non dabatur ; adeoque *non poſt &c.* De quo infra l. 11. c. 3. 5. 7. 12. 13. & 14.

Sed quamvis ſolus nunc Deus aeternus ; potuiſſet ne ab aeterno creaturam compingere? Non de fluida, qualis eſt tempus, de quo lib. 11. ſed de ſtabili loquimur : Potior, ampliorque Philoſophorum pars, maxime Peripateticae ſcholae adfirmat. Quam opinionem quidem licet S. Doctor gravioribus occupatus, nunquam prorſus, ſerioque ſtabilierit: nec tamen aliquando exhorruit. Immo in eam amice deferri videtur lib. 6. de Trinit. c. 1. Lib. 10. de Civit. Dei, c. 31. & lib. 12. c. 15. Quod obſervans S. Thomas lib. de Mundi Aeternit. opuſc. 27. hypotheſim illam velut Auguſtino duce libenter amplectitur, atque tuetur: Vide in 2. diſt. 1. q. 1. ar. 5. 2. contra Gentes, c. 38. de Potentia q. 3. ar. 14. & 1. p. q. 46. ar. 2. ad 1. Nec vero quaedam S. Doctoris te concutiant, quae habentur Serm. 117. de Verbis Ioan. 1. *In principio &c.* (Olim. 38. de Verb. Dom.) c. 7. n. 10. Lib. QQ. 83. q. 19. De Natura boni contra Manich. c. 1. Lib. 12. de Civit. Dei, c. 15. & contra Felicianum Arian. c. 7. Cum re creata enim aeternitas illa iungi nequit, quae (ut Divina) ab eſſentia fluat : non autem altera, quae primi Aeterni liberali beneficio contingat. Debuitque neceſſario omnis creatura aliquando non eſſe ſi vel de actu, vel exigentia loquaris ; & creatura enim, quam aeternam fingere potes, fuiſſet ſemper Numinis gratia : ſed & non fuiſſet iuxta quod propria merita poſtulabant. Haec inquam forte vult Auguſtinus laudatis locis, in quibus hypotheſis illius videtur adverſarius. Quanquam liber contra Felicianum parum nos urgeat, utpote qui, ut etiam Eraſmo, & BB. viſum eſt, Auguſtinianorum voluminum caracteribus deſtitutus ſit : unde illis ſuppoſititius : nobis vehementer dubius eſt.

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon.
54. Ad. XIII.
Sirie. I. Val.
X. Theod. VII.

C A P U T XVI.

A R G U M E N T U M.

***Manichaeorum**, quibuſdam ſubſtantiis velut malis detrahentium, ſuperſtitionem adhuc, inſaniamque percellens: manifeſtis exemplis oſtendit, & bona, & optima quaeque nonnullis in hypotheſibus videri noxia, & diſplicere. Nec mirum abiectas quaſdam animantes orbis partibus infimis conſonas, nobis horrori eſſe: cum & iuſtitia vindicans Altiſſimi nomen exaltans iniquis, ad eaſdem infimas partes eiiciendis minime adrideat. Profitetur inde ad inſpiciendam ſe iniquitatem digreſſum, nihil in ea inveniſſe ſubſtantiae: ſed turpem quemdam voluntatis abortum a Numine ad evanida, & abiecta deflectentis.*

ET ſenſi & expertus ſum (*a*) non eſſe mirum, quod palato non ſano poena eſt panis, qui ſano ſuavis eſt; & oculis aegris odioſa lux, quae puris amabilis. Et iuſtitia tua diſplicet iniquis: nedum vipera & vermiculus (*b*), quae bona creaſti, apta inferioribus creaturae tuae partibus, quibus & ipſi iniqui apti ſunt (*c*), quanto diſſimiliores ſunt tibi: apti autem ſuperioribus, quanto ſimiliores fiunt tibi. Et quaeſivi quid eſſet iniquitas, & non inveni ſubſtantiam (*d*): ſed a ſumma ſubſtantia te Deo detortae in infima voluntatis perverſitatem (*e*) proiicientis intima ſua, & tumeſcentis foras.

(*a*) ***Et expertus ſum*** — Quod didiceram, nullam ſubſtantiam ſeſe malum eſſe: ſed aliquot tales videri, quod iis noceant, quibus minime congruunt, experientiis, & exemplis confirmavi. Adſert vero exempla panis, & lucis, rerum, quas mortalium quilibet expetit: quaſque non averſatur niſi qui cum pietate etiam rationem amiſit. De pane inquit S. D. lib. de Moribus Manich. c. 8. n. 13. *Panis hominem alit: accipitrem necat*. De luce: *Sol iſte, cui genuflectitis* (vos Manichaei) *quo vere nihil inter viſibilia pulchrius invenitur, aquilarum oculos vegetat, noſtros ſauciat inſpectus, & tenebrat*. Quis non honore, quis non flexa cervice Iuſtitiam nominat, quae Dei attributum, videlicet re Deus ipſe eſt? & tamen grata ne ipſa iniquis? Quid ergo mirum, ſi creata ſubſtantia, quanquam ſeſe bona, alicui ſit noxia?

(*b*) ***Nedum vipera, & vermiculus, quae &c.*** = Itali ſic vertunt: *E ſino i vermi, e le vipere, da voi create, ſon buone*. Manifeſtus error in Latino! *Nedum* enim non ſignificat, *e ſino*: ſed, *non ſolo*. Integer autem ſermonis ſenſus patet ex capitis ſummario, quem ſi Italum optas, iſte erit: *La ſteſſa tua giuſtizia, non piace agl' iniqui, non ſolo la vipera, ed il vermetto: le quali coſe per altro dalla tua mano uſcirono buone &c.*

Iuvat autem locum hunc alterius lib. 1. de Gen. contra Manich. c. 16. collatione dilucidare = Solent etiam
„ iſtam Manichaei movere quaeſtionem,
„ ut dicant: Quid opus erat, ut tam
„ multa animalia Deus faceret, ſive in
„ aquis, ſive in terra, quae hominibus
„ non ſunt neceſſaria? Multa etiam per-
„ nicioſa ſunt, & timenda. Sed cum
„ iſta dicunt, non intelligunt &c. Ego
„ vero fateor me neſcire mures, & ra-
„ nae quare creatae ſint, aut muſcae,
„ aut vermiculi: video tamen omnia in
„ ſuo genere pulcra eſſe, quamvis prop-
„ ter peccata noſtra multa nobis videan-
„ tur adverſa: non enim animalis ali-
„ cuius corpus, & membra conſidero,
„ ubi non menſuras, & numeros, & or-
„ dinem inveniam ad unitatem concor-
„ diae pertinere &c. Et certe omnia
„ animalia aut utilia nobis ſunt, aut
„ pernicioſa, aut ſuperflua. Adverſus
„ utilia non habent quid dicant. De
„ pernicioſis autem vel punimur, vel
„ exercemur, vel terremur, ut non
„ vitam iſtam, multis periculis, & la-
„ boribus ſubditam, ſed aliam meliorem,

ubi

„ ubi ſecuritas ſumma eſt, diligamus,
„ & deſideremus, & eam nobis pietatis
„ meritis comparemus. De ſuperfluis
„ vero quid nobis eſt quaerere? Si tibi
„ diſplicet, quod non proſunt, placeat
„ quod non obſunt: quia etſi domui no-
„ ſtrae non ſunt neceſſaria, eis tamen
„ completur huius univerſitatis integri-
„ tas, quae multo maior eſt, quam
„ domus noſtra, & multo melior. „

Curioſi quidam naturae obſervato-
res cenſent mures, muſcas, & ſimiles
immundas vel terrae, vel aeris animan-
tes nobis utiles: quod terrae faece, &
aeris craſſitie, quas ſorbent, nos libe-
rent.

(c) *Quibus & ipſi iniqui apti ſunt.* =
Id fuſe ediſſerit lib. 3. de libero Arbitr.
c. 9. n. 27. = Hinc fit ut peccans
„ creatura ſuperior a creaturis inferiori-
„ bus puniatur: quia illae tam ſunt in-
„ fimae, ut ornari etiam a turpibus
„ animis poſſint, atque ita decori uni-
„ verſitatis congruere. Quid enim tam
„ magnum in domo eſt, quam homo:
„ & quid tam abiectum, & infimum,
„ quam cloaca domus? Servus autem
„ in tali peccato detectus, ut mundan-
„ dae cloacae dignus habeatur, ornat
„ eam etiam turpitudine ſua; & utrum-
„ que horum ideſt turpitudo ſervi, &
„ mundatio cloacae iam coniunctum,
„ & redactum in quandam ſui generis
„ unitatem, ita diſpoſitae domui coapta-
„ tur, atque ſubtexitur, ut eius uni-
„ verſitati ordinatiſſimo decore conve-
„ niat &c. Habitationi ergo caeleſti talis
„ anima non congruit per peccatum,
„ terreſtri autem congruit per ſuppli-
„ cium: ut quodlibet elegerit, ſemper
„ ſit pulcra univerſitas decentiſſimis par-
„ tibus ordinata, cuius eſt conditor, &
„ adminiſtrator Deus. Namque optimae
„ animae cum in infimis creaturis ha-
„ bitant, non eas ornant miſeria ſua,
„ quam non habent, ſed uſu earum bo-
„ no. Si autem peccatrices animae per-
„ mittantur habitare in ſublimibus locis,
„ inhoneſtum eſt: quia non conveniunt
„ illis, quibus nec bene uti poſſunt, nec
„ ornamenti aliquid conferunt.] Vide,
ſi vacat, integrum caput.

(d) *Et non inveni ſubſtantiam.* =
Catholicum id dogma eſt, quod cen-
ties alibi Auguſtinus tradit. Enchirid.
c. 11. = Quid eſt autem aliud quod
„ malum dicitur, niſi privatio boni?
„ Nam ſicut corporibus animalium nihil
„ eſt aliud morbis, & vulneribus affici,
„ quam ſanitate privari &c. non enim
„ ulla ſubſtantia, ſed carnalis ſubſtantiae
„ vitium eſt vulnus, aut morbus.] Vi-
de etiam ſi placet S. Petrum Damian.
Opuſc. 26. de Divina Omnipotentia, c.
9. ubi id nedum docet, ſed acri etiam
argumentatione probat. Sed attende
commentar. ſequentem.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

(e) *Detortae in infima voluntatis
perverſitatem.* = Sequimur BB. qui haec
in margine admonent. „ Lov. *detortam*
„ *in infima*. Am. & Arn. *detortae in
infimam*.] Addunt vero in *Syllabo
codicum, ad quos de novo &c.* „ Am.
„ Arn. & MSS. aliquot, *detortae in in-
„ fimam*. Supple, ſubſtantiam. Sed ni-
„ tidius Bad. Am. Er. & MSS. Anglica-
„ ni, pluresque e noſtris, *in infima*,
„ ideſt, in res infimas.] Nobiſcum e-
tiam ſunt Wangn. cum Italis, nec non
MSS. 4. Med. 2. S. Cr. & Car. At
Sorb. eſt cum Am. & Arn. MS. Ricar.
cum Lov. Editio Baſil. *detortam in in-
fimam*.

Ceterum hanc peccati definitionem
exhibet S. D. & alibi frequenter, Lib. 2.
de Libero Arbitrio, c. 20. dum Evo-
dium alloquitur. = Tu fortaſſe quae-
„ ſiturus es, quoniam movetur volun-
„ tas, cum ſe avertit ab incommutabili
„ bono ad commutabile bonum, unde
„ ei iſte motus exſiſtat: qui profecto
„ malus eſt, tametſi voluntas libera,
„ quia ſine illa nec recte vivi poteſt in
„ bonis numeranda ſit &c. Motus ergo
„ ille averſionis, quod fatemur eſſe
„ peccatum, quoniam defectivus motus
„ eſt, omnis autem defectus ex nihi-
„ lo eſt, vide quo pertineat: & ad
„ Deum (1) non pertinere ne dubites.]
Lib. 12. de Civit. Dei, cap. 6., & 7.
= Huius porro malae voluntatis cauſſa
„ efficiens ſi quaeratur, nihil invenitur.
„ Quid eſt enim quod facit voluntatem
„ malam, cum ipſa faciat opus malum?
„ Ac per hoc mala voluntas efficiens
„ eſt operis mali, malae autem volun-
„ tatis efficiens eſt nihil &c. Qui ergo
„ dicit &c. quaerat cur eam fecerit,
„ utrum quia natura eſt, an quia ex
„ nihilo facta eſt; & inveniet volunta-
„ tem malam non ex eo eſſe incipere,
„ quod natura eſt, ſed ex eo quod de
„ nihilo natura facta eſt &c. Nemo igi-
„ tur quaerat efficientem cauſſam ma-

(1) Bad. & Er. omiſſa negatione, habent, *ad Deum pertinere non dubites*. Pinguis error, qui ex MSS. & ipſo contextu ſermonis refellitur.

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon.
54. Ad. XIII.
Sirie. I. Val.
X. Theod. VII.

„ lae voluntatis : non enim eſt efficiens, „ ſed deficiens : quia nec illa affectio „ eſt , ſed defectio. Deficere namque „ ab eo, quod ſumme eſt, ad id quod „ minus eſt , hoc eſt incipere habere „ voluntatem malam. Cauſſas porro de„ fectionum iſtarum, cum efficientes non „ ſint , ut dixi , ſed deficientes, velle „ invenire , tale eſt, ac ſi quiſquam ve„ lit videre tenebras, vel audire ſilen„ tium &c.] Sed qui peccatum , eiuſque generationem , & modos, cauſſamque bene & prorſus tenere ambit , conſulat integros textus , quos ſeveriſſimis brevitatis iuribus preſſi , admodum decurtatos dedimus : ulterius vero Tract. 1. in Ioan. n. 13. & Tract. 98. n. 4. Lib. de Perfectiune Iuſtitiae hominis, c. 3. Serm. 21. de Pſal. 63. 11. (Alias, 5. ex Sermond.) n. 3. Serm. 96. de Verbis Mar. 8. & Ioan. 1. 2. (Alias 47. de Diverſ.) c. 5. n. 5. In Pſal. 102. n. 4. & 123. n. 9. Contra Fortunatum Manich. diſput. 2. diei, n. 17. Lib. 14. de Civit. Dei , c. 11. Quibus adde Pſeudo - Auguſtinum, nempe Fulgentium, lib. de Fide ad Petrum , c. 3. n. 25. t. 6. oper. S. Auguſtini.

Ex his Auguſtini ſententiis amplum propatulumque pro S. Thoma eiuſve Schola , & aliis Theologis plurimis ſuffragium conficitur, qui etiam Gregorio Nyſſeno (1), & Ioanne Damaſc. aliisque Patribus ducibus , potentiam delinquendi, ſive fontem ex quo mala fluunt , in ipſa vel hominis , vel angeli voluntate implicatum volunt , quatenus illa actu , & potentia conſtat , ſeu ex nihilo emerſit. Vide S. Thom. in 2. diſt. 44. q. 1. ar. 1. & diſt. 37. q. 2. ar. 1. ad 2. q. 24. de Verit. ar. 7. & q. 1. de Malo , ar. 3.

Ut autem ad primum redeamus : peccatum creaturae lapſum eſſe a Numine ad mundi quisquilias euntis Deus ipſe Ierem. 2. 13. enuntiaverat : *Duo mala fecit populus meus : Me dereliquerunt fontem aquae vivae : & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas , quae continere non valent aquas.*

CA-

(1) L. 7. de Libera arb. c. ultimo L. 2. de Fide Orthod. c. 27.

A.Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

C A P U T XVII.

A R G U M E N T U M.

Praediviti ſcientia divina ſibi revelatione indulta religioſe geſtiens : & cito ad alia tranſiturus: eam nunc compendio reddit , & integram pingit. Et primo : gaviſum ſe miratumque profitetur , quod non , ut olim , Deum in phantaſmate ementitum , ſed ut vere erat iudicaret , & coleret ; quanquam , ut adhuc erat imbellis , non ei tenaciſſimo adhaereret glutino : ſed nunc ſplendore illectus ad ipſum volitaret : nunc carnalis conſuetudinis tractus pondere, in humana gemens rueret. Et quidem a tanto retecto bono mentis ſuae intuitus nunquam prorſus avertebat : ſed interim exploratum habens tale eſſe, cui feliciſſima ſorte homo adhaereret: ſe non in perfectum tranſmutatum exiſtimabat, cui perennis , atque domeſtica cum illo ſocietas poſſet inſiſtere. Inter quae tamen nunquam non certus, quot creaturas tot eſſe faculas, quibus in eiusdem boni inſpectus deportamur. Ipſe vero ad illius boni notitiam his adſcendit gradibus: E corpore ad ſentientem animam: ex hac ad interiorem ſenſum homini, beſtiiſque communem: indeque ad facultatem rationis, cui iudicanda quaeque ſiſtuntur a ſenſibus. Cumque eadem facultas ſe intueretur mutabilem : ad immutabile bonum amplo iure illi praeferendum conſiderationem ſuam erexit: cui mentis ſuae oculos ſiſtens, velut a nimis irradiante, & nobili luce repercuſſus eſt; ſicque naturalibus redditus, Divinae rei nonniſi amantem memoriam retulit: & anxietates quaſdam Grandium more id bene guſtandi, quod parvulus vix nonnihil delibaverat.

ET mirabar , quod iam te amabam , non (*a*) pro te phantaſma. Et non ſtabam frui Deo meo (*b*) , ſed rapiebar ad te decore tuo ; moxque deripiebar abs te pondere meo, & ruebam in iſta cum gemitu: & pondus hoc, conſuetudo carnalis. Sed mecum erat memoria tui, neque ullo modo dubitabam eſſe cui cohaererem: ſed nondum eſſe me qui cohaererem (*c*) quoniam corpus, quod corrumpitur, aggravat animam (*d*), & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Eramque certiſſimus, quod inviſibilia tua a conſtitutione mundi per ea quae facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque virtus, & divinitas tua (1). Quaerens enim unde adprobarem pulchritudinem corporum, ſive coeleſtium, ſive terreſtrium: & quid mihi praeſto eſſet integre de mutabilibus iudicanti & dicenti, Hoc ita eſſe debet, illud non ita. Hoc ergo quaerens unde iudicarem, cum ita iudicarem, inveneram incommutabilem & veram veritatis aeternitatem, ſupra mentem meam commutabilem. Atque ita gradatim a corporibus ad ſentientem per corpus animan (*e*): atque inde ad eius interiorem vim, cui ſenſus corporis exteriora annuntiaret, & quouſque poſſunt beſtiae; Atque inde rurſus ad ratiocinantem potentiam, ad quam refertur iudicandum, quod ſumitur a ſenſibus corporis. Quae ſe quoque in me comperiens mutabilem, erexit ſe ad intelligentiam ſuam: & abduxit cogitationem a conſuetudine (*f*), ſubtrahens ſe a contradicentibus turbis phantaſmatum, ut inveniret, quo lumine adſpergeretur, cum ſine ul-

(1) Rom. 1. 20.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 34. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

la dubitatione clamaret, incommutabile praeferendum eſſe mutabili; unde noſſet ipſum incommutabile: quod niſi aliquo modo noſſet, nullo modo illud mutabili certo praeponeret. Et pervenit ad id, quod eſt, in ictu trepidantis adſpectus (*g*). Tum vero inviſibilia tua per ea quae facta ſunt, intellecta conſpexi (1), ſed aciem figere non valui & repercuſſa infirmitate redditus ſolitis, non mecum ferebam niſi amantem memoriam, & quaſi olfacta deſiderantem, quae comedere nondum poſſem.

(*a*) *Et mirabar quod iam te amabam, non &c.* = Ut id bene deprehendas: adtende ex ipſo S. Doctore quid ſit, & unde admiratio lib. 1. de Ordine, cap. 3. n. 8. *Unde enim ſolet inquam oboriri admiratio, aut quae huius vitii* (2) *mater eſt, niſi res inſolita praeter manifeſtam cauſſarum ordinem?* Lib. 1. de Gen. contra Manich. c. 8. n. 14. *Admiratio revera de rebus inſperatis naſci ſolet.* Quod innuit (3) & lib. 3. de Trinit. c. 2. n. 7. & S. Thom. 1. p. q. 105. ar. 7. Quia ergo ſolebat Auguſtinus Deum ſibi tanquam corporeum phantaſma obiicere: quia ſe.e deſperaverat poſſe in ſpiritualem ſubſtantiam mentis oculos figere: & quoniam praeter manifeſtum cauſſarum ordinem: hoc eſt, non vi naturae, ſed revelatione ſuperna in divinae ſpiritualis ſubſtantiae notitiam venerat; propter inquam tot rationes iure, & merito dicit, *mirabar*. Ceterum quia admiratio haec de ingenti bono erat, tanta perfundebatur laetitia, ut eam non tam admirationem, quam gaudium vocare poſſis: ideo in capitis ſummario diximus, *religioſe geſtiens*.

Eraſmus, Som. & antiquae omnes editiones, quibus, ut pleromque, nihil quoad hoc Benedictini addidere, hoc argumentum ad capitis initium poſuerunt: *Quae retardent a cognitione divinorum.* Wangnereck autem, qui conatus eſt rem hanc ad perfectum ducere. *Se gradatim a corporibus ad animam ſentientem, inde ad ſenſum internum, ab hoc &c.*

(*b*) *Et non ſtabam frui Deo meo.* = Ita Lov. Som. Wang. ſeptem MSS. & BB. Sed 4. MSS. ab eisdem Patribus viſi, Am. Er. optimus S. Cr. *& non inſtabam*. MS. Med. *inſtabar*. Verum, *non ſtabam* legendum eſſe, patet ex obvio, & naturali huius loci ſenſu, quem etiam in argumento dedimus; Significat enim Auguſtinus ſemel apprehenſo Deo mordicus ſe non adhaeſiſſe: fortiſſimae cuidam animae ſe opponens, quae ita felicem ſuam ſortem enuntiat: *Inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.* Cantic. 3. 4.

Ab hoc divino bono ſe nonnunquam diſtractum addit quodam pondere quod erat conſuetudo carnalis; Nempe carnalium rerum amor, longo antea ſotus tempore: amor enim pondus eſt, ut cum S. D. videbimus lib. 13. c. 9.

(*c*) *Sed nondum eſſe me qui cohaererem.* = Hoc dictum ſimile eſt illi c. 10. de quo egimus ſigno E. Verum hocce exponendum eſſe ut in argumento deſignatum eſt, patet etiam ex ultimis capitis verbis: quibus talem ſe tunc fuiſſe Auguſtinus profitetur, qui non poſſet Divinum cibum prorſus comedere.

Quanquam vero hoc tempore a Deo nonnumquam prohiberetur; ſemper tamen, ut paulo ante dixerat, illius *memoriam* ſecum detinebat; Non ſcilicet oblivione, aut nimia negligentia: ſed infirmitate, & malae conſuetudinis vi ab eo ſemovebatur.

Et hic, ſicut in praecedentibus notitiam ſuperno munere partam, miſcet cum demonſtratione naturae; nunc ſcilicet illum revelatione, nunc ex viſibilibus ad inviſibilia ad Deum conſcenſum audis; Sed antitheſes hae facile complanantur: Et ſuperna, & naturali luce illa vidit: a praeceptore enim ſemel diſſoluto aenigmate; mox & illud, & ipſi adiacentia tuis viribus intueris. Recole quae diximus c. 12. A in fine.

(*d*) *Corpus, quod corrumpitur aggravat animam.* = Ipſius Dei verba ſunt iſta Sap. 9. 15. quae S. D. exponit Serm. 277. in Feſto S. Vincentii Mar. 4. (Alias, de Diverſ. 102.) c. 6. n. 6. In Pſal. 141. n. 19. ſeu circa ſinem, & lib. 6. Oper. Imperf. c. 27. mox poſt med. Quae quidem verba Auguſtinus ad propoſitum ſuum adſumit, ſed non adeo pref-

(1) Rom. 1. 20.
(2) L. 1. Retract. c. 3. n. 2. *Diſplicet quod admirationem vitium nuncupavi.*
(3) Vide infra l. 13. c. 21. F.

preſſe: anima enim ſua non generali illa ratione tantum, ſed & peculiari corpore gravabatur, quod huius deliciis nimis indulſiſſet.

Argumentom, qood addit: e corpore ad animam, ex hac &c. cenſemus factum ant in ipſa viſione, & quidem expeditiſſime; aut inde; ſed mente viſione aut illuſtrata, aut ſaltem a nebulis peccato inductis expedita. Quod ſi ante viſionem factum contendas: ne hiſtoriam hanc ſus deque vertas: ab eodem argumento altimum gradum, nempe Deum tollas oportet: ut ſuo ingenio uſque ad Deum conſcendens, eumdem bene nonniſi revelatione inde deprehenderit.

(e) *Ad ſentientem per corpus animam.* = Non ad quamcunque, ſed ad ſenſitivam animam. Sentientem per corpus dicit: neque enim anima per ſeſe: nec corpus ſua virtute ſentit: ſed hoc illius quaſi medium, vel inſtrumentum eſt. Quod frequenter S. D. inculcat: *Ac per hoc quoniam ſentire non eſt corporis, ſed animae per corpus &c.* lib. 3. de Gen. ad Litt. c. 5. n. 7. Fuſius vero Serm. 52. de Verb. Matth. 3. (Alias 63. de Verb. Dom.) c. 7. n. 58.

Interiores vires animae ſentientis ſunt ſenſus interni: Phantaſia, Memoria &c. Dicit, *quousque poſſunt beſtiae*: ne per interiorem vim rationem etiam arbitrareris inſinuatam. De ſenſibus externis, & internis agit frequentiſſime S. Doctor: interim, ſi placet, videre poteris lib. 1. Soliloq. c. 6. n. 12. lib. 2. de Libero Arbitr. c. 3. Epiſt. ſeu lib. 2. de Anima, & eius Orig. ad Petrum presbyterum, c. 2. n. 3.

Addens vero, *ad quam refertur &c.* illud Peripateticorum confirmat: *Nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſibus.*

(f) *Abduxit cogitationem a conſuetudine.* = Haec ſequentibus verbis, *ſubtrahens ſe &c.* explicantur. In hoc intellectus ſui conatu corporea phantaſmata, ſenſibilis, quibus tamen adſuetus erat, abiecit. Id divino ſubſidio egit, quod a Paulina inde (circa an. 413.) lib. ſeu Epiſt. ad eamdem de Videndo Deo 147. (Alias, 112.) c. 17. n. 42. & 43. poſtulavit hiſce verbis. = Ad-
,, tende etiam: & utrum in ea videas
,, ulla locorum ſpatia, vel intervalla
,, reſponde. Nihil ibi tale, ut arbitror,
,, invenis, ſi vigilanter abigis ab adſpe-
,, cto intimo quidquid imaginum cor-
,, poralium exterioris hominis ſenſus in-
,, vexit: ſed forte difficile eſt; Irruit
,, enim de conſuetudine carnalis vitae in
,, ipſos quoque interiores oculos turba
,, phantaſmatum in ſimilitudinibus corpo-
,, rum: cui reſiſtere conatus ſaltem au-
,, ctoritate divina exclamavi &c. Faci-
,, lius quippe inclinamur ad ſolita &c.
,, Proinde ſi non potes aciem mentis
,, tuae a corporearum ſimilitudinum
,, quaſi nubilo perſpicue ſerenare &c.
,, Si non potes omniſariam corporalium
,, qualitatum imaginarias formas ab acie
,, tuae mentis abigere &c. ,,

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Intellectus ergo Auguſtini corporeis eiectis imaginibus, erexit ſe ad intelligentiam ſuam. Sed quid haec *intelligentia*? Wangnereck ipſum intellectum arbitratur, quatenus ad prima principia fertur: *Appellat S. D. intellectum intelligentiam, in quantum cognoſcit prima principia: & ea, quae ſolum ſunt intelligibilia.* Verum Auguſtinus intellectum, & intelligentiam paſſim ut ſynonyma miſcet. Nonnunquam autem hanc velut illius exercitium intuetur: Vide, ſi vacat, lib. 1. de Libero Arbitr. c. 5. n. 3. lib. QQ. 83. q. 32. In Pſal. 31. Enarra. 2. n. 9. Ex quo praeſens locus dilucidatur. Eſt ſenſus, intellectum ad altiores vires ſuas ſe erexiſſe: Quo pacto dicitur: Tum vir fortis fortitudine ſua collecta &c. Tum vir bonus patientia ſua advocata &c. Tum armatus ſuo gladio diſtricto &c. Tum adrigens aures ſuas &c.

(g) *Et pervenit ad id, quod eſt, in ictu trepidantis adſpectus.* = Cum BB. ſumus: qui merito inquiunt = E-
,, gregium huncce locum reparant MSS.
,, codices. Nam in vulgatis corrupte
,, legebatur, *& perveniret*] Duo MSS. Med. MS. S. Mar. optimus S. Cr. & Car. nobis. Alii duo Med. MS. S. Cr. & Ricar. editis ſuffragantur. Sed non una labes huic loco illata eſt. Aliqui codices, *&*: alii, *ut*. MS. Parcenſis a Lovanienſibus viſus, *ad id, quod non eſt*, manifeſto lapſu. Omnes editi textum minori littera exordiuntur, *&* non, *Et*; quaſi ſcilicet haec non ſit nova, ſed prioris periodi complementum. Item adverte, poſt verbum, *eſt*, nos adpoſuiſſe virgulam, quam nec Benedictini habent, ut ſcires idem verbum ad priorem, non ad ſequentem partem referri: Videlicet, ſenſus non eſt, ſe perveniſſe ad id, quod in ictu eſt &c. ſed perveniſſe in ictu &c. ad id quod eſt, nempe ad Deum, iuxta illud Exodi 3. 14. *Ego ſum qui ſum &c. Qui eſt miſit &c.* Recole dicta c. 10. L. Id Lectorem commonere placuit, quod diverſa aliorum ortographia nobis ſuſpicionem ingerat eadem tales oſcitantia deceptos. Et revera decepti ſunt quidam

Au.

Digitized by Google

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

Auguſtinenſes Scriptores, niſi, de re nimis vetuſta, & leviſſima memoria nos fallat. Certe eam foveam Itali non effugerunt: ſic enim reddunt: *Per poi quindi arrivare alla cognitione di ciò, che ſi conoſce in un momentaneo battee di occhio tremante*. Integrum autem hocce teſtimonium id ſonat: Pervenit tandem intellectus ad Deum, cuius eſſentia eſt ipſum exſiſtere: & ad eum erexit non longum adſpectum, ſed, ictum adſpectus: non aſpectus quieti, ſed trepidantis. Quod quidem in perfectionem Divinae eſſentiae revocatur; Sic enim nonniſi ictum, & quidem trepidantis carnalis oculi in clariſſimam ſolis lucem figere poſſumus.

C A P U T XVIII.

A R G U M E N T U M.

Iis, quae hucuſque contigerant, ſua imbecillitate retecta: quod ſibi ad Deum bene inſpiciendum robur compararet, meditabatur anxie, & quaerebat; at fruſtra, & in caſſum: donec Dei, hominumque Mediatorem amplecteretur. Non enim humilis tenebat humilem, inſcius etiam quid nobis latenti voce infirmitas eius praedicaret. Verbum enim in Caelis regnans ſubditos quoſque ad ſe trahit; in terris autem velut abiectus homuncio poſitum faſtum noſtrum deterret: & ſalubriter ita depreſſos ſua nos manu erigit.

ET quaerebam viam comparandi roboris, quod eſſet idoneum ad fruendum te: nec inveniebam, donec amplecterer mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtum Ieſum (1), qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſaecula (2), vocantem & dicentem: Ego ſum via, Veritas & vita (3). Et cibum, cui capiendo invalidus eram, miſcentem carni (*a*); quoniam Verbum caro factum eſt (4), ut infantiae noſtrae lacteſceret Sapientia tua (*b*), per quam creaſti omnia. Non enim tenebam Dominum meum Ieſum, humilis humilem: nec cuius rei magiſtra eſſet eius infirmitas, noveram. Verbum enim tuum aeterna Veritas, ſuperioribus creaturae tuae partibus ſupereminens, ſubditos erigit ad ſeipſam: in inferioribus autem aedificavit ſibi humilem domum (*c*) de limo noſtro, per quam ſubdendos deprimeret a ſeipſis, & ad ſe traiiceret, ſanans tumorem, & nutriens amorem: ne fiducia ſui progrederentur longius, ſed potius infirmarentur, videntes ante pedes ſuos infirmam Divinitatem, ex participatione tunicae pelliceae noſtrae (*d*): & laſſi proſternerentur in eam, illa autem ſurgens levaret eos.

(*a*) *Miſcentem carni.* = Suus cibus erat Deus, qui factus eſt homo. Sed quomodo Verbum ſe carni miſcuit: eum Eccleſia in antiphona ad Cantic. *Benedictus* feſti Circumciſionis Dom. & Officil Parvi B. M. V. poſt Nativit. uſque ad Purificat. canat: *Id, quod fuit permanſit: Et quod non erat, adſumſit: Non commixtionem paſſus, neque diviſionem?* Item ſapie id Eutychetis Presbyteri, & celeberrimi Conſtantinopolitani Monaſterii Archymandritae errorem; cuius haereſis formam, & progreſſum iuvat compendio dare: Initio Redemtorem hominem genere a nobis diverſum, utpote qui non carne humana, ſed corpore ſecum e caelo delato ſe contexiſſet, effutiit. Addens quoque duas olim naturas, poſt unio-

(1) Tim. 2. 5.
(2) Rom. 9. 5.
(3) Ioan. 14. 6.
(4) Ioan. 1. 14.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

unionem in unam tranſmigratas. Quod quidem per varios caaſpitationum anfractus conatus eſt exponere, & propugnare: nunc ſiquidem Divinam ab humana: nunc humanam a Divina natura abſorptam garrivit. Tandem vero Catholicorum argumentis impetitus, ne ad aquas haereret, plauſibilius in ſpeciem phantaſma cumpinxit: inquiens, neutram in alteram: ſed utramque naturam adtritam, in tertiam quamdam novamque abiiſſe. Qua foena, ut vides, nunc Maneti, nunc Apollinari, nunc Valentino plauſit. Sublata eſt ab orbe peſtis haec geminae Conſtantinupolitanae Synodi, Generalis Chalcedonenſis, & S. Leonis Papae auctoritate. Quorum iudicium laudavere inde, & confirmarunt Concil. Tulet. 2. c. 1. Hiſpal. 2. c. 3. Later. ſub Mart. 1. Conſult. 5. a can. 4. Flurent. ſub Eugen. in litt. S. Union. Conſtantinop. 5. & plura alia. D. Ioannes Sianda a Monteregali Congreg. S. Bernardi ordin. Ciſterc. alumnus Polemici Lexicon. t. 1. tit. *Eutyches*, & plures alii pro hac haereſi ad Auguſtinum amandant. Verum, Timothaanam, Neſtorianam, & Eutychianam haereſes, quae in Catalogo Auguſtini inſpiciuntur aliena manu fuiſſe adiectas, ut etiam Benedictini ibi obſervant, rationes plures, eaeque manifeſtiſſimae evincunt.

Sed haec ſat ſuperque de Eutychiana haereſi, longe poſt Auguſtini obitum nata; cui Auguſtinum adſerentem Verbum ſe miſcuiſſe carni praeluſiſſe videri poterat homini aut hebeti, aut livido. Verum manifeſtum eſt mixtionem illam late poſitam pro unione, vel compoſitione (conceditur enim a Theologis, Chriſtum eſſe perſonam compoſitam) non preſſe pro mixtione illa Phyſicorum &c. Et quidem Auguſtinus eſt ſui ipſius interpres: inquit enim Epiſt. ad Voluſianum. 137. (Olim, 3) c. 3. n. 11. = Sic „ autem quidam reddi ſibi rationem flagitant: quomodo Deus homini permi„ xtus ſit, ut una fieret perſona Chri„ ſti, cum hoc ſemel fieri oportuerit; „ quaſi rationem ipſi reddant de re, „ quae quotidie fit, quomodo miſcea„ tur anima corpori, ut una perſona „ fiat hominis. Nam ſicut in unitate „ perſonae anima unitur corpori, ut „ homo ſit: ita in unitate perſonae Deus „ unitur homini, ut Chriſtus ſit. In illa „ ergo perſona mixtura eſt animae, & „ corporis; In hac perſona mixtura eſt „ Dei, & hominis; ſi tamen recedat „ auditor a conſuetudine corporum, „ qua ſolent duo liquores ita commi„ ſceri, ut neuter ſervet integritatem „ ſuam: quamquam & in ipſis corporibus „ aeri lux incorrupta miſceatur.] Praeſenſit etiam, & praeſucavit Eutychianam haereſim Auguſtinus Lib. 1. de Trinit. cap. 7. n. 14. Serm. 290. in Natali S. Ioan. Bapt. 4. (Alias, 44. inter 50. Homil.) cap. 5. n. 5. Epiſt. 169. ad Evodium (Alias, 102.) cap. 2. n. 7., & 8. lib. 11. de Civit. Dei, cap. 2.

(*b*) *Ut infantiae noſtrae lacteſceret Sapientia tua.* = Unde Paulus Chriſti miniſter 1. Cor. 3. 2. *Tanquam parvulis lac vobis potum dedi, non eſcam.* Ut lacteſceret humilitate, aliquis exponet propter ea, quae ſequuntur. Et quidem non tam ingenio, quam ea virtute Divinam pulcritudinem inſpici inſinuatur Matth. c. 11. v. 25. c. 18. v. 3. & 4. & Lucae 1. 48. & innumeris aliis Scripturarum locis. Cenſemus tamen cibum illum eſſe temperamentum fulgoris Divinitatis. Expoſitio nimirum depromenda eſt ex ipſo S. D. qui Serm. 117. de Verbis Ioann. 1. (Alias, 18. de Verbis Dom.) c. 10. n. 16. haec habet „ Sed ut perveniamus, ſi nondum „ poſſumus videre Verbum Deum, au„ diamus Verbum carnem: quia car„ nales facti ſumus audiamus Verbum car„ nem factum. Ideo enim venit, ideo „ ſuſcepit infirmitatem noſtram, ut poſ„ ſis firmam locutionem capere Dei „ portantis infirmitatem tuam. Et ve„ re dictum eſt lac; lac enim dat par„ vulis, ut cibum ſapientiae det maio„ ribus. Lactare patienter, ut avide „ paſcaris. Quo enim modo fit etiam „ lac, quo lactantur infantes? Nonne „ &c. Sic Verbum caro factum eſt, „ ut lacte parvuli nutriremur, qui ad „ cibum eramus infantes. Verum hoc „ intereſt, quia quando cibum mater „ incarnatum lac facit, cibus in lac „ convertitur: incommutabiliter autem „ manens Verbum carnem aſſumſit, ut „ &c.] Si plura deſideras, vide eumdem integrum textum: & Tract. 2. in Ioan. c. 1. n. 16.

(*c*) *Aedificavit ſibi humilem domum &c.* = Oraculum intuetur Prov. 9. 1. *Sapientia aedificavit ſibi domum.* De quo ipſe lib. 17. de Civ. Dei, c. 20. n. 2. *Hic certe agnoſcimus Dei Sapientiam, hoc eſt Verbum Patri coaeternum in utero Virginali domum ſibi aedificaſſe corpus humanum.* Etiſi c. 4. eiuſdem libri, n. 4. nec non Expoſit. Epiſt. ad Galat. c. 1., & 2. n. 13. de Eccleſia videatur exponere.

Unde ſupra inquiens: *miſcentem*

cara

Digitized by Google

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Sirie. 1. Val. X. Theod. VII.

carni, forte eiuſdem cap. Prov. v. 5. & 6. verba: *Bibite vinum, quod miſcui vobis, Relinquite infantiam &c.* reſpexit. Nempe Divinitatem, carni mixtam, quam bibentes relinquunt infantiam. Quod ſequitur, *videntes ante pedes ſuos infirmam Divinitatem*, eſt uſitatus loquendi modus; perſonam quippe ante nos faſtu abiecto poſitam, ante pedes noſtros ſtare dicimus. Niſi mavis ſuſpicari Auguſtinum reſpexiſſe Salvatorem, cum, ut Ioannes cap. 13. teſtatur, diſcipulorum pedes lavit. Dicitur autem *infirma* Divinitas non in ſe, ſed in humanitate, ut quae ſequuntur verba inſinuant. Propter enim communicationem idiomatum, ut Scholae loquuntur, unum alterius denominationem ſubit.

(*d*) *Ex participatione tunicae pelliceae noſtrae.* = Nempe humanitatis. Unde haec allegoria? Ex hoedinis pelliculis, quibus Rebecca Iacobum filium ſuum contexit (1). Ut enim abiectis pellicolis Iacob innocens Eſau: ita humanitate Verbum peccatorum formam praeſetulit: *Per hoedinas pelles peccata: per eum vero, qui eis ſe operuit, ille ſignifitatus eſt, qui non ſua, ſed aliena peccata portavit.* Auguſt. ad Conſent. contra Mendac. c. 10. n. 24. poſt med.

Addens, *& laſſi &c.* illud Matth. 11. v. 28., & 29. intuetur: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos &c. & diſcite a me, quia mitis ſum. & humilis corde: & invenietis requiem animabus veſtris.* Iisdem autem quibus hoc caput, & Serm. 117. comment. B. laudatum conceptibus Auguſtinus complet, ut conſulenti conſtabit.

C A P U T XIX.

A R G U M E N T U M.

Profitetur Salvatorem non qualem nunc pinxit ea iuventutis ſuae aetate ſibi fuiſſe; ſed hominem ſimplicem: tam alta licet ſapientia praeditum, cui velut oraculo doctiſſimi quique cervices flecterent, & faſces ſubmitterent. Cui rei ſi adderetur, a Puella effuſum prorſus intacta: & contemnendarum temporalium rerum ad aeternas adquirendas nobis divina cura datum exemplar: totius orbis magiſterium nullus illi poſſet iure invidere. Verum ſummi dogmatis illis verbis comprehenſi, Verbum caro factum eſt, *ne quidem in ſuſpicionem veniens, ex diverſis Chriſti actionibus tantummodo colligebat non ſolam illi carnem, ſed mentem animamque humanam adhaeſiſſe; quod omnis Deum incommutabilem tenens mox fateatur oportet. Haec inter & Alypius tenebris captus, in oppoſitum impigebat ſcopulum: aequivoco ratus Divinitatem, & carnem: non mentem, animamque a Catholicis Mariae Filio tributas: unde & ad Eccleſiam velut male digeſtae doctrinae magiſtram aegris, & tardis greſſibus adcedebat. Uſque dum tandem Alypius attendens: non in Eccleſiae, ſed in Apollinaris: Auguſtinus in Photini caſtris ſe conſtitutum: uterque ignorantia conceptum errorem abiecit.*

EGo vero aliud putabam, tantumque ſentiebam de Domino Chriſto meo, quantum de excellentis ſapientiae viro, cui nullus poſſet aequari; praeſertim, quia mirabiliter natus ex virgine, ad exemplum contemnendorum temporalium pro adipiſcenda immortalitate, divina pro nobis cura tantam auctoritatem magiſterii meruiſſe videbatur. Quid autem ſacramenti haberet, Verbum caro factum, ne ſuſpicari quidem poteram (*a*). Tantum cognoveram ex iis, quae de illo ſcripta tra-

[1] Geneſ. 27. 16.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Siric. 1. Val. X. Theod. VII.

traderentur (quia manducavit & bibit, dormivit, ambulavit, exhilaratus eſt, contriſtatus eſt, ſermocinatus eſt) non haeſiſſe carnem illam Verbo tuo, niſi cum anima & mente humana. Novit hoc omnis, qui novit incommutabilitatem Verbi tui, quam ego iam noveram, quantum poteram, nec omnino quidquam inde dubitabam. Etenim nunc movere membra corporis per voluntatem, nunc non movere: nunc aliquo affectu affici, nunc non affici: nunc proferre per ſigna ſapientes ſententias, nunc eſſe in ſilentio: propria ſunt mutabilitatis animae & mentis. Quae ſi falſa de illo ſcripta eſſent, etiam omnia periclitarentur mendacio: neque in illis litteris, ulla fidei ſalus generi humano remaneret. Quia itaque vera ſcripta ſunt, totum hominem in Chriſto agnoſcebam: non corpus tantum hominis, aut cum corpore, ſine mente animum, ſed ipſum hominem; non perſona veritatis, ſed magna quadam naturae humanae excellentia, & perfectiore participatione ſapientiae, praeferri ceteris arbitrabar. Alypius autem Deum carne indutum ita putabat credi a Catholicis ut praeter Deum & carnem, non eſſet in Chriſto anima, mentemque hominis non exiſtimabat in eo praedicari. Et quoniam bene perſuaſum tenebat, eaque de illo memoriae mandata ſunt, ſine vitali & rationali creatura non fieri, ad ipſam Chriſtianam fidem pigrius movebatur. Sed poſtea haereticorum Apollinariſtarum (*b*) hunc errorem eſſe cognoſcens, Catholicae fidei collaetatus & contemperatus eſt. Ego autem aliquanto poſterius didiciſſe me fateor, in eo quod Verbum caro factum eſt, quomodo Catholica veritas a Photini falſitate dirimatur (*c*). Improbatio quippe haereticorum facit eminere, quid (*d*) Eccleſia tua ſentiat, & quid habeat ſana doctrina. Oportuit enim & haereſes eſſe, ut probati manifeſti fierent inter infirmos.

(*a*) *Ne ſuſpicari quidem poteram*. = Vix concipi poteſt Auguſtinum agentem iam, vel certe e proximo ſalutantem annum aetatis ſuae trigeſimum-primum, adhuc de Chriſti Divinitate nequidem ſuſpicatum fuiſſe! Hic enim, ut nobis videtur, in hiſtoriae ordine eſt, non (ut ſaepe) digreſſione ad vetuſtiora redit. Sola Monnica, aliis etiam omiſſis, nos pungit; admodum enim durum videtur Matrem ſanctiſſimam, diligentiſſimam, & etiam (bona venia *Phereponi*) doctiſſimam de Salvatoris Divinitate Filium non docuiſſe. Quin immo ex cap. 11. lib. 1. haud oſcitanter lecto Auguſtinum iam parvulum a Matre ea in re inſtructum, ſat coniici poteſt; Arbitramur igitur Auguſtinum (ad ſalutarem ſui ipſius confuſionem) nonnihil amplificationi indulgere. Item de eo dogmate non utcunque ſpectato, ſed bene digeſto loqui. Matris ea de re ſermones non adeo preſſe, ſed velut ad allegoriam nonnihil flectentes forte exceperat: quaſi ut in Scriptoria ſacerdotes, & peculiares Altiſſimi miniſtri dii appellantur. Quorum ſumma eſt: Aliquam Divinitatis praeſentiam in Chriſto forte Auguſtinum credidiſſe: ſed cum Verbum non utcunque humanitati Chriſti adſtiterit, ſed copulatum ſit, ut Theologi loquuntur, unione ſubſtantiali, eamque in unitatem perſonae traxerit: potuit S. Doctor citra magnam amplificationem adſerere de illius oraculi. *Verbum caro factum* ſacramento ne quidem fuiſſe ſe ſuſpicatum.

Caeterum ſi nec per ſomnium aliquam Verbi praeſentiam in Virginis Filio ſuſpicatus eſt: quid ſignificati habet, quod ſequitur: *Tantum cognoveram &c. non haeſiſſe carnem illam Verbo tuo, niſi cum anima, & mente humana*? Reſpondebis forte nominatum hic *Verbum* ex neceſſitate Gramaticalis ſermonis; re autem nihil aliud ſignificare, quam in Ieſu, qualiſcunque ille fuerit, ſe animam mentemque agnoviſſe. At ſubſumo ego: Si ab homine ſimplici qualis es tu, mentem, animamque tollas, quid remanebit? Si Chriſtus Auguſtino homo fuit pro eſſentia, ut reliqui: cur peculiarem velut rem nobis enuntiat, non mentem ei animamque negaſſe? Concluditur

A. Ch. 385. Aug. 31. Mun. 54. Ad. XIII. Siric. I. Val. X. Theod. VII.

ditur ergo, non adeo preſſe hic differendum: ſed Auguſtinum eius oraculi *Verbum caro factum* ſacramentum prorſus fugiſſe hac ratione hocve ſenſu quod nimis laxo nexu Divinam naturam humanae iunctam exiſtimaverit. Si enim fortiſſimam unionem illam, quam viri de Schola eſſencialem dicunt, a Ieſu tollas, mox Incarnationis myſterium inſtingis: negaſque Hominem illum Filium Virginis fuiſſe & Deum, propriumque Aeterni Patris Filium.

(*b*) *Sed poſtea haereticorum Apollinariſtarum &c.* = Quorum errores ipſe S. D. in lib. de Haereſibus, cap. ſeu, haereſi 55. his verbis recitat. „ Appullinariſtas Apollinaris inſtituit, qui de anima Chriſti a „ Catholica diſſenſerunt, dicentes ſicut „ Ariani Deum Chriſtum carnem ſine „ anima ſuſcepiſſe. In qua quaeſtione „ teſtimoniis Evangelicis victi, mentem, „ qua rationalis eſt anima hominis, de„ fuiſſe animae Chriſti, ſed pro hac „ ipſum Verbum in eo fuiſſe dixerunt. „ De ipſa vero eius carne ſic a recta „ fide diſſenſiſſe perhibentur, ut dicerent „ carnem illam, & Verbum unius eius„ demque ſubſtantiae conſtantiſſime aſ„ ſeverantes, Verbum carnem factum, „ hoc eſt, Verbi aliquid in carnem „ fuiſſe converſum, atque mutatum, „ non autem carnem de Mariae carne „ fuiſſe ſuſceptam.] Et lib. 2. ad Proſper. & Hilar. de Bono, vel, Dono perſever. c. 24. n. 67. ſeu circa fin. „ Quoniam non Deum tantum dicimus „ Chriſtum, ſicut haeretici Manichaei, „ nec hominem tantum, ſicut haeretici „ Photiniani; nec ita hominem, ut a„ liud minus habeat, quod ad huma„ nam certum eſt pertinere naturam, „ ſive animam, ſive in ipſa anima men„ tem rationalem, ſive carnem non de „ Femina ſumtam, ſed factam de Verbo „ in carnem converſo, atque mutato; „ quae omnia tria falſa, & vana haere„ ticorum Apollinariſtarum tres partes „ varias, diverſaſque fecerunt &c.] Differit de Apollinariſtis Auguſtinus QQ. In Levitic. lib. 3. q. 93. Lib. contra Serm. Arian. c. 5. n. 5. De Gratia novi Teſtam. ad Honoratum lib. vel Epiſt. 140. (Alias, 120.) c. 4. n. 12. Lib. 14. de Civ. Dei, c. 2. n. 1. Fuſe vero in Pſal. 29. Enarr. 2. n. 2., & 3. & lib. QQ. 83. q. 80. & alibi frequentiſſime.

Iulianos Pelagianus non ſemel, neſciens quid diceret, Auguſtino Apollinariſmi notam adpinxit; quam tamen egregie, & mira facilitate S. D. a ſe propulſavit; Vide l. 5. contra eumdem, cap. 15. n. 55. lib. 4. Oper. Imperf. cap. ſive argum. 50.

De ſummo Apollinariſtarum coryphaeo non una eſt Eruditorum opinio. Duo fuere Apollinares, Pater, & Filius: uterque ſacerdos. Filius olim (ut videbatur) pius, haereticorum malleus; Athanaſii Baſil. & Nazianz. aliorumve domeſticus; Laodicaae ordinatus ſacerdos. Uterque ſacerdos; uterque haud modico (inſigni vero Filius) ingenio praeditus. Sunt qui Patrem, Filiumve commiſcebant. Nonnulli a Patre ſemotam a Chriſto animam: a Filio redditam animam, ſublatam mentem arbitrantur. Non pauci integram ſcenam cum eius inconſtantia in Patrem; plures in Filium revocant. Plurimi, & forte rectius, totam machinam a Patre conſtructam ſcribunt: eamdemque ipſam in haereditatem ad validioris ingenii Prolem iviſſe.

Cum autem *haereſis* vocabulum ex Graecis fontibus ductum electionem ſonet: non omnis errans (1), ſed tantum qui advertentia, & pertinacia Eccleſiae magiſterium excutiens, vere & proprie haereticus dicendus eſt: Unde etſi Alypius in Apollinaris errorem offenderit: nonniſi per ſummam iniuriam haereticum Apollinariſtam aliquando fuiſſe dicemus. Accipe S. Doctoris ſententiam prorſus ad rem Alypii datam lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſt. c. 16. n. 23. = Con„ ſtituamus ergo duos aliquos iſto mo„ do: unum eorum &c. alium vero „ hoc idem (*Photini errorem*) ſentire, „ ſed in Catholica baptizari, exiſtiman„ tem ipſam eſſe Catholicam fidem. „ Iſtum nondum haereticum dico, niſi „ manifeſtata ſibi doctrina Catholicae fi„ dei reſiſtere maluerit, & illud quod „ tenebat, elegerit: quod antequam fiat, „ manifeſtum eſt illum, qui foris (2) „ baptizatus eſt, eſſe peiorem. „

Adtende etiam quam ſimiles laqueos diabulus Auguſtino tetenderit? nedum autem in iis, quae hocce caput refert: ſed & in alio errore, quod homo in forma corporis ad Dei imaginem factus eſſet: quem Auguſtinus in Eccleſia praedicari exiſtimabat (3), quo a Catholica arcebatur &c.

(*c*) *Quomodo Catholica veritas a Pho-*

(1) Ex Auguſtino in Prologo ad lib. Haeref. & alibi.

(2) Verbum *baptizatus*; abeſt ab aliquot MSS.

(3) L. 6. c. 3. 4. & 11.

Digitized by Google

Photini falſitate dirimatur = Et de hu-
ics erroribus plura Auguſtinus nobis
reliquit. Lib. de Haereſibus 44., &
45. haec habemus „. Pauliani a Paulo
„ Samoſateno, Chriſtum non ſemper
„ fuiſſe dicunt; ſed eius initium, &
„ quo de Maria natus eſt aſſeverant:
„ nec eum aliquid amplius, quam ho-
„ minem putant. Iſta haereſis aliquan-
„ do cuiuſdam (1) Artemonis fuit: ſed
„ cum defeciſſet, inſtaurata eſt a Pau-
„ lo, & poſtea ſic a Photino confir-
„ mata, ut Photiniani, quam Pauliani
„ celebrius nuncupentur. Iſtos ſane Pau-
„ lianos baptizandos eſſe in Eccleſia Ca-
„ tholica Nicaeno concilio conſtitutum
„ eſt. Unde credendum eſt eos regu-
„ lam baptiſmatis non tenere &c. Pho-
„ tinus (2) ab Epiphanio non continuo
„ poſt Paulum, ſive cum Paulo, ſed
„ aliis interpoſitis ponitur. Non tace-
„ tur ſane ſimilia crediddiſſe: ſecundum
„ aliquid tamen adverſatus ei dicitur;
„ ſed quid ſit ipſum aliquid omnino
„ non dicitur. Philaſter autem conti-
„ nuatim ponit ambos ſub ſingulis. &
„ propriis numeris, quaſi haereſes duas,
„ cum dicat Photinum in omnibus Pauli
„ ſequutum fuiſſe doctrinam] Serm.
autem 246. in diebus Paſchal. 17.
(Alias, 19. ex Vigner.) n. 4. =
„ Quam multi dicunt, Homo fuit ma-
„ gnus? Quam multi dicunt, Propheta
„ fuit? Quam multi antichriſti extiterunt,
„ qui dicerent ut Photinus: Homo fuit
„ plus nihil habuit; ſed omnes pios,
„ & ſanctos excellentia ſapientiae, &
„ iuſtitiae ſuperavit: nam Deus non fuit
„ O Photine &c.] De Photino ex par-
va Galatia orto, Sirmii Illyri urbis e-
piſcopo, quem S. Doctor Serm. 252.
in diebus Paſcal. 23. (Alias de Diverſ.
5.) c. 4. in Pannonia rupiſſe teſtatur,
agit ipſe Tract. 26. in Ioann. Serm.
92. de Verb. Matth. 22. (Alias, de
Tempore 235.) n. 3. lib. 19. de Civ.
Dei, c. 23. n. 3. & alibi. Photini au-
tem haereſim Mahometes, qui obiit an.
633. adoptavit.

(*d*) *Improbatio quippe haereticorum facit eminere quid &c.* = De qua gra-
viſſima ſententia non contemnendus au-
ctor ſub Auguſtini nomine Serm. 30. de
Thuribulis (Olim, 98. de Tempore)
n. 1. & verus Auguſtinus fuſe in Pſal.
106. n. 14. poſt med. Sat autem eſt
exſcribere quae habet lib. 1. contra Iu-
lianum Pelag. c. 6. n. 22. in fine =
„ Vides certe non ab eo dictum eſſe
„ (*a Chryſoſtomo*) parvulos non coin-
„ quinatos eſſe peccato, ſive peccatis;
„ ſed, *non habere peccata*: intellige pro-
„ pria, & nulla contentio eſt. At in-
„ quies, cur non ipſe addidit propria?
„ Cur putamus, niſi quia diſputans in
„ Catholica Eccleſia, non ſe aliter in-
„ telligi arbitrabatur, tali quaeſtione (3)
„ nullius pulſabatur, vobis nondum li-
„ tigantibus, ſecurius loquebatur?]
Vide lib. 10. c. 29. A n. 4.

A. Ch. 385.
Aug. 31. Mon.
54. Ad. XIII.
Siric. I. Val.
X. Theod. VII.

(1) In excuſſ. *Artemonii*. At in MSS. *Artemonis*.
(2) Obiit an. D. 375 Alias, *Scotinus*, a quo Scotiniani, alias *Homuncioniſtae*, quod Chriſtum ſimplicem hominem dicerent. Vide Baron. t. 3. an. 357. n. 8.
(3) Sic. Am. & MSS. At Er. & Lov. *nullus*.

A. Ch. 385. Aug. 31. Mon. 54. Ad. XIII. Sirie. 1. Val. X. Theod. VII.

CAPUT XX.

ARGUMENTUM.

Redit ad lucrum, baud equidem modicum, tamen aeternae ſalutis foecundum ex Platonicarum paginarum lectione relatum. Inde ſiquidem ad indagandam incorpoream veritatem provocatus; Deum agnovit miro modo; nulla exſtenſione infinitum: immutabilem: exſiſtentium omnium originem, & primam cauſſam. Ceterum ea lectione typbum, quem conceperat, quove periturus erat, contemnere baud didicit; quin immo vidit in eiſdem libris triumphare. Bona autem ſua ſorte contigiſſe arbitratur: quod primo in eas, non in ſacras paginas iniecerit oculos; alias enim in non levi fuiſſet diſcrimine, profana lectione amittendi, quod pia fuerat adeptus; & etiam putandi, bac demta, ſola illa priori idem bonum adſequi ſe potuiſſe.

SEd tunc lectis Platonicorum illis libris, poſteaquam inde admonitus quaerere incorpoream veritatem, inviſibilia tua per ea quae facta ſunt, intellecta conſpexi; & repulſus ſenſi quid per tenebras animae meae contemplari non ſinerer: certus eſſe te, & infinitum eſſe, nec tamen per locos finitos infinitoſve diffundi; & vere te eſſe, qui ſemper idem ipſe eſſes, ex nulla parte nulloque motu (*a*) aliter aut aliter: cetera vero ex te eſſe omnia, hoc ſolo firmiſſimo documento, quia ſunt: Certus quidem in iſtis eram, nimis tamen infirmus ad fruendum te. Garriebam plane quaſi peritus, & niſi in Chriſto Salvatore noſtro viam tuam quaererem, non peritus, ſed periturus eſſem. Iam enim coeperam velle videri ſapiens (*b*), plenus poena mea: & non flebam; inſuper & inflabar ſcientia. Ubi enim erat illa aedificans caritas a fundamento humilitatis, quod eſt Chriſtus Ieſus? Aut quando illi libri me docerent eam? In quos me propterea, priuſquam Scripturas tuas conſiderarem, credo voluiſti, incurrere, ut imprimeretur memoriae meae quomodo ex eis affectus eſſem (*c*); & cum poſtea in libris tuis manſuefactus eſſem, & curantibus digitis tuis contrectarentur vulnera mea: diſcernerem atque diſtinguerem, quid intereſt inter praeſumtionem & confeſſionem; inter videntes quo eundum ſit, nec videntes qua; & viam ducentem ad beatificam patriam, non tantum cernendam ſed & habitandam. Nam ſi primo ſanctis tuis Litteris informatus eſſem, & in earum familiaritate obdulcuiſſes mihi, & poſt in illa volumina incidiſſem, fortaſſe aut abripuiſſent me a ſolidamento pietatis: aut ſi in affectu, quem ſalubrem imbiberam, perſtitiſſem, putarem etiam ex illis libris eum poſſe concipi, ſi eos ſolos quiſquam didiciſſet.

(*a*) *Ex nulla parte, nulloque motu &c.* = Repetit quod in praecedentibus dixerat: inveniſſe, ſe Deum prorſus, & omni ratione immutabilem, quantumcunque hypotheſim, & caſum amplifices. Et id quidem per oppoſitionem ad creaturas, quae non una ratione labuntur. Ut etiam praedicat David Pſal. 101. v. 27. & 28. & Paulus Hebr. 1. v. 11. & 12.

Cum autem tanta immutabilitas eum ſequatur, cuius eſſentia eſt exſiſtere: ſure ſubiungit, intuliſſe cetera omnia a Deo eſſe, *quia* ſunt; Quod enim

quid-

A.Ch. 385. Aug. 31. Mon. 34. Ad. XIII. Siric. I. Vel. X. Theod. VII.

quidquam per eſſentiam habet, omnium, quae in tali genere ſunt, cauſſam eſſe oportet.

Quanquam vero in magnis hiſce primiſque dogmatibus adeo certus eſſet, *nimis tamen*, ut addit, ad Deo *fruendum infirmus erat*. Tum quod adhuc humilitatem, quae ad Patriam via eſt, non didiciſſet. Tum quod illuminato intellectu, adhuc voluntas ſanata haud eſſet.

(*b*) *Iam enim coeperam velle videri ſapiens* = Non adhuc Pauli monitum audierat 1. Cor. c. 3. v. 18. *Nemo ſe ſeducat; ſi quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſaeculo: ſtultus fiat, ut ſit ſapiens*. Et Salomon. Prov. 37. *Ne ſis ſapiens apud temetipſum*. Iamiam ſimilis erat Philoſophis, de quibus Rom. 1. 22. *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt*. Vide l. 8. c. 1. n. 2.

Plenus poena mea: Plenus typho: qui ſimul poena erat. = *Et non flebam*: Et maiorem lucem, & peculiare Dei ſubſidium, quo viam Patriae detegerem atque calcarem, non (ut opus erat) efficaciſſimis precibus poſtulabam = *Inſuper & inflabar ſcientia*: Et proprio infelici experimento verum deprehendebam Pauli monitum 1. Cor. 8. 1. *Scientia inflat: caritas vero aedificat*.

Haec omnia vero, ut ex ipſo textu manifeſtum eſt, regiam illam viam, qua ad beatam aeternitatem pergimus, virtutum omnium fundamentum Chriſtianam humilitatem, quam non a Platone, ſed a Redemtore diſcimus, intuentur.

(*c*) *Quomodo ex eis adfectus eſſem*. = Cum Ethnicorum libros inflare: aut ſaltem humilitate minime docere didiciſſem experimento, quod errori minime ſubeſt, quodque controverſiatum, & litigii filium abſcindit &c. *Manſuefactus eſſem*: Hoc eſt, docilis. = *Et curantibus digitis tuis*: Accipe verba S. Gregorii Homil. 10. lib. 1. in Ezechiel. ante med. = Quid eſt quod creator omnium „ Deus cum ſurdum, & mutum ſanare „ voluiſſet (1), in aures illius ſuos digi- „ tos miſit; & expuens, linguam eius „ tetigit? Quid per digitos Redemto- „ ris, niſi dona S. Spiritus deſignantur? „ Unde cum in alio loco eieciſſet dae- „ monium, dixit: *Si in digito Dei eii-* „ *cio daemonia, profecto pervenit in vos* „ *Regnum Dei* (2). Qua de re per E- „ vangeliſtam alium dixiſſe deſcribitur: „ *Si ego in Spiritu Dei eiicio daemones,* „ *igitur pervenit in vos Regnum Dei* (3). „ Ex quo utroque loco colligitur, quia „ digitus Spiritus vocatur; Digitos ergo „ in auriculas mittere eſt per dona S. „ Spiritus mentem ſurdi ad obediendum „ aperire. „

Quod ante Auguſtinus docuerat: Lib. 2. enim QQ. in Exodi q. 25. haec habet. = Quod dixerunt magi ad Pha- „ raonem (4), Digitus Dei eſt hoc (5), „ quoniam non potuerunt educere ſcy- „ niphes &c. Digitus autem Dei, ſicut „ Evangelium manifeſtiſſime loquitur, „ Spiritus-Sanctus intelligitur. Namque „ uno Evangeliſta ita narrante verba „ Domini, ut diceret, *Si ego in digi-* „ *to Dei &c.* Alius Evangeliſta idipſum „ narrans, exponere voluit quid ſit di- „ gitus Dei, & ait: Si ego in Spiritu „ Dei eiicio daemonia &c.] Idem & quidem latius obſervat Serm. 8. de Decem plagis &c. n. 14. ſeu, in fine. Et in Pſal. 8. ad v. 4. n. 7.

CA-

(1) Mar. 7. 33
(2) Lucae 11. 20.
(3) Matt. 12. 28.
(4) Exod. 8. 19.
(5) Sic MSS. iuxta Graec. Interpr. LXX. At editi, *eſt hic*.

A. Ch. 386.
Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

CAPUT XXI.

ARGUMENTUM.

Platonicis voluminibus, utpote quibus potiſſimae animae ſuae plagae non ſanabantur, depoſitis; Sacra, & prae ceteris Paulina avidiſſime arripuit. Et en mox a duris quaeſtionibus illis, quibus & ſibi, & prioris Foederis teſtimoniis adverſari idem Apoſtolus viſus fuerat, expeditus, liberatus eſt; Et Divinorum eloquiorum omnium ſimul iunctorum una eademque illi ſe facies exhibuit. At hocce velut maximum potiſſimumque ea lectione relatum documentum geſtiens exponit & praedicat: magnam eſſe humanae naturae infirmitatem: & divinae gratiae neceſſitatem, atque virtutem. Graviſſimorum huiuſmodi dogmatum, quibus aeternae ſalutis negotium ſupremis velut cardinibus nititur, nec veſtigia in Platonicis pagellis, ubique typhum ſpirantibus offenduntur. Patriam illae a longe indigitant: nullam autem viam; aut ſi quam, multis tenebris obſitam, & magnis anfractibus periculoſiſſimam, e qua pluribus etiam profuſis ſudoribus, nunquam exibis.

ITaque avidiſſime arripui venerabilem ſtilum Spiritus tui (*a*), & prae ceteris Apoſtolum Paulum, & perierunt illae quaeſtiones, in quibus mihi aliquando viſus eſt adverſari ſibi, & non congruere teſtimoniis Legis & Prophetarum textus ſermonis eius. Et adparuit mihi una facies Eloquiorum caſtorum (*b*), & exſultare cum tremore didici (*c*). Et coepi, & inveni quidquid illac verum legeram (*d*), hac cum commendatione gratiae tuae didici, ut qui videt, non ſic glorietur, quaſi non acceperit (1); non ſolum id, quod videt, ſed etiam ut videat. Quid enim habet, quod non accepit? Et ut te, qui es ſemper idem, non ſolum admoneatur ut videat, ſed etiam ſanetur ut teneat (*e*). Et qui de longinquo videre non poteſt, viam tamen ambulet, qua veniat, & videat, & teneat; Quia & ſi condelectetur homo legi Dei ſecundum interiorem hominem, quid faciet de alia lege in membris ſuis repugnante legi mentis ſuae, & ſe captivum ducente in lege peccati, quae eſt in membris eius (2)? Quoniam iuſtus eſt Domine (3), nos autem peccavimus, inique fecimus impie geſſimus, & gravata eſt ſuper nos manus tua (4), & iuſte traditi ſumus antiquo peccatori praepoſito mortis: quia perſuaſit voluntati noſtrae ſimilitudinem voluntatis ſuae (*f*), qua in veritate tua non ſtetit (5). Quid faciet miſer homo (6)? Quis eum liberabit de corpore mortis huius niſi gratia tua, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum (7), quem genuiſti coaeternum, & creaſti in principio viarum tuarum (8), in quo princeps huius mundi non invenit quidquam morte dignum (9) & occidit eum, & vacuatum eſt chirographum (*g*), quod erat contrarium nobis (10)? Hoc illae litterae non habent. Non habent illae paginae vultum pietatis huius, Lacrymas confeſſionis, Sacrificium tuum, Spi-

(1) 1. Cor. 4. 7.
(2) Rom. 7. v. 22. & 23.
(3) Daniel. 3. a v. 27.
(4) Pſal. 31. 4.
(5) Ioan. 8. 44.
(6) Rom. 7. 24.
(7) Ibidem v. 25.
(8) Prov. 8. 22.
(9) Ioan. 14. 30.
(10) Coloſſ. 2. 14.

Spiritum contribulatum, Cor contritum & humiliatum (1), Populi ſalutem, Sponſam civitatem, Arrham Spiritus-Sancti (b), Poculum pretii noſtri (i). Nemo ibi cantat: Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? Ab ipſo enim ſalutare meum. Etenim ipſe Deus meus, & ſalutaris meus, ſuſceptor meus, non movebor amplius (2). Nemo ibi audit vocantem: Venite ad me qui laboratis (3); Dedignantur ab eo diſcere, quoniam mitis eſt, & humilis corde. Abſcondiſti enim haec a ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Et aliud eſt de Silveſtri cacumine videre patriam pacis, & iter ad eam non invenire, & fruſtra conari, per invia (k), circum obſidentibus & inſidiantibus fugitivis deſertoribus (l) cum principe ſuo leone & dracone: Et aliud tenere viam illuc ducentem, cura caeleſtis imperatoris munitam (m), ubi non latrocinantur, qui caeleſtem militiam deſeruerunt; Vitant enim eam ſicut ſupplicium. Haec mihi inviſcerabantur miris modis, cum minimum Apoſtolorum (4) tuorum legerem (n), & conſideraveram opera tua, & expaveram (5).

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. 11. Val. XI. Theod. VIII.

(a) *Venerabilem ſtilum Spiritus tui.* = Divinas Scripturas; quae tamen dicuntur, non quod Divina aliqua praeſentia, Scriptorum manus, quin a vero deflecterent, regente factae ſint: ut haeretici plures; & nonnulli, qui ſe Catolicae filios appellant, arbitrantur; (totum id enim nec Romanis Pontificibus ex Cathedra docentibus, & Oecumenicis Conciliis negatur) ſed quod vere a Divino Spiritu fluxerint. Ut in ipſis Scripturis ſaepe ſaepius innuitur Lucae 1. 17. Act. 1. 16. & 3. 18. & 21. Hebr. 1. 1. Recole etiam quo obſequio eaſdem ſcripturas nominaverit lib. 3. c. 5. lib. 6. c. 5. & vide quo nominet infra lib. 12. c. 14.

Prae ceteris autem Sacris Scriptoribus arripuit Paulum, cuius verbis aut conſummanda, aut condienda erat, ut lib. ſeq. c. 12. habetur, ſua converſio. Item, quo velut potiſſimo duce varios haereticorum, maxime vero Pelagianorum, cuneos impugnaturus, expugnaturus, deleturus erat. Et tandem, qui pro Chriſto adeo laboravit, tantaque ſapientia divina illuſtratus eſt, ut abſolute, & per antonomaſiam. Apoſtolus appelletur. Quod & S. D. obſervaverat lib. 3. contra 2. Epiſtol. Pelagian. c. 3. n. 4. ubi = Filios autem „ Diaboli infidelitas facit, quod pec„ catum (6) proprie vocatur, quaſi ſo„ lum ſit, ſi non exprimatur quale pec„ catum ſit. [Sicut Apoſtolus cum dici„ tur, ſi non exprimatur quis Apoſto„ lus, non intelligitur niſi Paulus: quia „ pluribus eſt epiſtolis notior, & plus „ omnibus illis laboravit (7)] Seu ut in Pſal. 103. n. 7. *Nec tantum, nec tanta gratia*, ceteri ſcripſere. Vide, ſi vacat, eumdem locum & lib. 14. de Civit. Dei, c. 9. n. 2. & lib. 2. de Peccatorum meritis, & remiſſ. c. 13. n. 20.

(b) *Et adparuit mihi una facies eloquiorum caſtorum.* = Divina eloquia caſta dicit a Davide edoctus, qui Pſal. 11. 7. *Eloquia Domini, eloquia caſta.* Ubi ipſe S. Doctor = *Caſta* dicit, ſi„ ne corruptione ſimulationis. Multi e„ nim praedicant veritatem non caſte; „ quia vendunt illam pretio commodi„ tatum huius ſaeculi. De talibus di„ cit Apoſtolus, quod Chriſtum annuntia„ rent non caſte (8). *Argentum igne exa„ minatum terrae* (9). Ipſa eloquia Do„ mini per tribulationes probata cor„ poribus. *Purgatum ſeptuplum*: per ti„ morem, per pietatem, per ſcientiam, „ per fortitudinem, per conſilium, per „ intellectum, per ſapientiam &c.

Inquiens autem, *una facies &c.* illud Ezechiel. 1. 6. intuetur, *Quatuor facies uni &c.* quod lib. 1. Homil. 5. in eumdem Prophetam S. Gregorius ſic exponit = *Quid per faciem, niſi notitia „ &c. per faciem* quippe unuſquiſque „ cognoſcitur &c. quatuor ergo facies uni

(1) Pſal. 50. 19.
(2) Pſal. 61. 2 v. 2.
(3) Matth. 11. v. 28.
(4) 1. Cor. 15.
(5) Habacuc. 3. 2.

(6) Ita Gallicani, & Vaticani MSS. At Edid. *proprium*.
(7) 1. Cor. 15. 10.
(8) Phil. 1. 17.
(9) Iſa. 11. 12.

Digitized by Google

A. Ch. 386. Aug. 32. Mun. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theud. VIII.

„ uni quia ſi requiras quid Matthaeus „ de incarnarione Domiul ſentiat, hoc „ nimirum ſentit quod Marcus, Lu- „ cas, & Ioannes; ſi quseras, quid Ioannes ſentiat &c.] Divinorum ergo librorum una facies, quia nullius alte- „ ri contradioir. „

(c) *Et exſaltare cum tremore didi- ci.* = Et didici Prophetas obtemperare, quia Pſal. 2. 11. *Et exſultate ei cum tremore;* ubi S. D. ſcilicet n. 9. „ Opti- „ me ſubiectum eſt, *exſultate* ne ad mi- „ ſeriam valere videretur, quod dictum „ eſt, *Servite Damino in timare.* Sed „ rurſus ne idipſum pergeret in effu- „ ſionem temeritatis, additum eſt, *cum* „ *tremore*: ur ad cautionem valerer, „ circumſpectamque ſanctificationis cu- „ ſtodiam. Etiam ſic (*pro Printipibus* „ *loquitur*) poteſt accipi .... Er hoc „ vubis expedit, ut non temere domi- „ neminl, ſed Domino umnium cum ti- „ more ſerviatis, & exſultetis in beati- „ tudine certiſſima, & ſinceriſſima, cau- „ ti, & circumſpicientes, ne ab ea per „ ſuperbiam excidatis.] Quocunque ſenſu ſimilia protulerit c. 10. G. ex his, quae nunc recitavimus, & non abſimi- libus, quae fuſius expendit in Pſal. 103. Serm. 4. ad v. 32. n. 16. arbitramur Auguſtinum hic ſignificare, lectione Pau- li ſe didiciſſe, non praefidenti ingenio ad Divina, maxime ad Sacras Scripturas ad- cedere. Honeſte quidem, ſanctequе de retectis Scripturarum ſacramentis ſe ex- ſultare; at interim maxime ſibi a typhu cavendum eſſe, ne iterum in errorum abyſſum, a quo divina gratia erutus e- rat, laberetur. Quae haud modice ex his, quae ſequuntur, confirmantur.

Fortaſſe quia totum caput hocce Dei gratiam commendat, Henricus Wan- gnerek ea verba, *una facies eloquiorum caſtorum*, ſic exponit: *Tota Scriptura bu- militatem docet, nibil ſibi, omnia Deo tribuere, ſuis viribus diffidere &c.* Et peculiare hoc monitum Auguſtinum ea ſententia complexum fuiſſe, inficiari no- lim. Sed & manifeſtum videtur genera- lem Scripturarum concordiam, iuxta dicta commentario praeced. maxime, & potiſſimum inſpexiſſe; Illa ſiquidem una facies ponitur in praecedentium ſeque- lam; dixerat autem de quaeſtionibus, quibus Paulus ſibimetipſi, & Prophetis videbatur contrarius. Atque intuerur Manichaeorum ignorantiam, & impie- tatem, qui prioris & novi Foederis Scriptores committebant ad invicem. Iuxta quem genuinum ſenſum loquun- tur Benedictini lib. 2. Vitae S. D. cap. 4. n. 7.

Hanc autem lectionem contigiſſe an. Dom. 386. Auguſtini 32. conſequenter Monnicae 55. &c. & Benedictini aperte lib. 2. Vitae S. D. cap. 4. in fine obſer- vant: & Bullandi continuatores non ob- ſcure ſuffragantur.

(d) *Et coepi, & inveni quidquid illuc verum legeram.* = Platonica volumi- na intuetur, de quibus cap. praeced. dixerat. Et ſignificat in Divinis Scriptu- ris, maxime in Paulinis inveniſſe quid- quid veri in illis obſervaverat; Ulterius vero humilitatem, gratiam &c. de quibus illae ſilebant. Quod & Benedictini loco praeced. commentario laudato obſerva- runt.

Placet autem in brevi hoc com- mentario duos vel tres Italicorum tra- ductorum errores obſervare; Legunt enim: *E tra gli altri quella dell' Apo- ſtalo &c. E m' apparve l' unica faccia di quei caſti ragionamenti &c. Comin- ciai, e continuai a leggere, e travai ve- ra tutta ciò, che vi leſſi &c.* Non eſt cur pueriles hos errores pluribus refel- lamus. Primus locus ſic vertendus erat: *E ſovr' agni altra.* Vel: *E ſpezialmen- te quella dell' Apaſtola &c.* Secundus: *E quei caſti ragionamenti m' apparvera in un toncarde, medeſima aſpetto &c.* Terrius: *Cominciai a leggere, e toſto vi travai tutta ciò, che ivi (ne' libri Platanici) avea io letto di vero.*

(e) *Sed etiam ſanetur, ut teneat.* = Nedum opus habemus incitati ad quae- rendum, inveniendumque Deum: ſed etiam ſanari, ut conſtanter inventum amemus, invento ſerviamus.

Et qui de longinquo videre non po- teſt &c. = Tardiores autem, qui Divi- na in creatis lucentia haud conicere va- lent: viam humilitatis ambulent, qua ad Divinorum cognitionem adcedimus.

Antiqua peccatori = Diabolo, de quo Ioannes 1. epiſt. 3. 8. *Quoniam ab initio diabolus peccat.*] *Praepoſito mor- tis.* = Diabolo item: de quo Sap. 2. 24. *Invidia diaboli mors intravit in mun- dum.* Sed utroque pro oraculo accipe verba Auguſtini lib. 1. de Peccatorum meritis, & remiſſ. c. 9. n. 9. = Sed „ ſi Apoſtolus (Rom. 5. 12. *Per unum ho- „ minem peccatum intravit &c.*) pec- „ catum illud commemorare voluiſſet, „ quod in hunc mundum non propaga- „ tione, ſed imitatione intraverit, eius „ principem non Adam, ſed diabolum „ diceret, de quo ſcriptum eſt, *A* „ *ini-*

Digitized by Google

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ *initio diabalus peccat*. De quo etiam
„ legitur in libro Sap. *Invidia autem*
„ *diaboli &c.* Nam quoniam iſta mors
„ ſic a diabolo venit in homines, non
„ quod ab illo fuerint propagati, ſed
„ quod eum fuerint imitati, continuo
„ ſubiunxit, *Imitantur autem eum qui*
„ *ſunt ex parte ipſius*(1).] De oraculo Ioan. diſſerit etiam lib. 11. de Civit. Dei, cap. 15.

(*f*) *Quia perſuaſit voluntati noſtrae ſimilitudinem valuntatis ſuae*. = Vide enim quae fuerit diaboli voluntas Iſaia teſte cap. 14. *Quomodo cecidiſti de Caela Lucifer, qui mane oriebaris, .. qui dicebas in corde tuo: in Caelum conſcendam. ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Adſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.* Adtende autem ipnon voluntatis ſuae ſimilitodinem noſtrorum Protoparentum voluotati (in qua erat utcunqoe & noſtra) perſuaſerit: *Dixit ſerpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini: ſcit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dii.* Gen. 3. v. 4. & 5. Unde Auguſtinus Tract. 25. in Ioan. n. 17. circa med. *Quia voluit ſuo conſilia vivere Adam, & lapſus eſt per eum, qui ante ceciderat per ſuperbiam, qui ei calicem ipſius ſuperbiae propinavit.*

Neſandum diaboli peccatum fuiſſe in ſpecie ſuperbiae, atque tumoris concors eſt, & conſtantiſſima Patrum, & Theologorum omnium ſententia: qoidquid ſit de quibuſdam vocum, & quiſquiliarum litigiis. Idque maniſeſte doceri videtur ab Iſaia loco paulo ante laudato Ezechiel. 28. Timoth. 1. c. 3. v. 6. Luc. 10. 18. Nunc vero id ut certum ponitur & exploratum; nunc etiam explicatur, & ſtabilitur ab Auguſtiuo. Vide iu Pſal. 35. ad v. 13. n. 18. lib. 11. de Gen. ad Litt. c. 14. 15., & 23. In Pſal. 18. ad illud. *Et emundabor a delicto maximo*. In Pſal. 58. Serm. 2. lib. 12. de Civit. Dei, c. 6. & lib. 22. c. 1.

Et Adam vero Uxoremque faſtu abreptos, & ſoperbia deliqoiſſe, maxime ſi peccati principium, & ortum intuearis, Patrum qui conati ſunt aiu rem tangere magna pars arbitratur: quibus non uno loco adſtipulatus S. Thomas, Scholaſticorum turbam ſecum traxit. Quae quidem ſeutentia graviſſima ex ipſis recitatis Gen. verbis ex Eccleſ. 10. 15. & Tob. 4. 14. haud obſcure deducitur. Eam vero diſerte docet, explicat, vindicat Auguſtinus nedum laudatis locis: ſed & lib. 8. de Gen. ad Litt. c. 14. n. 31. initio. Lib. 11. c. 3. 4. 5. 35. & 42. n. 60. Enchirid. c. 45. Lib. 3. de Doctrina Chriſt. c. 37. Tract. 8. in Ioan. n. 16. poſt initium, Lib. 14. de Civit. Dei, c. 13. per totum. Recole dicta lib. 1. c. 1. E.

(*g*) *Evacuatum eſt chirographum &c.* = Loquitur Paulinis verbis Coloſſ. 2. 14. *Delens quod adverſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci.* Divinum oempe decretum ,] quo in poenam peccati, Adam, & eios poſteri perpetuo a Caeleſti pattia exilio multabantor. Hoc decretum evacuatum eſt pretio, meritis Crucis, paſſionis Chriſti.

Populi ſalutem. = Redemtionem. Seo, Antidotum contra peccatum & originis, & actionis. *Sponſam civitatem* = Non habent Platonis libri: *Vidi ſanctam civitatem Ieruſalem novam deſcendentem de Caelo a Deo, paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo*. Apocalypſ. 21. 2. *Veni, & oſtendam tibi ſponſam uxorem agni*. Ibi v. 9. *Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico, in Chriſto, & Eccleſia*. Epheſ. 5. 32. Vide Auguſt. in Pſal. 71, ad v. 16. n. 18. Enchirid. c. 111. n. 29. de Catechizand. rudibus c. 15. n. 31. & c. 21. n. 37.

(*h*) *Arrham Spiritus-Sancti*. = Caritatem Dei diffuſam io cordibus noſtris per Spiritum-Sanctum, qui datus eſt nobis, = Si diffuſa (2) eſt caritas in
„ cordibos noſtris, & Deus caritas eſt:
„ ecce iam ex quantulocunque pignore
„ deambulat Deos in nobis. Pignus
„ enim accepimus. Quid illud eſt,
„ cuius pignus tale eſt. Quanquam
„ melius habent codices, qui ha-
„ bent. *arrham*, quam qui habent,
„ *pignus*. Eamdem qoippe rem inter-
„ pretes dicere voluerunt. Intereſt ta-
„ men aliquid in loquendi oſo inter
„ arrham, & pignus. Pignus enim quan-
„ do datur, cum datum fuerit propter
„ quod pignus datum eſt, pignus au-
„ feretur &c. Qoid ergo Fratres? Si ca-
„ ritatem modo Deus tamquam pignus
„ dedit per Spiritum-Sanctum ſuum, cum
„ rem ipſam reddiderit, qua (3) pro-
Tec miſſa „

(1) Sap. 2. 25.
(2) Rom. 5. 5.

(3) Ita in exemplari Victorino, & in Flori colle-ctione. At in editis, quia pro ipſa pignus dedit.

Digitized by Google

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ miſſa pignus dedit, auferendum eſt
„ nobis pignus? Abſit. Sed quod dedit,
„ hoc implebit. Ergo melius arrha, quam
„ pignus &c.] Serm. 23. de verſ. 24. Pſal. 72. (Alias, de Diverſ. 222.) cap. 8. & 9. Quod etiam obſervat Serm. 156. de Verb. Apoſt. Rom. 8. (Alias 13. de Verb. Apoſt.) c. 15. n. 16. & Serm. 378. in die Pentec. (Alias, 24. ex. Vignerianis) Vida etiam, ſi placet, lib. 2. de Peccatorum merit. & remiſſ. c. 8. & S. Thom. 2. 2. q. 114. ar. 3. ad 3. De pignore ad haereditatem aeternam Rom. 8. a v. 15. Cor. 2. c. 1. v. 22. & alibi.

(i) *Poſuiam pretii noſtri*. = Calix ſanguinis Chriſti tanquam noſtrae ſalutis pretium, vere in cruce: vere in ſacrificio Miſſae; Ibi tamen ſemel cruentis; heic quotidie incruentis modis oblatus. Matth. 26. 27. Mar. 14. 23. Cor. 1. c. 11. v. 23.

Quae ſequuntur variis modis ſignificant Platonicorum libros typhum, vanitatem ſapere; non humilitatem: hominis imbelles vires, Divini auxilii neceſſitatem. Nec te concutiat, quod ante comment. G. haec reſpexerit; Scis enim ſaepe ab Auguſtino diverſis phraſibus eadem inculcari, Item, ibi originalis peccati, & fomitis, ſeu concupiſcentiae eius conſectarii: hic vero latiorem, maxime ad divinas veritates intelligendas infirmitatem intuetur.

(k) *Et fruſtra conari per invia*. = Hanc Platonicorum ad Deum, ad Caeleſtem patriam mille ſcopulis duriſſimam viam, in qua nempe immaniſſimi ſuperbiae, inanis gloriae mentes occurrerent ediſſerit in Praefat. ad lib. de Vita Beata, n. 3. 4., & 5. & lib. 2. contra Academ. c. 2. n. 5., & 6. Lectio autem Pauli haec inter facta contigit, ut BB. l. 2. Vitae, c. 4. coniiciunt, circa menſem Iulii.

(l) *Fugitivis deſertoribus cum &c.* = Angelis malis caeleſtis militiae deſertoribus cum Lucifero ipſorum principe: qui nunc Leo, nunc Draco, nunc utrumque ſimul in Scripturis appellatur. Recole quid dicatur Iudae Epiſt. 1. c. 5. v. 8. Apocalypſ. 12. v. 3. & 4. & Pſal. 90. 13. Ad quem poſtremum locum, ſcilicet Serm. 2. n. 9. haec habet S. Doctor = Quis ſit ſerpens, no-
„ ſtis: quomodo ſuper illum calcet Ec-
„ cleſia, quae non vincitur, quia ca-
„ vet aſtutias ipſius. Quemadmodum
„ autem ſit leo, & draco puto &
„ hoc noſſe Caritatem Veſtram. Leo
„ aperte ſaevit, draco occulte inſidia-
„ tur: utramque vim, & poteſtatem
„ habet diabolus. Quando Martyres oc-
„ cidebantur, leo erat ſaeviens: quan-
„ do haeretici inſidiantur, draco eſt ſub-
„ repens. Viciſti leonem, vince & dra-
„ conem.] Quod obſervaverat etiam in Pſal. 39. n. 1. Diabolum autem inſidiari habetur Gen. 3. 15. Pſal. 9. v. 30. vel ſecundum Hebr. 10. v. 9. & Apocalypſ. 12. 9.

Et haec de Philoſophorum via innumeris ſubiecta malis caſibus; via ducatum Chriſti non habente, via ſuperbiae aut expreſſae, aut quae interpretationis dicitur, propriis viribus, proprio ingenio, naturalibus rationibus nimis fidente.

(m) *Cura caeleſtis Imperatoris munitam*. = MS. Benignianus, Benedictinis teſtibus, *Curia caeleſtis Imperatoris munitam*. Verum nobiſcum ſunt praeter eoſdem Patres, Vet. Am. Er, Lov. Som. Wangne. 6. MSS. Quanquam Car. MS. Benign. ſuffragetur. Eſt enim obvius ſenſus: quemadmodum publicae terrenae viae humani Imperatoris (quo nomine veniunt etiam Reges, & omnes Principes) cura inſtaurantur, atque muniuntur: ita viam a Chriſto, & eius, aſſeclis calcatam, Dei cura, gratia inſtaurari muniri. Iuxta Benign. codicem ſenſus eſſet, eamdem viam Angelorum (qui iuxta hoc propoſitum caeleſtem curiam conſtituunt) choris muniri.

Senſus theologicus, ſeu documentum horum verborum eſt; ad Caelum Chriſto duce properantem; pluribus Dei ſubſidiis ne aberret adiuvari. In hac via daemones non latrocinantur; quin immo eam Chriſti ſanguine tinctam, & humilitate fulcitam velut ſupplicium devitant.

(n) *Cum minimum Apoſtolorum tuorum legerem*. = Bollandi Continuator in paragr. *Acta priora, ſive prima vitae pars ab infantia uſque ad 33. aetatis annum excerpta ex novem prioribus libris eius &c.* c. 15. f. ita exponit haec verba: *Paulum dicit, qui ſe minimum Apoſtolorum vocat*. 1. Cor. 15. 9. Id ex ipſo Auguſtino habebamus, qui toto hoc cap. dixit Paulum ſe legiſſe, & quid legerit. Paulum ſe minimum Apoſtolorum vocare notiſſimum eſt. Et ad marginem editionum id etiam ſignatur.

Ita autem hic Auguſtinus loquitur, ut Philoſophorum ſupercilium elidat, qui tot ſtudiis nec verbum tam ſublimium dogmatum detexere, quae ipſe ab abiectiſſimo viro Apoſtolorum minimum ſe appellante didicerat. Vide Serm. 279. de Paulo pro Solemnit. Converſ. 2. (Alias 24. ex Sirmond.) n. 5. 6 & 7.

CON-

Digitized by Google

CONFESSIONUM

LIBER VIII.

ARGUMENTUM.

AD celeberrimam tandem totius huius hiſtoriae partem: & feſtiviſſimum aetatis ſuae annum trigeſimum-ſecundum adcedit; Cum honoris & pecuniae immodicis curis ſolutus, feminae deſiderio adhuc inflammatus: Simpliciani doctrina, prudentia pietate venerabilis ſenis graviſſimo adloquio: Victorini eloquentia, & omnibus humanis litteris apud Gentes olim ſummi converſione omnium populorum celebrata linguis, ab eodem Simpliciano aut promota, aut adiuvata, & ipſi graphice picta, ad magnum divinum ſimile quid provocatus; Antonii Aegyptii divinis geſtis, Monachorum, Eremitarum, & ſimilium caeleſti vita; duorum aulicorum Imperatoris, ex iis, quos Agentes dicunt in rebus, & eorum ſponſarum magnanimo divino voto, & facinore quo nempe animum a terrenis prorſus avulſum ad caeleſtia tranſtulere a Pontitiano Afro eximiae pietatis viro ipſi in familiari ſermone enuntiatis magis concuſſus, & ad imitationem prorſus ardens, in hoſpitii ſui hortulum, Alypio ab eo quoque ad divina inflammato pede poſt pedem ſequente, abſceſſit; ubi poſt graviſſimam, acerrimamque carnem inter animumque luctam: ab Alypio etiam ſemotus: & ſub arbore fici ſtratus: Numinis oratulo, canentis pueri, aut puellae ſymbolo expreſſo, ad lectionem Apoſtoli invitatus, & in quaedam cap. 13. epiſt. ad Rom. ſuae rei admodum conſona offendens: in alium virum prorſus mutatus eſt, & ad Deum converſus; Alypio etiam accuratiſſime in eius ſequelam eante; Monnica matre divinis gaudiis geſtiente, & triumphante.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Converſionis ſuae prodigium caelitus factum, ut ad Divinam celebrandam clementiam cuncti mortales concitentur, ſe narraturum praefatus; qualis ea imminente eſſet exponit. De aeterna Dei vita; ab ipſo velut a prima cauſſa omnem ſubſtantiam eſſe non dubitabat. Vel brevius diceres: Salvator gratiſſimus ipſi: ſed eius viam ſpinis tribuliſque conſertam exhorreſcebat. Sic duobus oppoſitis motibus actus, amoris, & horroris: ad Simplicianum pergere ſtatuit, ut a tanto Sacerdote, pietate, doctrina, & prudentia, maxime ea, quae plurium annorum experientia gignitur ornatiſſimo, intelligat, quid ſibi inter hoſce fluctus poſito ad Divinam expediendam rem conſonaret. Honores enim, divitiaſque tam velut ſaeculi phaleras conculcabat; ſed in Veneris negotium adhuc inflammatus erat. Paratus quidem extra Divini iuris limites nunquam excurrere; ſed eum ambiebat cum una congreſſum, quem nullo praecepto inhibitum, ſed conſilio tantum in fortioribus minus laudatum a Gentium Doctore reſciverat. Iam ergo ſolus in Auguſtino gravioris crucis horror; Non ex errantibus erat; Non ex iis, qui vero detecto Numine, alio famulatum, & amorem divertunt; Non tandem qui propriis viribus fideret: & humana ſapientia tumeſceret.

I. DEus meus, recorder in gratiarum actione tibi; & confitear miſericordias tuas ſuper me. Perfundantur oſſa mea dilectione tua (*a*), & dicant Domine quis ſimilis tibi? Dirupiſti vincula mea, ſacrificem tibi ſacrificium laudis (1). Quomodo dirupiſti ea narrabo, & dicent omnes, qui adorant te cum audient haec: Benedictus Dominus in caelo, & in terra: magnum & mirabile nomen eius. Inhaeſerant praecordiis meis verba tua, & undique circumvallabar abs te. De vita tua aeterna certus eram, quamvis eam in aenigmate & quaſi per ſpeculum videram (2); Dubitatio tamen omnis de incorruptibili ſubſtantia, quod ab illa eſſet omnis ſubſtantia, ablata mihi erat: nec certior de te, ſed ſtabilior in te eſſe cupiebam. De mea vero temporali vita nutabant omnia, & mundandum erat cor a fermento veteri (3): & placebat via ipſe Salvator, & ire per eius anguſtias adhuc pigebat (*b*). Et immiſiſti in mentem meam, viſumque eſt bonum in conſpectu meo pergere ad Simplicianum (*c*), qui mihi bonus adparebat ſervus tuus, & lucebat in eo gratia tua. Audieram etiam quod a iuventute ſua devotiſſime tibi viveret; iam vero tunc ſenuerat, & longa aetate in tam bono ſtudio ſectandae vitae tuae, multa expertus, multa edoctus mihi videbatur, & vere ſic erat. Unde mihi ut proferret volebam conferenti ſecum aeſtus meos, quis eſſet aptus modus ſic affecto, ut ego eram, ad ambulandum in via tua.

II. Videbam enim plenam Eccleſiam: & alius ſic ibat, alius autem ſic (*d*). Mihi autem diſplicebat, quod agebam in ſaeculo,

&

(1) Pſal. 115. 17.
(2) 1. Cor. 13. 12.
(3) 1. Cor. 5. v. 7. & 8.

& oneri mihi erat valde, non iam inflammantibus cupiditatibus, ut ſolebant, ſpe honoris & pecuniae, ad tolerandam illam ſervitutem tam gravem (iam enim me illa non delectabant, prae dulcedine tua, & decore domus tuae, quam dilexi (1)) ſed adhuc tenaciter colligabar ex femina (*e*). Nec me prohibebat Apoſtolus coniugari, quamvis (*f*) exhortaretur ad melius, maxime volens omnes homines ſic eſſe, ut ipſe (2) erat (*g*). Sed ego infirmior, eligebam molliorem locum, & propter hoc unum, volvebar in ceteris languidus, & tabeſcens curis marcidis: quod & in aliis rebus, quas nolebam pati, congruere cogebar vitae coniugali, cui deditus conſtringebar. Audieram ex ore Veritatis eſſe ſpadones, qui ſeipſos abſciderunt propter regnum caelorum (3): ſed, qui poteſt (inquit) capere, capiat. Vani ſunt certe omnes homines, quibus non ineſt Dei ſcientia: nec de iis quae videntur bona, potuerunt invenire eum, qui eſt (4). At ego iam non eram in illa vanitate (*h*). Tranſcenderam eam, & conteſtante univerſa creatura tua, inveneram te creatorem noſtrum, & Verbum tuum apud te Deum, tecumque unum Deum (*i*), per quod creaſti omnia. Et eſt aliud genus impiorum, qui cognoſcentes Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt (5). In hoc quoque incideram, & dextera tua ſuſcepit me (6), & inde ablatum poſuiſti, ubi convaleſcerem, quia dixiſti homini: Ecce pietas eſt ſapientia (7): &, Noli velle videri ſapiens (8); quoniam dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt (9). Et inveneram iam bonam margaritam, & venditis omnibus, quae haberem, emenda erat (10), & dubitabam.

A. Ch. 386. Aug. 31. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. X I. Theod. VIII.

(*a*) *Perfudantur oſſa mea dilectione tua.* = Sic BB. qui admonent. = Bad. „ Am. Er. cum Albinenſi codice, *de*„ *lectatione*.] Nobiſcum tamen ſunt 3. MSS. Med. 2. S. Mar. Ricar. Car. Feſ. optimus S. Cr. Som. Wangn. Licet MS. Med. 2. S. Cr. & editio an. 1483. oppoſitis faveant. Sed aequum, & manifeſtum videtur *dilectionem* potius hic Auguſtinum, quam delectationem poſtulare. Maxime quoniam *dilectione* in divinas laudes, quas intuetur, concitamur.

Suſpicamur Auguſtinum ex tribus ſententiis Davidis in unam congeſtis Deum adloqui: *Perfudiſti eum confuſione*. Pſal. 88. 46. *Omnia oſſa dicent: Domine quis ſimilis tibi?* Pſal. 34. 10. *Et poſuerunt ... odium pro dilectione*. Pſal. 108. 5. Ex quibus hic ſermo confici poteſt: Perfundantur Domine oſſa mea non odio in te benefactorem, ſed dilectione: ne perfundantur confuſione, quae eſt ingratae frontis eliſio; haec vero dilectio non ſit otioſa, ſed oſſa mea (hoc eſt interiorem virtutem) ad celebrandam clementiam, potentiamque tuam concitet.

Scripſimus vero in libri argumento, *Pontitiano*, Benedictinos ſequuti, qui haec teſtantur in imo margine. = Sic in „ MSS. at in editis ſcribitur, *Potitianus*] Sunt etiam pro nobis Am. Som. MSS. 2. Med. optimus S. Cr. At 2. MSS. Med. totidem S. Cr. item 2. S. Mar. Ricar. Feſ. Car. Vet. Am. in margine: *Pontianus*. Item 2. Med. quos pro nobis laudavimus inconſtanter ſcribunt: nunc ſcilicet *Pontitianus*, nunc, *Potentianus*, nunc, *Potitianus*.

Sumus autem in hoc libro circa eiusdem anni res; Nec mireris: agens enim Auguſtinus praeced. libro de anno aetatis ſuae trigeſimo-primo, haud indecorum exiſtimavit in fine eiusdem, novo libro non exſpectato, anni trigeſimi-ſecundi hiſtoriam exordiri. Recole quae obſervavimus cap. 4. libri praeced. A.

(*b*) *Et ire per eius anguſtias adhuc*
pi-

(1) Pſal. 25. 8.
(2) 1. Cor. 7. 7.
(3) Matth. 19. 12.
(4) Sap. 13. 1.
(5) Rom. 1. 21.
(6) Pſal. 17. 36.
(7) Iob. 28. 28.
(8) Prov. 3. 7.
(9) Rom. 1. 22.
(10) Matth. 13. v. 45. & 46.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

pigebat = An Chriſti oraculum Matt. 7. v. 13., & 14. Lucae 13. 14. intuetur, quo edocemur, anguſtam eſſe portam, & arctam viam Caeli, ſeu aeternae ſalutis? Ex iis, quae ſequuntur patet conſilia intueri, quibus fortiſſimae animae graviorem Chriſti crucem tollunt. Unde Ludovicus ab Angelis. = Nun „ dubitabat viam mandatorum Dei currere, ſed horrebat anguſtas conſiliorum ſemitas: in Chriſtianam vitam digitum, & oculum vix, & per transemam intendebat. Baptizatus autem per eas rimas ambulavit, ipſomet teſte in Pſal. 22. *Super aquam baptiſmi, quo reficiuntur qui integritatem amiſerant, educavit me: deduxit me in anguſtis itineribus, quae pauci ambulant.*] Verum ea verba; quae habentur t. 4. n. 2., & 3. non in propria, ſed in Davidis perſona Auguſtinus expoſitorem agens protulit. Quanquam per arctiſſimas vias Auguſtinum ambulaſſe abſit ut inficiemur.

Ex quibus patet male ea verba reddere Italus: *Mi piaceva la ſtrada, che era il medeſimo Salvatore, ma ancora mi rincreſceva il camminarvi, perchè ell' era sì anguſta.* Non per quaecunque, ſed per anguſta (conſilia, nempe caelibatum perfectum) ire pigebat.

(c) *Pergere ad Simplicianum.* = Quem Eruditi natum produnt Mediolani tanti ſplendoris parentibus, ut Aureliani (1) Imperatoria genus adtigiſſe videatur. Mediolanenſi caelo Arianorum alluvione, qui etiam Dionyſio ab Epiſcopali ſede ſacrilega violentia pulſo, impium Auxentium ſuffecerant, turbato, & infecto: Simplicianus, cui tenellam adhuc aetatem agenti in tanta lue timeri poterat, cuive, maxime in re ſacra ampla eruditio optabatur, Romam tutiſſimam Catholicorum dogmatum arcem, & litterarum omnium athenaeum a Patre mittitur; ubi quot dederit & religioſi pectoris, & gravis, eximiique ingenii ſpecimina non eſt cur dicamus. Infra S. Doctoris veſtigiis adhaerentes, alia quaedam addemus. Nunc interim profitemur de Simpliciani rebus nos faſtidio, & aegre loqui: utpote quas incertiſſimas, & pluribus ſubiectas quaeſtionibus, quas ſolidis monumentis nunquam ſolvas, non ſemel deprehendimus. Nec pauca, quae dedimus, in tuto poſita videntur; Auxentii tragoedia viguit circa an. 370. non ergo tunc adeo tenellus erat Simplicianus, qui Ambroſio in Mediolanenſem antiſtitem anno 374. electo in accipienda Dei gratia, ut infra Auguſtinus loquitur, pater exſtitit; Quive anno 386. cui nempe Auguſtinus ad eum adceſſit, eiusdem S. Doctoris teſtimonio canis cingebatur.

Continuator Bollandi ad diem ſextam-decimam Auguſti Simpliciano ſacram, de eo acturus iure & merito hiſce verbis ſermonem ſuum exorditur: *virum adeo celebrem a Sancto Ambroſio, & Auguſtino laudatiſſimum in nullis antiquis faſtis ſacris memorari, iam ante me non pauci mirati ſunt &c.*

(d) *Et alius ſic ibat, alius autem ſic.* = Non igitur in nos, & noſtrae aetatis Eccleſiam tantum: ſed & in Auguſtinum, & quarti ſaeculi Eccleſiam improperia illa, & ſubſannationes noviorum haereticorum ſunt: *Habent ſuas ſectas & Pontificii: alii namque Auguſtiniani, alii Dominicani: alii nigri dicuntur, alii albi: alii piſces comedunt, alii herbas.* Ivellus in Prologo Eccleſiae Anglicanae an. 1600. pag. 66. Danaeus contra Bellarminum 1. p. pag. 775. Fulco Reſponſ. ad pſeudo-Catholicos pag. 65. Vvilletus in Synopſi pag. 60. Gardinaeus dialogo, cui titulus: *Ireneus Antimarchus de ritibus, & ceremoniis Eccleſ. Anglic.*

Et Auguſtini crant, & aetate noſtra ſunt diverſi proficientium gradus. Unuſquiſque conatur iuxta ſuas vires, & donum Dei aeternas ſibi coronas mereri. Nullus aut divinam, aut eccleſiaſticam legem toti coetui latam excutit. Ideo neque haeretici ſumus, neque ſchiſmatici. Ceterum liberum inde nobis eſt in reliquis a Fide ſemotis invicem diſſentiri; Et praeter communes leges, peculiares, & graviores nobis imponere ad nobiliores coronas adquirendas. At qui recitata illa in nos maledicta evomuere, & ipſis ſimiles & Fidei dogmata obſtinate impetunt: & communes leges audacter infringunt; Ideo & haeretici ſunt, & ſchiſmatici.

Pro Catholicis, vel Pontificiis ſunt illa Divinarum Scripturarum oracula: *Omnis ſpiritus laudet Dominum.* Pſal. 150. 5. *In domo Patris mei manſiones multae ſunt.* Ioan. 14. 2. *Unuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius vero ſic.* 1. Cor. 7. 7. & plura his ſimilia: ut Epheſ. 4. 5. 1. Cor. 3. a v. 3. Rom. 15. v. 5. & 6.

Phi-

(1) Corſin.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. X I. Theod. VIII.

Philipp. 2. 2. Rom. 14. v. 5. & 6. Etſi vero quaedam apud nos de particularibus aut rebus, aut doctrinis nonnunquam contentiones oriantur: adhuc ſi generales Religionum ab Eccleſia probatarum leges, & ipſum prorſus inſtitutum intuearis, nullam religioſam ſocietatem contemnimus, immo quamlibet magno obſequio ſuſpicimus: Sancta quippe eſt Societas Benedicti, Sancta Dominici, Sancta Franciſci, Sancta Caietani, Sancta Ignatii &c.

Ut autem ad Auguſtinum redeamus, Epiſt. 189. ad Bonifacium (Alias, 99.) n. 5. ita ad rem praeſentem loquitur = „ Maioris quidem loci ſunt apud Deum, „ qui omnibus iſtis ſaecularibus actio„ nibus derelictis, etiam ſumma conti„ nentia caſtitatis ei ſerviunt: *Sed u„ nuſquiſque* (1), ſicut Apoſtolus dicit, „ *proprium donum habet a Deo: alius „ ſic, alius autem ſic &c.*] Ipſe autem ſummae inde ſanctitati inhians, nedum omnem carnem, ſed & patrimonium abiecit = Ego, qui haec ſcribo per„ fectionem, de qua Dominus loqu„ tus eſt, quando ait diviti adole„ ſcenti, *Vade, vende omnia, quae „ habes &c.* (2) vehementer adamavi, & „ non meis viribus, ſed gratia Ipſius „ adiuvante ſic feci. Neque enim quia „ dives non fui, ideo minus mihi im„ putabitur. Nam neque ipſi Apoſtoli, „ qui priores hoc fecerunt, divites fue„ runt. Sed totum mundum dimittit (3), „ qui & illud, quod habet, & quod „ optat habere dimittit. Quantum au„ tem in hac perfectionis via profece„ rim, magis quidem novi ego, quam „ quiſquam alius homo: ſed magis Deus, „ quam ego. Epiſt. ad Hilar. 157. (A„ lias, 89.) n. 39.] Quod & lib. 1. Retract. initio expreſſit his verbis: *Cum ergo reliquiſſem vel quae adeptus fueram in cupiditatibus huius mundi, vel quae adipiſci volebam, & me ad Chriſtianae vitae otium contuliſſem &c.* Vide etiam Serm. 355. de Vita, & Mor. Clericor. 1. (Olim, 49. de Diverſ.) n. 2. Pro Epiſt. ad Bonifac. audiendus eſt Gilbertus Genebrardus Theologus Pariſienſis, qui Chronographiae lib. 3. ſub titulo, *Humana*, haec habet = Ex Au„ guſtini libris, praeſertim epiſtolis i„ ſtius ſaeculi Africana hiſtoria fere to„ ta confici poteſt; quam dum non in„ telligeret vaniſſimus ille Doctorum „ cenſor Eraſmus, in ſuis cenſuris ſim„ pliciter confictas pronuntiavit epiſto„ las Bonifacii Comitis ad Auguſtinum, „ & Auguſtini ad eundem Bonifacium. „ Nam primum ante haec etiam tem„ pora, erant qui dicerentur Comi„ tes &c.

(e) *Sed adhuc tenaciter colligabar ex femina.* = Poſt tot ſudores, & religioſas preces: & anxios gemitus; tot evolutis honeſtis, piis, & Sacris paginis; tot divinis ſtimulis punctus; tot experientiis edoctus: & ſupernis viſionibus illuſtratus: divitiis, honoribus, aut qui iam turmatim adfluxerant, aut in quorum minime evanidam, & immeritam ſpem vocabaris, parvipenſis, relictis, conculcatis: adhuc ex femina, & quidem *tenaciter* colligaris? Aenigma id quiſpiam arbitrabitur, & ſacramentum horroris. At mihi ſerio rem iſtam diſcutienti placet, expedit, congruit longe aliter fari. Infirmitati tuae humaniſſime iuvenis ingenue, ut debeo, compatior; Sed & interim ſcenam iſtam nihil prorſus demiror; Veneris filis, quanquam ſericis, te longe fortiores, & etiam gigantes: ſacris ſcilicet undis tinctos, & plurima ſanctitate praeditos frequentiſſime colligatos novi; eaque nonniſi peculiaris divini auxilii ferrum abſcindit. Plurima iniqua callidaque ſpectra ſunt, quibus Adae filii rapiuntur, & mancipantur: at quaecunque huic obiecta quiſquiliae ſunt, & crepondia. Hoc unum contra mille. En vermis, qui nunquam moritur. En ignis, qui nunquam extinguitur; quique & molliores herbas, & altas populos, & nobiliſſimas Libani cedros invadit, abſumit, depaſcit. Hic quo latimior, eo potentior humani generis hoſtis Dei Civitatem depopulatur, diaboli ſynagogam habitatoribus replet,

Haec quae aut aperte, aut metaphoris inſinuavimus qui ignorat, opus eſt aut ſit corporis expers, aut in corpore angelus, aut hoſpes in rebus humanis, in orbe. Ceteros hoſtes invade, ac debella: hunc exhorre, & fuge, & adſimilare (1) capreae, hinnuloque cervorum. Fuges autem alia cogitando, & meliora expetendo. At loquantur viri pietate, & doctrina graviores. S. Ioannes Chryſoſt. Homil. 5. in c. 3. epiſt. ad Tit. ante med. = Nam ſicut eſt „ corporum amor, ita & pecuniarum: „ im-

(1) 1. Cor. 7. 7.
(2) Matth. 19. 21.
(3) Idem obſervat. S. Gregor. Homil. 5. in 4. Matth. & alii.

(4) Cantic. 2. 17.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Sirit. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ immo longe hic impotentior, quia non tantam habet vim, qua poſſit impellere &c. Sed unde, inquies, pecuniarum concupiſcentia amore corporum minor, atque inferior eſt? At omnibus conſtat; Primum quidem quia corporum concupiſcentia neceſſario nobis inſerta eſt. Quod autem huiuſmodi eſt, conſtat procul dubio quod maiore cum labore corrigitur, quippe quod naturae eſt inſitum. Secundo quod pecuniarum quidem apud veteres non magna habebatur ratio: mulierum vero magna omnino pudicitiae gratia: atque eum qui uxori legitimae congrederetur ad ſenectutem uſque, nemo culparet: qui vero pecuniis congerendis inſtaret exſecrabilis omnibus eſſet. At plurimi quidem ex philoſophis pecunias contemſerunt: mulieres non ita; adeo amor iſte violentior quam ille eſt. Ceterum quoniam ad Eccleſiam nobis ſermo eſt, non extrinſecos quaeramus exempla, ſed ex Scripturis ipſis. Hoc igitur etiam ex parte praeceptum B. Paulus ferme conſtituit, ſic dicens (1), *Habentes cibos, & tegumenta, his contenti ſumus*. De virginibus vero quid ait? *Praeceptum Domini non habeo* (2). Ac rurſum ad ipſum revertimini, plurimiſque in locis videatis ipſum de concubitu legitimo ferre leges, eaque voluptate perfrui ſinere. Secundas quoque permittit nuptias, & magnam ubique huius rei curam oſtendit, atque diligentiam &c. Et de pecuniis quidem Chriſtus multa ſaepe praecipit, ut ea labes vitari cautius poſſet; non ſic autem de abſtinentia congreſſus, & reſciſſione concubitus. Audi namque quid de pecuniis ait (3): *Niſi quis renuntiaverit omnibus, quae poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Niſi quis renuntiaverit uxori, nuſquam eum dixiſſe reperies. Noverat enim profecto quanta eſſet naturae huiuſmodi inſerta violentia &c. Is quidem, qui pecuniis omnino caruerit, ea concupiſcentia non fere turbatur . . . . Non ſic autem in corporum amore contingit, verum & plurimi ex his, qui abſciſſi ſunt interiorem tamen cupidinis flammam non amiſerunt] Auguſt. lib. 14. de Civit. Dei, c. 16. initio „ Cum igitur ſint multarum libidines rerum tamen cum libido dicitur, neque cuius rei libido ſit additur, non fere adſolet animo occurrere niſi illa, qua obſcoenae corporis partes excitantur. Haec autem ſibi non ſolum totum, corpus, nec ſolum extrinſecus, verum etiam intrinſecus vindicat, totumque commovet hominem animi ſimul affectu cum carnis appetitu coniuncto, atque permixto, ut ea voluptas ſequatur, qua maior in corporis voluptatibus nulla eſt: ita ut momento ipſo temporis, quo ad eius pervenitur extremum, pene omnis acies, & quaſi vigilia cogitationis obruatur] Lib. 1. Soliloq. c. 10. n. 17. circa med. *Nihil eſſe ſentio, quod magis ex arce deiiciat animum virilem, quam blandimenta feminea, corporumque ille contactus &c.* Vide etiam in Pſal. 50. n. 3. & apocryphum Serm. 293. (Alias, de Temp 250.) de Incauta familiarit. mulier. Lib. autem 1. Soliloq. c. 10. n. 17. *Hoc mihi bonum* (non deſiderandi feminam) *in dies creſcit, nam quanto augetur ſpes videndae illius, qua vehementer aestuo pulcritudinis, tanto ad illam totus amor, voluptaſque convertitur*. Eodem lib. c. 14. n. 24. *Non enim puto poſſe mihi haec* (ſenſibilia) *in ſummum venire contemtum, niſi videro illud, in cuius comparatione iſta ſordeſcant*. Epiſt. 3. (Alias, 151.) ad Nebrid. n. 4. *Quid ſi ſenſibilia nimium delectant? Fiat ut non delectent. Unde fit? Conſuetudine iis carendi, appetendique meliora*.

Laudatur paſſim a Scriptoribus ſub Auguſtini nomine celeberrima illa Aſcetarum omnium ore trita ſententia. = Experto crede: expertus loquor coram „ Deo, non mentior: Cedros Libani, „ Duces gregum ſub hac peſte cecidiſſe reperi, de quorum caſu non magis ſuſpicabar, quam Ambroſii, vel „ Hieronymi impudica turpitudine.] Apud alios ſic legitur = Crede mihi, „ epiſcopus ſum, veritatem loquor in „ Chriſto, & non mentior: Cedros Libani ſub hac ſpecie corruiſſe vidi, de „ quorum caſu non magis praeſumebam, „ quam Gregorii Nazianzeni, & Ambroſii.] Sperellius a. p. Serm. paſtor. Serm. 16. n. 36. P. Felix Poteſt. ordin. Minor. Eccleſ. Examinis t. 1. p. 2. de 6. 9., & 10. praecepto Decal. Difficult. de Oſcul. n. 2209. Noſter P. Elias a S. Io-

(1) 1. Timot. 6.
(2) 1. Cor. 7.
(3) Lucae 14.

S. Ioſeph lib. cui tituluſo *Il Teſora della Caſtità Criſtiana &c.* Serm. 14. n. 12. & alii innumeri. Verum ſententiam illam, usique Auguſtini maieſtate dignam, in eius paginis nec unquam me legiſſe memini, nec magna diligentia reperire potui. Laudans plerique librum de Singularitate Clericorum: ſed & totus hic liber mihi prorſus ignotus eſt. Nempe adeo conſtas librum illum perperam Auguſtino olim adiudicatum: us nec inter apocryphos, quod ſciam, in ultimis S. Doctoris editionibus exhibeatur. Plures eumdem librum Origeni, plurimi Cypriano martyri Afro dederant: ſed omnibus his perperam. Nec videtur Bedae aetatem huius libri auctorem (in Epiſcopali dignitate, ut ſuus ſermo prodis, conſtitutum) ſupeeaſſe: ſi Oxonienſis editionis curasorum opinioni, & duabus coniecturis ſomniis ſimillimis quidquam demus. Probabile autem eſt circa tertii ſaeculi exitum floruiſſe. Vide Cypriani vitam ad eius operum noviſſimae editionis frontem ab uno ex Monachis congregasionis S. Mauri adiectam, n. 36. Inſuper quod magis miseris, quicunque ſit talis libri auctor: celebris in eo ſententia deſideratur. Etſi nonnulla occurrant ibi (t), ſcilicet in fine n. 4. ſeu poſt init. libri: & n. 44. vel ſub finem libri, in quibus eadem ſententia pro ſignificata re uteunque involuta cenſeri poſſit.

Et haec ne portentum tibi videatur quod Auguſtinus anno aetatis ſuae 32. adhuc tenaciter colligaretur ex femina.

(*f*) *Nec me prohibebat Apoſtolus coniugari, quamvis &c.* = An manifeſtius, aptiuſque poterat Auguſtinus loqui? Haec autem ſunt & Catholicorum voces. Quid ergo in fictum thema declamans Calvinus Conſt. 4. 12. 28. Patres, & nos percellens, haſce blaſphemias evomuit? *Paulus ex Spiritu Sancto denunciat fore noviſſimis temporibus homines impios, qui coniugium prohibeant: eoſque non modo impoſtores nuncupat, ſed daemones &c.* Nec daemones ſumus, nec impoſtores. Quod Auguſtinus, & nos; ipſe autem non coniugium damnavit: ſed coniugio virginitatem praetulit. Si quando autem caelibem vitam nedum commendavit, ſed & exegis, non de omnibus Chriſtianis, ſed de Sacerdotibus; propriique arbitrii voto obſtrictis loquutus eſt. Quod & ipſi Lutherani Centuriatores viderunt, & uteunque profaſſi ſuns: *Auguſtinus ait, cum Miniſtri Eccleſiae quotidie Chriſti vicem agant oportere eos mundiores eſſe aliis: & a concubitu abſtinere: non quod malus ſit, ſed quia perſonae non competit.* Blaſphemiam autem mitiorem ad hoc cap. paragr. 7., & 9. Calvinus eructavit, inquiens: *Praecipui doctores dum toti occupantur in efferenda virginitate, humanae infirmitatis obliti, hanc Pauli admonitionem, imma Chriſti ipſius neglexerunt.* At nec praecipit virginitatem Auguſtinus: nec ut vides, ita effert, ut vel Pauli, vel Chriſti monitum negligat; ſcilicet propriam infirmitatem expendit. Vide etiam, ſi places, lib. de Sancta Virginitate, c. 14. Quanquam alibi idem Calvinus Protheo mutabilior (ut paſſim omnis haereticus) Auguſtino, & toti antiquitati conſilia minime placuiſſe, immo nec quidem nota effutiat. At haec, & ſimilia fuſe, & exacte a mille Polemiſtis diſcuſſa ſunt.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(*g*) *Maxime volens omnes homines ſic eſſe, ut ipſe erat.* = Haec ſententiae huius vis eſt. Nedum ad caelibatum hortabatur Apoſtolus; ſed & volebat (ſcilicet, optabat) omnes virgines eſſe, ut ipſe erat. Tanto amplius igitur optaviſſet me iam non virginem reliquo vitae meae tempore a concubitu abſtinere. Paulum autem toto vitae ſuae tempore virginitatem coluiſſe, & ex loco ab Auguſtino laudato, & ex aliis manifeſte deducitur. Quod ut exploratum proinde tradunt Ambroſius, Hironymus, Tertullianus, Gregorius Nyſſenus, Epiphanius, Theodoretus, Teophylactus, & alii Patres, atque Theologi.

(*h*) *At ego iam non eram in illa vanitate* = De Manichaeorum vanitate loquitur, qui & in primis circa Numen dogmatibus ſtupide aberrabant.

Infra vero inquiens: *Et eſt aliud genus impiorum &c.* Philoſophos ethnicos, ſeu Platonicos intuetur: ut quilibet attendere poteſt. Primo a Manichaeis, inde a Platonicis ſe expedierat. Illi potiſſimum pingui ignorantia: hi ſuperbia peccabant. Manichaei phantaſma pro Deo reponebant. Platonici recto vero Deo non curvabantur. *Potiſſimum* diximus: nec enim iſta diſtributio adeo exacte excipienda eſt; Utraque ſynagoga in alterius peſte communicabat.

(i) *Tecumque unum Deum.* = BB. cum editis. = *Tecumque cum Spiritu Sancto unum Deum.* Profitentur tamen in

Vvv imo

(t) In 2a par. vel append. oper. Cypr.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

imo margine = *Omitti poterant iſthaec verba* (1): cum Spiritu-Sancto, *quae abſunt a pluribus, & potioribus MSS.* Abſunt item a 2. MSS. Med. totidem S. Mar. optimo S. Cr. Car. Feſ. Licet occurrant apud duos Med. Ricar. MS. S. Cr. & Vet. Immerito tamen, quum nonniſi aliqua violentia *Spiritus-Sanctus* interponatur; & totus ſermo abſorbeatur a Verbo. Maxime vero, quoniam hic Auguſtinus praecedentia colligit: de Patre autem, & Verbo diſputaverat. At lapſi ſunt librarii, ni fallimur, quod cenſerent datam hic ab Auguſtino integram Fidei formulam, cui Spiritus-Sanctus addi ſolet.

Ludovicus ab Angelis lib. 2. de Vita, & Laudibus S. Doctoris, c. 1. arbitratur *margaritae* metaphora inſtitutum Religioſum ab Auguſtino deſignatum, inquiens. = *Ad quam mentem* „ *devotus auctor, & ſuavis Bernardus* (2). „ Quaenam eſt iſta quaeſo Fratres mei „ cariſſimi haec tam pretioſa margarita, „ pro qua univerſa dare debemus, ideſt „ noſmetipſos, quia totum dedit qui „ ſeipſum obtulit, ut poſſimus eam habere: Nonne haec religio ſancta pu„ ra, & immaculata, in qua homo vivit „ purius, cadit rarius, ſurgit velocius, „ moritur fiducius, praemiatur copio„ ſius? „

Praecedentibus, & iis, quae ſequuntur, adtentis: haud temere Auguſtini Filium arbitrari dicendum eſt. Ceterum ſi de bona margarita a Redemtore Matth. 13. v. 45., & 46. in parabolam adſumta plura ex Auguſtino deſideras, vide librum Quaeſtionum ſeptemdecim in Matth. (qui habetur 2. p. t. 3.) q. 13.

C A P U T II.

A R G U M E N T U M.

Exhibet religioſum, & doctum habitum cum Simpliciano colloquium. Errorum ſuorum metamorphoſes omnes tanto viro pinxit; Addens quoque Platonicorum libros quoſdam, a Victorino Urbis Rhetore, & in Chriſtiana communione defuncto Latine redditos ſe legiſſe. Cui gratulatus Simplicianus, quod non in aliorum Philoſophorum, ſed in Platonicorum paginas Aeterno Patri, & Verbo apprime faventes incurriſſet; Ad eum animandum, ne ſcilicet crucis Chriſti puderet, Victorini exemplum propoſuit; qui liberalibus diſciplinis omnibus ornatiſſimus, & totius fere orbis laudibus celebratus, ethnica ſuperſtitione, quam tot annis tumidus defenſitaverat, poſthabita, conculcata: iam ſenex haud dubitavit Chriſti induere infantiam, & non ſecreto, quod tantum poſtulabatur: ſed toto fideli ſpectante populo, ex eminentiori ſolemni loco in Catholicae religionis verba iurare.

I. PErrexi ergo ad Simplicianum, patrem in accipienda gratia tua (*a*) tunc Epiſcopi Ambroſii, & quem vere ut patrem diligebat. Narravi ei circuitus erroris mei. Ubi autem commemoravi legiſſe me quoſdam libros Platonicorum, quos Victorinus quondam Rhetor urbis Romae (*b*), quem Chriſtianum defunctum eſſe audieram, in Latinam linguam tranſtuliſſet: gratulatus eſt mihi quod non in aliorum Philoſophorum ſcripta incidiſſem, plena fallaciarum & deceptionum ſecundum elementa huius mundi (3): in iſtis autem omnibus modis inſinuari Deum, & eius Verbum. Deinde ut me exhortaretur ad humilitatem Chriſti, ſapientibus abſconditam, & re-

(1) Vide l. 10. c. 43.
(2) Homl. 15. in Matth.
(3) Coloſſ. 2. 8.

Digitized by Google

& revelatam parvulis (1). Victorinum ipſum recordatus eſt, quem Romae cum eſſet familiariſſime noverat; deque illo mihi narravit quod non ſilebo. Habet enim magnam laudem gratiae tuae confitendam tibi, quemadmodum ille doctiſſimus ſenex, & omnium liberalium doctrinarum peritiſſimus: quique Philoſophorum tam multa legerat, & diiudicaverat doctor (c) tot nobilium ſenatorum, qui etiam ob inſigne praeclari magiſterii, quod cives huius mundi eximium putant, ſtatuam in Romano foro meruerat, & acceperat: uſque ad illam aetatem Venerator idolorum, ſacrorumque ſacrilegorum particeps, quibus tunc tota fere Romana nobilitas inflata inſpirabat, populo iam & (d) omnigenum Deum monſtra (e), & Anubem latratorem, quae aliquando contra Neptunum, & Venerem, contraque Minervam tela tenuerant, & a ſe Victis iam Roma ſupplicabat: quae iſte ſenex Victorinus tot annos ore terricrepo defenſitaverat, non erubuerit eſſe puer Chriſti tui (f); & infans fontis tui, ſubiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita fronte ad crucis opprobrium.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 31. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

II. O Domine, Domine qui inclinaſti caelos, & deſcendiſti (g): tetigiſti montes, & fumigaverunt: quibus modis te inſinuaſti illi pectori! Legebat, ſicut ait Simplicianus, ſanctam Scripturam, omneſque Chriſtianas litteras inveſtigabat ſtudioſiſſime, & perſcrutabatur: & dicebat Simpliciano non palam, ſed ſecretius & familiarius: Noveris me iam eſſe Chriſtianum. Et reſpondebat ille: Non credam nec deputabo te inter Chriſtianos, niſi in Eccleſia Chriſti te videro. Ille autem irridebat, dicens: Ergo parietes faciunt Chriſtianos? Et hoc ſaepe dicebat, iam ſe eſſe Chriſtianum; Et Simplicianus illud ſaepe reſpondebat; & ſaepe ab illo parietum irriſio repetebatur. Amicos enim ſuos verebatur offendere ſuperbos daemonicolas, quorum ex culminae Babylonicae dignitatis, quaſi ex cedri Libani, quas nondum contriverat Dominus, graviter ruituras in ſe inimicitias, arbitrabatur: Sed poſteaquam legendo & inhiando hauſit firmitatem, timuitque negari a Chriſto coram Angelis Sanctis, ſi eum timeret coram hominibus confiteri (2), reuſque ſibi magni criminis adparuit erubeſcendo de Sacramentis humilitatis Verbi tui, & non erubeſcendo de ſacris ſacrilegis ſuperborum daemoniorum, quae imitator ſuperbus acceperat: depuduit vanitati, & erubuit veritati, ſubitoque & inopinatus ait Simpliciano, ut ipſe narrabat: Eamus in Eccleſiam, Chriſtianus volo fieri. At ille non ſe capiens laetitia, perrexit cum eo. Ubi autem imbutus eſt primis inſtructionum Sacramentis, non multo poſt etiam nomen dedit, ut per baptiſmum regeneraretur, mirante Roma, gaudente Eccleſia. Superbi videbant, & iraſcebantur; dentibus ſuis ſtridebant, & tabeſcebant (3); Servo autem tuo Dominus Deus erat ſpes eius, & non reſpiciebat in vanitates & inſanias mendaces.

III. Denique, ut ventum eſt ad horam profitendae fidei, quae verbis certis conceptis (h), retentiſque memoriter, de loco eminentiore, in conſpectu populi fidelis Romae reddi ſolet ab eis, qui acceſſuri ſunt ad gratiam tuam: oblatum eſſe dicebat Victorino a presbyteris, ut ſecretius redderet, ſicut nonnullis,

Vvv 2 qui

(1) Matth. 11. 25.
(2) Matth. 10. 33.
(3) Pſal. 111. 10.
(4) Pſal. 39. 5.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

qui verecundia trepidaturi videbantur, offerti mos erat: illum autem maluiſſe ſalutem ſuam in conſpectu ſanctae multitudinis profiteri. Non enim erat ſalus in Rhetorica, quam docebat, & tamen eam publice profeſſus erat. Quanto minus ergo vereri debuit manſuetum gregem tuum pronuntians verbum tuum qui non verebatur in verbis ſuis turbas inſanorum? Itaque ubi adſcendit, ut redderet, omnes ſibimet invicem, quiſque ut eum noverat, inſtrepuerunt nomen eius ſtrepitu congratulationis. Quis autem ibi non eum noverat? Et ſonuit preſſo ſonitu per ora cunctorum collaetantium, Victorinus, Victorinus. Cito ſonuerunt exſultatione, quia videbant eum: & cito ſiluerunt intentione, ut audirent eum. Pronunciavit ille fidem veracem praeclara fiducia, & volebant eum omnes rapere intro in cor ſuum, & rapiebant amando, & gaudendo; Hae rapientium manus erant.

(a) *Patrem in accipienda gratia tua &c.* = Damaſus ſcilicet ſummus Pontifex Simplicianum in eccleſiaſtica doctrina verſatiſſimum Mediolanum miſerat, ut Ambroſium e catechumeno in eius civitatis Epiſcopum recens electum conſilio, & doctrina adiuvaret; Accipe verba Baronii ad an. Chr. 375. n. 22., & 23. huic loco omnino opportuna. „ At Ambroſius cum ſic ex laico eſſet ordinatus „ Epiſcopus, undique ſibi auxilium comparare ſategit &c. Sed ad novae praefecturae regimen miſſus eſt ad illum a „ S. Damaſo Papa egregiae eruditionis, „ & ſpectatae probitatis Romanae Eccleſiae presbyter S. Simplicianus, de „ quo nonnulla ſuperius; quem cum „ in omnibus S. Ambroſius habuerit monitorem, atque doctorem, ut patrem obſervare conſuevit, cuius „ ſcientiam in docendo, dexteritatemque in agendo ſatis exploratam reddidit converſio Marii Victorini celeberrimi oratoris &c. Porro quod Simpliciani ſtatus humilis, Ambroſii vero „ ſublimis eſſet, illud in eo excolendo „ conſilium iniit, ut ipſe licet magiſter, diſcipulum ageret, Ambroſiumque tamquam magiſtrum difficillimis „ interdum pulſaret quaeſtionibus, ita provocans ad volandum pullum „ ſuum; ad quem aliquando ſic Ambroſius (1): Quid eſt, inquit, quod ipſe „ dubites, & a nobis requiras, cum fidei, & acquirendae cognitionis divinae gratia totum orbem peragraveris, & quotidianae lectioni nocturnis, „ ac diurnis vicibus omne vitae huius „ tempus deputaveris, acri praeſertim „ ingenio etiam inintelligibilia complectens? &c.

De Simpliciano tot fabulas, putidoſque anachroniſmos apud quoſdam Scriptores, quorum nominibus, & inſtituto parcimus, legimus, ut pudeat probare, ſed & referre pigeat. Continuator Bollandi ad diem 16. Auguſti, n. 7. haec habet. = *Et conſequens inde videtur, natum fuiſſe circa an. 320. &c. in patriam reverſus an.* 374. Et n. 8. = In anno obitus S. Simpliciani item hallucinantes viſimus Chinium, & Feranum, ut velint eum ad an. 405. immo ad 409, „ vitam protraxiſſe, quem pridem oſtenderunt maiores noſtri, non toto triennio ſedem tenuiſſe, nempe a menſe „ Aprilis 398. ad Auguſtum 400. quo „ ipſo anno S. Simpliciano ſucceſſit „ S. Venerius, ut habes etiam die „ primo Maii. „

Eſt epiſtola Auguſtini ad Simplicianum, ordine 37. quam anno 397. eruditiſſimi Benedictini conſignant; haec admonentes in margine. = Simplicianus „ eccleſiae Mediolanenſis Antiſtes beatiſſimo ſucceſſit Ambroſio ex lib. 2. „ Retract. c. 1. nempe anno 397. Nam „ Ambroſius pridie Paſchatis, iuxta „ ſcriptorem ipſius vitae Paulinum defunctus eſt: die ſcilicet 4. Aprilis ex „ Martyrologiorum fide; porro autem „ Paſcha in 5. Aprilis incidit an. 397.] Scripſit item S. Doctor ad Simplicianum libros duos de diverſis Quaeſtionibus, quos pariter iidem Patres ad annum 397. referunt, inquientes. = Epiſcopatum „ ſumſit Auguſtinus labente anno 395 „ Am-

(1) Epiſt. 2.

Digitized by Google

„ Ambroſius autem obiit 4. Aprilis an, „ 397. Ita ſubſequens opus ad Simpli„ cianum Ambroſii ſucceſſorem in exor„ diu epiſcopatus Auguſtini ſcriptum „ pertinet ad annum 397. „

Ita vero in his Confeſſionibus de Simpliciano loquitur Auguſtinus, ot videatur iam tum temporis eumdem Mediolanenſem Antiſtitem extremum diem obiiſſe. Cumque has Confeſſiones ſcripſerit Auguſtinus circa annum 400. Bollandiſtarum opinio Simpliciani funus ad id temporis referens nova hac coniectura ſtabilitur. Et haec de Simpliciano, cuius praeclaris geſtis Hiſtorici ſtopido ſilentio fuerunt iniurii. Et de quo aliqua obſervare Auguſtini ſermo nimis urgebat.

(*b*) *Victorinus quondam Rhetor urbis Romae*. = A cap. 9. praeced. libri, uſque ad hunc locum Auguſtinus nae-nias egit. Unde *Pherepoaus* altiſſimis dubiis extricandis natus alto ſilentio conticuit. Nunc vero aenigmate occurrente, calamo arrepto, nobis ſubſidium fert biſce verbis. = Victorinus, inquit „ Hieronymus in *Lib. de Striptoribus Ecclesiasticis*, natione Afer Romae ſub „ Conſtentino principe Rhetoricam do„ cuit; & in extrema ſenectute Chriſti „ ſe tradens fidei, ſcripſit adverſus „ Arium libros more dialectico valde „ obſcoros, qoi ab eruditis modo intel„ ligantur, & commentarios in Apoſto„ lum. *Eum in Praefat. commeat. in E*„ *piſt. ad Galatas C. Marium Victori*„ *num votat, uitque eum Scripturas om*„ *nino ſanctas ignoraſſe. Sed rhetorita*, „ *ut ita dicam, ingenia ob loquendi fa*„ *cultatem, putant ſe ſcire omnia, de* „ *quibus plebe plaudente, loqui poſſunt*. „

Quam melius, & gravius longe ante Henricus Wangnereck Societatis Ieſu Theologus haec obſervaverat: cuius rarae breviſſimae ad has Confeſſiones notulae etiam plebis manu teruntur! Accipe integrum eius ſermonem. = De „ quo S. Hieronymus ſcribit (1) natione „ Afrum fuiſſe, & Romae ſub Conſtantino „ Principe Rhetoricam docuiſſe, ac in „ extrema demom ſenectute Chriſtianum „ factum. Libros vero ab eo ſcriptos „ adverſus Arianos, & commentarios in „ Epiſtolas S. Pauli, ſed non ſatis dilu„ cide, ac plane, quia occupatus eru„ ditione ſaecularium literarum, Scrip„ turas ſanctas ignorabat. Nemo vero; „ quamvis eloquens de eo bene diſpu„ tare poteſt, quod neſcit: ut ait (2) „ idem S. Hieronymus, qui expreſſo „ praenomine, eum C. Marium Victo„ rinum apellat. „

A. Ch. 386. Aug. 31. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Non, ſola Rhetorica, ſed omnibus liberalibus diſciplinis fuiſſe ornatiſſimum Auguſtinus prodit. Opus dialectico more digeſtum, obſcurum, quodque nonniſi ab eruditis intelligitur, haud ſimplicis Rhetoris ſuetus eſt; ſeu, huiuſcemodi vitia in Rhetoricae ſplendorem, vel etiam loquacitatem minime refunduntur. Quin immo ratione, & experientia teſtibus, verboſi homines (ut *Pherepouus*) graviſſimis dubiis aut non adtentis, aut diſſimulatis, in leviores res, & populares materias diſtrahuntur. Non inquit Hieronymus C. Marium Victorinum infeliciter litteras Divinas tractaſſe, quod ſola polleret arte dicendi: ſed quod ſaecularibus litteris (v. g. Dialectica, Philoſophia, Geometria &c.) occupatiſſimus, Divinas haud bene calleret; *Sutor* autem, ut commune fert adagium, *non ultra crepidam*. Si autem Victorinus *dialectice, obſcure* ſcripſit: quique nonniſi a doctioribus intelligeretur, non ergo ex rhetoricis ingeniis erat, quae *ob loquendi facultatem putant ſe ſcire omnia, de quibus plebe plaudente loqui poſſunt*.

In haec portenta haud ierat Wangnereck; Sed quod ipſe anno 1630. ſcripſerat, & qood omnibus, immo volgo dederat; ceu reconditam novamque eruditionem, paucis verbis pluribus foedatam naevis huius ſaeculi initio *Pherepouos* ſtulti, & iniqui laboris patiens iterum cantavit, refricavit. Vide etiam ſi placet, Baronium ad an. 362. n. 306.

Scripſit etiam Victorinus, praeter ſupra laudata, alia quaedam; ut de ſeptem Machabaeorum Fratrum cum Matre ſub Antiocho rege martyrio celeberrimo Hexametris verſibus, & nonnullos Hymnos. Quidam non *Caium*, ſed Fabium appellant. Plurimi Carthaginenſem arbitrantur. Nec deſunt qui, etſi perperam, Maſſilienſem dicant; Vide Gennad. in Catalogo, n. 61.

Potior Victorini operum pars inedita eſt. Nos quidem nullum de eius ingenio iudicium ferre poſſumus, utpote qui nec ſoluta, nec metrica eius ſcripta legimos. Qui legerunt, Hieronymi iudicium confirmat. Caſp. Barth. l. 42. adverſ. c. 9. haec habet „ *In Victoriei libris contra Arium plerique* ob-

(1) Lib. de Script. Eccleſ.

(2) In Epiſt. ad Galat.

Digitized by Google

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

obſcura , & involuta ſunt nexibus plicarum circumducta , quae hominem doctum potius , quam diſertum arguant , & capiant .

(c) *Diiudicaverat ; doctor &c.* = BB. profitentur MSS. verbum , *dilucidaverat* , non habere . Nec habent a. MSS. S. Mar. MS. optimus S. Cr. Car. Feſ. Ricar. Unde ſubſtulendum cenſuimus . Ipſi nihilominus cum reliquis editis & MS. S. Cr. retinuerunt , legentes : *diiudicaverat* , *& dilucidaverat : doctor &c.* Forum autem , in quo Victorinus ſtatuam habuit , fuiſſe Traiani prodit in Chronico S. Hieronymus .

Commentarioli huius brevitas patitur , ut Italorum aliquot errores obſervemus , & repellamus . 1. *Gli paleſai tutti gli errori della mia ſfrenatezza .* = *Circuitus erroris* non eſt , *ſfrenatezza d' errore* ; Dicendum erat : Gli paleſai i rigiri , i laberinti , le vicende , le varie ſcene del mio errore . 2. *Tradotti poi in idioma latino da Vittorino .* = Non inde traducti ſunt : ſed traductos legit Auguſtinus : ut hic ſignificat : & praeced. lib. c. 9 n. 1. manifeſte ſignificaverat . Unde dicendum erat : Che avea tradotto in idioma Latino . 3. *Il quale inteſi che al fine morì Criſtiano* „ Non inquit Auguſtinus , audivi , ſed , *audieram* : Adeoque verte : Il quale aveo inteſo eſſere morto Criſtiano . Iam nempe cum ad Simplicianum adceſſit , Victorinum Chriſtianum defunctum audierat ; ſed converſionem haud exacte , & diſtincte noverat . 4. *Che per la eccellenza de' ſuoi inſegnamenti di quelle materie , che da' cittadini di queſto mondo ſono le più apprezzate , meritò la ſtatua &c.* = Iudicium civium huius mundi ad ſtatuam refertur , non ad litterarum ſpeciem ; Sic igitur ſermonem illum verteres : Il quale ancora per iſtemma , fregio , gloria del bel magiſtero avea meritata , ed ottenuta la ſtatua nel foro Romano , coſa dai mondani ſommamente ſtimata . Eximium quid putabatur a ſaeculi hominibus in Romano foro ſtatuam habere . 5. *Che per tanti anni era ſtato immerſo in quel fango* = Non utcunque io coeno idololatriae Victorinum haeſiſſe ; ſed eam propugnaſſe dicit Auguſtinus . Unde & Grammaticae tiro ſic reddere poterat : Che per tanti anni s' era sforzato difendere con ſuperbe enſie gote . Et haec , levioribus omiſſis , in uno unius capitis numero .

(d) *Inflata inſpirabat populo iam & &c.* = Sequimur , etſi valde ancipites BB. qui codicum ingentem hoc loco diſcrepentiam ſic profitentur „ Mirum quantum hic varient codices . „ Ex vetuſtioribus Foſſatenſis , Benigniaeneſis , Corbeienſis &c. habent . *Spirabat popilios iam* . Alii quinque cum „ Bad. Am Er. Som. Blaſ. *ſpirabat populi uſiam* . Victorinus , Germanenſis „ &c. *ſpirabat populique ium &c.* Nonnulli : *ſpirabat populi etiam* . Lovan. „ *ſpirabat populoſque etiam* . Hic nos „ vetuſtos codices tres Anglicanos ſequuti ſumus .] Ex viſis a nobis , cum codicibus Vict. Ger. &c. eſt MS. S. Mar. Cum Bad. Am. &c. eſt Vet. At Ricar. *propuliſiam* . Unus MS. Med. *populuſiam* . Alter : *perpliuſiam* . Tertius cum MS. S. Mar. Car. & Feſ. *popilſiam* . Adcedunt autem ad praelatam lectionem quartus MS. Med. & optimus S. Cr. praeferentes : *populos iam* . Siquidem dicimus , inſpirare alicui , & , inſpirare aliquem .

Eſt autem ſenſus , ni fallimur , ethnicam ſuperſtitionem , ſeu plurium inanium deorum religionem iam dudum demortuam , Victorini aetate revixiſſe , praecipue apud nobilitatem Romanam , ſpecioſis Poetarum fabellis illectam : quae nobilitas exemplo , verboque earumdem naeniarum memoriam , amoremque populo inſpirabat , inſtillabat .

(e) *Omnigenum deum monſtra .* = Hic etiam nobis ſuccurrit *Pherepenus* hiſce verbis = Reſpicit ad Virgilii locum Aeneid. 8. 698. ubi Aegyptios „ Deos pro Antonio , & Cleopatra contra Auguſtum ad Actium pugnantes „ deſcribit Poeta ;

„ *Omnigenumque Deum monſtra , &*
„ *latrator Anubis*
„ *Contra Neptunum , & Venerem ,*
„ *contraque Minervam*
„ *Tela tenet .*

„ An ex decori legibus talia apud Deum „ dici poſſint , neſcio : quamvis a pugnante cum Ethnicis recte proferri „ potuerint .

De poſtremis verbis convicium ſapientibus poſtea . Nunc de commentario . Videamus quae circa haec Auguſtini verba in vetuſti Henrici pagellis , lyppis , ac tonſoribus notis habeatur „ Nam , ut ait S. Leo , *cum Roma pene omnibus dominaretur gentibus , omnium gentium ſerviebat erroribus , & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem , quia nullam reſpuebat falſitatem* . Quem autem imprudenter

„ vi-

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ victis a ſe Diis Romanis ſupplicarent. „ eleganter S. Doctor oſtendit. Sonat „ vero Anubis lingua Aegyptia canem „ ſub cuius forma illos coluiſſe Mer- „ curium ſcribit Servius in illud Ae- „ neid. 8. *Omnigenumque Deum monſtra,* „ *& latrator Anubis*: alii aliter fabu- „ lantur. Diodorus enim lib. 4. Filium „ Oſiridis facit, qui Patrem in pere- „ grinatione ſecutus: canis imagine pro „ inſignibus uſus eſt. „

Copioſius, plenius, aptiuſque ad rem Auguſtini dixiſſe Vvangnereck, non eſt cur edíſſeram: nimis enim manifeſtum eſt. Et tamen ſcripſit, ut diximus, Religioſus ille an. 1630. *Phereponus* huius ſaeculi initio. Ille ſimplicioribus notulas ſuas obtulit, ut innuunt verba, quibus rationem exhibet cur tres poſteriores libros intactos reliquerit (1): *Quia moleſtas tum Philoſophicas, tam Theologicas difficultates de tempore, aeternitate &c. Poſtrema quia vix quiſquam eos legit, & nonniſi eruditiores intelligunt &c. Cuius non tam doctrinam, quam exemplum nunc propanimus.* *Pherepanus* audacia, ac faſtu calamum arripiens, univerſi orbis ſenſa moderari, caſtigare, deridere voluit.

Ceterum quid volunt ea verba, Ignorantia matre, & Livore patre genita: *An ex decori legibus &c.*? Te ipſo quidem teſte a pugnante cum Ethnicis recte proferri potuiſſent; Recte igitur Auguſtinus protulit, dum Verum Numen adloquens, eique geſtiens, falſos deos, & Ethnicorum ſomnia deridebat.

En quam facile, en quam ſponte ruant, & conterantur iniquae *Pherepo-ni* machinae tanto labore compactae! Tu prudens Catholice Lector convicia in Sanctos, Immo in quoslibet honeſtos homines omnino fuge. Cum autem in levibus conviciaris, quod nec aequi Scriptores ſemper exhorrent, diligentiſſime adtende, ut ſenſa tua prorſus firma ſint; Ne facile elevata: aut in te repercutiantur: aut faciem tuam velut temere, atque ſtulte ingredientem elidant. Quod Ludovico Antonio Muratorio, homini ad hac, & illac circumcurſandum: & in propria, & in aliena ſede garriendum facili, pronoque nec ſemel, nec bis, ſed centies contigit; Ut cum eruditi Abbatis Mariani librum *de Antiqua Etruria* deſideret: dum Franciſci Petrarchae aurea carmina nonnulla perſtringeret; Maxime vero, atque potiſſimum dum Immaculatae Deiparae Conceptionis, non adhuc quidem Apoſtolicae Sedis ultimo peremtorio iudicio firmatae, ſed iam totius fere Catholici orbis exceptae plauſibus, gloriam impudentis zeli ſpecie decurtare conaretur. Sit in exemplum res brevis ac plana. Deridens ille Siculam gentem velut ad ſuperſtitionem uſque Marianae Conceptioni devotam: acri iudicio nullo, ſed garriendi, pro more, prurita, & ad vulgum rapiendum: populos eosdem dixit *craſſo ſub aere natos*. Huic convicio, quod ſaepe depulerat, ita ſe opponit Laurentius Migliaccius Panormitanae Eccleſiae Canonicus lib. cui titulus: *Lampridius Detectus, & Caſtigatus*, ſeu, *Mariaae Conceptionis magnanimo voto vel uſque ad ſanguinem propugnatae, vindiciae*: diſſert. 5. c. 2. in fine, ita inquam ei convicio ſe opponit, dum Siculus adloquens ait = Quid ni igitur calamos „ veſtros acuitis, & feſtivam illam elo- „ quentiam, ingeniique acumen, quod „ vobis magnus ille Oratorum Princeps „ Tullius tanquam ingenitum laudat, „ in larvatum hominem mature depro- „ mitis? Veſtra omnium intereſt pro- „ culcare quod in veſtrae Patriae dede- „ cus, in Marianae gloriae iacturam „ querulus unus ſenex indigeſta erudi- „ tione ſaginatus evomuit.] Exhibet autem in margine eiusdem Ciceronis verba Act. 5. in Verrem: *Nunquam tam male eſt Siculis, quin aliquid commode, & facete dicant*; Et divin. in Q. Caecil. *Illi quidem* (Siculi) *ut eſt hominum genus nimis acutum*. Et re vera Siculos ſagacitate pollere adeo exploratum eſt omnibus, ut id propemodum in commune adagium abierit. hic tota diſputatione vincens Migliaccius, & Siculos vetuſtiſſimi magni viri auctoritate commendans, quod iaculatus fuerat probrum Muratori, in eius faciem retudit: qui ſuis gerris, probroque ad arbitrium lato ſeipſum prodidit, aut craſſo ſub aere, aut craſſa minerva ſub non malo aere natum. Et quidem nihil ad me de Siculis, qui ex Patre Senenſibus: ex Matre Sutrinis debeo; Sed illius phaleras occaſionibus datis, vel etiam acceptis libenter exhibeo: geſtiens, non doctis ſuccurrere, ſed ſimplicioribus, qui eius fama teneri, ſeu ſcriptarum pagellarum, ſolo quanquam ven-

(1) In Praefat.

A. Ch. 386. Aug. 31. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

vento tumentium, numero, & mole nata, & aucta, deluſi & commoti: aſceticos eius libellos Chriſtianae, maxime ferventiori pietati (meo, & aliorom plurium iudicio) non admodum conſonos avide nimis arripiunt.

(*f*) *Nau erubuerit eſſe puer Chriſti tui.* = Quia ſervos ſuos velut Chriſtus parvulis ſimiles : *Amen dico vobis: niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli &c.* |*Quicunque humiliaverit ſe ſicut parvulus iſte &c.* Matth. 18. v. 3., & 4. = *Et infuoc fontis tui* = Sacri Baptiſmatis, In quo homo renaſcitur: *Niſi quis renatus fueric denuo &c. Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c.* Ioan. 3. v. 3., & 5. *In Chriſto enim Ieſu neque circumciſio aliquid valet &c. ſed nova creatura.* Galat. 6. 15. *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis &c.* Tit. 3. 5. *Subiecto collo ad humilitatis iugom* = Dixerat enim Chriſtus Matth. 11. 29. *Tollite iugum meom ſuper vos, & diſcite a me qoia mitis ſum, & humilis corde.* = *Edomita fronte ad crucis opprobrium* =. Iudaeis enim ſcandalum crux eſt: Gentibus autem, ex quibus Victorinus, opprobrium, ſeu ſtultitia. *Praedicamus Chriſtum crucifixum: Iudaeis quidem ſcandalum: Gentibus autem ſtultitiam. Ipſis autem vocatis Iudaeis, atque Graecis Chriſtum Dei virtutem &c.* 1. Cor. 1. a v. 23.

(*g*) *Inclinaſti caelos, & deſcendiſti.* = Ex illo Davidis Pſal. 17. 10. loquitur: *Inclinavit caelum, & deſcendit.* Ubi Ipſe: *Humiliavit iuſtum, ut deſcenderet ad hominum infirmitatem* = *Tetigiſti montes, & fumigaverunt* = Iterom verba Davidis adſumit Pſal. 103. 32. *Qui tangit montes, & fumigant*: Vel, ut ipſe legit, *fumigabunt*; Ubi, ſcilicet Serm. 4. in eumdem Pſal. n. 16. = Montes „ ſuperbi erant, iactabant ſe, non eos te„ tigerat Deus, tangit illos, & fumi„ gabunt. Quid eſt fumigare montes? „ Precem Domino reddere. Ecce ma„ gni montes ſuperbi, montes ingentes „ non rogabant Deum, ſe rogari vole„ bant, & ſuperiorem non rogabant. „ Quis enim potens, & tumidus, & „ ſuperbus in terra, qui dignetur hu„ militer rogare Deum &c.?

Quaſi ex cedris Libani, quas nondum &c. = Et haec Davidis phraſis eſt Pſal. 28. 5. *Vox Domini conterens cedros.* Quam S. D. ſic dilucidat. = Vox „ Domini contritione cordis humilians „ ſuperbos. *Conteret Dominus cedras Li„ bani.* Conteret per poenitentiam Do„ minos elatos nitore terrenae nobilita„ tis, cum ad eos confundendos *ignobi„ lia huius mundi elegerit* (1), in qui„ bus oſtendat nobilitatem ſuam. „

(*h*) *Quae verbis certis conceptis &c.* = Quaenam verba illa? Parvuli nos ignoramos. At non ignoravit reconditae eruditionis homo *Pherepoeus*, qui de innumeris ſibi haud notis ſilens, de re hac, quam optime noverat, haud tacere voluit: en eius oraculum, paucis ut deorum mos eſt, verbis expreſſum: *Symbolum, quod Apoſtolicum dicebatur, aut ſimile quodpiam.*

Ita theſauros tuos oſtendis, & mox retrahis? Mittis ambroſiae tuae ſtillam, & ſtatim extingueris, & hiantes corvos relinquis. Vah acutum ſolertem, vafrum ariolum! *Ibis, redibis non morieris in bello. Aio te Aeacide Romanos vincere poſſe.* Vel potius: *Aut Imperator tu, aut nihil.*

Dicet tamen quiſpiam: Non dixit *Pherepoeus*: aut aliud, ſed, *aut ſimile.* R. Cum in re ſacra ſimus, *aut ſimile*, idem eſt ac, aut aliud; Nec enim novi Eccleſiae filii ut conceptam S. Fidem orbi conteſtarentur, poterant recitare Aeſopi fabellas.

CA-

(1) 1. Cor. 1. 28.

Digitized by Google

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. X I. Theod. VIII.

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Victorini ethnicae olim ſuperſtitionis profeſſoris, & vindicis magnanima ſolemni reſipiſcentia tot natis Catholicorum triumphis; quaerit abſtruſiorum aenigmatum doctor, cur non adeo de anima, & nunc, & olim ſana ita geſtiamus, ut de deportata ex infirmitate ad ſalutem. Quod quidem variis rationibus, ac exemplis ediſſerit. Legimus enim in Evangelio potius ſceleſtum unum correctum, quam plurimos iuſtos Caelitum gaudia provocare. Ad errantem ovem unam gregi reddendam, reliquas dociles fere neglectas. Amiſſam drachmam unam triumphis recuperari. Filium a paterna domo profugum, ad eam reducem latis brachiis, & iis blanditiis excipi, quibus nunquam alter omni ſemper obſequio patri famulatus. Interim admonet hanc gaudiorum vertiginem in Angelis, & nobis fieri: non in Deo, qui ab uno eodem puncto unquam excurrit. Inde ad propoſitum rediens, idem argumentum naturalibus exemplis confirmat. Ita enim in triumphis obſtinati certaminis. In quiete magna tempeſtate iactati; In ſalute gravi languore correpti; In cibo, & potu fame, & ſiti vexati; In ſponſae amplexibus arte dilatis. Quaerit igitur quid haec ſint? quid creaturas in haſce metamorphoſes, & ſcenas deducat.

I. DEus bone, quid agitur in homine, ut plus gaudeat de ſalute deſperatae animae, & de maiore periculo liberatae, quam ſi ſpes ei ſemper adfuiſſet, aut periculum minus fuiſſet? Etenim tu quoque miſericors Pater plus gaudes de uno poenitente (*a*), quam de nonaginta novem iuſtis, quibus non eſt opus poenitentia. Et nos cum magna iucunditate audimus, cum audimus, quam exſultantibus Angelis, paſtoris humeris (*b*) reportetur ovis, quae erraverat: & drachma referatur in theſauros tuos, collaetantibus vicinis mulieri, quae invenit; Et lacrymas excutit gaudium ſolemnitatis domus tuae, cum legitur in domo tua de minore filio tuo, quoniam mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus eſt. Gaudes quippe in nobis, & in Angelis tuis, ſancta caritate ſanctis. Nam tu ſemper idem, qui ea, quae non ſemper, nec eodem modo ſemper noſti omnia.

II. Quid ergo agitur in anima, cum amplius delectatur inventis aut redditis rebus, quas diligit, quam ſi eas ſemper habuiſſet? Conteſtantur enim & cetera, & plena ſunt omnia teſtimoniis clamantibus: Ita eſt. Triumphat victor Imperator, & non viciſſet, niſi pugnaviſſet; & quanto maius periculum fuit in praelio, tanto maius eſt gaudium in triumpho. Iactat tempeſtas navigantes, minaturque naufragium, omnes futura morte palleſcunt; tranquillatur caelum & mare, & exſultant nimis, quoniam timuerunt nimis. Aeger eſt carus, & vena eius malum renuntiat: omnes qui eum ſalvum cupiunt, aegrotant ſimul animo; fit ei recte, & nondum ambulat priſtinis viribus, & fit iam ta-

Xxx le

(*b*) Lucae 15.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

le gaudium, quale non fuit, cum antea ſalvus & fortis ambularet. Eaſque ipſas voluptates humanae vitae etiam non inopinatis & praeter voluntatem irruentibus, ſed inſtitutis & voluptariis moleſtiis homines adquirunt. Edendi & bibendi voluptas nulla eſt, niſi praecedat eſuriendi, & ſitiendi moleſtia. Et ebrioſi quaedam ſalſiuſcula comedunt, quo fiat moleſtus ardor: quem dum exſtinguit potatio, fit delectatio. Et inſtitutum eſt ut iam pactae ſponſae non tradantur ſtatim, ne vilem habeat maritus datam (c), quam non ſuſpiraverit ſponſus dilatam.

III. Hoc in turpi & exſecranda laetitia; hoc in ea, quae conceſſa & licita eſt; hoc in ipſa ſinceriſſima honeſtate amicitiae; hoc in eo, qui mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus eſt. Ubique maius gaudium, moleſtia maiori praeceditur. Quid eſt hoc, Domine Deus meus, cum tu aeternum tibi tu ipſe ſis gaudium, & quaedam de te circa te ſemper gaudeant? Quid eſt quod haec rerum pars alternat defectu & profectu, offenſionibus, & conciliationibus? An is eſt modus earum (d), & tantum dediſti eis, cum a ſummis caelorum uſque ad ima terrarum, ab initio uſque in finem ſaeculorum, ab Angelo uſque ad vermiculum, a motu primo uſque ad extremum, omnia genera bonorum, & omnia iuſta opera tua, ſuis quaeque ſedibus locares, & ſuis quaeque temporibus ageres? Heu mihi, quam excelſus es in excelſis, & quam profundus in profundis! & nuſquam recedis, & vix redimus ad te.

(a) *Plus gaudet de uno poenitente &c.* = Iam incipiunt *Phereponi* iniqua myſteria. Evomendi nempe iam diu concepti livoris impatiens, ſrequentior hic eſt in notulis, ſeu blaſphemiis. Implexo Auguſtini quaeſito cenſoria virga hic improbato, & reiecto it in ſuas phaleras; ambiens doctiſſimos Benedictinos Patres vel acu pungere, quos nunquam gladio enecare potuit. En eius verba. = Deus gaudere, & plus gau-
„ dere, numquam aliter, niſi *ἀνθρωποπαθῶς* dicitur a Chriſto hominum imbe-
„ cillitati ſeſe adtemperanti. Nec poteſt
„ hoc urgeri, aut inquiri cur Deus ma-
„ gis gaudeat. Ceterum ut ad Gram-
„ matica transeam, non intelligo cur in ſe-
„ quentibus verbis viri docti paenitentem,
„ & paenitentiam, ut & alibi ſcribant per
„ AE, cum conſtet eſſe a nomine poena,
„ quod a Graeco *ποινή*. Quod non
„ obſervarem, niſi viderem eos harum
„ minutiarum curam non abieciſſe, cum
„ orthographiam priorum editionum paſ-
„ ſim emendent, prout putant rectius
„ eſſe. Sic vocem *iucundus* ſcribunt per-
„ petuo *iocundus*, quaſi eſſet a *ioco*,
„ non a *iuvo*; ſed O, & U frequenter
„ miſcebatur a Veteribus Latinis. Vi-
„ de *Quintilianum*. Inſtitut. Orator.
„ Lib. 1. Cap. 4. & *Voſſium* in Etymo-
„ logico ad hanc vocem. „

Tot in te dicenda *Pherepone* occurrunt, ut pigeat ſingula perſequi. Wangnereck pagellae vulgi etiam manibus tritae audaciam tuam ex S. Thoma 1. p. q. 20. ar. 4. ad 4. retundunt, & Auguſtini dubium complanant: haec enim iam olim Wangnereck. = *Pulchre S. Thomas*, ſive ſint innocentes, *inquit*,
„ ſive poenitentes, illi ſunt magis Deo
„ dilecti, qui plus habent de gratia. Cae-
„ teris tamen paribus, innocentia di-
„ gnior eſt, & magis dilecta. Dicitur
„ tamen Deus plus gaudere de poeni-
„ tente, quam innocente, quia ple-
„ rumque poenitentes cautiores, hu-
„ miliores, & ferventiores reſur-
„ gunt. Unde Gregorius dicit (1)
„ quod *dux in praelio eum militem*
„ *plus diligit, qui poſt fugam con-*
„ *verſus, fortiter hoſtem premit, quam*
„ *qui nunquam* (2) *fugit, nec unquam*
„ *fortiter fecit*. Vel alia ratione, quia
„ aequale donum gratiae plus eſt com-
„ paratum poenitenti, qui meruit poe-
„ nam, quam innocenti, qui non me-
„ ruit. Sicut centum marchae maius
do-

(1) Homil. 14. in Evangel. aliquantum a principio.

(2) Alias, *terga vertit*.

„ donum eſt, ſi dentur pauperi, quam „ ſi dentur regi. „

Cur autem Auguſtinum tanto faſtu doces, quod ab Auguſtino hic didiciſti? Subſumit enim paucos poſt verſus S. Doctor: *Gaudes quippe in nobis, & in Angelis tuis &c. Nam tu ſemper idem &c.* Licet non prorſus ipſum gaudium, ſed gaudiorum diverſos gradus, ac ſucceſſiones a Deo Auguſtinus iis verbis ſoilar. De ipſo autem gaudio praeſtat audire S. Thomam, qui 1. p. q. 20. ar. 1. ad 2. Scholae rigore haec habet. = In paſſionibus ſenſitivi appe- „ titus eſt conſiderare aliquid quaſi ma- „ teriale, ſcilicet corporalem tranſmu- „ tationem: & aliquid quaſi formale, „ quod eſt ex parte appetitus. Sicut in „ ira, ut dicitur (1) in primo de Ani- „ ma, materiale eſt accenſio ſanguinis „ circa cor, vel aliquid huiuſmodi: „ formale vero appetitus vindictae; ſed „ rurſus ex parte eius, quod eſt forma- „ le, in quibuſdam horum deſignatur „ aliqua imperfectio: ſicut in deſiderio, „ quod eſt boni non habiti, & in tri- „ ſtitia, quod eſt mali habiti; & eadem „ ratio eſt de ira, quae triſtitiam ſup- „ ponit. Quaedam vero nullam imper- „ fectionem deſignant, ut amor, & gau- „ dium. Cum igitur nihil horum Deo „ conveniat ſecundum illud, quod eſt „ materiale in eis, ut dictum eſt (2); „ illa quae imperfectionem important e- „ tiam formaliter Deo convenire non „ poſſunt, niſi metaphorice propter ſi- „ militudinem effectus, ut ſupra (3) di- „ ctum eſt. Quae autem imperfectionem „ non important, de Deo proprie di- „ cuntur, ut amor, & gaudium, tamen „ ſine paſſione, ut dictum eſt (4). „

De gaudio igitur, quod ſublata paſſione, hoc eſt, motu, vel concitatione, Deo proprie convenit, quaerit Auguſtinus. Etſi vero omnino metaphorice Deo gaudium conveniret, adhuc S. Doctoris difficultas ſubſiſteret; nec enim quaerit, quomodo gaudium de Deo dicatur, ſed cur quod appellamus gaudium potius in poenitente &c. Seu, & in idem redit: quid ſit in poenitente, in peccatoris converſione, cui maiora triumphi debeantur.

Ceterum haud ad inſipientiam tibi *Pherepone*, quod paucis verbis nihil ſapientibus theologica Auguſtini quaeſtiune conculcata; ad Grammaticales phaleras tuo ingenio, ſtudioque magis conſonas, ſed minus incongruas mox declinaveris. Sed & hic ſcurrile ingenium tuum prodidiſti; Quale enim portentum, ut Benedictinos Patres (quorum egregiam orthographiam in tua editione mirum in modum corrupiſti) maximo expediendo negotio diſtentos de diphthongo ad iudicium trahas? Neque enim ratio illa, *niſi viderem eas harum minutiarum &c.* tibi ſuffragatur; aliud eſt enim magni ſtudii hominem elegantiam quoque ſervare; aliudque ab iure de littera, & quidem ſpeciali commentario expoſtuletur. Ut illud omittam, indecenter admodum Commentatorem uno, vel altero inſulſo verbo circa textum dato, ad amanuenſes maiorem ſermonis partem transferre. Quidquid autem ſit de poenitentiae diphthongo: (de quo tecum ſum) mirum eſt quod poſtquam Patres priorum editionum emendatores appellaſti; inquias ſcribere, eos, non, *iucundus*, ſed, *iocundus*; Cum & in editionibus Vet. Am. Er. (qui tibi dena eſt.) Baſil. Lov. Sum. Wangn. *iucundus* habeatur. Et quidquid ſit de lapidibus, in quibus varia eſt illius vocis orthographia, vix MS. codicem aut Auguſtini, aut cuiuſcunque alterius Scriptoris, me legiſſe memini, in quo non *iocundus* ſcriberetur. Mirum eſt etiam te Auguſtini (licet iniquum) commentatorem eiuſdem Patris ſtudioſum ad Quintilianum, Voſſiumque mittere, ut eos de O, & U, differentes audiat; a quibus etiam nihil certi determinati iuris referet. Sed & faſtum hunc de Grammaticalibus rebus depone: nec enim vel cum maxime eloquentiam affectaſti, BB. Patrum graviorum licet ſcriptorum rerum (In quibus nempe Grammaticae minutiora iura tenere nec quidem neceſſarium, nec facile) elegantiam aequaſti, dicendi vero maieſtatem nec aemulatus es.

Nunc ad Catholicum, & honeſtum Lectorem. Apud noſtros etiam hocce ſaeculo tanta eſt harum minutiarum cura, ut antiquorum orthographiam ſua deque verterint. Et quod mirum eſt; nonnulli adeo in antiquos iniurii ſunt, ut nec tamen inter ſe conveniant; Videlicet nec apud duos Scriptores eiuſdem anni, quanquam elegantiſſimos eamdem orthographiam intueri eſt. Immo plures nec ſibimetipſis conſonare obſer-

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(1) L. 1. de An. tex 15. 63. & 64. 1. 2.
(2) Ad praeced. argum
(3) Q. 3. ar. 7. ad 2. & q. praeced. ar. 21.
(4) In iſto ar. & q. praec. ar. 21.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theud. VIII.

vavimus: una enim orthographia mutata, aliam intactam reliquere, quam tamen etiam emendandam eadem ipſa ratio, quae priorem, poſtulabat. De ſolis accentuum ſignis quanta eſt inconſtantia? Nonnulli eorum catastrophe paginas foedant; Quidam prorſus ſubſtulerunt; Plures pro ablativo, ſeu caſu ultimo utuntur; Plurimi pro ſolis ad verbiis; Et quod portentum eſt: haud pauci eum vix proſunt adſumunt: cum Lectori magnam lucem conciliarent, omittunt. Iam vero plures diverſae formae Characteres, & litteras maiores exhorrent, Alii ex tam multiplicibus capitibus characteres mutandos eſſe, & verba littera maiori incipienda arbitrantur: ut vix in eorum paginis duas vel tres lineas eodem charactere continuatas; vix duo vel tria verba ſolis minoribus litteris picta reperias. Quodque maxime humanam infirmitatem oſtendit, de iis rebus praeceptum praecedenti anno latum, & ſummis exceptum laudibus: nunc iam diſplicet, conculcatur.

Cum in his Confeſſionibus, quibus debemus nos ipſos aptare, metaphyſicum Auguſtinus plerumque agat, exactae elegantiae haud nos ſoliciti ſumus. Cumque apud elegantes Scriptores orthographiae iura adeo varient, uni modo nos, modo alteri adhaeſimus; puta ad libertatis exercitium: neve praecepta adeo levibus innixa momentis ceu ſacramenta exciperemus. Cum autem quidquam in hoc natura, ſeu ratio docet, auctoritate non curata, illam libenter ſequuti ſumus. At ſemper Lecturis commodo, & luci ſtuduimus: ut eſt de accentubus, & punctis acuminatis, quibus de ſententiis ſaepe rebuſque graviſſimis emergentes caeſpitationes & difficultates praepediuntur, ſemoventur. Denique utut ſcripſerimus, de huiuſmodi quisquiliis parum anxii ſumus; Duo hic curavimus: Auguſtini ſententias exponere: & eas a cenſuris eximere. De leviſſimis autem illis adeo nolumus quemquam expoſtulare: ut aliorum ſententias placuerit propria ipſorum orthographia ſervata recitare; Quod & in ipſis Auguſtini ſcriptis (exceptis his Confeſſionibus, quas propoſito diſcuriendas adſumſimus) obſervare curavimus, elegantiſſimis Benedictinis, qui ea tanta diligentia ediderunt obſequuti; Quanquam non adeo conſtanter, natura contra animi propoſitum in ſua aliquotiens erumpente.

Et haec occaſione data de ſermonis noſtri forma: & quorumdam iuniorum otio, qui nimis, etiam quum de gravioribus agendum eſſet, de minutarum rerum cura diſtenduntur. Quouſque vero? Uſque ad portentum; Videbis enim etiam libros, de graviſſimis quanquam rebus, quia tamen planiori ſtilo exaratus parvi: alios vero ſolis nugis foetus, eleganter tamen digeſtos maximi penſus! Quaſi coenum terſo vaſe contentum margaritae rudi ſaxo inſidenti: aſellum argenteis laminis cinctum pannoſo Philoſopho praeferre aequum eſſet. Annon vero prorſus mimi ſunt, & feſtivam ſcenam agunt, qui in operibus, & quidem graviſſimarum rerum chartas, & typos maxime attendunt? Audi Guilielmum Cave haereticum Anglum Scriptor. Eccleſ. Hiſtor. Litter. n. 396. ubi poſtquam de Auguſtino, & eius ſcriptis egiſſet, ad novam praeſtantiſſimam BB. Patrum editionem accedens, ita loquitur = Hanc editionem omnes, quae „ hactenus prodierunt, chartae puritate, „ ſummoque typorum nitore, at„ que elegantia longiſſime ſuperare, ut „ pulchritudine, & venuſtate ſua le„ gentium oculos pariter atque animos „ alliciat ſimul, & oblectat] Cui ſubcinens Ioannes Albertus Fabricius item haereticus tom. 2. Bibliothecae Latinae lib. 4. c. 3. poſt exhibitas commendataſque innumeras Auguſtin. operum editiones, haec habet: *Has editiones universis & chartae, typorumque nitore &c.* Quanquam uterque addat inde laudes ex accurata critica &c. Adhuc tamen quis riſum continere poterit? Ut & ex charta, atramento &c. homines graviſſimi, atque doctiſſimi excipiantur laudibus, & ceteris praeſerantur: cum & bubonis editio poſſit nitidioribus chartis, & typis excudi?

At ſat de diphthongis, verbis ſpecioſis, virgulis, punctis, charta, atramento; coloribus, non ſubſtantiis, foliis, non fructibus; corticibus, non medullis; gerris & nugis, quibus noſtri ſaeculi homines plures antiquis, potius graviora penſantibus ſe praeferendos arbitrantur.

(*b*) *Quam exſultantibus Angelis, paſtoris humeris &c* = Ita legunt BB. qui haec nobis enuntiant = In pluri„ bus editis, *quam exſultantis paſtoris* „ *&c.* In MSS. *quam exſultantibus pa*„ *ſtoris &c.* praeter Valinenſem, qui „ habet, *quam exſultantibus Angelis* „ *paſtoris; &c.* & melius.] Ex MSS. Med. duo, ut etiam totidem S. Mar. optimus S. Cr. Feſ. *quam exſultantibus*

pa-

paſtaris &c. Alii duo Med. Ricar. Car. ut etiam Vet. Am. Baſil. Som. & Wangn. *quam exſultantis &c.* Nulla lectio, ut cap. 15. Lucae, & Auguſtini propoſitum diligenter adtendenti conſtabit, contemnenda eſt.

His omnibus autem, ut vides, peccatoris, immo idololatrae Victorini inſignis ſolemnis reſipiſcentia, quae Fidelium gaudia, triumphoſque provocavit, occaſionem dedit. Antequam vero Simpliciani, qui haec narravit, memoria a nobis abeat, expedit Lectorem commonere, rudi caeſpitatione eos decipi, qui ſanctum Antiſtitem Romanum non Mediolanenſem arbitrantur, quod in vetuſtis Memoriis presbyter, vel ſacerdos Eccleſiae Romanae dicatur; quum & Polonus, & Scytha, Romae ordinatus, Romanae Eccleſiae ſacerdos dici poſſit, & nonnunquam etiam debeat; ut & Bollandi Continuator obſervavit. Immo nec Romae, ſed Romano ritu ubi vis gentium ordinatum Romanae Eccleſiae ſacerdotem haud immerito appellares.

(c) *Ne vilem habeat maritus datam &c.* = Haec ex rationibus una, quam utpote ſuo propoſito congruam exhibet Honoratus Tournely t. 11. de Sacram. Matrimonii, q. 6. ar. 1. in fine tres ponit, quartam hanc ex S. Doctore addens „ Tum ut futuri coniuges ad rei gravitatem ſerio attendant: Tum ut praeparent ſe ad gratiam Sacramenti. Tum ut conce„datur tempus adimplendi conditiones „in contractu enuntiatas. Sanctus Au„guſtinus aliam adducit &c.

Haec duo exempla poſteriora, falſiuſcula comedentium, & dilati coniugii adducit Auguſtinus, ut oſtendat, vere contingere quod tot exemplis docuerat; cum meditate id homines velint, & curent.

Hoc in turpi, & exſecranda laetitia = Puta in ebrioſis, & vetitum thorum ambientibus = *Hoc in ea, quae conceſſa, & licita eſt* = Sicut eſſent honeſta ſponſalia, & Matrimonii voluptates. = *Hoc in ipſa ſinceriſſima &c.* = Ut contingit poſt multi temporis, & longi itineris deſideria parentes, fratres, amicos videntibus = *Hoc in eo, qui mortuus erat &c.* = Hoc in rebus quoque ſuperioris ordinis, atque divinis.

(d) *An is eſt modus earum.* =

Henricus Wagnereck ad hunc locum bene loquitur: cuius proinde integrum ſermonem damus = Cauſam alternan„tis laetitiae poſt pericula, & triſtitiae „in periculis S. D. bene refert in naturae „creatae mutabilitatem. Cui illud addi „poteſt, amorem, qui ſecuritate re„mittitur, periculis acui, & intendi. „Quare cum periclitari advertimus id „quod amamus, depulſo periculo, „magis hilareſcimus, maiuſque gau„dium ſentimus: quia vehemens me„tus torpeſcentem veluti amorem ex„citavit. „

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Verum eſt tamen, hoc num. tertio Auguſtinum (ut ſaepe) a propoſito digredi; ſeu, quaſi in ictu oculi primam quaeſtionem omittere: & aliam ſublimium rerum meditationi aptiorem ſubſtituere: de creatarum rerum nempe vertigine, & ſcenis, quibus Dei conſtantia obiecta magis reſplendet.

De bono rerum ordine, ex quo hic Deum commendat, diximus ſaepe ex ipſomet libro praeced. Sed vide etiam, ſi placet, S. Ambroſium lib. 6. Hexameron, ſeu, de opere ſex dierum, c. 5. & 6. In exemplis autem illis, quibus potior capitis pars digeſta eſt, videtur fere id contingere, quod Philoſophi *antiperiſtaſim* dicunt: quae definiri poteſt: *Circumabſiſtentia duorum contrariorum, cuius ratione circumſepti natura magis perficitur, intenditur, & roboratur* (1). Spes enim timore; amor periculo, gaudium triſtitia agitati intenduntur, roborantur. Nonnunquam gaudium magnum eſt, quia ex duobus, ex damno ceſſante, & ex bono emergente eſt. Item rei bonae pretium exacte penditur, quum oppoſitae iniquitas guſtata eſt; ideo ſubdolis ab amicis proditi, infirmitate vexati, miſeria afflicti: bonos amicos, ſalutem, divitias magis amamus.

Quod in fine S. Doctor habet, *Nuſquam recedis &c.* & in Philoſophiae, & in Theologiae ſchola verum eſt; Deus enim ut auctor naturae eſt in nobis eſſentia, praeſentia, potentia: *Si adſcendero in caelum, tu illic es: ſi deſcendero &c.* Pſal. 138. *Caelum, & terram ego impleo.* Ierem. 23. *Non longe eſt ab unoquoque noſtrum, in ipſo enim vivimus &c.* Actor. 17. 27. Eſt etiam per gratiam: & peccatores enim invitat, illuminat &c. Nos autem nunquam phyſice, ſed per peccatum ab eo recedimus.

CA-

(1) Ex Ariſtot. 1. Meteor. tract. 3. c. 1. & 2. & S. Thom. lect. 24. & 25.

A. Ch. 386.
Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

CAPUT IV.

ARGUMENTUM.

Non tantum ampla hucuſque expenſa ratione Victorini reſipiſcentiam tot triumphis exceptam: nec enim deſunt qui ex errorum abyſſo longe profundiore ac ille educantur; Sed quod eiusmodi homines plurimis noti plurimorum gaudia provocent: haec autem invicem concitentur, & foveantur; quodque exemplo longe, lateque proſint. Ceterum ſaecularem ipſum ſplendorem, Apoſtolo teſte, nihil prorſus a Civitate Dei penſari. In cuius rei confirmationem eiusdem Apoſtoli exemplum adducit, qui expenſis rationibus de victo Paulo Sergio proconſule adeo geſtivit, ut non dubitaverit antiquo proprioque reiecto nomine: quod illius erat in ſuum adſumere. Iure igitur meritoque adeo celebrata eſt Victorini converſio, qui longis ictibus plurimos olim confodiens, poterat inde totidem etiam ſanare.

AGe Domine, fac; excita & revoca nos; accende, & rape; flagra, dulceſce; amemus, curramus. Nonne multi ex profundiore tartaro caecitatis, quam Victorinus redeunt ad te: & accedunt, & illuminantur recipientes lumen, quod ſi qui recipiunt, accipiunt a te poteſtatem ut filii tui fiant. Sed ſi minus noti ſunt populis, minus de illis gaudent etiam qui noverunt eos. Quando enim cum multis gaudetur, & in ſingulis uberius eſt gaudium, quia ferveſaciunt ſe, & inflammantur ex alterutro. Deinde quod multis noti, multis ſunt auctoritati ad ſalutem, & praeeunt ſequuturis. Ideoque multum de illis, & qui eas praeceſſerunt laetantur, quia non de ſolis laetantur. Abſit enim ut in tabernaculo tuo prae pauperibus accipiantur perſonae divitum, aut prae ignobilibus nobiles: quando potius infirma mundi elegiſti, ut confunderes fortia; & ignobilia huius mundi elegiſti, & contemtibilia, & ea quae non ſunt, tanquam ſint, ut ea, quae ſunt evacuares (1). Et tamen idem ipſe minimus Apoſtolorum tuorum, per cuius linguam tu iſta verba ſonuiſti, cum Paulus proconſul per eius militiam (a) debellata ſuperbia, ſub leve iugum Chriſti tui miſſus eſſet, regis magni provincialis effectus, ipſe quoque ex priore Saulo, Paulus vocari amavit, ob tam magnae inſigne victoriae. Plus enim hoſtis vincitur in eo, quem plus tenet, & de quo plures tenet. Plus autem ſuperbos tenet nomine nobilitatis, & de his plures nomine auctoritatis. Quanto igitur gratius cogitabatur (b) Victorini pectus, quod tanquam inexpugnabile receptaculum diabolus obtinuerat, & Victorini lingua, quo telo grandi & acuto multos peremerat: tanto abundantius exſultare oportuit filios tuos, quia Rex noſter adligavit fortem: & videbant vaſa eius erepta mundari (2), & aptari in honorem tuum, & fieri utilia Domino ad omne opus bonum.

(a) *Cum Paulus proconſul per eius militiam* = . Et hic Auguſtinum mordet *Phereponus*, utque lectores mordeant anxie cupit, atque ſolicitat. = „ Inquirant alii an deceret narrare Deo „ hiſtoriolas, & quidem de quarum ve- „ ritate

(1) 1. Cor. 1. v. 27. & 28.

(2) Matth. 12. 29.

Digitized by Google

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ ritate minime conſtabat; qualis haec
„ erat de ratione cur *Paulus* dictus fue-
„ rit, qui patria lingua *Saulus* erat ap-
„ pellatus; quam multi doctiſſimi viri
„ falſam eſſe putant. Meram eſſe conie-
„ cturam, *quam nulla Scriptura memo-*
„ *rat*, ingenue fatetur *Hieronymus* ad
„ Epiſtolam ad Philemonem.

Quaſi ſtuduiſſes inſcitiam tuam prodere, & Henrici Wangnereck tempora laureolis cingere! Raro ille adnotat, tu rariſſime; & tamen vix eruditionis quidquam excitas, & iam tanto ante ille longe eruditius doctiuſque idem proloquutus fuerat, atque dilucidaverat. En pii, & docti Patris verba = Va-
„ rias ſententias, cur Apoſtolus aſſum-
„ pſerit nomen Pauli, cum ante voca-
„ retur Saulus, vide apud Baron. (1)
„ S. Auguſtinus hic cenſet id nominis ab
„ Apoſtolo adſcitum tanquam inſigne
„ victoriae, poſtquam Proconſulem (2)
„ Sergium Paulum Chriſto adiunxerat.
„ Certe cum ab illo tempore primum
„ inveniatur Paulus appellatus, nec
„ poſthac aliquando nomine alio quam
„ Pauli ſit dictus, admodum veriſimile
„ eſt, tunc illi Pauli nomen fuiſſe in-
„ ditum, in memoriam tam inſignis con-
„ verſionis Pauli proconſulis, & in hu-
„ militatis documentum: nam Paulus
„ idem eſt, quod parvus; & memoria
„ tam nobilis victoriae tum Apoſtolum
„ ipſum, tum alios fideles ad Dei lau-
„ des excitare potuit. „

Qui antiquis inſultant, quod levia & modica illis addiderint, improbi ſunt (facile eſt enim inventis addere). Qui inſultant, cum tamen diverſis verbis eorum doctrinam exſcripſerint, peſſimi ſunt. Es autem tu *Pherepone* prorſus intolerabilis, nec ulla cenſura ſatis pingeris, qui dum tanto ſuperbiae vento diſtentus, Auguſtinum Doctorum maximum parvipendes, immo deridens, totiuſque orbis magiſterium affectans, longe tandem minor exhibes, quam tot ab annis in humilibus, notiſſimiſque Wagnereck pagellis a pueris etiam conſpiciatur.

Miramur autem te adeo Hieronymi nomen reſonare, ut eius auctoritate hic Auguſtinum impetas, qua etiam c. 2. B. Victorini ingenium exſibilaveras: cum eumdem Patrem magno licet obſequio nominandum, infami illo libello, *De Quaeſtionibus Hieronymianis*, ab hominum memoria igne delendo, tot calumniis, & probris laceſſiveris, tot cachinnis deriſeris; ut iure deducamus, eodem ſanctiſſimo, doctiſſimoque Patre vix in tua ſchola iniquiorem eſſe, vel hebetiorem.

Quoniam vero tot calumniis, & mendaciis, quibus nimis foetum centies, & millies te prodidiſti, nulls iam apud nos fide dignus es: accedant huc ipſa verba Hieronymi, ſcilicet Commentar. in Epiſt. ad Philem. (3) paulo poſt initium. = Ne-
„ que vero putandum eſt, ut a Sim-
„ plicioribus Latinis legitur, *Saulum* an-
„ te dictum eſſe, & non *Saul*: quia &
„ de tribu Beniamin erat, in qua hoc
„ nomen familiarius habebatur. Siqui-
„ dem & ille Saul rex Iudeae, perſe-
„ cutor David, de tribu Beniamin fuit.
„ Quod autem Saulus a nobis dicitur,
„ mirum eſt Hebraea nomina ad ſimili-
„ tudinem Graecorum, & Romanorum
„ caſuum declinari: ut ſicut pro Ioſeph,
„ Ioſephus; pro Iacob, Iacobus: ita pro
„ Saul quoque, Saulus, in noſtra lin-
„ gua, a ſermone dicatur. Quaeritur
„ igitur cur, aut quo iubente vel an-
„ tiquum nomen amiſerit, vel novum
„ ſumſerit. Ut ex Abram, Abraham
„ diceretur (4), Dei iuſſione perfectum
„ eſt; ut ex Sarai &c. Quare autem e
„ Saulo Paulus dictus ſit nulla Scriptura
„ memorat. Audacter itaque faciam,
„ ſed forte vere, de Actibus Apoſto-
„ lorum (5) ſuſpiciones meas affirmans.
„ Legimus in eis &c. Diligenter attende
„ quod hic primum nomen Pauli ac-
„ ceperit. Ut enim Scipio ſubiecta A-
„ frica, Africani ſibi nomen aſſumſit,
„ & Metellus Creta Inſula ſubiugata,
„ inſigne Cretici ſuae familiae reporta-
„ vit; & Imperatores nunc uſque Ro-
„ mani ex ſubiectis Gentibus Adiabenici,
„ Parthici, Sarmatici nuncupantur; ita
„ Saulus ad praedicationem Gentium
„ miſſus, a primo Eccleſiae ſpolio pro-
„ conſule Sergio Paulo, victoriae ſuae
„ trophaea retulit, erexitque vexillum,
„ ut Paulus diceretur e Saulo. „

Nunc ubi fides tua *Pherepone*? Ducem, ac Protoparentem huius ſententiae Auguſtino opponis? At inquiet ſimplicioris iudicii quiſpiam: Non dixit *Pherepónus* Hieronymum eam ſententiam improbare: ſed fateri *miram eſſe coniecturam, quam nulla Scriptura memorat*. Ita quidem: Sed & loquandi modus in vaſtis Scriptoribus penſandus eſt. Cum di-

(1) Tom. 1. A. n. 36.
(2) Act. 13.
(3) l. par. l. 4. edition. Martian.
(4) Geneſ. 17.
(5) Actor. 13.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

dixiſſet multos doctiſſimos eam ſenten-
tiam falſam putare : ſubiungens verba
Hieronymi (diviſa ab aliis nonnihil ae-
quivoca) videbatur inſinuare , aut cer-
te credi poterat eadem a S. Doctore
in opinionis contemtum prolata ; Cum
tamen dicat : *Audacter faciam , ſed forte
vere* , quae circa eamdem opinionem ve-
hementem adſenſum deſignant . Nec de
quibuslibet , ſed de divinis Scripturis
Hieronymus loquitur ; non autem ad
ſcopum hunc opus erat Hieronymi au-
ctoritatem advocare; quis enim eam ſen-
tentiam in Sacris paginis manifeſte ha-
beri , ſeu Fidei dogma eſſe contendit?

Quam vero mitius loquutus eſt Au-
guſtinus , qui novum id nomen in hu-
militatem retulit, quod in gloriam (etſi
honeſtiſſimam) Hieronymus revocave-
rat? Quo idem Auguſtinus magis in tu-
to eſt , doctiſſimorumque hominum ea
ratione ſententiam improbantium ictus
eludit . Vide Baronium t. 1. ad an. 36.
n. 10., 11. , & 12. Quod ut melius in-
telligas , teneaſque (hic enim haud
manifeſtiſſime loquitur) Accipe verba
alibi prolata : Tract. 8. in c. 4. Epiſt.
Ioan. n. 2. = Occidit Saulum , & vi
„ vificavit Paulum &c. poſtea de Saulo
„ factus eſt Paulus . Quid eſt Paulus?
„ Modicus . Ergo quando Saulus , ſu-
„ perbus , elatus : quando Paulus , hu-
„ milis, modicus .] Et lib. de Spiritu ,
„ & Litt. c. 7. n. 12. = Ideo Paulus
„ Apoſtolus, qui cum Saulus prius vo-
„ caretur , non ob aliud, quantum mi-
„ hi videtur, hoc nomen elegit, niſi ut
„ ſe oſtenderet parvum , tanquam (1)
„ minimum Apoſtolorum , multum con-
„ tra ſuperbos , & arrogantes , & de
„ ſuis operibus praeſumentes .] Vide
etiam ſi plura deſideras , Serm. 101.
de Verb. Lucae 10. (Olim , 42. de
Sanctis) n. 1. Serm. 168 (Olim , 17.
ex 50. Homil.) c. 7. n. 7. & Serm.
279. (Olim , 24. ex Sirmond.) n. 5.
Auguſtinus igitur minus voluit , quam
Hieronymus, cuius tamen auctoritas Au-
guſtino obiiciebatur.

Quid quod S. D. in dubiis nun-
quam ſecurus, in ea ſententia nutavit .
& ſuſpicatus, vix factum Apoſtolum id
ſibi nomen adſciviſſe? Accipe eius ver-
ba Serm. 315. in ſolemnit. Stephani
Martyr . (Alias, 93. de Divers.) c. 5.
n. 7. = Iſte Saulus, & poſtea Paulus:
„ perſecutor Saulus, praedicator Pau-
„ lus. Saulus enim nomen eſt a Saule.
„ Saul perſecutor erat regis David .
„ Talis fuerat Saul in David , qualis
„ Saulus in Stephanum . Poſtea vero
„ cum vocatus eſſet de caelo, vocatus,
„ proſtratus, mutatus, ubi coepit Apo-
„ ſtolus praedicare verbum Dei, mutavit
„ ſibi nomen , & dixit ſe Paulum .
„ Et hoc quare elegit? Quia Paulus
„ modicus eſt , Paulus parvus eſt .] Eundo
ergo creſcit oratio : Hieronymus, quo
Auguſtinus a *Pherepono* impetebatur ,
mordicus ei ſententiae adhaeſit, in qua
etiam caſtigata ipſe Auguſtinus nutavit.

Sed ut in re hac Doctorum ſen-
ſus plenius habeatur, audiendus eſt eru-
ditus Benedictinus Auguſtinus Calmet ,
qui tom. 2. Dictionarii Hiſtorici, Cri-
tici &c. haec habet = Sunt qui ab eo
„ tempore (*converſionis Proconſulis*) ex
„ deducto ad fidem Sergio Paulo no-
„ men Pauli Apoſtolo inditum (exinde
„ enim Paulus in Actis appellatur) (2)
„ credant . Damaſci ſub ipſam ad fi-
„ dem converſionem primum eo nomine
„ appellatum S. Aſterius (3) autumavit.
„ In manuum impoſitionem Antiochiae
„ recepta S. Chryſoſtomus (4). Alii ta-
„ men (5) malunt Pauli nomen , quod
„ latinum eſt , nonniſi poſt inſtitutos
„ Ethnicos , Romanos potiſſimum Apo-
„ ſtolo collatum volunt . Non deſunt
„ tandem (6) qui binominem illum pu-
„ tent , ac pro recepto Iudaeorum mo-
„ re. alterum ex Graeco , ex Latino
„ alterum nomen derivaſſe. Haec ta-
„ men ſi vera ſint, quidnam in cauſſa
„ eſſe potuiſſet , cur nunquam poſt
„ Sergii Pauli converſionem Sauli no-
„ mine in Actis appellaretur ?] Male
tamen laudat Serm. 315. Aug. pro ea
ſententia , ut ex dictis patet : neque e-
nim Apoſtolus poſt inſtitutos Ethnicos
coepit praedicare. Baronius item variis
propoſitis antiquorum ſententiis, ſimili
iudicio ſermonem complet loco ſupra
laudato, n. 12. = His viſis , cuique li-
„ berum linquimus, ut quam magis
„ veritati conſentientem putarit, ſequa-
„ tur. Certe quidem cum a tempore
„ congreſſus cum Sergio Paulo Procon-
„ ſule Saulus primum Paulus appellatus
„ inveniatur, nec poſthac aliquando no-
„ mine

(1) In MSS. plerîſque *minimus* .
(2) Hieronym. in Ep. ad Phil. Aug. Conf. l. 8. c. 4. Beda Retract. in Acta, & recentior. plur.
(3) Homil. 8.
(4) Homil. 28. in Acta. Ita Theophil. Theodoret Oecumen. in Rom.
(5) Aug. Serm. 315. Grot. Fromond.
(6) Orig. ſeu potius Rufin. ad Rom. Druſ. Bez. Converſio Sergii contigit Paphi an. Chr. 45.

„ mine alio, quam Pauli ſit dictus: fateri qudammodo cogimur, tunc illi Pauli nomen fuiſſe inditum, non ea quidem ratione, quam ex Hieronymo recitavimus &c. „

Vides tum ratione, tum auctoritate eam ſententiam probabiliorem eſſe, quae poſt victum Proconſulem novum Apoſtolo nomen datum adſerit. Et id quacunque ratione ducatur, ſat eſt ad Auguſtini ſcopum qui nihil aliud in hoc Confeſſ. loco vult, quam oſtendere, ſeu confirmare hominum inſignium converſiones magnam laetitiam, & etiam triumphos in Eccleſia gignere.

Nunc preſſius ad rem *Pherepon*i. I. Aſceticus ſermo omnimodam hiſtoriae certitudinem minime poſtulat. II. Etiam in Divinis litteris res pro materia leves conſpiciuntur: (non eſt cur in tanta copia exempla adducamus) quae tamen pro ſacramento, vel myſterio a S. Spiritu adſumtae, magnae, & graviſſimae evadunt. A fortiori ergo in Aſceta minime improbari poſſunt; ſcimus enim auctoritate, ratione, experientia, apud Deum rerum medullas inſpicientem res modicas differentis vel orantis pietate amore exornari; augeri, fieri magnas. III. Deum adloquens Auguſtinus, ut alibi obſervavimus, pii Lectoris bonum intuetur: *Cui narro haec? Neque enim tibi Deus meus, ſed apud te narro haec generi meo &c.* Recole dicta lib. 6. c. 3. E. IV. Tandem Ethnicus homo tibi *Pherepone* exprobret ..... *Deos eſſe tui ſimiles putas*? Plautus comoed. 1. *Amphitruo*, act. 5. v. 130. Putas Deum tui ſimilem, ut tumorem, & vanitatem in amicis quaerat? Putas Sanctus, quos (non quia in eis Divinitatem credamus, ut haeretici calumniantur, ſed quia puta Deo maxime iuncti ſunt) nonnunquam divos appellamus, ipſi ſermoni admodum inſiſtere: & non potius ſanctae caritati, piiſque motibus, qui ex propoſita re, gravi aut levi, gigni, ac foveri poſſunt? divorum laetitiae, atque voluptates a tuis nimis ſemotae ſunt, quas proinde nunquam intelliges. Qui Auguſtini paginas voluiſti evolvere, haec in anteceſſum debebas adtendere. Tract. 56. in Ioan. poſt initium. = *Da amantem, & ſentit quod dico &c. Da talem, & ſcit quid dicam. Si autem frigido loquor, neſcit quid loquor.* In Pſal. 30. Serm. 3. Enarr. 4. n. 6. = Adtendit „ iſte, qui ſic gemit, vidit bona Dei intus in ſpiritu, vidit haec bona, quae in occulto videntur, ſed ab impiis non videntur, Vidit eos propterea loqui adverſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia, & contemtu, quia bona huius ſaeculi videre norunt: bona autem &c. Hic homo impius ſi dicat, Ubi eſt iſta multitudo dulcedinis? Reſpondebo, quomodo tibi oſtendam multitudinem huius dulcedinis, qui palatum de febre iniquitatis perdidiſti? Mel ſi non noſſes, quam bene ſaperet non clamares, niſi guſtaſſes. Palatum cordis non habes ad haec bona guſtanda: quid tibi faciam? Quomodo oſtendam? Non eſt cui dicere (1), guſtate, & videte quam ſuavis &c.] In Pſal. 137. n. 3. = Gaudium meum de inferioribus curam hominibus eſt: gaudium meum de ſuperioribus coram Angelis eſt. Non enim novit impius gaudium iuſti; Non (2) eſt gaudere impiis dicit Dominus. Gaudet iniquus in popina (3) &c. „

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(*b*) *Quanto igitur gratias cogitabatur &c.* = Sumus cum BB. in lectione, eorum tamen iudicium circa aliam minus adridet; Inquiunt videlicet = MSS. „ octo habent, *cogebatur*, non inepte ad ſignificandam vim diabolo illatam. Sequimur vulgatiorem lectionem, in MSS. etiam bene multis repertam, & vero poteſt habere eumdem ſenſum.] Quin immo plana eſt recepta lectio, ac naturalis. Eſt enim ſenſus; Quanto gratius, quanto maiori voluptate cogitabatur, penſabatur, Victorini pectus: hoc eſt talis pectoris mutatio, talis inquam divina ſcena, tanto &c. Unde *cogitabatur* habent Vet. 2. MSS. S. Mar. Car. optimus S. Cr. Feſ. Licet Ricar. praeferat, *cogebatur*.

Hic Ioannes *Pherepon*us auctoritatem ſuam, qua totum Litterarium orbem moderatur, exſerit & ex Senatus-conſulto ita decernit, ac iubet = „ Nolim vocem *gratius* notare accentu, quaſi ſit adverbium, ut fecit Editor Pariſinus, eſt enim nomen adiectivum, hac ſententia: Quanto Victorini ingenium gratius, atque acceptius futurum Eccleſiae cogitabatur: tanto abundantius exſultare oportuit filios tuus. „

Te *Pherepone* in re Auguſtiniana puerum ut pueros increpare non decet; Unde ſcias, verba *volo*, *malo*, & *nolo* nunquam fieri in hac domo.

(1) Subandi *poſſim*.
(2) Iſa. 48. 22. & 57. 21.
(3) Am. Ec. & plures MSS. *in pompa*.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

In operibus Auguſtini ſcilicet quidquam immutare, maxime poſt egregiam BB. Patrum correctionem, uulli, minus tibi, licet: niſi aut magna eodeum auctoritas, aut robuſta ratio ſuffragetur, Pro ſe codices, atque rationes. Interim audi. Equidem Auguſtinus de voluptate, de pio gaudio agit, quibus Catholiei Victorini peccatoris maxime celebris reſipiſeentiam cogitabant, meditabantur. II. Duos gaudiorum eardines ponit: eius quod eſt de inſignis obdurati peccatoris converſione; & alterius, quod bona ab emendato Eecleſiae conferendi intuetur: adeo ut ex primo deducatur ſeeundum; iam vero admiſſa *Pherepont* opinione, poſterius gaudium a priori praevenitur, praeoccupatur, & in unum itur idemve gaudium III. Hucuſque longo ſ[illegible]hone de gaudio ex peccatoris, maxime plurimi noti & celebris eonverſione a Fidelibus referri ſolito S. Doctor diſputaverat: nunc ad eoncluſionem adcedens, compendio doctrinam repetit, atque deducit, Quanta laetitia Victorini reſipiſcentia cogitabatur, tanta &c. IV. Illud tandem *Pherepono* Grammaticam artem adeo iactanti haud leve videri debet, quod haec duo Auguſtinus invicem aut committat, aut conferat: *Quanto gratius: Tanto abundantius:* Atqui *abundantius* non adiectivum nomen eſt, ſed adverbium: igitur & *gratius*.

Sequentas conceptus omnes ex Sacris Scripturis deprompti ſunt = *Rex noſter adligavit fortem* = Matth. 12. 29. & Mar. 3. 27. *Quomodo enim poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius adligaverit fortem &c.* Iſaiae 53. 12. *Fortium dividet ſpolia* = *Aptari in honorem ſuum* = Hebr. 13. 21. *Aptet vos in omni bono*. Rom. 9. 21. & 22. *Aliud quidem vas in honorem &c. vaſa irae apta in interitum* = *Ad omne opus bonum* = 1. Cor. 15. 58. *Abundantes in opere Domini ſemper* 2. Cor. 9. 8. *Ut abundetis in omne opus bonum.*

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

His de Victorino a Simpliciano libenter acceptis, in imitationem exarſit. Additum vero illud, eumdem Victorinum ſcholis valedixiſſe, ne Iuliani Imper. legibus, Chriſtianis Litteraturae, & Oratoriae magiſterium inhibentibus reluctaretur, non velut inſignem fortitudinem admiratus eſt, ſed potius quaſi bonam ſortem ambitioſe ſuſpexit; nihil enim aliud id fuit, quam opportunam nanciſci occaſionem Deo commode, propoſitoque vacandi. Licet tamen integram novam Victorini ſcenam plauſu, & aemulatione Auguſtinus intueretur: adhuc foedo genio, conſuetudine obdurato quaſi nolens ſuſpenſus haerebat. & a ſequela retardabatur; deteſtabili vera iam culpa: certae enim reperiundae veritatis difficultas, tantopere olim cauſſata prorſus evanuerat. Eleganter inde, & acute ſe duos inter diſſitos cardines pendentem pingit: quomodo ſcilicet a duabus voluntatibus, abiecta ac ſuperiori, invicem certantibus, viliori potius vincente huc & illuc raperetur.

I. SEd ubi mihi homo tuus Simplicianus de Victorino iſta narravit, exarſi ad imitandum: Ad hoc enim & ille narraverat. Poſtquam Vero & illud addidit, quod Imperatoris Iuliani temporibus, lege data prohibiti ſunt Chriſtiani docere (*a*) litteraturam, & Oratoriam: quam legem ille amplexus, loquacem ſcholam deſerere maluit, quam verbum tuum, quo linguas infantium facis diſertas (1), non mihi fortior, quam felicior viſus eſt, quia invenit occaſionem vacandi

(1) Sap. 10. 21.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

di tibi. Cui rei ego ſuſpirabam ligatus, non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. Quippe ex voluntate perverſa, facta eſt libido: Et dum ſervitur libidini, facta eſt conſuetudo: Et dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas (*b*). Quibus quaſi anſulis, ſibimet innexis (unde catenam appellavi) tenebat me obſtrictum dura ſervitus. Voluntas autem nova (*c*), quae mihi eſſe coeperat, ut te gratis colerem, fruique te vellem, Deus ſola certa iucunditas, nondum erat idonea ad ſuperandam priorem, vetuſtate roboratam. Ita duae voluntates meae, una vetus, alia nova: illa carnalis, illa ſpiritalis, confligebant inter ſe, atque diſcordando diſſipabant animam meam.

II. Sic intelligebam, meipſo experimento (*d*), id quod legeram: quomodo Caro concupiſceret adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem (1). Ego quidem in utroque, ſed magis ego in eo, quod in me adprobabam: quam in eo, quod in me improbabam. Ibi enim magis iam non ego, quia ex magna parte id patiebar invitus, quam faciebam volens. Sed tamen conſuetudo adverſus me pugnacior (*e*) ex me facta erat: quoniam volens quo nollem perveneram. Et quis iure contradiceret, cum peccantem iuſta poena ſequeretur? Et non erat iam illa excuſatio, qua videri mihi ſolebam; propterea me nondum contemto ſaeculo ſervire tibi, quia incerta mihi eſſet perceptio veritatis: iam enim & ipſa certa erat. Ego autem adhuc terra abligatus, militare tibi recuſabam, & impedimentis omnibus ſic timebam expediri, quemadmodum impediri timendum eſt.

III. Ita ſarcina ſaeculi, velut ſomno adſolet, dulciter premebar, & cogitationes, quibus meditabar in te, ſimiles erant, conatibus expergiſci volentium, qui tamen ſuperati ſoporis altitudine, remerguntur. Et ſicut nemo eſt, qui dormire ſemper velit, omniumque ſano iudicio vigilare praeſtat: differt tamen plerumque homo ſomnum excutere, cum gravis torpor in membris eſt, eumque iam diſplicentem carpit libentius, quamvis ſurgendi tempus advenerit: Ita certum habebam, eſſe melius tuae caritati me dedere quam meae cupiditati cedere. Sed illud placebat, & vincebat (*f*), hoc libebat, & vinciebat; Non enim erat quod tibi reſponderem dicenti mihi: ſurge qui dormis, & exſurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus (2); & undique oſtendenti vera te dicere, non erat omnino, quid reſponderem veritate convictus, niſi tantum verba lenta, & ſomnolenta: Modo ecce modo; Sine paululum. Sed, modo, & modo, non habebant modum: &, Sine paululum, in longum ibat. „ Fruſtra condelectabar legi tuae ſecun„ dum interiorem hominem, cum lex alia in membris meis re„ pugnaret legi mentis meae, & captivum me duceret in legem „ peccati, quae in membris meis erat (3). Lex enim peccati, eſt violentia conſuetudinis, qua trahitur, & tenetur etiam invitus animus, eo merito, quo in eam volens illabitur. Miſerum ergo me, quis „ liberaret de corpore mortis huius, niſi gratia tua, per Ieſum „ Chriſtum Dominum noſtrum? „

 (*a*) *Pro-*

(1) Gal. 5. 17.
(2) Ephes. 5. 14.
(3) Rom. 7. a v. 22.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(a) *Prohibiti ſunt Chriſtiani docere &c.* = Etiam diſcere, ut addit lib. 18. de Civit. Dei, c. 52. n. 2. *Deinde quid reſpondebunt etiam de Iuliano, quem non numerant in decem?* (id eſt, in decem Eccleſiae perſecutor.) *An ipſe non eſt Eccleſiam perſecutus, qui Chriſtianos liberales litteras docere, ac diſcere vetuit.*

Quod fuſe tradit & Nazianzenus Orat. 1. in eumdem apoſtatam, cuius haec pauca accipe. = Unde igitur hoc „ tibi in mentem venit homo omnium „ leviſſime, & maxime inexplebilis, ut „ ſermonis, & doctrinae humanioris ſtu„ dia Chriſtianis auferres? Hoc enim ex „ eorum numero erat, quae non in mi„ nus poſita, ſed etiam decreta, & pro„ mulgata erant &c. Quaero enim ex „ te quid tibi hoc dogmate velis, quae„ que te ratio moveat, ut litterarum, „ & eloquentiae ſtudia nullo exemplo „ nobis interdicas &c. Noſtri ſunt ſer„ mones (*loquitur hic in perſona Iuliani*) „ & noſtrum graecari, quippe qui deos „ quoque colamus; veſtra autem eſt „ inſcitia, & barbaries, nec quidquam „ aliud, quam, *crede*, ſapientiae veſtrae „ eſt.] Theodoretus quoque eiusdem iniquae legis lib. 3. c. 8. meminit hiſce verbis. = Vetuit ne Galilaei (*ſic* „ *per contemtum Chriſti ſectatores Iu*„ *lianus appellabat*) Poeticam, Rhetoricam, aut Philoſophiam diſcerent; „ Nam noſtris ipſorum inquit pennis, „ ut eſt in proverbio percellimur. Si„ quidem noſtrorum ſcriptorum praeſidiis „ muniti, contra nos bellum ſuſcipiunt] Idem teſtantur Ruffinus lib. 1. c. 32. Socrates lib. 3. c. 10. Sozomenus lib. 5. c. 17. & alii.

Verum a docendo tantommodo, non & a diſcendo Iuliani decreto Chriſtianos repulſos certum habuit Baronius: & quidem non perperam, ipſius enim decreti, quod exhibet ad an. 362. n. 295. poſtrema pars iſta eſt = Cupio e„ go & aurem, & linguam veſtram (ſi„ cut vos loqueremini) renaſci in his „ rebus, quarum utinam & ego ſim „ ſemper particeps, & omnes, qui me „ diligunt; Doctoribus quidem, & Prae„ ceptoribus communis haec lex ſtatua„ tur: adoleſcentes enim, qui ire vo„ lent, minime prohibentur; Iniquum ſi„ quidem fuerit pueros adhuc ignaros „ quo ſe vertant ab optima via reii„ cere, ac metu coactos ad Patria in„ ſtituta deducere. Quanquam autem „ verum erat iſtos tamquam impotentes, „ & inſanos etiam invitos, ac repu„ gnantes curare; Attamen liceat om„ nibus per nos iſto morbo detineri, „ docere enim amentes, non punire o„ pus eſt.] Unde ſubſumit vir eruditus n. 296. = *Miramur Ruſinum, & alios dixiſſe, non tam a docendo, quam a diſcendo Iuliani edicto reiectos fuiſſe homines Chriſtianos.* Et n. 298. *Sed & alios reperies eodem errore lapſos: tam tamen ex ipſo recitato nuper Iuliani edicto perſpicue ſit demonſtratum, a docendo tantummodo Gentilium litterarum Chriſtianos doctores fuiſſe reiectos: a diſcendo nequaquam.*

Si ut vult Baronius omnes illi lapſi ſunt: minus certe ac reliqui Auguſtinus: hic enim utrumque bonum, & docendi, & diſcendi, & quidem primum maxime, & potius Chriſtianis negatum tradit. Verum quum in ea opinione, fuerint praeſtantiſſimi viri, ex quibus nonnulli etiam Iuliano ſuppares, & etiam, ut Nazianzenus (1), peculiariter eo edicto inſpecti: quis ſibi perſuadere poterit fuiſſe hallucinatos? & non potius gemina lata decreta, aut primum inde extenſum vel ſcripto, vel voce: quod quidem haud novum decretum eſſet, ſed codicilli inſtar vel commentarii, ad antiquum adiectum? Quae ſuſpicio Iuliani genio maxime conſona eſt: vaferrimus enim Chriſti hoſtis, ut bene ſacrilega ipſi cederet alea, non tumultuarie, ſed gradatim, & ſenſim conatus eſt Eccleſiam omni bono evacuare.

Natus autem Iulianus an. 332. obiit blaſphemans an. 363. Auguſtus dictus triennio, De eo Auguſtinus lib. 5. de Civit. Dei, cap. 21. & Epiſt. 105. ad Donatiſt. (Alias, 166.) n. 9. & alibi.

(b) *Facta eſt neceſſitas.* = *Pherepo*nus haec ad ſententiam iſtam eructat. = „ Optime deſcribit quibus gradibus vitium „ obrepat, atque augeatur. Sed iisdem „ paullatim imminui poteſt. Neceſſarium „ enim hic dicitur difficile victu, nec „ ulla eſt ante peccandi conſuetudinem „ neceſſitas delinquendi. Vide & finem „ paragr. 12. „

Quid hic nos edocent vir oraculis tantommodo fundendis natus, haud videmus. Neceſſarium hic dici difficile victu, & manifeſtum eſt, & iam alii admonuerant, ut mox videbimus. Ante peccandi conſuetudinem nullam neceſſitatem eſſe delinquendi quis inficiabitur?

(1) Vide Sozom. loco ſupra laudato.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

tur? Sed & quid hoc ad Auguſtini ſententiam? Si poſt conſuetudinem nulla eſt *vera* delinquendi neceſſitas, cur addere eamdem nec ante conſuetudinem dari?

Ceterum hanc ex conſuetudine emergentem neceſſitatem haud talem proprie eſſe iam pluribus ab hinc ſaeculis Franciſcus Mayro, qui in editione Amerbachii ita ad locum huncce loquitur. „ Ex hoc dicto accipitur documentum, „ quod vitium quod eſt in longa con„ ſuetudine radicatum, ita gravat, „ quod etiam ad peccatum neceſſitat. Sed „ oritur dubium, quomodo poteſt eſ„ ſe peccatum id ad quod homo neceſ„ ſitatur ad faciendum? Dicitur autem „ quod Auguſtinus non accipit hic ſtri„ cte neceſſitatem pro omnimoda inevi„ tabilitate, ſed difficultate, quae eſt „ ad reſiſtendum &c.] Obſervaverat etiam Wangnereck, qui in paragr. *Uſus*, vel ſermonis moralis, poſt plura, *Nec abſolute invitus eſt*, *ſed ſolum aliquo modo &c.*

Hanc autem ſententiam dedit Auguſtinus & Epiſt. vel lib. de Perfectione iuſtitiae c. 4. n. 9. inquiens: *Reſpondetur per arbitrii libertatem factum, ut eſſet homo cum peccato; ſed iam poenalis vitioſitas ſubſecuta ex libertate fecit neceſſitatem* (1). Verum hic neceſſitatem pro difficultate poſitam ex ipſo S. Doctore deducitur manifeſte: Ubi enim non ſemel hunc eumdem ſermonem habens, conſuetudine preſſum pungit, ut evigilet; animat, ut ſurgat: talia loquitur, quae ſtulte vera neceſſitate captis dicerentur. Vide, ſi placet, Serm. 98. de Verb. Lucae 7. (Alias, 44. de Verb. Dom.) c. 6., & 7. ex quo nos, quorum praeſens inſtitutum maximam brevitatem poſtulat, pauca quaedam exſcribimus. = Sed forte iam illi loquor, qui „ iam duro ſui moris lapide premitur (2), „ qui iam urgetur conſuetudinis ponde„ re, qui iam quatriduanus putet. Nec „ ipſe deſperet &c. Ergo qui vivunt, „ vivant: quicunque autem mortui ſunt, „ in quacunque harum trium morte „ ſe invenerint, agant ut celeriter re„ ſurgant.] Et Serm. 180 de Verb. Iacobi. 5. (Alias, 28. de Verb. Apoſt.) c. 9. n. 10. *Frenata reſtringitur, reſtricta langueſcit, langueſcens emoritur, & malae conſuetudini bona ſuccedit*. Quod obſervat & lib. 6. de Muſica, c. 11. n. 33. Semper enim apud Auguſtinum illud viget: Abſque libero voluntatis motu peccatum verum propriumque haud contingere. Videat qui dubitat vel lib. contra Fortunatum Manich. diſput. 2. diei, n. 20. ſeu poſt init. & lib. 1. ad Boniſac. contra duas Epiſt. Pelag. c. 2. n. 5. Sed & adeo de commentar. ſeq.

(c) *Voluntas autem nova &c.* = Triumphat hoc, & ſeq. capitibus Ianſenius Yprenſis Antiſtes, qui tom 3. lib. 3. de Gratia Chriſti Salvat. pag. 138. col. 1. cap. cui titulus: *Proponuntur duo argumenta pro aſſerenda gratia ſufficiente.* (Quibus nempe contra ipſum Theologi gratiam ſufficientem adſtruunt) *Diſſeritur fuſe de poſſibilitate, & impoſſibilitate praeceptorum Dei. Eſſe quamdam voluntatis infirmitatem, qua non poteſt certas tentationes ſuperare, nec adeſt gratia, qua ſuperentur nec ſpiritus orationis, quo vires impetrentur*; Hoc loco inquam ita diſſerit deceptum illud, quanquam eximium ingenium. „ Hanc intuebatur (*impotentiam praecepta obſervandi Auguſtinus*) & in Con„ feſſionum ſuarum libris, quibus unius „ voluntatis diviſionem, & impotentiam „ mirifice exponit. (3) *Ego cum iam de„ liberabam ſervire Domino meo, ſicut „ diu diſpoſueram: ego eram qui vole„ bam, ego eram qui nolebam, ego ego „ eram. Nec plene volebam, nec plene „ nolebam. Ideo mecum contendebam, & „ diſſipabar a me ipſo. Et ipſa diſſipa„ tio me invito quidem fiebat, nec ta„ men oſtendebat naturam mentis alie„ nae, ſed poenam meae.* Sed cur „ voluntatem ſibi renitentem non illa „ decantata libertate ſuperabat? Nonne „ volebat? Nonne ſatagebat? Nonne „ conabatur, quando dicebat (4): *Qui„ bus ſententiarum verberibus non flagel„ lavi animam meam, ut ſequeretur co„ nantem poſt te ire?* Et tamen tanto „ conatui renitebatur, recuſabat, & non „ ſe excuſabat. Cur ergo non volun„ tas illa prior voluntate mutata, at„ que ſuperata eſt, ſicut Scholaſtici il„ li, & olim Pelagiani fieri poſſe de„ cernunt? Dicat cauſam ille, qui ex„ pertus eſt conatum, luctamque ſa„ tagentis animae; & videbis eum „ hanc ipſam, quam, hic trado, intui„ tum eſſe veritatem (5): *Voluntas autem „ nova quae mihi eſſe coeperat, ut te gra„ tis*

(1) V. l. de Duab. Anim. c. 14.
(2) V. Ariſt. 2. Ethic. c. 1. 2., & 3.
(3) Cap. 10. n. 2.
(4) Cap. 7. n. 3.
(5) Hoc loco.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ *tis coleeem, fruique te vellem, Deus ſola* „ *certa incunditas nondum erat idonea ad* „ *ſuperandam priurem vetuſtate roboratam:* Hoc eſt nordum poterat eam „ quaecumque liberae vuluntatis cunatu „ ſuperare, eo quod videlicet ipſe cu- „ nstus defectu virium languidus eſſet, „ cui caeleſtem delectationem, atque „ ardurem nundum inſpiraſſet Deus, I- „ deoque ſimilis conatibus expergiſci „ vulencium, qui tameu ſuperati ſupo- „ tis altitudine remerguntur . „

Reſpondetur 1. Errur Ianſenii eſt, & quibusdam Iuſtis Dei praecepta aliquando impoſſibilia eſſe &c. De obduratis peccatoribus enim alia particularis eſt qoaeſtiu; (Licet cenſeamus nos, nec obduratis aoxilia ſufficientia, faltem ſecreta & remota, ſeu mediata negari;) At Auguſtinus huc tempore peccator erat conſuetudine oppreſſus; quid igitur? II. Poterat Ianſenius non uuius Auguſtini, ſed umnium Patrum paginas, & omniom Catholicotum voces laudare; omnes quippe ſimiles phraſes aut ſcribunt, aot caotant, cum propriae, vel alienae pravae conſuetudiois vim, & obſtinatiouem meditantur. III. Quaerimus an ille magna vi iu id cunetur, quod ſeriu nou vult? & utrom ſerio velit qui nuu pruptium velle habet, ſed tantom qood dicimus *velleitatem*? Aunun veru eſt *velleitas*, quaſi velle, nuu, plene velle? Haec autem ſunt ipſa laudata Auguſtini verba: *Nec plene volebam*. IV. Pelagiani ſula vuluntate in ſuas vires erecta priurem victum iri coutendebant; Scholaſtici vulontatem malam nova divino auxilio ſuffulta ſepelli ducent. V. Nova Auguſtini vuluntas ptiorem haud prutſus vincebat, quod non adhuc perfecta eſſet; efficaci Dei gratia circa integrom negutium deſtituta, & vix iamiam ab incunabilis emergebat: unde inquit S. Doctor, *quae mihi eſſe coeperat*. VI. Videamus tandem quid Auguſtinus alibi doceat, ubi nempe rem iſtam propoſito examinat. Lib. de Gratia, & Libero Arbitrio, cap. 15. n 31. = Semper eſt „ autem in nobis voluntas libera, ſed non „ ſemper eſt bona .... Per hanc (*gra-* „ *tiam*) etiam fit, ut ipſa bona volun- „ tas, quae iam eſſe coepit, augea- „ tur, & tam magna fiat, ut poſſit „ implere divina mandata, quae volue- „ rit, cum valde, perfecteque vo- „ luerit. Ad hoc enim valet quod „ ſcriptum eſt, *Si volueris, conſervabis* „ *mandata* (1): ut homo, qui voluerit, & „ non potuerit, nondum ſe plene vel- „ le cognoſcat, & oret, ut habeat „ tantam voluntatem, quanta ſufficit ad „ implenda mandata.] Et cap. 16. n. 32. = Certum eſt nos mandata ſervare „ ſi volumus, ſed quia praeparatur vo- „ luntas a Domino, ab illo petendum „ eſt, ut tantum velimus, quantum „ ſufficit ut volendu faciamus.] Et cap. 18. n. 37. = Cur ergu dictom „ eſt, *Diligamus invicem, quia dilectio ex* „ *Deo eſt* (2) · niſi quia praeceptu admo- „ uitum eſt liberum arbitrium, ut quae- „ reret Dei donum? Quod quidem ſi- „ ne ſuu fructu prurſus admoneretur, „ niſi prius acciperet aliquid dilectio- „ nis, ut addi ſibi quereret, unde quod „ iobebatur impleret.] Scripſit autem Auguſtinus librum hunc fere trieunio ante obitum.

Ex quibus etiam deducitur iure, meritoque Vaticani fulmine non ſemel adtritam primam illam propoſitiunem ex quinque, ex Ianſenii ſcriptis excerptis *Aliqua Dei praecepta hominibus iuſtis volentibus, & conantibus ſecundum praeſentes, quas habeot vires, ſunt impoſſibilia, deeſt quoque iis gratia, qua poſſibilia fiant*. Deſinatque Ianſenius iactare. = Haec igitur omnia pleniſſime „ planiſſimeque demunſtrant, nihil eſ- „ ſe in Sancti Auguſtini doctrina cer- „ tius ac ſundatius, quam eſſe prae- „ cepta quaedam, quae hominibus non „ tantom infidelibos, excaecatis, ob- „ duratis, ſed fidelibus quuque, & iu- „ ſtis, volentibus, conatibus, ſecun- „ dum praeſentes, qoas habeut vires, „ ſunt impoſſibilia; deeſſe quoque gra- „ tiam, qua fiant poſsibilia. „ (3)

(*d*) *Sic intelligebam meipſa experimenta.* = Sic legendum fatenrur BB. iu *Syllaba codicum, ad quos de novo &c.* qui mendoſe ſcripſerant: *in meipſa experimenta*. Ut legitur etiam apud Vet. Ricar. 2. MSS. Luv. & in marg. MS. optimi S. C. At in textu eiusdem, in 2. MSS. S. Mar. & Feſ. nec non in Lov. Som. lectio noſtra habetur. Apud Er. & Wangn. *meoipſa experimenta*. Apud Cst. non male. *Sic intelligebam ipſo experimento*.

Quum faciebam volens. = Ita Vet. Som. Wangn. & decem MSS. Benedictini,

(1) Eccleſ. 15. ſec. LXX.
(2) 1. Ioan. 4. 7.
(3) Vide l. 9. c. 1. D.

ni haec admonent = Lov. *quod faciebam* „ *volens*. Sed legendum, *quam*, ut ha- „ bent alii codices, & ſupplendum, „ *magis*, quam particulam rejicere a- „ mat Auguſtinus.] Cum Lov. eſt etiam Er. & forte MS. Cor.

Eſt autem idem, ac ſi diceretur: *quam facerem*. Et *magis* hic fere idem ſonat quod, *potius*. Cum mens ſit potiſſimum hominis, ſi non tam moraliter, quam philoſophice loquamur; magis Auguſtinus erat in aeternis, quae mente (licet ineſſicaciter) probabat: quam in mundanis, ad quae humanitate, & pingui conſuetudine rapiebatur.

(e) *Adverſum me pugnatior*. = BB. *pugnacior*. Unde *Pherepon*us minutiae huius occaſione = Legendum *pugnacior*, „ ut in Baſileenſi, nam eſt *a pugnare* „ aut *pugnantior*: ſi forte ita habent „ MSS codices.„

Non ſoli BB. ſed Er. & plores alii habent *pugnatior*. Duro autem illi nomini, *pugnantior*, repugnant Vet. Som. Wangn. 2. MSS. S. Mar. Ricar. Feſ. optimus S. Cr. omnes denique aut MSS. aut editi codices quos viderimus. *Pugnacior* habent etiam alii editi, ut Lov. & Wangn.

Nec congrua huius lectionis ea ratio eſt, quod nomen illud a *pugnare* ſit; nec enim *pugnatior* ab alio verbo deducitur. Sed quia eſt a *pugnax*: quod poſt nominativum, littera c. extenditur, ſeu declinatur: *Homo pugnax, & lacertoſus*. Cic. in Anton. *Carneades dicere ſolebat, me ſibi perfacilem in dicendo, te perpugnacem in diſputando eſſe viſum*. Cic. de Orat. *Huius oratio pugnacior videtur*. Idem de Clar. Orat. Nec Benedictini a nobis aut re, aut verbo diſcrepant, ſed tantummodo orthographia, & quidem leviſsima; non raro enim, t, pro c, ponitur; ſic plures ſcribunt *deliciae*, nonnulli *delitiae*. *Ocium*, *otium*. *Convicium*, *convitium*. *Actero*, *attero*. *Auctor autor*. Quod foedus inter, s, &, c, etiam deprehenditur: *Concilium*, *conſilium*. Et en in quam puerilem quaeſtionem nos iterum traxit *Pherepon*us!

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Non erat iam illa excuſatio. Am. Bad. Er. Lov. Som. Vvangn. MS. Med. Ricar. *alia excuſatio*. Legendum eſſe, *illa*, cum BB. MSS. 2. Med. MS. S. Mar. optimo S. Cr. & vetuſtiſſima editione anni 1484. manifeſtum nobis videtur; inſpicitur enim excuſatio antiqua, ſolita: haec autem melius per, *illa*, quam per, *alia*, ut patet, ſignificatur. MS. Med. omittit duo illa verba.

(f) *Sed illud placebat, & vincebat*. = Communem lectionem damus. BB. autem haec obſervant = In MSS. „ quatuor, *& non vincebat*. Sed verior „ aliorum codicum lectio ſine negotio- „ ne. Id nempe vincebat, quod ſanio- „ re iudicio mentis praeferebatur, ta- „ metſi infirmioris adhuc voluntatis af- „ fectu non eligeretur. Unde mox ait „ *Non erat omnino quod reſponderem* „ *veritate convictus*.] Praeferunt communem lectionem MSS. ſex & Vet. At ſuffragantur mendoſae 2. MSS. Med. Ricar. MS. S. Mar.

Verae lectioni favet etiam, quod ſupra dixerat, *magis ego in eo quod in me approbabam, quam &c.* Item quod ſtatim additur: *hoc libebat, & vincebat*. Sunt duo iura in duobus diſtributa. Nempe eſt integrae ſententiae ſenſus; Me tuae caritati committere placebat, & vincebat: a mente enim id magis probabatur; Oppoſitum tamen libebat, & revera alia ratione ſuperabat, genium ſiquidem, humanitatem vinciebat, colligabat. Recole dicta litt. D.

Hoc capite, & ſequentibus, ex quibus ſupra diſputabat Ianſenius, nunc de veris, nunc de impropriis, quae ex primis concupiſcentiae motibus ſunt culpis Auguſtinus loquitur.

CA-

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

C A P U T VI.

A R G U M E N T U M.

Ad lactiorem ſcenam adcedit: exhibetque qua via, quibuſve bonis caſibus Veneris, & omnium ſaecularium rerum iugum excuſſerit; Ferventioribus iam ſuſpiriis divina intuebatur; Eccleſiam frequenter adibat. Nebridio autem, qui Verecundo, civi Grammaticoque Mediolanenſi, & omnium familiariſſimo ſubdocebat, caſu abſente; ecce ad Auguſtinum, & Alypium Pontitianus Afer vir nobili apud Imperatorem famulatu, & Chriſtiana pietate eximius: qui Auguſtino, ut Apoſtoli lectioni addictum vidit, ſtupore gratulatus, Antonii Aegyptii magnalia, Monachorum, aliorumque a mundo ſeiunctorum caeleſtem vitam religioſe enarravit. Addens quoque, ut apud Treviros illuſtres duo ex Caeſaris, aula viri eiusdem Antonii hiſtoria puncti, Imperatori, & mundo valedixerint, caelitum facti domeſtici, integrumve regum Regi famulatum redditurí; quorum exemplo commotae ſponſae, & ipſae terra contemta, carnales nuptias ſpiritalibus commutavere. His a Pontitiano inductis faculis Auguſtinus, & Alypius vehementer exarſerunt.

I. ET de vinculo quidem deſiderii concubitus, quo arctiſſimo tenebar: & ſaecularium negotiorum ſervitute quemadmodum me exemeris narrabo, & confitebor nomini tuo Domine, adiutor meus, & redemtor meus (1). Agebam ſolita creſcente anxietudine, & quotidie ſuſpirabam tibi; frequentabam Eccleſiam tuam, quantum vacabat ab eis negotiis, ſub quorum pondere gemebam (*a*). Mecum erat Alypius otioſus ab opere iuriſperitorum poſt adſeſſionem tertiam, exſpectans quibus iterum conſilia venderet: Sicut ego vendebam dicendi facultatem; ſi qua docendo praeſtari poteſt (*b*). Nebridius autem amicitiae noſtrae ceſſerat, ut omnium noſtrum familiariſſimo Verecundo Mediolanenſi, & civi, & grammatico ſubdoceret, vehementer deſideranti, & familiaritatis iure flagitanti de numero noſtro fidele adiutorium, quo indigebat nimis. Non itaque Nebridium cupiditas commodorum eo traxit; maiora enim poſſet, ſi vellet de litteris agere: ſed officio benevolentiae petitionem noſtram contemnere noluit amicus dulciſſimus & mitiſſimus. Agebat autem illud prudentiſſime, cavens innoteſcere perſonis, ſecundum hoc ſaeculum maioribus: devitans in eis omnem inquietudinem animi, quem volebat habere liberum; & quam multis poſſet horis feriatum, ad quaerendum aliquid, vel legendum, vel audiendum de ſapientia.

II. Quodam igitur die, non recolo cauſſam qua erat abſens Nebridius, cum ecce ad nos domum venit, ad me & Alypium Pontitianus quidam civis noſter inquantum Afer (*c*), praeclare in Palatio militans (*d*), neſcio quid a nobis volebat (*e*). Et conſedimus, ut colloqueremur; Et forte ſupra menſam luſoriam, quae ante nos erat, adtendit codicem, tulit, aperuit, invenit Apoſtolum Paulum inopinate ſane; putaverat enim aliquid de libris,

(1) Pſal. 53. 8. Pſal. 18. 15.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

bris, quorum profeſſio me conterebat. Tum vero adridens, meque intuens, gratulatorie miratus eſt, quod eas & ſolas prae oculis meis litteras repente comperiſſet. Chriſtianus quippe & fidelis erat, & ſaepe tibi Deo noſtro proſternebatur (1) in Eccleſia crebris & diuturnis orationibus. Cui ego cum indicaſſem illis me Scripturis curam maximam impendere, ortus eſt ſermo ipſo narrante, de Antonio Aegyptio monacho, cuius nomen excellenter clarebat apud ſervos tuos, nos autem uſque in illam horam latebat. Quod ille ubi comperit, immoratus eſt in eo ſermone, inſinuans tantum virum ignorantibus, & admirans eamdem noſtram ignorantiam. Stupebamus autem audientes tam recenti memoria, & prope noſtris temporibus (*f*) teſtatiſſima mirabilia tua, in fide recta & Catholica Eccleſia; Omnes mirabamur, & nos quia tam magna erant: & ille, quia inaudita nobis erant.

III. Inde ſermo eius devolutus eſt ad monaſteriorum greges, & mores ſuaveolentiae tuae, & ubera deſerta eremi, quorum nos nihil ſciebamus. Et erat monaſterium Mediolani (*g*) plenum bonis fratribus, extra urbis moenia, ſub Ambroſio nutritore, & non noveramus. Pertendebat ille, & loquebatur adhuc, & nos intenti tacebamus. Unde incidit, ut diceret neſcio quando, ſe & tres alios contubernales ſuos, nimirum apud Treviros, cum Imperator (*h*) pomeridiano Circenſium ſpectaculo teneretur, exiſſe deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic, ut forte combinati ſpatiabantur, unum ſecum ſeorſum, & alios duos itidem ſeorſum, pariterque digreſſos; ſed illos vagabundos irruiſſe in quamdam caſam, ubi habitabant quidam ſervi tui ſpiritu pauperes (*i*), qualium eſt regnum caelorum, & inveniſſe ibi codicem, in quo ſcripta erat vita Antonii. Quam legere coepit unus eorum, & mirari, & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relicta militia ſaeculari ſervire tibi. Erant autem ex eis, quos (*k*) dicunt Agentes in rebus. Tunc ſubito repletus amore ſancto & ſobrio pudore, iratus ſibi coniecit oculos in amicum, & ait illi: = Dic, quaeſo te, omnibus
„ iſtis laboribus noſtris quo ambimus pervenire? Quid quaeri-
„ mus? cuius rei cauſa militamus? Maior ne eſſe pote-
„ rit ſpes noſtra in palatio, quam ut amici Imperatoris ſimus?
„ Et ibi, quid non fragile, plenunque periculis? Et per quot
„ pericula pervenitur ad grandius periculum? Et quando iſtud
„ erit (*l*)? Amicus autem Dei, ſi voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus parturitione novae vitae, reddidit oculos paginis, & legebat, & mutabatur intus, ubi tu videbas, & exuebatur mundo mens eius, ut mox adparuit. Namque dum legit, & volvit fluctus cordis ſui, infremuit aliquando & diſcrevit decrevitque meliora; iamque tuus ait amico ſuo: Ego iam
„ abrupi me ab illa ſpe noſtra, & Deo ſervire ſtatui, & hoc
„ ex hora hac, in hoc loco adgredior; Te ſi piget imitari,
„ noli adverſari. Reſpondit ille; adhaerere ſe ſocium tantae mercedis tantaeque militiae. Et ambo iam tui (2), aedificabant tur-

(1) Daniel. 9. 20.   (2) Lucae 14. 28.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 35. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

rim ſumptu idoneo, relinquendi omnia ſua, & ſequendi (t) te. Tunc Pontitianus, & qui cum eo per alias horti partes deambulabant, quaerentes eos, devenerunt in eumdem locum, & invenientes admonuerunt, ut redirent, quod declinaſſet dies. At illi narrato placito, & propoſito ſuo, quoque modo in eis talis voluntas orta eſſet, atque firmata: petiverunt, ne ſibi moleſti eſſent, ſi adiungi recuſarent. Iſti autem nihilo mutati a priſtinis, fleverunt ſe tamen, ut dicebat, atque illis pie congratulati ſunt, & commendaverunt ſe orationibus eorum, & trahentes cor in terra (m); abierunt in palatium; Illi autem affigentes cor caelo, manſerunt in caſa. Et ambo habebant ſponſas (n) quae poſtea quam hoc audierunt, dicaverunt etiam ipſae virginitatem tibi. Narrabat haec Pontitianus.

(a) *Sub quorum pondere gemebam* = Monent Benedictini Lovanienſes legere, *degebam*. Verum editio, quam vidimus nos habet, *gemebam*; ut etiam Vet. Er. 3. MSS. Med. una S. Mar. Fel. Car. Habent autem, *degebam* MSS. 4. a Lov. viſi, MS. Ricard. Som. & Wangn. Item MS. Med. praefert, *gerebam*.

Communis germana lectio potius exprimit ſervitutem illam, quam aegre tum temporis ſaecolaribus rebos ſe exhibuiſſe ſaepe dixerat, repetitque in ſequentibus. Potiſſimum vero Rhetoricae Scholam intuetur, cui iamiam volebat nuntium mittere.

Itali corrumpunt capitis huius exordium: ſic enim dicunt: *Voglio confeſſare a Voi o Signore, ajuto, e redentor mio, come io era ſtrettamente legato dalla catena della libidine, e della ſchiavitù &c.* Haec iam fuerat profeſſus; Nunc dicit ſe narraturum quibus modis ab illis laqueis, ab illa ſervitute Deus illum liberaverit.

(b) *Si qua docendo praeſtari poteſt* = Vix certe: non tam enim, experientia teſte, arte quam natura Oratoria, eloquentia, facundia comparatur. De quo fuſe S. D. lib. 4. de doctrina Chriſt. cap. 3. n. 4., & 5. = Nam & ipſos Ro„ manae principes eloquentiae (2) non „ piguit dicere quod hanc artem niſi „ quis cito poſſit, nunquam omnino poſſit „ perdiſcere. Quod utrum verum ſit, „ quid opus eſt quaerere? &c. quoniam „ ſi acutum, & fervens adſit ingenium, „ facilius adhaeret eloquentia legentibus, „ & audientibus eloquentes, quam elo„ quentiae praecepta ſectantibus .... Si „ autem tale deſit ingenium, nec illa „ rhetorica praecepta capiuntur, nec ſi „ magno labore inculcata quantulacumque „ ex parte capiantur, aliquid proſunt. „ Quandoquidem etiam ipſi, qui ea di„ dicerunt, & copioſe ornateque dicunt, „ non omnes ut ſecundum ipſa dicant, „ poſſunt ea cogitare cum dicunt, ſi non „ de his diſputant: immo vero vix ul„ los eorum eſſe exiſtimo, qui utrum„ que poſſint, & dicere bene, & ad „ hoc faciendum praecepta illa dicendi „ cogitare cum dicunt. Cavendum eſt „ enim ne fugiant ex animo quae di„ cenda ſunt, dum attenditur ut ar„ te dicantur. Et tamen in ſermonibus, „ atque dictionibus eloquentium impleta „ reperiuntur praecepta eloquentiae, de „ quibus illi ut eloquerentur, vel cum „ eloquerentur non cogitaverunt, ſive „ illa didiciſſent, ſive ne attigiſſent qui„ dem. Implent quippe illa, quia elo„ quentes ſunt, non adhibent, ut ſint „ eloquentes &c. Quid quod ita fieri „ ipſis quoque experimur exemplis? „ Nam ſine praeceptis rhetoricis novi„ mus plurimos eloquentiores plurimis, „ qui illa didicerunt &c. „

Id quidem in Poeſis facultate ampliori ratione docetur: unde illud, *Poeta naſcitur, Orator fit*. Vere tamen, & abſolute, ſuis quidem proportionibus praedicare poſſumus: Poeta naſcitur: Orator naſcitur: Philoſophus naſcitur: Geometra naſcitur &c. & etiam, licet minori amplitudine, Theologus naſcitur. Adeo videlicet ars in naturae, non haec in artis ſubſidium eſt. Et in quacunque facultate niſi bona natura polleas, fruſtra laboras, & ſudas. Vix Auguſtinus Eccleſiae donatus, talem ſe exhibuit Theologum, cui eccleſiaſticorum voluminum lectione attriti faſces ſubmittere de-

(t) Matth. 19. 29. & alibi.

(2) Cicero de Orat.

debeant. Quod ſi id in Theologicis diſciplinis, quae revelatis maxime nituntur, quaeve dogmatum, quae *poſitiva*, ſeu *facti* dicuntur cognitionem poſtulant; quid de naturalibus dicas, quos ipſe fere matris uterus nobis indidit? Quae quidem iam olim obſervaverat M. Fabius Quintilianus vir pro his rebus ſummus, Orator. Inſtitut. in fine Prologi, & lib. 2. cap. 9. & 10. Huc etiam alternm monitum ſpectat, adtendendum eſſe ingenii obiectum, & materiam; Neque enim omnibus omnes materiae: nulli vero prorſus omnes ex aequo praeſto ſunt; ſtulte autem ſudas decennio, ut pauca lutulenta, atque dura carmina eructes: qui iuxta naturae tuae dotes, poteras biennio immmorum Oratorum eloquentiam aemulari.

(*c*) *In quantum Afer* = Quid manifeſtius? En qua ratione Pontitianus Auguſtini civis: non quod unius eiusdemque oppidi eſſent. Male ergo ſcribit P. Ribadeneira Ieſuita in hiſtoria S. D. e. par. ad diem 28. Auguſti: *Lo ſtimolò ancora a far ciò un principal gentiluomo Africano, e della ſua terra, chiamato Potitiano, raccontata la vita di S. Antonio Abbate &c.* Cui adhaeret Ludovicus S. Luciae Presbyter, eius abbreviator: Quaeve in aliis leguntur. Et quod magis mirere, Samuel Baſnagius haereticus turgidus, qui adeo Baronium contemnit, & ſibi in critica re fidit, in Annalibus (1) Politic. Eccleſiaſt. t. 3. ad an. 385. n. 4. *Novum pietatis amorem animo Auguſtini ingeneravit Potitianus Afer Tagaſtenſis, qui in Palatio militabat.*

(*d*) *Praeclare in Palatio militans.* = An talis plures Monachos inter Sacrarum Scripturarum eruditione eminebat? Et tamen Serm. 22. ad Fratres in Eremo, a vacuo cerebello ſub magno Auguſtini nomine conſarcinato, circa med. haec leguntur (2). = Ecce multi ſumus, „ & praeter Evodium Alypium, & Pon- „ tianum, qui de Scriptura Sancta mul- „ ta noverunt, omnes groſſi, & idio- „ tae ſumus... Licet enim medullam „ Scripturarum non intelligatis ſicut Evo- „ dius, Alypius, & Pontianus &c.] Ex his groſſis Monachis, viro in Palatio militanti in Divinarum litterarum cognitione adeo imparibus, ut BB. ex Lupo obſervans, ſimul & ſemel decem ad Epiſcopatum adſumpti fuere.

Cum quo nec bene cohaeret egiſſe tum Pontitianum Praefecturam; quod mentitur eius furfuris Sermo 48. poſt med. *Compulſi a Pontiano Praefecto &c.* Immo, ut ibi Benedictini ex Lupo commonent, Symmachus, de quo S. D. lib. 5. c. 13. S. Bonifacii tempore adhuc Praefecturam Urbanam gerebat, utpote qui adverſus eumdem Pontificem ſchiſma Eulalianum acriter fovit.

A. Ch. 386. Aug. 31. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(*e*) *Neſcio quid a nobis volebat.* = Non igitur Pontitianus e Roma Mediolanum venerat, ut Auguſtinum inviſeret: ut fabulatur homuncio Sermonis 48. ad Fratres in Eremo auctor, qui poſt med. *Compulſi a Pontiano Praefecto, viro clariſſimo, qui de Roma ad nos videndum venerat.* Quod & iis verbis improbabatur, *Quadam igitur die*; quae hominis eamdem civitatem habitantis domeſticum adventum praeferunt.

Crebris, & diuturnis orationibus: = Mirum eſt tantae pietatis hominem filiam ſuam Auguſtino adhuc (ſaltem fama) Manichaeo, vel inter diverſas religiones fluctuanti, in uxorem ſpopondiſſe! Quam fabulam nobis propinat Sermo 36. poſt med. *Et uxorem Pontiani filiam mihi aequalem paraverant.* Ut fortunae diſparitatem omittam: Auguſtinus ſiquidem e pauperibus genitoribus natus, quive Rhetoricae profeſſione fere victum ſibi quaerebat; Illa autem viri in Palatio eximii filia, viri inquam, qui ut vidimus, Serm. 48. *Praefectus* appellatur.

(*f*) *Tam recenti memoria, & prope noſtris temporibus &c.* = Obiit enim Antonius anno D. tercenteſimo quinquageſimo octavo, ut obſervat Baronius ad hunc annum, t. 3. n. 21. = Hoc eodem anno „ ſanctus ille toto orbe conſpicuus An- „ tonius Magnus ſextodecimo Kalendas „ Februarii ex hac vita (3) in Caelum „ migravit, cum iam quintum ſupra „ centeſimum vixiſſet annum. Haec qui- „ dem cum Athanaſius, tum Hierony- „ mus affirmat in Chronico.] Unde ſequitur, vita functum Antonium, Auguſtino aetatis ſuae annum quartum agente. De tanti autem viri geſtis, ſanctitate, prodigiis orbi notiſſimis non eſt cur dicamus. Vide c. 12. I.

Celebrat ſaepe Ioannes Gerſon Antonium, velut cuius exemplo Auguſtinus Chriſto collum ſubiecerit. Vide, ſi placet Serm. 2. de eodem S. Antonio

 ini.

(1) Quos edidit anno 1706.
(2) In Append. t. 6.

(3) Athanaſ. in vita Anton.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

initio ; & alterum coram Concil. Conſtanſ. habitum, circa med. Primus habetur editionis noviſſimae t. 3. poſterior t. 2.

(g) *Erat monaſterium Mediolani &c.* = De quo monaſterio haec habet Baronius t. 4. ad an. 382. n. 30. = Sed „ unde prodierit beſtia lutulenta (*Iovinianus*) deque eius ortu, moribus, habitu, & caractere diligentius „ exquiramus &c. At Iovinianus cum „ collegis impietatis, ſub catholico nomine, & habitu monaſtico aliquandiu delituit in monaſterio Mediolanenſi, illo nimirum ſacroſancto ſpectatae diſciplinae, laudataeque obſervantiae habitaculo, cuius cum S. Auguſtinus meminit, ait, *Erat &c.* „

(h) *Apud Treviros, tum Imperator &c.* = Bollandi Continuator in *Actibus prioribus &c.* c. 15. haec habet: *Maxymus tyrannus opinor, qui Treviris reſidere ſolebat*, Apud Treviros, civitatem longe nobiliſſimam, quam a Treberta Nini Aſſyriorum regis fratre, anno ante Chriſtum natum 1496. conditam, nominatamque plures Eruditi tradunt; quanquam plures velut omnium, quotquot Europa habet, vetuſtiſſimam celebrant.

Quanquam eruditus Abbas Mariani haud contemnendo libello conatus ſit oſtendere *Viterbium* Etturiae Vetuſtioris fuiſſe caput, ſeu civitatem principem, quae reliquas regeret, atque moderaretur. Quae ſi detur hypotheſis, eiuſdem civitatis exordia in Noemiticae familiae aetatem obſcurarum aliarum coniectationum ſimul iunctarum ſubſidio ſevocabuntur. Sed & fere ſaeculo ante hunc Doctor Seraſini libello nonnihil tenuiori conicere voluerat, Terram (Patriam ſuam) duarum horarum itinere ab eadem civitate diſſitam, & ad montis Cimini, ſeu, ut alii, Ciminii radices in occidentali latere conſiſtentem, olim forte *Veterem-Gallam*, ſeu *Veterem-Aulam*, vulgo diebus noſtris, *Vetralla*, aut, *Veteralla* ab ipſo Noemo poſt diluvium per Romanas partes vagante primo aedificatam.

(i) *Quidam ſervi ſpiritu pauperes.* = Qui hi pauperes? An de quibus loquitur in Pſal. 73. ad v. 11. n. 24. *Qui ſunt pauperes ſpiritu? Humiles, trementes verba Dei, confitentes peccata ſua, non de ſuis meritis, nec de ſua iuſtitia praeſumentes &c.* & lib. 1. de Sermone Dom. in Monte ſec. Matth. c. 5. n. 3. = Quid ergo dicit? *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum &c.* (1) „ Legimus ſcriptum de appetitione rerum temporalium, *Omnia vanitas, & praeſumtio ſpiritus* (2): praeſumtio „ autem ſpiritus audaciam, & ſuperbiam ſignificat. Quapropter recte hic „ intelliguntur pauperes ſpiritu humiles „ & timentes Deum, ideſt non habentes inflantem (3) ſpiritum.] Quod habet etiam Serm. 53. de Verb. Matt. 5. (Alias 54. inter additos a Patis.) n. 5. & alibi.

Cenſemus potius *caſam* illam pauperum ſimilem ei fuiſſe, de qua Serm. 355. de Vita, & Moribus Cleric. ſuorum t. (Alias, de Diverſ. 49.) c. 2. n. 2. = Et ideo volui habere in iſta „ domo epiſcopii mecum monaſterium „ clericorum. Ecce quomodo vivimus. „ Nulli licet in ſocietate noſtra habere aliquid proprium; ſed forte aliqui habent. Nulli licet: ſi qui habent, faciunt quod non licet.] De qua voluntaria paupertate etiam lib. de Unitate Eccleſiae, c. 16. n. 41. & lib. 2. contra Litter. Petiliani, c. 104. n. 239. Dicuntur paſſim ſpiritu pauperes Religioſi, quia non ſortis iniuria, & naturae neceſſitate; ſed proprii ſpiritus arbitrio, & divino lucro pauperes facti ſunt.

Bene vero addit: *qualium eſt regnum caelorum:* Nec ſiquidem nobiles in Evangelio promiſſae coronae naturae conditione, ſed electione, & arbitrio pauperes intuetur.

At ſi quis pauperes ſpiritu hic iuxta priorem ſenſum poſitos velit, phraſim extendat oportebit: ut Auguſtinus non preſſe humiles, ſed late tales, quorum ſcilicet nomine omnes timentes Deum, honeſti, & pii intelligantur inſpexerit.

(k) *Erant autem ex eis, quos &c.* = Ita BB. MS. optimus S. Cr. Feſ. Car. 2. S. Mar. Sed Vet. Am. Er. Lov. Som. Wangn. quibus ſuffragatur MS. Ricar. *Erat*. Non quidem perperam, ſi proximus vel antecedens, vel ſubſequens ſermo inſpiciatur. At cum MSS. conſtanter praeferant, *Erant*, dicendum eſt, interruptione regreſſum fieri ad ſuperiorem ſermonem. Unde & Baronius ad annum 385. n. 3. *Ex qua adeo duo viri nobiles, agentes in rebus profecerant &c.*

Ut

(1) Matt. 5. 3.
(2) Eccl. 2. 14. ſec. LXX.
(3) Lov. cum 4. MSS. *inflatum*. Ceteri codices, *inflantem*.

Ut Agentium in rebus munus deprehendas, *Pherepones* haec tibi enuntiat = Hi erant Principes nuncii per „ Provincias negotiorum cauſa, de qui„ bus vide *Guidonem Pancirollum* ad „ notitiam Dignitatum Orientis caput „ Lxv.] Niſi quidquam addat *Pherepones*, iidem ſumus qui ante; quod enim protulit, iam ex ipſis Auguſtini verbis deprehenderamus.

Agentium in rebus munus longe nobiliſſimum, quod Senatorius ſplendor, & privilegia inſignia comitabantur. *Principatus officium*; *Principatus Agentium*. Horum quinque gradus erant. *Ducenarii*; *Centenarii*; *Biarchi*; *Circitores*; *Equites*; Reliqui vero *Tyrones* dicebantur. Erat Agentium, ſicut & reliquorum, qui in Palatio militabant, ſchola quaedam, ſeu collegium, matricula, certo & ſtatuto numero. *Primates*, ſeu, *Primi ſcholarum* emeriti milites creabantur, velut in iugis laboris praemium, magnique iudicii pluribus in diſcriminibus cogniti, & longa experientia probati. Si plura de his deſideras, vide lib. 6. Codicis Theodoſiani cum Perpetuis Commentariis Iacobi Gothofredi, titulis 27., & 28. tom. 2.

(*l*) *Et quanto iſtud erit?* = Eadem ratione qua Benedictinis, haec lectio nobis adriſit; inquiunt enim = In pleriſque editis, *Et quamdiu*. At in meliorilius MSS. & Arn. *Et quando*. „ Malumus ut Antitheſis ſervetur: quia „ in ſequente membro dicitur, *ecce* „ *nunc fio*.] Nobiſcum ſunt etiam 3. MSS. Med. optimus S. Cr. unus S. Mar. Car. Feſ. At editis puta Vet. Am. Er. Lov. Som. Waugn. ſuffragantur etiam MSS. Med. & Ricar.

Apud Benedictinos tum in *Pherepoui*, tum in Veneta editione, ut etiam apud Vet. MS. Med. & optimum S. Cr. pro *iſtud*, habetur, *iſtuc*: forte quia ſermo motum ad locum complectabatur, *Et per quot pericula pervenitur &c.* Aut vetuſti codices *iſtuc* ſumebant pro *iſtud*: Plautus enim Curcul. 1. 1. 32. *Iſtuc verbi quid eſt?* Terentius Eun. 5. 1. 14. *Iſtuctine interminata ſum hinc abiens tibi?*

Adhaerere ſe fatiam &c. = Ita iidem Patres, nihil hic commonentes, ſed in *Syllabo codicum, ad quos de nova &c.* = Lov. *adhaerere ſe fatia*. MSS. „ *fatiam*] Cum Lov. ſunt Vet. Er. Som. Wangn. optimus MS. S. Cr. et Ricar. At praeferunt datam lectionem MSS. 2. S. Mar. Feſ. & Car.

Fleverunt ſe tamen, at dicebat = Ita Vet. Baſil. Lov. Wangn. BB. MS. optimus S. Cr. MS. S Mar. Fes. Car. At Er. Som. non intoleranter, *ut decebat*. MS. Ricar. *ut dicebant* MS. S. Mar. manifeſta oſcitantia *ut decedebat*.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 35. Ad. XIV. Siric. 21. Val. XI. Theod. VIII.

(*m*) *Trahentes cor in terra*. = Duplex metaphorae huius ſenſus haberi poteſt; Aut quod religioſo pudore ſubfuſi; Aut quod a terrenarum rerum amore non prorſus expediti in Palatium abierint. Poſteriorem expoſitionem longe praeferendam eſſe oſtendunt verba ſequentia, *Illi autem affigentes cor in Caelo &c.* Similis phraſis ad ſignificandum terrenarum rerum amorem familiaris eſt Auguſtino. Vide, ſi placet S. Doctorem Epiſt. 85. (Alias, 216) ad Paulum epiſc. n. 2. ſeu ſub finem. In Pſal. 31. enar. 2. ad v. 8. n. 21. In Pſal. 39. n. 10. & in 148. n. 4. & 5.

(*n*) *Et ambo habebant ſponſas* = Uxores nempe, cum quibus non adhuc congreſſi erant. Locum hunc commendant Theologi ad oſtendendum matrimonium ratum, non conſummatum religioſa profeſſione diſſolvi. Quod quidem fidei dogma eſt; Unde Tridentium Seſs. 24. c. 6. *Si quis dixerit matrimonium ratum, & non conſummatum per ſolemnem religionis profeſſionem alterius coniugis non dirimi, anathema ſit*: Et ante Tridentium Alexander 3. in Concil 3. Later. in append par. 5. c. 1. Innoc. 3. c. *ex parte*, de converſ. coniug. Epiphanius, Ambroſius, Metodius, Gregorius Magnus, Beda &c.

Quod aliud inſpiciens (ut nuptias ſcilicet improbaret) ipſe Fauſtus Manichaeus Pauli, atque Theclae facto ſtabiliit: qui lib. 30. apud Auguſtinum eius blaſphemias retundentem c. 4. ita loquitur = Si vero favere huic quoque „ propoſito, & non reluctari volenti, „ id quoque doctrinam putatis eſſe dae„ moniorum, taceo nunc veſtrum pe„ riculum, ipſi iam timeo Apoſtolo, ne „ daemoniorum doctrinam intuliſſe tunc „ Iconium videatur, cum Theclam op„ pigneratam iam thalamo, in amorem „ ſermone ſuo perpetuae virginitatis in„ cendit.] Quod ad rem noſtram libenter Auguſtinus fatetur; illud tantum contendens, ea ex re aliiſque nuptias virginitati poſthabendas inferri: at non vero improbandas, ut ille cum ſuis blaſphemabat.

Quot autem Proteſtantium, ceterorumque iuniorum haereticorum machinae vel hoc uno capite proſternantur, nemo eſt qui non videat.

Digitized by Google

A. Ch. 386.
Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

C A P U T VII.

A R G U M E N T U M.

Tam pio Pontitiani adloquio religioſo pudore ſubfuſus, vitae ſuae ſcenas, & vanitates magnis animi ſenſibus meditatur. Iam enim ab anno aetatis ſuae decimo-nono Ciceronis Hortenſio in altioris ſapientiae ſtudia inſtammatus, terrenarum rerum amore adhuc implicatus ibat. Tota adoleſcentia miſer, at maxime in eius exordiis, quum feminae blanditiis inſaniens, continentiam quidem, at non mox dandam a Deo poſtulabat. Verum haec, & manichaea ſuperſtitio, quod certus ſalutis portus, ad quem ſe reciperet ſibi minime occurreret. Nunc vero ad acre ſe iudicium vocat, quod vera Religione, tanta longe lateque pietate fulgente, retecta: adhuc nonnullis agatur fluctibus, eamque non magnis amplexibus teneat.

I. TU autem Domine, inter verba eius retorquebas me ad meipſum, auferens me a dorſo meo, ubi me poſueram, dum nollem me adtendere, & conſtituebas me ante faciem meam, ut viderem quam turpis eſſem, quam diſtortus, ſordidus, maculoſus, & ulceroſus. Et videbam, & horrebam, & quo a me fugerem non erat. Et ſi conabar a me avertere adſpectum, narrabat ille quod narrabat. Et tu me rurſus opponebas mihi, & impingebas me in oculos meos, ut invenirem iniquitatem meam, & odiſſem. Noveram eam, ſed diſſimulabam, & cohibebam (*a*), & obliviſcebar.

II. Tunc vero quanto ardentius amabam illos, de quibus audiebam ſalubres affectus, quod ſe totos tibi ſanandos dederant, tanto exſecrabilius me comparatum eis oderam. Quoniam multi mei anni mecum effluxerant, forte duodecim anni (*b*), ex quo ab undevigeſimo anno aetatis meae, lecto Ciceronis Hortenſio, excitatus eram ſtudio ſapientiae, & differebam, contemta foelicitate terrena, ad eam inveſtigadam vacare, cuius non inventio, ſed vel ſola inquiſitio iam praeponenda erat, etiam inventis theſauris regniſque gentium, & ad nutum circumfluentibus corporis voluptatibus. At ego adoleſcens miſer, valde miſer, in exordio ipſius adoleſcentiae etiam petieram a te caſtitatem, & dixeram: Da mihi caſtitatem, & continentiam, ſed noli modo. Timebam enim ne me cito exaudires, & cito ſanares a morbo concupiſcentiae, quam malebam expleri, quam exſtingui. Et ieram per vias pravas ſuperſtitione ſacrilega, non quidem certus in ea, ſed quaſi praeponens eam ceteris (*c*), quae non pie quaerebam, ſed inimice oppugnabam.

III. Et putaveram me propterea differre de die in diem, contemta ſpe ſaeculi te ſolum ſequi: quia non mihi adparebat certum aliquid, quo dirigerem curſum meum. Et venerat dies, quo nudarer mihi, & increparet in me conſcientia mea: Ubi eſt lingua? Nempe tu dicebas propter incertum verum nolle te abiicere ſarcinam vanitatis. Ecce iam certum eſt, & illa te adhuc premit, humeriſque liberioribus pennas recipiunt, qui (*d*) neque ita inquirendo adtriti ſunt, nec decennio & amplius iſta meditati.

Digitized by Google

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 15. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

ti. Ita rodebar intus & confundebar pudore horribili vehementer, cum Pontitianus talia loqueretur. Terminato autem ſermone, & cauſſa qua venerat, abiit ille. Et ego ad me, quae non in me dixi? Quibus ſententiarum verberibus non flagellavi animam meam, ut ſequeretur me conantem poſt te ire? Et renitebatur, recuſabat (c), & non ſe excuſabat. Conſumta erant & convicta argumenta omnia, remanſerat muta trepidatio, & quaſi mortem reformidabat reſtringi a fluxu conſuetudinis quo tabeſcebat in mortem.

(a) *Et cohibebam.* = BB. [obſcure in hac controverſia loquuntur: ſiquidem in textu tum editionis *Phereponianae*, tum Venetae habent, *connivebam*. Sed admonent. = Lov. in quatuor e ſuis „ MSS. legebant, *convivebam*. Nos in „ noſtris reperimus, *cohibebam*. Nem„ pe ſuam iniquitatem ſecum habebat, „ convivebat, & tamen obliviſcebatur.] Habent *connivebam* etiam Er. Som. & Wangn. At nobiſcum ſunt Am. Baſil. MS. optimus S. Cr. Feſ. Car. Et quidem ſenſus eſt obvius, opponebat enim Deus Auguſtino iniquitatem; hic autem cohibebat, ne ea pungeretur, ne cogeretur eam excutere; ut ſolent paſſim peccatores. Nec probamus Benedictinorum explicationem; *& tamen obliviſcebatur*. Quin immo ideo diſſimulabat, cohibebat, ut eius obliviſceretur; nempe ut horridam eius faciem, qua mordebatur, propulſaret. MS. Ricar. eſt cum MSS. Lov.

Dicit autem ſuum peccatum ſibi a Deo obiectum fuiſſe, illud forte Pſal. 50. v. 5. inſpiciens, *Et peccatum meum contra me eſt ſemper*; de quo ipſe ſuo loco c. 4. ſcilicet, n. 8.

(b) *Forte duodecim anni.* = Hocce teſtimonio, chronologia, quam exhibemus, videtur everſa; Si enim quum Pontitianum audivit, ab anno decimonono duodecim fluxerant: tum igitur nonniſi trigeſimum primum agebat. Vide Baron. ad an. 385. n. 3. & 4. At quum iam Eruditi conveniant anno aetatis ſuae trigeſimo-ſecundo Auguſtinum ad Deum converſum; & haec imminente converſione contigiſſe manifeſtum ſit: dicendum erit duodecim annos prorſus expletos, & quidem a decimo-nono omnino exeunte incoeptos; adeoque Pontitiani colloquii tempore, S. Doctorem annum trigeſimum-ſecundum ingreſſum. Audi BB. in Vita S. D. lib. 2. c. 7. n. 6. de difficultate hac differentes. = Alio „ quoque ex loco exſurgere ſcrupulus „ poteſt: nimirum cum ad Chriſtum „ converſus eſt, multi iam, ut in Con„ feſſionum libris tradit, effluxerant an„ ni, *forte duodecim*, ex quo Cice„ ronis Hortenſium undevigeſimo aetatis „ ſuae anno legerat. Huius porro ſcru„ puli amovendi ratio nulla eſt po„ tior, quam quae ab Auguſtino ſug„ geritur, qui voce adiuncta *forte*, ſa„ tis indicat eo loci ſe accurate, & ad „ amuſſim non loqui; ut nec eodem „ fere loco, cum illud ipſum tempus „ *decennio, & amplius* exprimit. In ſuis „ autem Soliloquiis(1), quae ut diximus, „ paulo poſt ſuam converſionem ſcripſit, „ quatuordecim fere annos effluxiſſe te„ ſtatur. Attamen Baronius hoc uno „ Confeſſionum loco innixus, Auguſtini „ converſionem anno aetatis eius primo, „ & trigeſimo, Chriſti trecenteſimo octo„ geſimo quinto repoſuit. Unde bien„ nium, & aliquot inſuper menſes inter „ converſionem eius, & baptiſmum in„ terponere coactus eſt. Verum ex di„ ctis perſpicuum relinquitur id nequa„ quam poſſe propugnari &c. „

Immo etſi Auguſtini teſtimonium exacte ſumatur, in tuto ſumus: Verbum enim *effluxerant* annos illos prorſus conſummatos oſtendit; tres autem illae voces, *ex quo ab*, fieri eius temporis calculum ab ineunte ante anno decimum-nonum conſequente, vigeſimo ſcilicet, ſtatim inſinuant.

(c) *Sed quaſi praeponens eam ceteris* = Ita Vet. Am. Lov. Som. novem e noſtris MSS. & noviſſime BB. Ac. MS. ab iis viſus, & Er. *eam ceteris*. Commentarius lectionem etiam confirmabit. Dicit videlicet, nedum per vias pravas, concupiſcentiae nempe, & vanitatis ſe iviſſe: ſed &, quod deterius fuit, *ſuperſtitione ſacrilega*, ideſt Manichaea, ut in ipſo capitis ſummario deteximus; Non quidem velut certus in ea, ut enim op-

(1) L. 1. c. 10. n. 17.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val XI. Theod. VIII.

opportunis locis obſervavimus, circa veritatem religionis Manichaeorum ſemper nutavit: ſed eam interim ceteris praeferens.

Quod ſequitur: *quae non pie querebam, ſed &c.* eumdem ſenſum habet ac verba l. 6. c. 4. n. 1. *Cum ergo neſcirem quomodo ... pulſans proponerem quomodo &c. Cum Catholicam tuam tacitis contentionibus accuſarem &c.*

(*d*) *Haerentiſque liberioribus pennas recipiunt qui &c.* = *Pherepon*us Platonis phraſim hic ab Auguſtino inſpectam ſub improperii colore adſerit; Et quidem ipſo Philoſophi textu Graece, & Latine recitato: ut nempe & Graecae linguae ſe non prorſus ignarum proderet, ſat enim erat dare Latine, ne iniuſto onere Auguſtini paginae gravarentur, quas ipſe *Pherepunas* ne gravaret, altiſſima & prorſus neceſſaria, ut ſaepe vidimus, aut uno vel altero verbo nihil ſignificante tetigit, aut prorſus omiſit. En igitur *Pherepons*, & Platonis verba, prorſus ſuperfluis tantummodo omiſſis. = Haec „ Auguſtinus ex Platoniſmo ſuo. Plato „ enim in Phaedro ducet &c. *animam* „ *perfecta dum eſt, & alata in ſublimi* „ *volare, & univerſum mundum admi-* „ *niſtrare; cui vero alae defluxerant,* „ *eam ferri donec ſolidum quidpiam ar-* „ *ripuerit*. Non multo poſt p. 345. Ed. „ Gen. Ficini &c. *In idem enim, unde* „ *profecta eſt, unaquaeque anima non re-* „ *dit, decem millibus annorum (neque* „ *enim recuperat alas ante tantum tem-* „ *pus) excepta eius, qui philoſophatus* „ *eſt ſine fuco, aut cum ſapientiae ſtu-* „ *dio pueros amavit*. Sic poſtea eius „ Diſcipuli vulgo loquuti ſunt, eoſque „ imitati Chriſtiani reſipiſcentiam voca- „ runt *novarum alarum exortum*, ut „ hic Auguſtinus. Hinc & Chryſoſto „ mus &c. Vide theſaurum Eccleſiaſt. „ Ioan. Caſpari Sviceri. „

Quae hic Auguſtini culpa: cur verbis illis, *ex Platoniſmo ſuo*, rabiem, contemtumque ſpirantibus excipiatur, non videmus. Te, *Pherepone*, teſte, Auguſtini phraſis eſt Chryſoſtomi, & omnium etiam antiquorum Chriſtianorum; Quid ergo de Auguſtino doles? Is profecto eſt in tuto. Tuae ergo querelae ſunt in Chriſtianorum coetum! Ad iudicium trahis omnes Chriſtianos, quod ſublato ab Aegyptiis auro Templum Dei exornaverint, quod eleganti Philoſophi metaphora apte, ſuaviter, & iocunde noſtrae Legis ſacramentum expreſſerint!

At longe aequius, & pietate videlicet, & ratione ſuadentibus, arbitramur eos ab Auguſtino, non Platonis, ſed Spiritus-Sancti inſpectas metaphoras, qui Davidis ore Pſal. 54. v. 7. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbae, & volabo, & requieſcam?* Pſal. 103. v. 3. *Qui ambulas ſuper pennas ventorum*. Ad primum locum S. Doctor n. 8. = „ Videt ſe ſine pennis, an potius ligatis pennis? Si deſunt, dentur: Si „ ligatae ſunt, ſolvantur: quia etiam „ qui ſolvit pennas avi, aut dat, aut „ reddit illi pennas ſuas. Non enim habebat eas tamquam ſuas, quibus vo- „ lare non poterat. Ligatae pennae o- „ nus faciunt &c] Ad alterum n. 13. = „ Et quid hic accipimus, *Adſcendit* „ *ſuper pennas ventorum*? Diximus be- „ ne accipi figurate ventos animas. „ Pennae ventorum, pennae animarum „ quae ſunt, niſi a quibus ſurſum ad- „ tolluntur? Pennae ergo animarum vir- „ tutes, bona opera recte-facta. In „ duabus alis habent omnes pennas: „ omnia enim praecepta in duobus prae- „ ceptis ſunt. Quiſquis dilexerit Deum, „ & proximum animam habet pennatam, liberis alis, ſancto amore volan- „ tem ad Dominum. Quicumque im- „ plicatur amore carnali, viſcum habet „ in pennis. Nam ſi anima non habet „ alas, & pennas, unde ille gemens „ in tribulationibus dicit, *Quis dabit* „ *mihi pennas &c.*] Vide etiam, ſi vacat, eumdem in Pſal. 137. v. 2. n. 4. & in Pſal. 138. v. 9. n. 12.

Nunc non quidem doctum, ſed bonae mentis iudicem poſtulamus; Quid cenſendum: Ex recondita, & particulari: vel potius ex notiſſima, atque trita phraſi Auguſtinum loquutum? Eccleſiaſticum maxime pium hominem, Sacrarum Scripturarum ſtudiis immerſum, & ante Deum poſitum, Platonis, vel potius Davidis ſermonem meditatum?

Tu autem *Pherepone* dic nobis: Honeſte, an foede Auguſtinus Platonis conceptum advocaſſet? Si honeſte: quid latras, *ex Platoniſmo ſuo*? ſi foede: cur religioſum virum ad ethnicos Scriptores vel obtorto collo trahis, quem adeo commode in Divinis phraſibus relinquere poteras?

Nec autem ea Auguſtini verba preſſe proprieque poenitentiam intuentur: ſed antecedentibus, poſterioribuſque adtentis, huncce ſenſum habere dicendum eſt: Faciliuſque pennis adſumtis, & carnalibus atque terrenis ad ſpiritalia, & caeleſtia advolant qui &c. Eſt enim Auguſtini perpetuus gemitus, ne-

nequiviſſe ſe a carnalibus, atque terrenis divelli.

(c) *Et renitebatur, recuſabat &c.* = Ita communiter editi, & MSS. codices cum Benedictinis: qui tamen in *Syllabo codicum ad quos de novo &c.* haec nobis dicunt. = MSS. Angl. *Et retinebantur*, recuſabat &c. Alii, *renitebatur*.] MSS. Anglicani tamen a communi nos lectione minime avertere poſſunt, quam commendant elegantia, ratioque preſſe dicendi; Eſt enim lucta Auguſtinum inter, & animam eius: quam optime, *renitebatur*, non ita tamen, *retinebatur*, ut patet, ſignificat.

Itali n. 2. legunt: *Eran già meco paſſati quaſi dodici anni, dacchè &c.* Non inquit Auguſtinus, fere, ſed, *forte*. Et quidem non *quaſi*, ſed prorſus duodecim anni elapſi erant: ut ſuo loco obſervavimus.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

C A P U T VIII.

A R G U M E N T U M.

Tam acri, & ſalutari pectoris rixa totus concitatus, Alypium invadit, & omni orationis impetu, qua voce, qua fronte, quo oculis, ceteriſque exterioribus motibus interioris hominis mirum in modum commoti alta ſenſa pingentibus illud ediſſerit: Indecens videri prorſus ac turpe, ſe tot excultos doctrinis ad Caeleſte Regnum non poſſe adſurgere, quod tam facile, & bene rudes homines raperent. His aeſtibus ut liberum aditum faceret, in hortulum abſceſſit hoſpitii: quo utebatur Alypium interim pede poſt pedem ſequentem haud prohibens, quod compertum haberet tanti amici praeſentia magnum ſecretum non violari. Ibi vero plura in ſe vario argumento religioſa improperia, ex eo ſumta maxime, quod uſque tum frigido velle, & cunctatione luſiſſet: quum ingenua integra voluntas laqueos quoslibet frangat.

I. TUm in illa grandi rixa interioris domus meae, quam fortiter excitaveram cum anima mea in cubiculo noſtro corde meo, tam vultu, quam mente turbatus (*a*), invado Alypium, & exclamo, Quid patimur? quid eſt hoc? quid audiſti? Surgunt indocti & Caelum rapiunt; & nos (*b*) cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce ubi volutamur in carne & ſanguine! An quia praeceſſerunt pudet ſequi, & non pudet nec ſaltem ſequi? Dixi neſcio quae talia, & abripuit me ab illo aeſtus meus, cum taceret attonitus intuens me. Neque enim ſolita ſonabam, pluſque loquebantur animum meum frons, genae, oculi, color, modus vocis, quam verba quae promebam. Hortulus quidam erat hoſpitii noſtri, quo nos utebamur ſicut tota domo: nam hoſpes ibi non habitabat dominus domus. Illuc me abſtulerat tumultus pectoris, ubi nemo impediret ardentem litem, quam mecum adgreſſus eram, donec exiret qua tu ſciebas: ego autem non, ſed tantum inſaniebam ſalubriter, & moriebar vitaliter, gnarus quid mali eſſem, & ignarus quid boni poſt paululum futurus eſſem. Abſceſſi ergo in hortum, & Alypius pede poſt pedem (*c*). Neque enim ſecretum meum non erat, ubi ille aderat (*d*). Aut quando me ſic affectum deſereret? Sedimus quantum potuimus remoti ab aedibus: ego fremebam ſpiritus indignans turbulentiſſima indigna-

A.Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55 Ad. XIV. Siric. 11. Val. XI. Theod. VIII.

tione, quod non irem in placitum & pactum tecum; Deus meus, in quod eundum eſſe omnia oſſa mea clamabant (e) & in caelum tollebant laudibus, & non illuc ibatur navibus, aut quadrigis, aut pedibus quantum ſaltem de domo in eum locum ieram, ubi ſedebamus. Nam non ſolum ire, verum etiam pervenire illuc, nihil erat aliud quam velle ire, ſed velle fortiter & integre; non ſemiſauciam hac atque hac verſare & iactare voluntatem, parte adſurgentem, cum alia parte alibi iacente cadentem, luctantem (*f*).

11. Denique tam multa faciebam corpore in ipſis cunctationis aeſtibus, quae aliquando volunt homines, & non valent, ſi aut ipſa membra non habeant, aut ea vel colligata vinculis, vel reſoluta languore, vel quoquomodo impedita ſint. Si vulſi capillum, ſi percuſſi frontem, ſi conſertis digitis amplexatus ſum genu, quia volui feci. Potui autem velle & non facere, ſi mobilitas membrorum non obſequeretur. Tam multa ergo feci, ubi non hoc erat velle quod poſſe; & non faciebam, quod & incomparabili affectu amplius mihi placebat, & mox ut vellem poſſem, quia mox ut vellem utique vellem. Ibi enim facultas ea quae voluntas, & ipſum velle iam facere erat, & tamen non fiebat: faciliuſque obtemperabat corpus tenuiſſimae voluntati animae, ut ad nutum mentis membra moverentur, quam ipſa ſibi anima ad voluntatem ſuam magnam (*g*) in ſola voluntate perficiendam.

(*a*) *Tam vultu, quam mente turbatus:* = Quid mirum? Si crimen vultu celare non poſſumus: cur nobiliſſimos Ssncti-Spiritus ſtimulos? *Heu quam difficile eſt, crimen non prodere vultu* (1)? Cleantes apud Diogenem. Immo Spiritus-Sanctus Prov. 17. 24. *In facie prudentis lucet ſapientia*, & Eccleſ. 8. 1. *Sapientia hominis lucet in vultu eius.* Et haec de ſapientiae hsbiru; de aquis perpetuo aequali motu currentibus; Cur ergo non ſe prodat torrens ſubito atque tumultuario fragore inundans? Haec autem fuit ultima ſumma criſis, qua Auguſtinus prorſus convaluit.

(*b*) *Surgunt indocti, & Caelum rapiunt; & nos &c.* = Divinum graviſſimumque monitum hocce magno plauſu a cunctis Chriſtianis exceptum eſt; & ſummorum virorum animos mox occupavit, Unde Cyrillus Alexandrinus aetati S. Doctoris ſubpar, utpote qui obiit anno D. 444. aut ad ſummum 445. lib. 5. in Iosnn. c. 12. ante finem = Quem non merito terreant haec „ Auguſtini verba? Idiotae, & ſimplices caelum rapiunt: nos autem docti „ cum ſcientiis noſtris ad inferna demergimur: cum ſcilicet nos inflant, „ & non aedificant. Nimirum acerbior „ eos manet poſt mortem damnatio, „ qui legem noverunt, & ſecundum „ illam non operantur, quam aliorum „ &c.] Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus, qui vivere deſiit circa an. 454. Epiſt. Paraenetica ad Valerianum cognatum ſuum (quam ſummis laudibus effert Eraſmus) de vita ſolitar. &c. ex receſſu prope Lirinum an. 432. ſcripta, circa med. = Dixerant credo & hi „ (Cyprianus, Minutius, Firmianus, „ Ambroſius, *& alii quos nominaverat*) „ ſibi quod quidam noſtrum ait, cum „ ſe a ſaeculo in hanc beatiorem vitam hoc „ velut ſtimulo concitaret: dixerant credo, quid eſt hoc? Surgunt indocti: „ & caelum rapiunt: & nos cum doctrinis „ noſtris ecce ubi in carne volutamur, „ & ſanguine! Dixerant iſtud: & idcirco ipſi poſtea vim intulerunt regno,

(*c*) *Pede poſt pedem.* = Ita BB. & MSS. ab ipſis viſi. Nec non MSS. 2. S. Cr. unus Med. unus S. Mar. Ricar. & Car. At Vet. Am. Er. cum aliis editis, & MSS. 3. Med. Feſ. & uno S. Mar. *pedem poſt pedem*. Qusſi ſubintelligatur, *ponens*. Sed nitidior eſt noſtra lectio: in qua verbum *ſequutus*, vel, *ſequebatur* ſupplendum eſt. Et ſic

ſen

(1) Vide Plin. Sen. lib. 18.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

ſenſus; pede ſuo pedem meum ſequutus. Ut eſt illud apud nos Italos: *Tender dietse alle tacche*.

Pherep̄onus tanto emergente arcano ſibi tacendum non cenſuit: unde: *Veſtigia mea proxime ſequutus &c. quaſi dixeris, ſingulis pedibus in antecedentis veſtigiis poſitis*. Innuit ſcilicet etiam quibus vocibus id Graece dicatur.

Quis abſque *Pherepone* dictum, vulgi etiam ore tritum tenere poterat? Et cur praedicare, quomodo id Graeca lingua exprimatur? Anne fumus in vocabulo Graeco Latino? Cinenſis ergo linguae gnarus addere debet, quibus vocibus id Cinenſes ſignificare ſoleant? Tantus ne pruritus orbi detegendi, aliquot te *Pherepone* Graecas voces didiciſſe? Sed & decocti duobus teruncii: & pannoſi caprarum pilis inflantur.

Nunc iterum ad nos; Inquit Matthaeus c. 26. v. 58. *Petrus autem ſequebatur eum a longe . . . ut videret finem*. Et inquies tu: Alipyus autem ſequebatur Auguſtinum e proximo uſque in hortulum, ut videret finem. Petrus nempe ut videret finem tragoediae; Alypius ut videret finem gaudiorum. An non vero vel animo dicebat Alypius Auguſtino, quod expreſſe Ruth ſocrui ſuae Noemi: *Quocumque perrexeris, pergam . . . Deus tuus, Deus meus &c* (1)

(*d*) *Neque enim ſecretum meum non erat, ubi ille aderat*. = Monet etiam Spiritus-Sanctus Prov. 25, 9. *Cauſam tuam tracta cum amico tuo; & ſecretum extraneo ne reveles*. Praeclare in hanc rem diſſerit Caeſar Spezianus S. Caroli Borromaei miniſter, Navarrae, & inde Cremonae patriae ſuae Epiſcopus, Sedis Apoſtol. ad Hiſpan. & inde Vien. nuntius, qui monito 97. = E' coſa molto certa, e manifeſta, che dove non „ è confidenza, non puo eſſere vera, „ e buona amicizia, quantunque atti amorevoli, ed eſtrinſeci ſi vedano dall' „ una, e dall' altra parte. Parimente è „ anco vero, che dove è ſuperbia, „ non può mai eſſere confidenza: perche il ſuperbo non s' abbaſſerà mai „ a dire le coſe ſue: maſſimamente quelle, che ſapute, potranno ſecondo il ſuo penſiero nuocere, a „ quella opinione, in cui egli crede d' eſſere, o vorria eſſer tenuto. „ Però non vi fidate d' amicizia di diffidenti: nè meno della confidenza del „ ſuperbo, perchè facendo altrimenti, ne rimarrete per lo più ingannati. „

Nonnulli tamen natura ingenui, proprii ſecreti facti ſunt tenaces, quod multa experientia amicorum aut nullam, aut nimis inconſtantem fidem deprehenderint; iuxta illud Virgil. 4. Aeneid. *Nuſquam tuta fides*. Epicarmi monito, non integra amplitudine bono fere obedire coacti: *Sobrius eſſe: & memento fidere nulli*. Ceterum malae fidei amicos illos increpat Deus ipſe Eccleſ. 27. v. 17. & 24. *Qui denunciat arcana amici, fidem perdit, & non inveniet amicum ad animum ſuum*. = *Denudare amici myſteria, deſperatio eſt animae infelicis*.

(*e*) *In quod eundum eſſet, omnia oſſa mea clamabant* =. Illud Davidis Pſ. 34. 10. intuetur: *Omnia oſſa mea dicent: Domine quis ſimilis tibi?* In quod S. D. Serm. 1. n. 14. poſt med. *Oſſa dicuntur in corpore Domini omnes iuſti, firmi corde, fortes, nullis perſecutionibus, & tentationibus cedentes ad conſentiendum malo*.

Senſus igitur erit. E terris ad Caelum, ad Deum cor elevandum omnes iuſti, & fortes, Simplicianus, Pontitianus, Victorinus, Antonius, duo Imperatoris Aulici aut voce, aut facto clamabant.

(*f*) *Parte adſurgentem: cum alia parte alibi iacente cadentem, luctantem*. = Sequimur Corbeienſem vetuſtum codicem a BB laudatum: qui in *Syllabe codicum, ad quos de novo &c.* addunt: = Angl. duo, *parte aſſurgentem cum alia &c.*] Ipſi vero legunt; *parte aſſurgente, cum alia parte cadente luctantem*. Hic docti Patres haud fuere diligentiſſimi: laudantes tantum Corb. cod. quaſi reliqui omnes convenirent: cum tamen nedum MSS. ſed & editorum mira ſit diſcrepantia, ut ſtatim patebit. Am. & Er. *partem aſſurgentem cum alia parte cadente luctantem*. Som. & Wangn. *hac parte aſſurgentem &c.* MSS. S. Mar. *parte aſſurgente cum alia parte cadente. Denique luctantem*. Cum BB. ſunt Baſil. Car. & Feſ. Ea verba codicis Cor. *alibi iacente* in nullo e noſtris MSS. reperimus. His praeciſis, nobiſcum ſunt Vet. MSS. optimus S. Cr. Ricar. quibus addere potes, ut vides, MSS. Anglic. Som. & Wang. Niſi quod nullus codex a nobis viſus habet, *cadentem*, ſed omnes, *cadente*; unde &

(1) Ruth c. 1. v. 16.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55 Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

circa hoc, ſicut & circa verba, *alibi tacente*, tota fides ſit penes cod. Corb.

Commentarius lectionem ſelectam ſtabiliet; etſi non inficiemur, aut bene, aut dure & barbare lectiones omnes in eumdem ſenſum abire. Dixerat igitur velle ſuum facto deſtitutum, quod minime aere eſſet, & integrum *ſed velle fortiter, & integre, non &c.* Nunc id graphice pingit: Voluntas a ſemetipſa diviſa, & velut duobus fluctibus acta, cum una parte adſurgebat, elevabatur ad Divina; At ſimul cum altera parte, terrenis adhuc adhaerente cadebat: At non cadebat prorſus: ita enim fere fuiſſet qui olim: ſed aegre aliqua reſiſtentia, & lucta. Haec ex contextu nata codicis Corb. lectione aptius ſignificari videntur.

Ad hoc vero caput, ſicut & ſequens Lanſenium provocamus; Annonne Auguſtinus ſui ipſius interpres? Quomodo ex Auguſtino volentibus, atque conantibus Dei praecepta ſunt impoſſibilia: ſi ipſomet teſte, arbitrium ſuum in duas voluntates caeleſtem, atque terrenam ſecreverat: & ſimul, & ſemel utrique connivebat, & blandiebatur; ſeu ambas (eo quod poſcebatur oſtenſo, & mox retracto) defraudabat?

(g) *Ad voluntatem ſuam magnam &c.* = Adſtipulamur BB. qui ita loquuntur in imo margine. = Lov. Som. „ Bl. ſ. *ad voluptatem ſuam*; corrupte, „ nam de perficienda voluntate loquitur Auguſtinus. Et vero in MSS. „ nullo fere excepto, in antiquioribus „ editionibus, & Am. habetur, *ad vo-* „ *luntatem ſuam*.] Corruptam lectionem praeferunt etiam Vet. & Wang Genulmam vero MS. S. Mar. Riear, optimus 6. Cr. Feſ. & Car. Am. &c.

Itali, qui mendoſam lectionem ſequuntur, turpiori alia ratione textum corrumpunt: *quel ſuo ſommo piacere, che unicamente dalla volontà dipendeva.* Non dicit Auguſtinus, *a ſola*, ſed, *in ſola*. Et aliud eſt, voluntate pendere: aliudque, in voluntate perfici. Miratur autem Auguſtinus, tam bene voluntatis placita in alienis conſummanda exſequutioni mandari; Tantamque reluctantiam occurrere in iis, quae nedum a voluntate pendent: ſed in ipſa quoque ſola perficiuntur.

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Incoeptam quaeſtionem amplificat; Portentum nempe videri, animi nutibus tam bene, & mox ipſa membra corporis obſequi: animum autem ipſum reluctari. At id diſputationis non tam ſerio, quam ad ingenii exercitationem; mox enim ſermonem colligens, concludit: Non id monſtrum eſſe, ſed animi aegritudinem, qui a ſeipſo diviſus, & in duas voluntates diſtractus, auctoritatis ſuae plenitudinem minime exſerit.

UNde hoc moſtrum, & quare iſtud? Luceat miſericordia tua, & interrogem ſi forte mihi reſpondere poſſint latebrae poenarum hominum, & tenebroſiſſimae contritiones filiorum Adam. Unde hoc monſtrum, & quare iſtud? Imperat animus corpori, & paretur ſtatim; imperat animus ſibi, & reſiſtitur. Imperat animus ut moveatur manus, & tanta eſt facilitas, ut vix a ſervitio diſcernatur imperium: & animus animus eſt, manus autem corpus eſt. Imperat animus ut velit animus, nec alter eſt, nec facit tamen. Unde hoc monſtrum, & quare iſtud? Imperat, inquam ut velit, qui non imperaret niſi vellet, & non fit quod imperat. Sed non ex toto vult; non ergo ex toto imperat. Nam intantum imperat, inquantum vult, & intantum non fit quod imperat, inquantum non vult. Quoniam voluntas imperat ut ſit voluntas, nec alia, ſed ipſa. Non utique plena imperat, ideo non eſt quod imperat. Nam ſi ple-

pleua eſſet, nec imperaret ut eſſet, quia iam eſſet. Non igitur monſtrum partim velle, partim nolle; ſed aegritudo animi eſt, quia non totus adſurgit veritate ſublevatus, conſuetudine praegravatus. Et ideo ſunt duae voluntates, quia una earum tota non eſt, & hoc adeſt alteri quod deeſt alteri (*a*). A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(*a*) *Et hoc adeſt alteri, quod deeſt alteri.* = Quid ergo agendum erat? integra adhuc voluntas aderat, ſed diviſa: quod dabatur malae, retrahendum erat: & mox completa bona, totum hominem moderaretur, & regeret.

Commode hic ad Italos traductores divertimus: *In tanto egli comanda, in quanto che vuole che s'ubbidiſca, dunque &c.* Male: verbum enim *vult*, non ad obedientiam, ſed, ad imperium refertur; ſeu, in ipſo ſiſtit. Ut patet ex concluſione, quam infert, & eſt ſenſus; In tantum imperat, in quantum vult; vel: Ipſum imperare, eſt velle: *In tanto comanda, in quanto vuole; ovvero: Il comandare è un volere.*] *S'ella appien comandaſſe, appena comanderebbe, che il ſuo comando già ſarebbe eſeguito.* Corrompitur hic textus, & argumentum. Eſt enim manifeſtus ſenſus: Voluntatem hic plenam haud eſſe: nam cum voluntas imperet, ut adcedat voluntas: ſi haec integra adeſſet, quid imperaret, quid cuperet? Sic vertendum erat: *Poichè ſe la volontà foſſe piena, non comanderebbe che la ſteſſa volontà vi foſſe: concioſſiachè con eſſer piena, già vi ſarebbe.*

Franciſcus Mayro ad c. 7. n. 2. ſic loquitur. = Quintum dictum eſt: „ *Ego adoleſcens dixeram, da mihi caſtitatem &c. malebam expleri, quam extingui.* Ex quo dicto accipitur documentum mirandae humilitatis in Auguſtino, qui ſuas foeditates ita confeſſus eſt publice toti mundo, ut ipſum librum in memoriam ſuorum vitiorum perpetuam omnibus relinqueret.

Tam ſero ſoporem excutis? Quaſi hic tantum, aut hic primum S. Doctor infirmitates ſuas proderet! Quin immo iamiam illuceſcit dies, & trucis noctis ſpectra recedunt.

CA-

A.Ch. 386.
Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Ne ex iis quae de voluntatis diviſione diſſeruit, quidquam ad ſuam ipſorum cauſſam datum Manichaei arbitrentur; ad eos nunc divertit, acerrima diſputatione oſtendens, Perperam, & etiam fatue ex duabus in ſtabiliendo voluntatibus, duarum mentium naturas duas, bonam unam, alteram malam deduci. Seipſum eumdemque fuiſſe, qui volebat, qui nolebat: qui imperfecto velle, qui imperfecto nolle duas in partes diſtrahebatur. Et quoniam illi in ab Eccleſia, & a theatro pendula voluntate tracto errorem ſtabiliebant, & explicabant; ibi S. Doctor urget: & verſo argumento in ipſos, aliiſque haud diſſimilibus exemplis additis: acutiſſime, & ad ſenſum evincit; aut id argumenti prorſus evanidum: aut non duas, bonam unam alteram malam: ſed utriuſque generis innumeras voluntates homini adſerendas.

I. PEreant a facie tua Deus (1), ſicuti pereunt vaniloqui & mentis ſeductores, qui cum duas voluntates in deliberando animadverterint, duas naturas duarum mentium eſſe adſeverant, unam bonam, alteram malam. Ipſi vere mali ſunt (*a*), cum iſta mala ſentiunt, & iidem ipſi boni erunt, ſi vera ſenſerint, veriſque conſenſerint, ut dicat eis Apoſtolus tuus: Fuiſtis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino (2). Iſti enim dum volunt eſſe lux, non in Domino, ſed in ſeipſis, putando animae naturam hoc eſſe quod Deus eſt, ita facti ſunt denſiores tenebrae (*b*): quoniam longius a te receſſerunt horrenda arrogantia, a te vero lumine illuminante omnem hominem venientem in hunc mundum (3). Adtendite quid dicatis, & erubſcite, & accedite ad eum, & illuminamini, & vultus veſtri non erubeſcent (4). Ego cum deliberabam ut iam ſervirem Domino Deo meo, ſicut diu diſpoſueram, ego eram qui volebam, ego qui nolebam, ego ego eram. Nec plene volebam, nec plene nolebam. Ideo mecum contendebam, & diſſipabar a meipſo. Et ipſa diſſipatio me invito quidem fiebat (*c*), nec tamen oſtendebat naturam mentis alienae, ſed poenam meae. Et ideo non iam ego operabar illam, ſed quod habitabat in me peccatum de ſupplicio liberioris peccati, quia eram filius Adam.

II. Nam ſi tot ſunt contrariae naturae, quot voluntates ſibi reſiſtunt; non iam duae, ſed plures erunt. Si deliberet quiſquam utrum ad conventiculum eorum pergat, an ad theatrum: clamant iſti, Ecce duae naturae, una bona hac ducit, altera mala illac reducit. Nam unde iſta cunctatio ſibimet adverſantium voluntatum? Ego autem dico ambas malas, & quae ad illos ducit, & quae ad theatrum reducit. Sed non credunt niſi bonam eſſe qua itur ad eos. Quid ſi ergo quiſquam noſtrum deliberet, & ſe-

(1) Pſal. 67. 3.
(2) Epheſ. 5. 8.
(3) Ioan. 1. 10.
(4) Pſal. 33. 6.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

& ſecum altercantibus duabus voluntatibus fluctuet, utrum ad theatrum pergat, an ad eccleſiam noſtram, nonne & iſti quid reſpondeant fluctuabunt? Aut enim fatebuntur, quod nolunt, bona voluntate pergi in eccleſiam noſtram, ſicut in eam pergunt qui ſacramentis eius imbuti ſunt atque detinentur: aut duas malas naturas, & duas malas mentes in uno homine confligere putabunt; & non erit verum quod ſolent dicere, unam bonam, & alteram malam: aut convertentur ad verum, & non negabunt cum quiſque deliberat animam unam diverſis voluntatibus aeſtuare.

III. Iam ergo non dicant, cum duas voluntates in homine uno adverſari ſibi ſentiunt, duas contrarias mentes, de duabus contrariis ſubſtantiis, & de duobus contrariis principiis contendere, unam bonam, alteram malam. Nam tu Deus verax improbas eos, & redarguis atque convincis eos, ſicut in utraque mala voluntate, cum quiſque deliberat utrum hominem veneno interimat an ferro: utrum fundum alienum illum, an illum invadat, quando utrumque non poteſt: utrum emat voluptatem luxuria, an pecuniam ſervet avaritia: utrum ad circum pergat, an ad theatrum, ſi uno die utrumque exhibeatur: addo etiam tertium, an ad furtum de domo aliena ſi ſubeſt occaſio: addo & quartum, an ad committendum adulterium ſi & inde ſimul facultas aperitur, ſi omnia concurrant in unum articulum temporis, pariterque cupiantur omnia quae ſimul agi nequeunt. Diſcerpunt enim animum ſibimet adverſantibus quatuor voluntatibus, vel etiam pluribus in tanta copia rerum quae appetuntur, nec tamen tantam multitudinem diverſarum ſubſtantiarum ſolent dicere: ita & in boni voluntatibus. Nam quaero ab eis, utrum bonum ſit delectari lectione Apoſtoli, & utrum bonum ſit delectari pſalmo ſobrio, & utrum bonum ſit Evengelium diſſerere. Reſpondebunt ad ſingula: Bonum. Quid ſi ergo pariter delectent omnia ſimulque uno tempore? Nonne diverſae voluntates diſtendunt cor hominis, cum deliberatur quid potiſſimum arripiamus? Et omnes bonae ſunt, & certant ſecum, donec eligatur unum, quo feratur tota voluntas una, quae in plures dividebatur. Ita etiam cum aeternitas delectat ſuperius, & temporalis boni voluptas retentat inferius, eadem anima eſt non tota voluntate illud aut hoc volens, & ideo diſcerpitur gravi moleſtia dum illud veritate praeponit, hoc familiaritate non punit (*d*).

(*a*) *Ipſi vere mali ſunt* ☲. Ex phyſico in moralem ſenſum abit: dicens, Manichaeos naturam phyſice etiam malam in homine ſtatuentes, malos, impios eſſe. De quo capitali Manichaeorum errore ſaepe alibi S. Doctor, & nos: Adeoque neceſſum minime eſt hic quidquam addere.

Quod inde adſerit: *putantes animae naturam hoc eſſe, quod Deus eſt*: duplici ratione verum eſt; Docebant enim Manichaei, ut ex alibi obſervatis conſtat, animam bonam partem eſſe Divinae ſubſtantiae; Eamdemque animam minime poſſe in peccata fluere; quod Dei tantum proprium eſt. Cum autem nimis conſtet hominem labi: animam malam ſomniabant, in quam peccata revocarentur. Comque & ipſorum iudicio nec anima iſta a ſe eſſe poſſet: ſtatuebant etiam malum deum cuius eadem anima eſſet opus, germen, ſive particula.

Quod Ell Du Pin Novae Biblioth. Author. Eccleſ. t. 3. de Auguſtino in Pſal. merito inquit: *Il apporte ſouvent pluſieurs ſens d' un meme endroit, & il fait quelquefois de longues digreſſions contre le ſchiſme, ou contre les Hereſies de ſon temps*. Nempe: Is erebo eius-

dem

A.Ch. 386. Aug 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

dem textus plures ſenſus adſert : & quandoque longis digreſſionibus ſui temporis ſchiſmata, aut haereſes impetit. Hoc inquam de his Confeſſionibus nos: in quibus frequentiſſime Auguſtinus contra Manichaeos haud brevibus digreſſionibus certat.

(*b*) *Ita facti ſunt denſiores tenebrae* =. Homines ſeipſi quidem denſae tenebrae ſunt; At dum arrogantia, ut Manichaei, inflantur, & in Deum cervicem erigunt, denſiores tenebrae fiunt. Videlicet, ſe pſis tenebrae erant: inde lucem a Deo dandam demerentur: Scholaſticus diceret: Prius tenebrae erant *negative*, inde, *privative*, ſeu *Contrarie*. Quod quidem pulcre ediſſerit Ser. 67. de Verb. Matth. 11. (Alias, 8. de Verb. Dom.) c. 5. n. 8. & 9 = Si dicendo „ te eſſe ſapientem, ſtultus factus es (1); „ dic te ſtultum, & ſapiens eris &c. „ Prorſus quod ad teipſum pertinet, „ quod ad tua tenebroſus es. Quid eſt „ enim aliud, eſſe ſtultum, niſi eſſe te„ nebroſum in corde? &c. Dic quia tu „ tibi lumen non es, Ut multum, ocu„ lus es lumen non es. Quid prodeſt „ patens, & ſanus oculus, ſi lumen de„ ſit? Ergo dic, a te tibi lumen non „ eſſe. Et clama quod ſcriptum eſt: „ *Tu illuminabis lucernam meam Domi*„ *ne* (2) *&c.* Ille (*Ioannes a Chriſto illu*„ *minatus*) lucerna, hoc eſt, res illu„ minata, accenſa ut luceret. Quae ac„ cendi poteſt, poteſt & extingui. Sed „ ut non extinguatur, ventum ſuper„ biae non patiatur &c. Eo quod te„ nebrae erant, & lumen ſe putabant, „ nec illuminari potuerunt.] Sed Ethnici, contra quos hic Auguſtinus, turgidi erant, quod ſe doctos exiſtimarent: Manichaei quia, ut diximus, animam Dei partem, lapſibus minime obnoxiam iactabant.

(*c*) *Me invito quidem fiebat.* = Illud Apoſt. Rom. 7. v. 15., & 16. intuetur: *Non enim quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo &c.* Id autem erat poena, ut addit: poena quidem & originalis, & etiam actualis peccati.

Sub finem cap. haec habet Franciſcus Mayro. = Octavum dictum eſt iſtud; Dum aeternitas delectat ſuperius, „ & temporalis boni voluptas retentat „ Inferius: eadem anima eſt, non tota „ voluntate hoc, aut illud volens; & „ ideo decerpitur gravi moleſtia, dum „ illud veritate praeponit, hoc familia„ ritate praetermittit.] Novum commentarii genus! textum excerpere ad verbum: & nec iota addito, eidem paginae, e qua fuerat deſumptus, reddere.

(*d*) *Hac familiaritate non punit.* = Ita vetuſtus codex Corbeienſis, & aliquot alii a BB. viſi. Nec non 2. Med. unus S. Cr. Ricar. Sed totidem Med. 2. S. Cr. Car. & paſſim editi, quibus adhaerent BB. *non ponit*. A quibus tamen ipſum Auguſtini nos argumentum ſeiunxit: quod in eorum lectione quid velit, & inferat non videmus. Enim vero ſi Auguſtinus bonum aeternum praeferebat: bonum voluptatis interim minime ponens: ſeu, ut inquit Mayro, praetermittens: quid deerat? ubi certamen? ubi duae voluntates? quomodo anima in duas partes rapiebatur? adeo ut gravi moleſtia diſcerperetur? Bonum voluptatis ſe poſuiſſe mille phraſibus huc uſque Auguſtinus profeſſus fuerat.

Dicit ergo Auguſtinus, eatenus animam ſuam diſcerptam, & in duas voluntates diviſam, quod aeterna bona praeferens, interim delectabili inhiantem humanitatem, vel ſenſum non puniret, hoc eſt non comprimeret, non caſtigaret. Et id contingebat propter familiaritatem: Videlicet quod diuturno congreſſu adſuetus fuiſſet ſenſibilibus bonis. Recole dicta c. 7. A. & E.

Quiſpiam arbitrabitur *ponit* ab Auguſtino ſcriptum: prout tamen id verbum non eſt, *facio*, vel, *admitto*; ſed ex oppoſito, *depono*, *relinquo*, *abiicio*: iuxta illud Virgil. 1. Aeneid. *Ponuntque ferocia Poeni corda*. Qui tamen fere de nihilo nobiſcum contendet.

CA-

(1) Rom. 1. 22.

(2) Pſal. 17. 29.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

C A P U T XI.

A R G U M E N T U M.

Ad ſummam iam ſpiritalis languoris criſim deportatus, ſolito conſcientiam ſuam accuſabat acerbius: tenuiſſimis quidem implicitus vinculis, a Dei tamen amplexibus ſat retardatus. Vix ſcilicet ſanctitatem non tenebat: ſed quanto ei propior, tanto deterritus, priora exhorrebat: nova ſuſpenſus, & palpitans intuebatur. Solito inde candore, & mira elegantia ultimam concupiſcentiam inter ſpiritumve luctam narrat, ac pingit. Hic nugarum nugis mille ambagibus retinere ſatagentibus, ad ſolitaque invitantibus poſitis; Ad frontem vero Continentiae maieſtate blanda oratione: & omnis aetatis generiſque ſanctorum exemplis temere genitum terrorem contemnente, & ad victoriam animante. Tantae ſcenae praeſens Alypius, exitum eius tacitus praeſtolabatur.

I. SIc aegrotabam, & excruciabar accuſans memetipſum ſolito acerbius nimis, ac volvens & verſans me in vinculo meo, donec abrumperetur totum quo iam exiguo tenebar, ſed tenebar tamen (*a*). Et inſtabas tu in occultis meis Domine, ſevera miſericordia, flagella ingeminans timoris, & pudoris, ne rurſus ceſſarem, & non abrumperetur idipſum exiguum & tenue quod remanſerat; & revaleſceret iterum, & me robuſtius adligaret. Dicebam enim apud me intus: Ecce modo fiat, modo fiat (*b*); Et cum verbo iam ibam in placitum. Iam pene faciebam, & non faciebam: nec relabebar tamen in priſtina, ſed de proximo ſtabam, & reſpirabam: Et item conabar & paulo minus, ibi eram, & paulo minus iamiamque adtingebam & tenebam; & non ibi eram, nec adtingebam, nec tenebam haeſitans mori morti, & vitae vivere; pluſque in me valebat deterius inolitum, quam melius inſolitum: punctumque ipſum temporis quo aliud futurus eram, quanto propius admovebatur, tanto ampliorem incutiebat horrorem: ſed non recutiebat retro, nec avertebat; ſed ſuſpendebat.

II. Retinebant nugae nugarum (*c*), & vanitates vanitatum antiquae amicae meae; & ſuccutiebant veſtem meam carneam, & ſubmurmurabant, Dimittis ne nos? & a momento iſto non erimus tecum ultra in aeternum, & a momento iſto non tibi licebit hoc & illud, ultra in aeternum? Et quae ſuggerebant in eo quod dixi, hoc & illud, quae ſuggerebant, Deus meus? Avertat ab anima ſervi tui miſericordia tua: Quas ſordes ſuggerebant (*d*)? quae dedecora? Et audiebam eas iam longe minus quam dimidius, non tanquam libere contradicentes eundo in obviam, ſed veluti a dorſo muſſitantes, & diſcedentem quaſi furtim vellicantes, ut reſpicerem. Retardabant, tamen cunctantem me abripere atque excutere ab eis, & tranſilire quo vocabar, cum diceret mihi conſuetudo violenta: Putaſne ſine iſtis poteris?

III. Sed iam tepidiſſime hoc dicebat. Aperiebatur enim ab

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 35. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

ea parte, qua intenderam faciem, & quo tranſire trepidabam, caſta dignitas Continentiae (e) ſerena & non diſſolute hilaris, honeſte blandiens ut venirem neque dubitarem, & extendens ad me ſuſcipiendum, & amplectendum pias manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri & puellae; ibi iuventus multa & omnis aetas, & graves viduae, & virgines anus; & in omnibus ipſa Continentia nequaquam ſterilis; ſed fecunda mater filiorum gaudiorum de marito te Domine. Et irridebat me irriſione hortatoria, quaſi diceret: Tu non poteris quod iſti, quod iſtae? An vero iſti, & iſtae in ſemetipſis poſſunt, ac non in Domino Deo ſuo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te ſtas, & non ſtas? Proiice te in eum; noli metuere, non ſe ſubtrahet ut cadas: proiice te ſecurus, excipiet, & ſanabit te. Et erubeſcebam nimis, quia illarum nugarum murmur adhuc audiebam, & cunctabundus pendebam. Et rurſus illa, quaſi diceret: Obſurdeſce adverſus immunda illa membra tua ſuper terram, ut mortificentur. Narrant tibi delectationes, ſed non ſicut lex Domini Dei tui (1). Iſta controverſia in corde meo, non niſi de meipſo adverſus meipſum. At Alypius adfixus lateri meo, inuſitati motus mei exitum tacitus opperiebatur.

(a) *Quo iam exiguo tenebar, ſed tenebar tamen.* = Ad quam prorſus rem S. Pater N. Ioannes a Cruce graviſſime dixit ſententia; vel monito 22. quod Latine ſic reddi poteſt = Parum refert an avis „ tenui, vel pingui filo colligata ſit. „ Quodcunque enim ſit filum: ipſum „ minime abſcindens, ſemper in laqueis e- „ rit, a volatu praepedita. Ita Ani- „ ma, quae cuiuſcumque rei, etſi mi- „ nimae amore tenetur.

(b) *Ecce modo fiat, modo fiat.* = Quid hic haeretici Centuriatores, qui capitis 25. lib. de Peccatorum Merit. & Remiſſ. duorumque Sermonum verba poenitentiam, ſeu converſionem ſuadentia Cent. 5. c. 4. pag. 507. tanta rabie mordent? De re autem hac graviter, & pie diſſerit Dionyſius Carthuſianus in Speculo Amatorum mundi (2), paulo ante med. hiſce verbis „ Inſipientes „ cenſendi ſunt, qui impie uſque ad „ mortem viventes, quae ſunt digna „ morte agunt: quam nec timent vicinam caeci, & mentis inſanae inſipientibus ſimiles noviſſima ſua, & „ poſt mortem ventura non providentes. Unde Auguſtinus: Multi aeternaliter damnantur, & finaliter in peccatis detinentur, qui voces quidem „ occultae inſpirationis audiunt, ſed vitam non corrigunt, dicentes *cras*, „ *cras*: ſubitoque oſtium clauditur, & „ remanet miſer peccator foris ante „ arcam patriae caeleſtis cum voce corvina, quia pro peccatis gemere noluit tempore, quo potuit, & debuit „ voce columbina; Unde dixit triſtis „ morrui cuiuſdam vox, o eras, o cra, „ quam longam veſtem mihi feciſtis, „ & in barathrum mortis me procraſtinando protrhaxiſti: decepiſti me, „ & deceptus ſum.

(c) *Retinebant me nugae nugarum.* = Phraſis ſimillima illi, *Vanitas vanitatum* Ecclef. 1, 2. Eſt autem ad amplificationem; ut ſi dicas: rerum gravium graviſſimae. Niſi forte primo loco actionem, altero rem agentem Auguſtinus intelligat: puta blanditiae, tentamenta nugarum. De quo nugarum viſco S. D. Serm. 112. de Verb. Lucae 14. (Alias, 33. de Verb. Dom.) c. 6. n. 6. „ O qui ad coenam Domini venitis, nolite diligere mundum, nec ea, quae „ ſunt in mundo (3). Non dixit, Nolite „ habere: ſed, Nolite diligere. Habuiſti, poſſediſti, dilexiſti. Amor rerum terrenarum viſcum eſt ſpiritualium pennarum. Ecce concupiſti, haeſiſti. Quis dabit tibi pennas ſicut „ columbae? Quando volabis ubi vere „ requieſcas (4)? „

(d) *Quas ſordes ſuggerebant?* = Ar-

(1) Pſal. 118. 85.
(2) Obiit an. D. 1471. aetat. ſuae 69.
(3) 1. Ioann. 2. 15.
(4) Pſal. 54. 7.

Arbitramur ſummas, atque ſecretiores Veneris delicias. At ſuggerebant, ut addit, velut a tergo; Iam enim fere cum Davide Pſal. 54. 8. dicere poterat, *ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine*. Cito inquam Auguſtinus cum Gregorio Nazianz. Epiſt. 63. clamabit = „ Valeant throni, principatus, opes, „ ſplendores, elationes, caſus; vilis „ haec, & deſpicabilis gloriola, ex qua „ plus dedecoris capiat, ſi animo ef- „ feratur, quam ſi irrideatur; valeant „ inquam magnae huius vitae ſcenae, „ ludrica, nugaeque theatricae.

(*e*) *Caſta dignitas Continentiae*. = Hanc inquit S. Doctor enervaſſe vim contendentium nugarum. Paeclare in hanc rem Chryſoſtomus Homil. 17. in epiſt. ad Rom. circa finem = Quomo- „ do ergo ab hac dura ſervitute libe- „ rabimur? Si aliam gloriam adamave- „ rimus; nempe eam, quae vera eſt glo- „ ria; quemadmodum enim eos, qui „ corpora amant, alia ſplendidior fa- „ cies viſa a priore ſeparat; ſic & eos „ qui gloriam hanc depereunt, ſplen- „ dida illa caeleſtis gloria conſpecta ſi „ fuerit, ab iſta abducere poterit.

A. Ch. 386. Aug. 31. Mon. 35. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Et Franciſcus Petrarcha Lyricorum Ital. cant. 3. 5.

„ . . . . . Tutti gli altri diletti
„ Di queſta vita ho per minori
„ aſſai:
„ E tutte altre bellezze indietro
„ vanno.

Hinc tritum illud: *Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro*. Vide etiam ſi placet, ipſum Auguſtinum in Pſal. 84. ad v. 13. n. 15.

C A P U T XII.

A R G U M E N T U M.

Facta tandem temporis diu exſpectati plenitudine: cunctis animae ſuae languoribus in unum iunctis ante ipſum poſitis, ab Alypio ſemotus, & ſub arbore fici ſtratus, cordis amariſſima contritione ſalubrium lacrymarum imbrem erumpit. Cui mox clementer Deus indulgens, quaſi pueri, vel puellae canentis voce ad lectionem v. 13. & 14. cap. 13. epiſt. ad Rom. illum provocat: & in novum virum prorſus transformat. Tum hilari fronte novus Auguſtinus indicat factum Alypio, qui eadem iam hora divina gratia victus, & mox apud Apoſt. ſuperiora inſequentibus verbis confortatus, religioſo nunc Amico ad amuſſim iungitur, a quo olim foedo longe diſtabat. Ambo inde geſtientes ad Monnicam, Auguſtini tenebris tot annis afflictam, & cui Deus amplius quam poſtulaverat, impertitus fuerat. Benedicit tanti prodigii Auctori religioſa Mater, exſultat, triumphat.

I. UBi vero a fundo arcano alta conſideratio contraxit, & congeſſit totam miſeriam meam in coſpectum cordis mei, oborta eſt procella ingens ferens ingentem imbrem lacrymarum. Et ut totum effunderem cum vocibus ſuis ſurrexi ab Alypio. Solitudo mihi ad negotium flendi aptior ſuggerebatur. Et ſeceſſi remotius, quam ut poſſet mihi oneroſa eſſe etiam eius praeſentia. Sic tunc eram, & ille ſenſit: neſcio quid enim (*a*) puto dixeram in quo adparebat ſonus vocis meae iam fletu gravidus, & ſic ſurrexeram. Manſit ergo ille ubi ſedebamus nimie ſtupens. Ego ſub quadam fici arbore ſtravi me (*b*), neſcio quomodo (*c*), & dimiſi habenas lacrymis, & proruperunt flumina oculorum meorum, acceptabile

 ſa-

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. 11. Val. XI. Theod. VIII.

ſacrificium tuum. Et non quidem his verbis, ſed in hac ſententia multa dixi tibi: Et tu Domine uſquequo(1)? Uſquequo Domine iraſceris in finem (2)? Ne memor fueris iniquitatum noſtrarum antiquarum (3). Sentiebam enim eis me teneri; iactabam voces miſerabiles. Quamdiu? quamdiu? Cras, & cras (c)? Quare non modo? quare non hac hora finis turpitudinis meae?

II. Dicebam haec & flebam amariſſima contritione cordis mei; Et ecce audio vocem (e) de vicina domo (f) cum cantu dicentis & crebro repetentis, quaſi pueri an puellae, neſcio: Tolle lege, tolle lege (g). Statimque mutato vultu, intentiſſimus cogitare coepi, utrumnam ſolerent pueri (h) in aliquo genere ludendi cantitare tale aliquid: nec occurrebat omnino audiviſſe me uſpiam. Repreſſoque impetu lacrymarum ſurrexi, nihil aliud interpretans, niſi divinitus mihi iuberi, ut aperirem codicem & legerem quod primum caput inveniſſem. Audieram enim de Antonio (i), quod ex evangelica lectione, cui forte ſupervenerat, admonitus fuerit, tanquam ſibi diceretur quod legebatur. Vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in Caelis; & veni ſequere me (4): & tali oraculo confeſtim ad te eſſe converſum. Itaque concitus redii ad eum locum ubi ſedebat Alypius: ibi enim poſueram codicem Apoſtoli, cum inde ſurrexeram. Atripui, aperui (k), & legi in ſilentio capitulum, quo primum coniecti ſunt oculi mei: Non in comeſſationibus (l) & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & aemulatione: Sed induite Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis providentiam ne feceritis in concupicentiis (5). Nec ultra volui legere; nec opus erat. Statim quippe cum fine huiuſce ſententiae quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi meo, omnes dubitationis tenebrae diffugerunt.

III. Tum interiecto aut digito, aut neſcio quo alio ſigno, codicem clauſi, & tranquillo iam vultu indicavi Alypio. At ille quid in ſe ageretur, quod ego neſciebam, ſic indicavit: petit videre quid legiſſem: oſtendi; & adtendit etiam ultra quam ego legeram, & ignorabam quid ſequeretur. Sequebatur vero (m): Infirmum autem in fide recipite (6). Quod ille ad ſe retulit, mihique aperuit. Sed tali admonitione firmatus eſt, placitoque ac propoſito bono, & congruentiſſimo ſuis moribus, quibus a me in melius iam olim valde longeque diſtabat, ſine ulla turbulenta cunctatione coniunctus eſt. Inde ad Matrem ingredimur; indicamus; gaudet; narramus quemadmodum geſtum ſit; exſultat & triumphat; & benedicebat tibi (n), qui potens es ultra quam petimus aut intelligimus facere (7), quia tanto amplius ſibi a te conceſſum de me videbat, quam petere ſolebat miſerabilibus flebilibuſque gemitibus. Convertiſti enim me ad te, ut nec uxorem quaererem, nec aliquam ſpem ſaeculi huius, ſtans in ea regula fidei in qua me ante tot annos ei revelaveras. Et convertiſti luctum eius in gaudium (8) multo uberius quam voluerat, & multo carius atque caſtius quam de nepotibus carnis meae requirebat.

(a) Et

(1) Pſal. 6. 4.
(2) Pſal. 12. 1.
(3) Pſal. 78. 8.
(4) Matth. 19. 21.
(5) Rom. 13. v. 13. & 14.
(6) Rom. 14. 1.
(7) Ephes. 3. 20.
(8) Pſal. 29. 12.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(a) *Et ille ſenſit; neſcio quid enim &c.* = Sequimur BB. qui innuunt in margine. = Lov. *Et ille ſenſit neſcio quid. Aliquid enim &c.*] Non ſolum Lov. ſed & Am. Er. Som. Wangn. & fere MS. Ricar. eodem modo legunt. Feſ. nobiſcum eſt; At res eſt minimi ponderis.

Bene autem paulo ante dixerat: *Solitudo enim mihi &c.* Nam dixerat Deus Oſeae 2. 14. *Ducam eam in ſolitudinem: & loquar ad cor eius.* Converſio haec, *mutatio dexterae Excelſi* (1) contigit poſteriorum Eruditorum omnium ſententia anno Auguſtini trigeſimo ſecundo, Chriſti trecenteſimo octogeſimo-ſexto, exeunte menſe Auguſti. Sed iuvat duorum verba referre, quorum iudicium in hac re maximi ſit. Patres Benedictini lib. 2. Vitae S. Doctoris, cap. 7. n. 1. „ Paucos adhuc in ea villa (*Verecundi*) dies tranſegerat (2), eum libros „ ſuos de Academicis exorſus, eos in„ termiſit (3), ut librum de Beata vita „ ſcriberet, tridui opus, ipſo (4) nata„ litio illius die incoeptum, qui in idus „ Novembris incidebat. Itaque ſeceſ„ ſus eius in Villam Caſſiciacum nonniſi „ menſe Octobri, eiusque converſio „ Septembri, aut ſaltem exeunte Augu„ ſto videtur contigiſſe. Mediolani e„ nim, praelectionibus ſuis abſolutis a„ liquot adhuc dies potuit commorari. „ Tunc vero temporis triceſimum, & „ tertium (5) aetatis annum agebat, ut „ ipſemet teſtatur ſub finem librorum, „ quos de Academicis ſcripſit, & poſt „ Idus Novembris abſolvit. Idipſum „ aſſerit in (6) Soliloq. libris, quos ſub „ idem tempus edidit. Et cum Mon„ nica mater paulo poſt eius baptiſmum „ ex hac vita migravit, nondum (7) tri„ geſimum, & tertium aetatis annum e„ xegerat. His ita conſtitutis conficitur „ eum trigeſimo ſecundo aetatis ſuae „ anno exeunte fuiſſe converſum; an„ no autem trigeſimo tertio baptizatum, „ octo, aut novem poſt converſionem „ menſibus, cum baptiſma in Paſchali „ ſolemnitate ſuſceperit. Iam autem Poſ„ ſidius (8) annos eum ſex, & ſeptuaginta „ natum obiiſſe tradit; nullusque in du„ bium revocat eius obitum in quintum „ Kalendas Septembris anni quadringente„ ſimi trigeſimi iuxta Proſperi Chronicon „ incidiſſe. Illum igitur natum fuiſſe opor„ tet Idibus Novembris anni trecente„ ſimi quinquageſimi quarti; conver„ ſum menſe Auguſto anni trecente„ ſimi octogeſimi ſexti; baptizatum ve„ ro Paſchate anni trecenteſimi octogeſi„ mi ſeptimi octavo Kalendas Maii. Eo „ enim anno Paſcha ſeptimo Kalendas „ Maii celebrandum eſſe docuerat Am„ broſius. „

Continuator Bollandi ad diem 28. Auguſti, paragr. 8. n. 113. = Non i„ gnoramus inter eruditos ſubtiliter, & „ fuſe diſceptari de anno, quo Auguſti„ nus ad Deum converſus eſt, & poſt„ modum ab Ambroſio baptiſmum re„ cepit, ut apud Tillemontium t. 13. „ monument. eccleſ. pag. 954., & „ 962. gallice: vel in vita S. Doctoris, „ quam Benedictini Galli ex Tillemon„ tio collegerunt l. 2. c. 7. & 11. la„ tine legi poteſt. Omnibus argumentis „ attente conſideratis, probabilior nobis „ videtur opinio illorum, qui conver„ ſionem eius anno Chriſti 386. & „ baptiſmum anno ſequenti aſſignant. Sed „ quidquid ſit de certo anno, quo haec „ contigerunt, Eccleſia Romana tanti „ fecit illam S. Auguſtini converſio„ nem, ut eam martyrologio ſuo inſe„ ruerit, & die 5. Maii ſolemnem eius„ dem memoriam quotannis adhuc re„ novet hac annunciatione: *Mediolani* „ *converſio &c.* „

De baptiſmatis tempore, & reliquis circumſtantiis lib. ſequenti nos opportunis locis.

(b) *Sub quadam fici arbore ſtravi me.* = In arbore fici ſuſpenſum Iudam (9) plures opinantur; Sub arbore fici vetus Auguſtinus periit: novuſque genitus eſt. Lignum, cuius fructu guſtato. Adam univerſum humanum genus infecit (10), fuit ficus plurimorum (11) ſententia; Et ſub hac arbore Doctorum ſummus talis effectus eſt, qui poſſet totum qua late patet Chriſtianum orbem doctrinis ſuis iuvare. *Sub arbore mali* ſuſcitavit caeleſtis Sponſus Dilectam: cuius *Mater etiam ibi violata eſt* (12). Sub arbore fici excitavit idem Sponſus Auguſtinum a pravae conſuetudinis ſomno: ibique reluctantem concupiſcentiam, uſque tum matrem ſuam, violavit, compreſſit, proſtravit. Et ſi profana ad ſa-

cra

(1) Pſal. 76. 11.
(2) Acad. l. 1. c. 8. n. 4.
(3) Retract. l. 1. c. 1.
(4) De Beata vita n. 6.
(5) Acad. l. 3. c. 20. n. 43.
(6) Soliloq. l. 1. c. 10. n. 17.
(7) Confeſſ. l. 9. c. 11. n. 28.
(8) Poſſid. c. 31.
(9) Matt. 27. 5. Actor. 1. 18.
(10) Gen. c. 2. & 3.
(11) De quo tamen dicemus l. 11. c. 13. n. 2.
(12) Cantic. 8. 5.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

ere transferre libet ; Romulum parvulum Urbis aedificatorem, & fratrem Remum ſub ficu poſitos nonnulli Scriptores tradunt ; Et ſub ea arbore ſtratus eſt Auguſtinus, cum Eccleſiae gigneretur, quam undique variis errorum monſtris impetitam debebat fere de novo condere, iuxta illud Hieronymi ad ipſum (1) : *Macte virtute, in orbe celebraris : Catholici te conditorem antiquae rurſum fidei venerantur, atque ſuſpiciunt*. Scribit Iſidorus lib. 7. Originum, c. 6. *Tauros quoque ferociſſimos ad ficus arborem alligatos, repente manſueſcere dicunt* ; Oportuit ergo Auguſtinum ingenio, quo nimis abundabat indocilem, ad ficum manſueſcere. *Reſpondit ille me adhuc eſſe indocilem* l. 3. c. 12. Sub ficu etiam ſtratus Auguſtinus, ut ſcires potiorem victoriam a carne, a libidine referendam : *Quando prima peccavit, de foliis ficulneis ſuccinctoria ſibi fecit* (2), *ſignificans in illis foliis pruritum libidinis, qua peccando pervenit*. Aug. Serm. 69. de Verb. Matth. 11. (Alias, 10. de Verb. Dom.) c. 3. n. 4. Et tandem, ut plura omittamus, id forte voluit Deus, ad praenuntiandum virum hunc pro ſtabiliendo, & vindicando contra Pelagianos dogmate de originali peccato Eccleſiae Catholicae datum Achillem. = *Ait ei Dominus*, Cum eſſes ſub arbore fici, vidi te &c. (3) *Quid ſibi hoc vult? Quid ſignificat? Recordare originale peccatum Adae, in quo omnes morimur &c. Inde naſcimur, ſic naſcimur, in carne peccati naſcimur, quam ſola ſanat ſimilitudo* (Chriſtus) *carnis peccati* (4). Serm. paulo ante laudato eodem loco.

(c) *Neſcio quomodo*. = Quia divinae motionis impetus humanos involvit, aut diſtraxit intuitus: *Ait Petrus ad Ieſum &c. neſciens quid diceret*. Lucae 9. 33. *Sive in corpore, ſive extra corpus, neſcio : Deus ſcit*. 2. Cor. 12. a v. 2.

Et dimiſi habenas lacrymis &c. = Sic de Magdalena Lucae 7. v. 37., & 38. *Et ecce mulier, quae erat in Civitate peccatrix ..., ſtans retro ſecus pedes eius, lacrymis coepit rigare pedes eius &c.* Addit autem : *acceptabile ſacrificium tuum*, iuxta illud Pſal. 50. 18. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus : cor contritum, & humiliatum &c.* Uteluſque lacrymae a perfecto dolore, quem *Contritionem* dicunt, genitae ſunt.

(d) *Cras, & cras*. = Ad hunc locum haec obſervat *Pherepanus*. = In „ animo *Auguſtini* obverſabatur locus *Perſii* Sat. v. 66. ubi ſic deſcribitur cunctator, qui reditum ad bonam mentem „ in dies differt. „

„ *Cras hoc fiet ; idem cras fiet ; quid*
„ *quaſi magnum*
„ *Nempe diem donas ? Sed cum lux*
„ *altera venit,*
„ *Iam cras heſternum conſumpſimus ;*
„ *ecce aliud cras*
„ *Egerit hos annos, & ſemper paul-*
„ *lum erit ultra*.

Nimis profanus homo es *Pherepane* & in profana tua nimia libertate Dei hominem trahis ! Auguſtini menti in ea rerum ſerie conſtitutae Perſii carmina obiicis ? Auguſtinus mira caeleſti luce perfuſus, & peculiariſſima Dei gratia viſitatus, tali vero, ut quemadmodum praeced. comment. obſervavimus, fere extra propriae facultatis vitam raptus eſſet, miſeri Ethnici cantilenas meditabatur ? Puer es in re Divina : pueri vero credunt & adultos, canos, graveſque viros ſuis nugis delectari.

Potius dicendum eſt, corvum ab Auguſtino inſpectum, qui ab Arca, Eccleſiae ſymbolo, egreſſus, ad eam non revertebatur : Audi ipſum Doctorem Serm. 82. de Verb. Matth. 18. (Alias, 16. de Verb. Dom.) c. 11. n. 14. *Ipſa res eſt, quae multos occidit, cum dicunt : Cras, cras : & ſubito oſtium clauditur. Remanſit foris cum voce corvina, quia non habuit gemitum columbinum. Cras, cras : corvi vox*. Serm. etiam 224. in die Paſchae 1. (Alias, de Temp. 184.) c. 4. ideſt ſub finem. „ Quando corrigis, „ quando mutaris ? Cras, inquis. Ecce „ quotiens dicis, Cras, cras : factus es „ corvus. Ecce dico tibi, cum facis „ vocem corvinam, occurrit tibi ruina. „ Nam ille corvus cuius vocem imitaris, exiit de arca, & non rediit. „ Tu autem frater redi in Eccleſiam, „ quam tunc illa arca ſignificabat.] Idem obſervat in Pſal. 102. ad v. 8. n. 16.

Ingenue tamen fatemur, veroſimilius eſſe, nihil peculiare ab Auguſtino iis verbis ſignificatum : ſed loquutum ſimpliciter ; nimis enim familiares eae voces ſunt. Ex quo iterum in *Pherepanum* ; Is ſermo, *Cras, cras* apud Chriſtianos om-

(1) Epiſt. inter Aug. 195. alias, 81.
(2) Gen. 3. 7.
(3) Ioan. 1. 48.
(4) Rom. 8. 3.
(5) Gen. 8. 7.

omnes, etiam rudiores; immo & apud quoslibet morales etiam Paganos uſitatus eſt: Totus ergo orbis, ſi Auguſtinus, Perſii carmina meditatur!

Sic igitur circa communem huncce loquendi modum concluditur. Obſtinati futuro quidem, ſed proximiori tempore poenitentiae virtutem a ſe initum iri ſpondent. Id temporis *cras* dicitur: quod ea vox quaſi prima futuri pars habeatur. Cumque corvus retro colore, aliiſque rationibus eius naturae adiacentibus in deteriorem partem ſymbolum adſumatur, & in clamoribus ipſi familiaribus *cras* videatur reſonare; Hinc eſt quod peccatores obſtinati in futurum novam vitam differentes, corvis adſimilentur in moribus, eorumque vocibus in ſponſionibus, atque propoſitis.

(*e*) *Et, ecce audio vocem &c.* = Iam ſumma maximaque Dei dona; Iam Auguſtinianae rei laetiora; Et en *Pbereponiani* livoris deteriora: quae huc transferre calamus nedum manus horret.
„ Redolet hoc ſuperſtitionem Ethnicam
„ ex fortuitis vocibus omnia captantem:
„ quod nemo paulio humanior ignorat.
„ Si quis ſingulari providentia divina
„ factum hoc putet, ita ut aeſtuanti
„ *Auguſtino* editum coelitus ſit moni-
„ tum; oportebit ut oſtendat opus fuiſ-
„ ſe eiuſmodi miraculo, quo *Auguſtinus*
„ intelligere poſſet ſibi legendam Scri-
„ pturam-Sacram, ut ex ea reſciret,
„ quid ſibi agendum eſſet. Quod cum
„ quotidie audiret a Catholicis, cum
„ in Eccleſia, tum alibi, non video
„ cur confugiendum ſit ad miraculum.
„ Sed Rhetor noſter, quod cum pace
„ eius dictum ſit, omnia exaggerat
„ quibus perſuadere poterat non agi hic
„ de homine vulgari, ſed ſingulari vo-
„ catione divinitus ad Eccleſiam alle-
„ cto; quae tamen ex alius calamo re-
„ ctius fluxiſſent.

Ex hocce igitur loco acrior erit noſtra in *Pbereponum* pugna, dummodo quod praefatus eſt Ioannes Martianay (1) in *Defenſ. Erudit. Hieronymianae*, huius nomini Auguſtini ſubſtituto, & noſtrum arbitreris. Inquit ergo pius ille, & doctus Monachus (2), quem tamen Benedictinis editoribus operum Auguſtini nullo modo comparandum arbitramur. = Hoc ſane nec animo Catonis
„ mihi ferendum eſt, nec Ciceronis ſto-
„ macho, quippe cui nihil antiquius, quam
„ ut nomen Hieronymi ſummo ſemper in
„ honore ſit; neque alicuius imperitiae
„ ſubeat notam propter hominem, qui
„ inepte Minervam docet. Tantae igitur
„ cauſſae cum ſumma voluntate, & ex-
„ ſpectatione quamplurium ſodalium,
„ & omnium bonorum actor accedo, non
„ ut augeam invidiam Scriptoris haeretici,
„ vita, atque libris omnium iam opinio-
„ ne damnati; ſed ut ſuccurram Hie-
„ ronymianae laudi, & exiſtimationi,
„ quam omnibus ex partibus viola-
„ re, ac corrumpere pertentavit lo-
„ quax ille Criticus.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Non hic in plura verba ibimus: puta adferendo definitiones ſuperſtitionis; Exempla eorum, qui ſimili modo quo Auguſtinus aut ad Deum adlecti, aut ad magna facinora invitati ſunt &c. Tum quod inſtituti noſtri ratio brevitatem maxime poſtulet; Tum quod id videatur ſuperfluum. Sed omnium, quae longo ſermone (ut tenui ingenio noſtro poſſibile eſt) ediſſeri poſſent, extracta ſubſtantia, eam honeſto Lectori propinabimus; *Pbereponi* argumenta ſiquidem catellis ſimillima: quos vix prodis baculum, & mox in fugam vertis.

I. Primo generali argumento cuncta *Pbereponi* convicia repellimus. Mirum eſt tot elapſa ſaecula, & in Auguſtini Confeſſionibus omnium populorum manibus tritis: & quidem in ea parte, quae omnium potiſſima eſt, ſuperſtitionem non detectam, non improbatam, aut a viris in pietatis iuribus etiam levibus delicatiſſimis: aut a plurimum doctis: aut ab haereticis: aut a iuratis S. Doctoris hoſtibus, qui vel ficto crimine, vel mille cavillationibus eiuſdem aut pietatem in ſuſpicionem ducere, aut decurtare famam conati ſunt.

II. Inde ad ſingula: exordio facto a poſterioribus: *Ex alius calamo rectius fluxiſſent*. Secretiora Dei beneficia Auguſtino collata, quis praeter eundem Auguſtinum exacte prodere nobis poterat? Quos Sanctorum etiam primae aetatis, etiam ex iis, quos Canonicos Scriptores appellamus, quae in ipſis egit Deus nobis prodiderunt? Immo ſecretiora quaelibet a Sanctis accepta chariſmata a quo, niſi ab ipſiſmet agnovimus?

III. *Rbetor noſter omnia exaggerat, quibus &c.* In meridiana luce caecutis?

(1) Obiit 16. Iul. an 1717.
(2) Tom. 3. Oper. S. Hieron. edit. Mart. poſt Comment. in Daniel.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

cutis? Quae hic exaggeratio? quam lnquam rem mudicam, magnam, vel maximam Rhetoricae coloribus facit? Immo ſimplex brevis hiſtoria. Tu equidem mirum in modum, & quldem praeter Rethoricae praecepta exaggeras: non enim rem modicam magnam: ſed res ſanctiſſimas, peſſimas facis. An volebas dicere potius ab Auguſtino exaggerari peccata? Neque enim hic tertiam partem ſermonis habes eius, quo pirarum furtum, peccatum pueris familiare amplificavit. Immo nec eam hic thethuricam habes, quam primo libro obſervare poteras, dum vir ad exceſſum (ſi fas eſt ita loqui) humilis inſantiae ſuae motus vix peccatis ſimiles ad iudicium trahebat. Tu vero *Pherepane* iniqua Rhetor ea, non exaggeras, ſed ut paulo ante dicebamus, culpas a te effictas Auguſtino ſacrilege adpingis.

IV. *Redolet hoc ſuperſtitionem Ethnicam &c.* Superſtitio mala curioſitate parente gignitur. Auguſtinus divinum imperium, cui obſequatur adtendit, fere inquiens cum Saulo: *Domine quid me vis facere* (1)? Superſtitio dubium conſilium eſt ex incongrua materia petitum; Auguſtinus ex vocibus in naturam (ut videbimus) non revocandis hucce conſilium ſumſit: honoribus, divitiis, carne relictis, integrum Deum amplecti. Quemcunque caſum ita interpreteris, velut nempe incitamentum, ut vitia abigas, & Deo famuleris, tutus eris, a ſuperſtitione prorſus immunis.

V. *Si quis &c. oportebit, ut oſtendat opus fuiſſe eiuſmodi miracula, ut &c.* In doctrina ſacra nimis es hoſpes. Quotiens Deus prodigio hominem ad id traxit, ad quod communi via adlicere poterat? An neceſſum erat tot prodigiis Paulum ad Eccleſiam vocare? Si ubique veram propriamque neceſſitatem poſtules, quae anima prodigio a vitiis ſanabitur? Nec iis vocibus didicit Auguſtinus ſibi legendam eſſe Scripturam, ſed Scripturae determinatam partem, & partis eas periodos. Nec etiam lectionem prodigium inſpexit, ſed potiſſimum lectionem talem, quam eximii cordis motus, & alta mentis lux comitarentur: *Statim quippe cum fine huiuſce ſententiae quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi meo &c.*

VI. *Quod cum quotidie audiret a Catholicis &c.* An quae diximus diſcere poterat a communi Catholicorum doctrina? Nec temere, & mox Superorum vocem credidit: *Intentiſſimus cogitare coepi, utrum nam ſolerent pueri &c.* Et tandem ſi factum, eiuſque principia, & ſequelas, vel effectus diligenter expendas: vocem illam in Superos refundas oportet. Quod ſatis fuiſſet expendere ad repellendas Haeretici imperiti blaſphemias. Vide infra commentar. I.

(*f*) *De vicina domo.* = Ludovicus ab Angelis ordin. Erem. Auguſt. lib. 2. de Vita, & Laudibus S. Doctoris, cap. 5. haec habet = Pauli con-
„ verſio deſuper facta, manifeſto etiam
„ miraculo apparuit, quia illic Stepha-
„ nus erat (2), qui pro ipſo orabat;
„ eodem modo de vicina domo venit
„ Auguſtinianae converſionis vox: nam
„ ibi Monica ſanctiſſima pro ipſo pre-
„ ces, gemitus, & lacrymas Deo fun-
„ debat: unde Auguſtinus, atque Aly-
„ pius iam converſi, in eamdem do-
„ mum inquiunt ad matrem ingredimur
„ &c.

Haec vox quaſi *pueri*, aut *puellae* viſa eſt; Innocentes enim parvuli Deo gratiſſimi ſunt: unde adſolet frequenter iis velut mundis organis ſua oracula pandere. Haec tamen vox Angelorum fuit, ad ſimilitudinem puerilis expreſſa. Similis autem hic Auguſtinus Ioanni, qui Apocalipſ. 14. 13. *Audivi vocem de caelo dicentem mihi &c.* Sed & maxime Paulo ſimilis: Auguſtinus enim ſtratus ſub fici arbore Angelorum vocem audivit; de Paulo autem haec Act. 9. 4. leguntur: *Et cadens in terram, audivit vocem dicentem ſibi &c.*

(*g*) *Tolle lege, Tolle lege.* = Paulus miſſus eſt ad Ananiam: Auguſtinus ad Paulum. Lubet autem hic dare quae habet Ianſenius Yprenſis Epiſcopus t. 2. de Ratione, & Auctoritate, lib. proemiali, cap. 13. pag. 13. col. 1. = Non-
„ ne iure merito dixerimus, primum
„ eſſe inter SS. Patres Auguſtinum, qui
„ novum Teſtamentum Chriſtianorum in-
„ telligentiae divulgaverit &c. Nec ve-
„ ro nudis tantum, ac ſimplicibus
„ enunciatis uſus, quemadmodum aucto-
„ ritate ſua Apoſtolus fecit, ut fidei
„ de Chriſti gratia fundamenta collo-
„ caret, ſed innumeris diſcurſibus,
„ quidquid clauſum tegebatur, ingenio
„ cer-

(1) Act. 9. 6.
(2) Vide Aug. lib 1. contra duas Epiſt. Pelag. c. 19. n. 37. poſt med.

„ certe non humano, ſed per illud, „ *Tolle lege*, divinitus illuſtrato poſte„ ritati tanta ubertate recluſit, ut ſi„ cut Auguſtini documentis de Eccleſia „ nihil omnino lucis poſterorum labor „ adiicere potuit: ita tota latitudo ve„ ritatis de gratia, & quidquid ex „ Scripturis per humanam induſtriam di„ vinitus in terris aeternùm erui po„ tuit, huiuſce profundi Doctoris mo„ numentis comprehenſum ſit] Et eo- dem tomo, & lib. cap. 19. = Ubi no„ bis occurrit primo loco mirabilis illa, „ & extra naturalem rerum ordinem di„ vinitus perpetrata converſio . . . nul„ la arte, nulla vi, niſi inuſitato ſpi„ ritus Omnipotentis miraculo &c. Qua„ re cum nihil praeceſſerit, cui po„ tentiſſimus ille repentinae commutio„ nis impetus adſcribi poſſit, ſine te„ meritate dixero Auguſtinum in con„ verſione ſua ſimilem fuiſſe Magdalenae, „ quae divinis amoris illapſu inflamma„ ta, torrentequo lacrymarum inundata, „ omnes vitae priſtinae foeditates, om„ nes mundi, & carnis imagines ra„ pente delevit. Similem eſſe Apoſtolis „ veritatis, quorum ante viles animas, „ & in terra repentes uno igne Pente„ coſtes, quicquid ligni, foeni, ac ſti„ pulae ſupererat exurente factus e„ tiam repente de caelo ſonus . . . . ad „ virtutum omnium culmen abripuit. „ Similem fuiſſe Sancto Petro, qui poſt „ promiſſa toties violata, quibus ſe Deo, „ animamque devovera(t) ſuam, uno re„ ſpectu interiore ſubito commutatus eſt. „ Similem denique fuiſſe S. Paulo, quia „ pariter una voce caelitus perſonante, „ *Tolle lege*, uno ictu oculorum ad eam „ animi pacem, ac promptitudinem con„ verſus eſt, ut cum Paulo divino to„ nitru proſtrato toto corde ingemina„ ret: *Domine quid me vis facere?* „ *Quam*, inquit, *ſuave mihi ſubito* „ *factum eſt carere ſuavitatibus nuga*„ *rum? & quas amittere metus fuerat*, „ *iam dimittere gaudium erat*. Hinc uti „ Paulo ſquamae ab oculis illuminatis „ ceciderunt, ita Auguſtino ſtatim cum „ fine illius ſententiae, quaſi luce ſecu„ ritatis infuſa, omnis dubitationis te„ nebrae diffugerunt. „

Hinc etiam Theologi de Schola, qui exactis ſtateris res pendunt, & ſe- rio loquuntur: quod certum de Paulina, admodum veroſimile de Auguſtiniana converſione arbitrantur; praeter videlicet communes gratiae vias, & miraculo factam.

A. Ch. 386. Aug. 31. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(*b*) *Utrumnam ſolerent pueri &c.* = Iterum conatur omnium Chriſtianorum gaudia deturbare *Phereponus* hac ineptia nihil ſapiente. = Quaſi vero neceſſe „ fuiſſet ſolas ludentium puerorum ſo„ lemnes cantilenas audiri! Annon po„ tuit ludens aliquis de proiecta charta „ crebro hoc repetere? Oportuiſſet a„ pud vicinos quaerere, quis eam vo„ cem miſiſſet, antequam non ſine Deo „ miſſam indicaret. „

Prorſus inſanis! Nec attendis, aut quid ſcribas tu: aut quid hic ſcribat Auguſtinus.

I. *Quaſi vero neceſſe fuiſſet ſolas &c.* Non erat quidem neceſſe ſolum puerorum cantum audiri; ſed ita contigit: quaſi puerorum cantus ab Auguſtino auditus eſt. Non erat neceſſe tot te eructare blaſphemias, ſed ita contigit: eructaſti.

II. *An non potuit ludens aliquis &c.* Id profecto metaphyſice haud non contingere poterat. Sed ſcias impudentiſſime, prudentes pro rebus praxis, & facti non metaphyſica, ſed communia, & probabilia adtendere. Alias nullum unquam expedietur negotium. Quam autem bellle penſas, aliquem ad proiectae chartae lectionem repetitis cantileois invitaſſe!

III. *Oportuit apud vicinos quaerere, quis &c.* Cur apud vicinos quaerere, quod de vicina domo audierat? de domo nempe, iuxta dicta litt. F. ipſi notiſſima.

Et tandem expendas ne Auguſtinus, quod in tot Divinarum ſcenarum puncto non omnes ſit meditatus hypotheſes, quas otioſus homo (qualis es tu) temporis libentiſſime diſpendium faciens, ſomniare, fingere poteſt? Tu interim Divinorum chariſmatum prorſus ignarus nec ſuſpicari potes, quid in Auguſtini animo ſoporum illae voces egerint: quibus ſatis intellexit, magni periculi rem eſſe, nimia incredulitate, vel tot quot tu exigis naturae experimentis Sancti Spiritus adflatus offendere, irritare. Quod ſi & ſtupidi ab acceptis vulneribus ſe mortales deprehendunt: viſis tot prodigiis ad eam lectionem in Auguſtino ſequutis, poteras vel nunc ſuaderi peculiari providentia ad eamdem Dei Servum provocatum: & conticeſcere.

(1) Lib. ſeq. c. 1.

A. Ch. 386.
Aug 31. Mon.
55. Ad. XIV.
Siric. II. Val.
XI. Theod.
VIII.

(*i*) *Audieram enim de Antonio &c.* =
Nunc veru in re nimis recondita ex va-
ſtiſſimae eruditionis ſuae penu nobis quid-
quam elargitur *Pherepomus*. = Athana-
„ ſius in vita Antonii §. 2. cuius verba
„ brevitatis cauſa dumtaxat ex Evagrii
„ verſione proferam: Ad Eccleſiam, ut
„ ſolebat, accorrens, recurdabatur quu-
„ modu & Apuſtoli umnibus ſpretis,
„ ſequuti fuiſſent Salvatorem; & mul-
„ ti in Actibus Apoſtolorum facultatibus
„ ſuis venditis, pretia ad pedes eurum
„ detuliſſent egentibus partienda, quae-
„ ve, aut quanta ſpes iis repuſita eſſet
„ in coelis. Talia ſecum vulvens, intra-
„ vit in Eccleſiam, & accidit ut tunc
„ Evangelium legeretur, in quo Dumi-
„ nus dicit ad divitem: *Si vis perfectus*
„ *eſſe, vade, & vende omnia tua, quae-*
„ *cumque habes, & da pauperibus, &*
„ *veni, & ſequere me, & habebis the-*
„ *ſaurum in coelis*. Quo auditu quaſi
„ divinitus huiusmudi ante memuriam
„ concepiſſet, & veluti propter ſe haec
„ eſſet Scriptura recitata, ad ſe Du-
„ minicum traxit imperium, ſtatimque
„ egreſſus, poſſeſſiunes, quas habebat
„ vendidit. „

Id veru totum quoad ſubſtantiam
ab anno Dum. 1630. in Wangnereck
pagellis Chriſtiaoi legebant: inquit enim
idem Pater ad ea verba n. 2. c. 6. *de*
„ *Anton. Aegypt. Mon.* = Qui nobili ge-
„ nere natus, cum adoleſcens Eccleſiam
„ ingreſſus ex Evangeliu audiviſſet: *ſi*
„ *vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia*
„ *quae habes &c.* (1) tanquam ſibi dicta
„ eſſent, umnibus relictis, Chriſtum nu-
„ dum ſecutus eſt, & vitam ſulitariam
„ profeſſus. Eius vitam ſcripſit S. Atha-
„ naſius.] Quin immo pauciuribus ver-
„ bis plura hic dederat Wangnereck,
„ ac tantu poſt *Pherepomus*. Ab illo e-
„ nim habemus I. Antunium nobili ge-
nere natum. II. In adoleſcentia Evangel.
verbis tractum. III. Solitariam vitam
pruſeſſum. Quurum poſterius, ut mol-
tum, ſuboſcure: duu vero priura nullo
modu a *Pherepomi* commentariu coniice-
re poſſumus.

Sed mirum haec tam expedite de
Antoniu ex magno Athanaſiu a *Pherepo-*
mo nobis proponi! An nonne quae pau-
lo ante in Augoſtinum iaculabatur, &
in Antonium, inque Athanaſium, qui
factum laude refert, dirigi poſſent?
An ad Antonium erant verba Evangelii,
quod publice omnique populo legeba-
tor? quod uſque ad mundi exitum to-
tu urbe Chriſtianis annunciabitur? An
opus erat peculiari Dei pruvidentia, ut
intelligeret Antunius: Ad perfectiunem
ducere, caeliſque gratiſſimum eſſe um-
nia ſua pauperibus elargiri? Quae
Chriſtiana vetula id non potuiſſet An-
tonium docere? Sed Rhetur Athanaſius
umnia exaggerat, ut oſtendat non agi
de homine vulgari &c. Et quidem haec
ex alius calamo Athanaſii ſcilicet de An-
toniu fluxerunt. Sed a quu Athanaſius
eadem didicerat: vel a quo didicerant
qui Athanaſio pateſecere, niſi ab An-
tunio, qui unus pectoris ſui arcana nu-
verat? Verum ab ea lectione Antonius
non didicit Chriſti cunſilium, ſed talis
effectus, qui eidem cunſiliu adhaereret.
Sic & Auguſtinus, ut dicebamus &c.

(*k*) *Arripui, aperui &c.* = At igi-
tur tuta cunſiſtent divinitus facta haec
in Auguſtinu prodigia? At novu fere
opus eſt prudigio, ut id *Pherepomus* ani-
mis aequis ſuſtineat. Unde vide quid
addat. = Hoc nun multum aberat a
„ ſurtibus: Virgilianis, aut ab iis, qui-
„ bus ex Scriptura temere aperta futu-
„ ra quaerebantur: quod damnat ipſe
„ Auguſtinus Epiſt. 55. Ad Ianuarium. An
„ upus praeterea erat, temere aperire
„ Scripturam, ut ſciretur quod ne Eth-
„ nici quidem honeſtiores ignorabant?
„ Vide hac de re *Ant. van. Dale* vi-
„ rum eruditum, de Divinationibus I-
„ dulolatricis ſub. V. T, Cap. 4.

Etſi diſſeceris, *Pherepome*, bolum
hunc deglutias oportet. Fulget uſque-
quaque Auguſtini converſio divinae gra-
tiae portentis: nec in ea quidquam eſt
quod iure carpere poſſis.

I. *Non multum aberat a &c.* Id
ſat ſuperque ex dictis repellitur. Aliud
eſt codex Virgilii: Aliud Spiritus-San-
cti. Aliud quaerere inani curioſitate:
aliud divina pietate. Aliud ſciſcitari pro
humanis ſurtibus: aliud pro implenda
Dei voluntate. Aliud librum arbitrio
evulvere: aliud Spiritu-Sancto prodigiu
invitante.

II. *Aut ab iis, quibus &c. quod*
damnat ipſe Auguſtinus &c. In caput
tuum mentiris. Haec ſunt Auguſtini ver-
ba ea Epiſt. 55. (Olim, 119.) ſeu lib.
2. ad Inquiſitiones Ianuarii, cap. 20.
n. 37. = Hi veru, qui de paginis E-
„ vangelicis ſortes legunt, etſi uptan-
„ dum eſt, ut huc potius faciant, quam
„ ad daemunia cunſulenda concurrant:
„ ta-

(1) Matth. 19. 21.

„ tamen etiam iſta mihi diſplicet conſuetudo, ad negotia ſaecularia, & ad „ vitae huius vanitatem, propter aliam „ vitam loquentia oracula divina velle „ convertere. „

Vide infeliciſſime, an Auguſtini monitum laudare potuiſſes, quo ita, ut hocce tuae machinae proſternerentur. I. *Sortes legunt*. Sacri codicis lectione non ſortes Auguſtinus quaeſivit; ſed quid potiſſimum Deus ab ipſo poſtularet. II. *Diſplicet conſuetudo*. Id innuit paſſim eam lectionem uſitatam. Auguſtinus non conſuetudine, non ex communi uſu: ſed voce caeleſti invitatus, codices ſacros arripuit. III. *Ad negotia ſaecularia*. Auguſtinus ad negotia Divina. IV. *Ad vitae huius vanitatem*. Auguſtinus ad vitae aeternae ſtabilitatem. V. *Propter aliam vitam loquentia &c.* Et quidem propter aliam vitam Auguſtinus Pauli oracula conſuluit; & ut optimam viam ad aliam vitam docentia excepit: Apoſtolo enim lecto, ſaecularia quaelibet, omnemque vitae huius vanitatem contemſit: & conſtantiſſime ſemitam vitae aeternae calcavit.

III. *An opus erat &c.* Iam vidimus non ſemper propriam neceſſitatem a divinis prodigiis ſpectari. Nec lectio ad erudiendum, ſed ad trahendum a Deo, ordinata eſt. &c.

IV. *Temere aperire Scripturam &c.* Non temere Scripturam aperuit; ſed caeleſti voce invitatus, & interiori gratia motus.

V. *Quod ne Ethnici quidem &c.* Utique Ethnici honeſtiores veritates illas noverant: ſed non ſequebantur; minus vero alios in earumdem ſequelam impellebant. Auguſtinus iiſdem ſibi etiam notiſſimis Paulini codicis lectione firmiter haeſit. Evangelicum monitum, quo tractus eſt Antonius Typpis, & tonſoribus Chriſtiani ovilis notum erat.

(*l*) *Non in comeſſationibus &c.* = Quam ad rem ſuam monitum hoc, ad quod caeleſti voce deportatus eſt! Recole quae diximus ad c. 56. l. 6. E. Sed illud ediſſerit S. Doctor Epiſt. 22. (Alias, 64.) ad Aurel. Carthag. epiſc. c. 1. n. 2., & 3. & lib. Expoſit. quarumdam propoſitionum ex Epiſt. ad Rom. 77. qui liber habetur 2. par. t. 3. noviſſimae editionis. Hocce autem Paulino oraculo tribus ſententiis digeſto tria Evangelica conſilia, & Monaſtica vota Auguſtino commendata arbitrautur Ludovicus ab Angelis lib. 2. de Vita, & Laudibus S. Doctoris, cap. 6. & Cornelius Lancillotus lib. 1 c. 37 Quibus non reluctamur. Et quidem ex tunc Auguſtinus, & vetitum, & coniugalem congreſſum: & iuſtae menſurae honores, ac divitias exhorruit.

A. Ch. 386. Ag. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII

(*m*) *Sequebatur vero*: Infirmum autem &c. = Quod ſic exponit lib. paulo ante laudato Expoſitionis quarumdam &c. 78 *Hoc dicit, ut eum, qui infirmus in fide eſt, recipiamus, & noſtra firmitate infirmitatem eius ſuſtineamus &c.* (1) Vide fidiſſimorum duorum amicorum pares ſimillimas divinas ſortes! Unde ſi ſuperſtitioſus Auguſtinus, ut ſuperſtitioſus *Phosphorus* blaſphemabat, pariter & Alypius. Ea autem verba preſſe omnino ad perſonam Alypii triplicem ſenſum habere poſſunt. 1. Recipe amicum admodum docilem, atque modeſtum. 2. Non tot, quot tu, naturae donis eximium, & fortem. 3. Futurum quidem ſtrenuum Eccleſiae militem, ſed non, ut tu, ſummum Achillem. 4. Non, ut olim tu, obſcoenis culpis foedatum, ſed tantum minus gravibus quibuſdam tinctum, imbellem, & languidum.

Legunt, ut nos, *recipite*, Som. Wangn. BB. nec non MS. S. Mar. 2. S. Cr. Feſ. At Er. Lov. Ricar & MS. S. Mar. *aſſumite*. Liquet ex dictis praeferendam eſſe lectionem noſtram.

(*n*) *Et benedicebat tibi.* = Si tantopere Deo grata Monnica de beneficiis filio: quanto de ſibi collatis? Egregie enim Chryſoſtomus in cap. 1. Epiſt. 2. ad Cor. Homil. 2. ante med. „ Ceterum haec loquitur ſimul ut illos „ extimulet ad orandum pro aliis, ſi„ mul conſuefaciens eos, ut pro his „ quoque, quae aliis evenerunt, gra„ tias agant Deo, ſignificans hoc ipſum „ maxime Deo quoque gratum eſſe. „ Etenim qui ſtuduerint pro aliis ora„ re, multo magis utrumque facturi „ ſunt pro ſeipſis]

Ut nec uxorem quaererem, nec aliquam ſpem &c. = En manifeſta Evangelii conſilia. Primum conteſtatus fuerat & lib. 1. Soliloq. quae illico poſt converſionem, ut ſuo loco obſervabimus, ſcripſerat, c. 10. n. 17. = Quan„ tumlibet velis eam (*uxorem*) pinge„ re, atque cumulare bonis omnibus: „ nihil mihi tam ſugiendum, quam con„ cubitum eſſe decrevi &c. Quamo-

(1) 2. part. 3.

A. Ch. 386. Aug. 31. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ brem ſatis credo iuſte, atque utili-
„ ter pro libertate animae meae mihi
„ imperavi non cupere, non quaerere,
„ non ducere uxorem] Alterum etiam ibi, & inde lib. 1. Retract. initio: *Cum ego reliquiſſem* vel quae adeptus fueram in cupiditatibus huius mundi, vel quae adipiſci volebam, & me ad Chriſtianae vitae otium contuliſſem &c.* Sed & de commeſſationibus, & ebrietatibus eodem lib. & cap. Soliloquiorum.

Pius Epiſcopus Thomas Cantopratanus ordin. Praedicat. lib. 2. de Apibus, c. 41. apud Ludovicum ab Angelis lib. 3. de Vita, & Laud. S. D. c. 8. diſſerens de ſimilitudine Paulinam inter, & Auguſtinianam converſionem, haec habet: *Dum, ſicut Poſſidius Calamenſis Epiſcopus de eo teſtatur, ſine ullo cibo, potuve in contemplatione caeleſtium tribus diebus, & tribus noctibus continuis permaneret*. Verum quum id apud Poſſidium non reperiatur; *vel alia vidit opuſcula Poſſidii*, inquit Ludovicus; *vel noſtris incompletiora*.

Nos vero pluribus coniecturis, quas haud neceſſum eſt prodere, in vehementem ſuſpicionem adducimur, apocrypha aliqua pagella Epiſcopum illum deceptum. Utinam vero liceret, grave monumento praeeunte, Auguſtino noſtro, certis iam tot nominibus celebri inſignem eam laudem addere.

Interim veteri Auguſtino nos adhuc longe duriores, cuius niſi eiuſdem meritis, ac precibus in novum hominem a Numine aliquando tandem transformatum iri confidimus? Unde vetuſtate oppreſſi, ſpe, ellevati: trementes, & exſultantes ad novum librum progredimur.

CON

CONFESSIONUM

LIBER IX.

ARGUMENTUM.

Altis repenſis Numini gratiis de inſigni converſionis beneficio ſibi collato: reliquum hiſtoriae ad eumdem, & ſequentem annum ſpectantis: nonnullis de Iuſtinae Valentiniani regis pueri matris ab Arianis deceptae in Ambroſium furore: atque SS. Gervaſii, & Protaſii caeleſti revelatione detectis corporibus, deque aliis ſaepe interiectis, perſequitur. Tradens primo, non tumultuarie Rhetoricae cathedrae ſe nuncium miſiſſe, ſed pauciſſimis, qui ad vindemiales ferias ſupererant, elapſis diebus: ne plurimo populo, ad cuius faciem erat, iactatae fortitudinis ſuſpicionem ingereret. Publico autem magiſterio depoſito, ſe in Caſſiciacum familiariſſimi ſui Verecundi rus cum Matre, ceteriſque domeſticis ſeceſſiſſe: ubi & aliquot ſcripſit libros: & quaſdam etiam ad Nebridium epiſtolas. Interim quidem magnis iam religioſi animi ſenſibus Davidicos Pſalmos excurrens; & aliquando graviſſimo dentium dolore correptus; a quo tamen cum ſuis in genua provolutus, mox liberatus eſt. Uſque dum tandem tempore opportuno accedente, Mediolanum remeavit, & una cum Alypio, & Adeodato ſalutaribus undis mundatus eſt. Ita circumfluebant undique gaudia; Verum cum in patriam reditum parant, apud Oſtia Tiberina iam conſtitutis, Monnica ultimum diem defungitur; qua nimis inſigni iactura mox Auguſtinus oppreſſus, & torctus, lacrymis ubertim inundantibus primo vim infert: liberum eamdem aditum facit. Nunc vero teneris ab unguiculis tantam Matrem Lectorum oculis ſiſtens, plures eius eximias dotes: at potiſſimum prudentiam, fortitudinem, ac pietatem ediſſerit.

Digitized by Google

A. Ch. 386.
Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Reliquum hiſtoriae daturus: in Divinae primo clementiae laudes totus effunditur. Et ut accepti beneficii magnitudinem videas: infirmitatis ſuae extremum periculum obiicit; Facto enim, verbo, ac deſiderio peccans, undique ſauciatus erat. Adeo oppreſſum, & obduratum in malam partem arbitrium, ita evocatum, atque emollitum eſt: ut prioribus inde deliciis voluptate careret: quaſque timuerat amittere, triumphis conculcaret. Deus enim lucida maieſtate ad Auguſtinum accedens, obſidentes tenebras; & larvata bona fugavit.

O Domine ego ſervus tuus, ego ſervus tuus, & filius ancillae tuae (*a*). (1) Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo ſacrificium laudis (2). Laudet te cor meum & lingua mea; & omnia oſſa mea dicant: Domine quis ſimilis tibi (3): Dicant, & reſponde mihi, & dic animae meae, Salus tua ego ſum. Quis ego, & qualis ego? Quid non mali, aut facta mea: (*b*) aut ſi non facta, dicta mea: aut ſi non dicta, voluntas mea fuit? Tu autem Domine bonus & miſericors, & dextera tua reſpiciens profunditatem mortis meae, & a fundo cordis mei exhauriens abiſſum corruptionis. Et hoc erat totum nolle quod volebam, & velle quod volebas (*c*). Sed ubi erat tam annoſo tempore, & de quo imo altoque ſecreto evocatum eſt in momento liberum arbitrium meum (*d*), quo ſubderem cervicem leni iugo tuo (4), & humeros levi ſarcinae tuae, Chriſte Ieſu, adiutor meus, & redemtor meus? Quam ſuave mihi ſubito factum eſt carere ſuavitatibus nugarum, & quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Eiiciebas enim eas a me, vera tu, & ſumma ſuavitas, eiiciebas & intrabas pro eis omni voluptate dulcior, ſed non carni & ſanguini: omni luce clarior, ſed omni ſecreto interior: omni honore ſublimior, ſed non ſublimibus in ſe (*e*). Iam liber erat animus meus a curis mordacibus ambiendi, & adquirendi, & volutandi atque ſcalpendi ſcabiem libidinum, & garriebam tibi claritati meae, & divitiis meis, & ſaluti meae, Domino Deo meo.

(*a*) *Et filius ancillae tuae.* = Vix huius ſermonis duplex ad Auguſtini rem eſſe poteſt; Filius Monnicae ancillae tuae; Filius Eccleſiae (5). Gaudet enim ſe Matris meritis ad meliorem frugem revocatum: Et factum eſſe Eccleſiae filium: ſaltem merito, ut loquuntur Theologi, ſi non numero: quod non adhuc baptiſmate, Chriſtianorum teſſera inſignitus eſſet.

Quanquam autem ad novum librum digreſſus ſit Auguſtinus, eumdem tamen annum per aliquot capita intuetur; Cum enim natus ſit die decima tertia Novembris: uſque ad id temporis in eodem, in quo hucuſque anno, ideſt tri-

(1) Pſal. 115. v. 16. & 17.
(2) Pſal. 34. 10. & 82. 2.
(3) Pſal 34. 3.
(4) Matth. 11. 30.

(5) S. D. in Pſal. 122. ad verba: *Et ſicut oculi ancillae in &c. Ancilla ſumus* inquit, *Eccleſia enim ſumus*. Recole dicta lib. 5. c. 10. A.

trice/imo - ſecundo verſabimur. Non adhuc vero ab Auguſti menſe diſceſſimus.

(*b*) *Quid non mali, aut facta mea &c.* = In obſequium BB. hanc lectionem ſelegimus, qui haec habent = Sic „ MSS. & Arn. At Lov. *Quid ego ma-* „ *li ego? An facta mea &c.* In aliis „ etiam editis habetur, *Ego*, ſed, *aa*, „ mutatur in, *aut*.] Ex his poſterioribus ſunt Vet. Am. Som. Wangn. nec non MS. optimus S. Cr. & Car. Cum Lov. eſt Er. Nobiſcum autem MSS. 2. S. Mar Ricor. MS. S. Cr. & Feſ. Quae tamen lectiones omnes, ut vides, in idem redeunt.

Cum triplici modo labi homo poſſit: facto: dicto: ac deſiderio, ſeu voluntate, nec in actionem, nec in verba exeunte; profitetur Dei ſervus omni ſe modo lapſum eſſe. Subinde Dei bonitatem, atque potentiam celebrat: in graviſſimam orationem illam ſaepe abiens, quam iam initio 2. lib. Soliloq. agnoverat: *Ora breviſſime, ac perfectiſſime quantum potes. Deus ſemper idem. Noverim me, noverim te. Oratum eſt.*

Quod ſequitur de profunditate mortis &c. praeclare ediſſerit S. Ioannes Chryſoſtomus Homil. 2. in cap. 1. Epiſt. 2. ad Cor. longe ante med. hiſce verbis = Quoniam enim futuri temporis „ res erat reſurrectio, oſtendit (*Apo-* „ *ſtolus*) hanc in ſingulos etiam dies „ fieri. Nam quoties Deus hominem de- „ ploratum, & ad ipſas inferorum por- „ tas perductum evocet, nihil aliud ex- „ hibet, quam reſurrectionem ab ipſis „ mortis faucibus retrahens eum, qui „ iam inciderat. Unde vulgus homi- „ num de his, qui poſt deſperationem „ convaluerunt a morbo periculoſo, aut „ ex tentationibus intolerabilibus reſti- „ tuti ſunt, ita ſolet loqui: Vidimus „ reſurrectionem mortuorum in hoc ho- „ mine.

(*c*) *Et hoc erat totum nolle quod volebam, & velle quod volebat.* = Ita BB. qui admonent = Editiones pleræ- „ que: *Et hoc erat totum nolle quod* „ *volebas, & velle quod nolebat.* Se- „ qui maluimus cum Arn. lectionem „ MSS.] Cum edit. ſunt Am. Er. Som. Wangn. Sed Ricar. *Totum nolle quod volebam: & velle quod nolebam.* Alii: *Nolle quod volebam, & velle quod nolebat.* Nobiſcum autem ſunt MS. optimus S. Cr. & Feſ.

A. Ch. 386. Ag. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

In hac lectionum diſcrepantia nonnihil ancipites ſumus. Selectae hic ſenſus eſt: Converſionis bonum: Beneficii tui en effectus: Nolle amplius quod olim volebam: & velle quod tu volebas. Lectio Am. Er. &c. en quid ſignificet: Tota corruptio animae meae (ſicut & cuiuſlibet peccatoris) haec in ſummo erat: ita colligi poteſt: Nolle quod tu Deus volebas: velle quod nolebas. Lectio Ricar. hunc ſenſum complectitur: Tota corruptio erat. Nolle abſolute, quod volebam inefficaciter: & velle abſolute, quod inefficaciter nolebam. Poſtremae denique lectionis, quam aliquot MSS. Florentini habent ſenſus ex dictis depromitur.

(*d*) *Evocatum eſt in momento liberum arbitrium meum.* = Et verba haec ſuae rei admodum conſona exiſtimavit Ianſenius tom. 2. de Ratione, & Auctoritate, cap. 19. pag. 88. col. 1. inquiens: *Infelicem illam arbitrii libertatem reſpirare potuiſſe &c.* Huic ſententiae ſimilis eſt altera lib. praeced. cap. 5. n. 1. *Vellem meum* tenebat Inimicus &c. Unde ex ea idem Ianſenius tom. 2. lib. 3. de Statu naturae lapſae, cap. 2. pag. 178. col. 2. = Qui au- „ tem victus eſt, quantumvis adſit „ gratia, qualis Adamo praeſens ſem- „ per fuit, velle non poteſt, quia „ tali gratia uti non poteſt &c. alio- „ quin ſub duriſſimo ſervitutis iugo, „ non in corpore, ſed in ipſo animo, „ & voluntate, hoc eſt in voluntatis „ conſenſu captivus manet, iuxta illud „ Auguſtini de ſemetipſo: *Vellem meum* „ *tenebat inimicus*. Nimirum volvit ſei- „ pſum in vinculo ſuo, & dum niti- „ tur ſurgere, in vulnus vulnere ſur- „ git.

Verum huius loci ſententiam ex ipſius S. Doctoris verbis alibi datis dilucidemus. Lib. 2. de Libero Arbitrio cap. 15. n. 32. *Deinde libertas, quae quidem nulla vera eſt, niſi Beatorum, & legi aeternae adhaerentium.* In cap. 8. Ioan. Tract. 41. n. 8. & 9. *Noli ergo libertate abuti ad libere peccandum, ſed utere ad non peccandum. Erit enim voluntas tua libera, ſi fuerit pia. Eris liber ſi fueris ſervus; liber peccati, ſervus iuſtitiae: dicente Apoſtolo* (1) *&c. Prima libertas eſt carere criminibus &c.* En igitur quale Auguſtini arbitrium olim ſepultum a Deo evocatum eſt.

Quod

(1) Rom. 6. 20.

Digitized by Google

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Quod ſi contendas, vulgari illa ratione de arbitrio Auguſtinum loquutum; adhuc trita alia reſponſio in promtu eſt; Dicitur enim magni peccatoris arbitrium ſepultum non quoad eſſentiam: ſed quod facilem expeditam actionem amiſerit.

Ex quibus etiam altera ſententia Praeced. libri dilucidatur. Cupiditatibus enim habenas laxare eſt diabolo proprium velle cedere. Unde S. D. in Pſal. 84. ad v. 2. n. 4. in fine „ Attendite „ captivitatem Iacob, attendite quia „ hoc eſt avertiſti captivitatem noſtram „ &c. liberando nos ab operibus malis, „ a peccatis noſtris, per quae nobis „ ſatanas dominabatur. Si quis enim liberatus fuerit a peccatis ſuis, non „ habet unde illi dominetur princeps „ peccatorum.] Vide etiam Serm. 2. in Pſal. 68. ad v. 24. n. 8. & v. 28. n. 32. De qua libertate etiam Zaecarias Lucae 1. *Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſerviamus illi.*

Ut autem indulgeatue malis: proprium velle nunquam prorſus amittitur. Nec eſt qui ſerio volens, in actionem minime poſſit erumpere. Recole dicta libro praeced. c. 5. C.

(e) *Sed non ſublimibus in ſe.* = Sententia Gratiae Doctori familiariſſima: quam nunc una, nunc altera phraſi ediſſerit. Serm. 2. in Pſal. 33. ad v. 19. n. 23. „ Altus eſt Deus, humilis ſit Chriſtianus. „ Si vult ut altus Deus vicinetur „ illi, ille humilis ſit. Magna myſteria, „ Fratres. Deus ſuper omnia eſt: erigis te, & non illum tangis: humilias te, „ & ipſe ad te deſcendit.] Similia obſervat in Pſal. 39. ad v. 7. n. 10. In Pſ. 50. ad v. 19. n. 21. Fuſius vero in Pſ. 93. ad v. 12., & 13. n. 15., & 16.

Iam liber erat animus meus &c. = Pulere quidam in Aeolo ventis imperante: Deum verum tentationes ad libitum fugantem, deterrentem allegorice ſignificari poſſe obſervat. Et ipſe Aug. in Pſal. 34. Serm. 1. n. 9. *De talibus quid ſequitur?* Fiant tanquam pulvis ante faciem venti. *Non ſic impii, non ſic, ſed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae*(1). *Ventus tentatio eſt: pulvis iniquus.* Et in his Confeſſ. l. 4. c. 2. In fine: *Quid eſt enim aliud, ventos paſcere* (2), *quam ipſos* (daemones) *paſcere &c.* Nunc Ethnicum de ſuis ſomniis cantantem adtende:

„ ..... Hinc vaſto rex Aeolus antro
„ Luctantes ventos, tempeſtateſque
„ ſonoras
„ Imperio premit, & vinclis, & car-
„ cere fraenat.
„ Illi indignantes magno cum murmu-
„ re montis,
„ Circum clauſtra fremunt, ſumma
„ ſedet Aeolus arce,
„ Sceptra tenens &c. (3).

CA-

1) Pſal. 1. 4.
(2) Oſeae 12. 1.
(3) Virgil. l. 1. Aeneid.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. X I. Theod. VIII.

CAPUT II.

ARGUMENTUM.

Licet iam bene a ſaecularium curarum viſco expeditus eſſet: maluit tamen non tumultuoſe, ſed leniter a publica ſe Eloquentiae profeſſione ſubducere; maxime quum Autumnales feriae admodum iam imminerent. Et quidem non humano id conſilio: iam enim talis erat, qui hominum muſſitationes, atque cenſuras facile aure ſurda contemneret; Sed ne tanto populo, cuius ora menteſque in ſe converterat, affectatae magnanimitatis, atque iactantiae ſpecie admiratio eſſet, & ſcandalum. Quin immo quum, ut nimis ſtudiis diſtrictis, & longe declamantibus evenire adſolet, ſauciatus eſſet in pectore, & voce: gaviſus eſt, quod hocce naturalis iuris colore facile ipſi eſſet abſque populi ſtrepitu publico labori cedere. Haec ſuum ipſi iudicium. Ceterum profitetur Doctorum modeſtiſſimus, cum contraria ſentiente minime ſe in contentionem iturum; ſed in tuto conſiſtere, quod ſequentis baptiſmatis aquis ab omnibus uſque tum contractis maculis ſe expiaverit.

I. IT placuit mihi in conſpectu tuo non tumultuoſe abripere, ſed leniter ſubtrahere miniſterium linguae meae nundinis loquacitatis (*a*), ne ulterius pueri meditantes non legem tuam (1), non pacem tuam, ſed inſanias mendaces (2), & bella forenſia, mercarentur ex ore meo arma furori ſuo (*b*). Et opportune iam pauciſſimi dies (*c*) ſupererant ad vindemiales ferias & ſtatui tolerare illos, ut ſolemniter abſcederem, & redemtus a te, iam non redirem venalis. Conſilium ergo noſtrum erat coram te, coram hominibus autem, niſi noſtris, non erat (3). Et convenerat inter nos ne paſſim cuiquam effunderetur; quamquam tu nobis a convalle plorationis adſcendentibus (*d*), & cantantibus canticum graduum (*e*), dederas ſagittas acutas, & carbones vaſtatores (4) adverſus linguam ſubdolam (5), velut conſulendo contradicentem, & ſicut cibum adſolet amando conſumentem (*f*).

II. Sagittaveras tu cor noſtrum (*g*) caritate tua, & geſtabamus verba tua transfixa viſceribus; & exempla ſervorum tuorum, quos (*h*) de nigris lucidos, & de mortuis vivos feceras, congeſta in ſinum cogitationis noſtrae urebant, & abſumebant gravem torporem, ne in ima vergeremus (*i*), & accendebant nos valide, ut omnis ex lingua ſubdola contradictionis flatus inflammare nos acrius poſſet, non extinguere. Verumtamen quia propter nomen tuum quod ſanctificaſti per terras, etiam laudatores utique haberet votum & propoſitum noſtrum, iactantiae ſimile videbatur, non opperiri tam proximum feriarum tempus, ſed de publica profeſſione atque ante oculos omnium ſita ante diſcedere, ut converſa in factum meum ora cunctorum intuentium, quam vicinum vindemialium diem praevenire voluerim, multa dicerent, quod quaſi

(1) Pſal. 1. 2.
(2) Pſal. 39. 5.
(3) Iuxta monita Tob. 4. 20. Prov. 20. 5 & Eccleſ. 8. v. 21. , 6. 22.
(4) Pſal. 44. 6.
(5) Pſal. 119. 4. Pſal. 108. 3. & maxime Pſ. 119. v. 2. , & 3.

A. Ch. 386. Aug. 31. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

ſi (*k*) appetiſſem magnus videri. Et quo mihi erat iſtud, ut putaretur, & diſputaretur de animo meo, & blaſphemaretur bonum noſtrum?

III. Quin etiam quod ipſa aeſtate litterario labori nimio pulmo meus cedere coeperat (*l*), & difficulter trahere ſuſpiria; doloribuſque pectoris teſtari ſe ſaucium, vocemque clariorem productioremve recuſare, primo perturbaverat me, quia magiſterii illius ſarcinam pene iam neceſſitate deponere cogebat, aut ſi curari & convaleſcere potuiſſem, certe intermittere. Sed ubi plena voluntas vacandi, & videndi quoniam tu es Dominus (1), oborta mihi eſt atque firmata, noſti Deus meus, etiam gaudere coepi, quod haec quoque ſuberat non mendax excuſatio, quae offenſionem hominum temperaret, qui propter liberos ſuos me liberum eſſe nunquam volebant. Plenus igitur tali gaudio tolerabam illud intervallum temporis, donec decurreret, neſcio utrum vel viginti dies erant, ſed tamen fortiter tolerabantur, quia receſſerat cupiditas quae mecum ſolebat ferre grave negotium, & ego premendus remanſeram, niſi patientia ſuccederet. Peccaſſe me in hoc quiſquam (*m*) ſervorum tuorum fratrum meorum dixerit, quod iam pleno corde militia tua, paſſus me fuerim vel una hora ſedere in cathedra mendacii. At ego non contendo. Sed tu Domine miſericordiſſime, nonne & hoc peccatum (*n*) cum ceteris horrendis & funereis in aqua ſancta ignoviſti & remiſiſti mihi?

(*a*) *Nundinis loquacitatis*. = Ita BB. & ante ipſos Vet. Er. Som. Waugn. ſeptem MSS. At codex Benign. BB. teſtibus, *mundanis loquacitatibus*. Noſtra lectio & codicum auctoritate, & quod ſit longe concinnior praeferenda videtur.

Dixit vero, *in conſpectu tuo*, ut ſcias haud temere: ſed conſcientia maxime diſcuſſa proprium mercurium ſequutum. Seu, id conſilii non proprio genio placuiſſe: ſed menti, Divini honoris iure ſpectato.

(*b*) *Arma furori ſuo*. = Vehementiam illam, qua rabulae & omnes in foro cauſas agentes declamare ſolent, furorem iure appellat; tanta enim ea ſaepe eſt, ut alio quam furoris vocabulo bene ſignificare non poſſis. Quum autem S. Doctor hic vitae ſuae priora ſummo orationis impetu deteſtetur: & Eloquentiam, & eam vel docentea vel diſcentea in deteriorem partem expendit. Iuvat proinde eumdem lib. 4. de Doctrina Chriſt. c. 1., & 2. paratiori animo de hac re diſſerentem adtendere = Primo itaque exſpe„ctationem legentium, qui forte me „putant rhetorica daturum eſſe prae„cepta, quae in ſcholis ſaecularibus „& didici, & docui, iſta praelocutio„ne cohibeo, atque ut a me non ex„pectentur admoneo: non quod nihil „habeant utilitatis: ſed &c. Nam cum „per artem rhetoricam & vera ſua„deantur, & falſa: quis audeat dice„re adverſus mendacium in defenſori„bus ſuis inermem debere conſiſtere „veritatem, ut videlicet illi, qui res „falſas perſuadere conantur, noverint „auditorem vel benevolum, vel inten„tum, vel docilem prooemio facere; „iſti autem non noverint? Illi falſa „breviter, aperte, veriſimiliter; & iſti „vera ſic narrent, ut audire taedeat „&c. Cum ergo ſit in medio poſita „facultas eloquii, quae ad perſuaden„da ſeu prava, ſeu recta valet plu„rimum, cur non bonorum ſtudio com„paratur, ut militet veritati, ſi eam „mali ad obtinendas perverſas, vanaſ„que cauſſas in uſus iniquitatis, & „erroris uſurpant.„

Inquiens paulo ante: *meditantes non legem tuam &c.* intuetur verſ. 2. Pſal. 1. *In lege eius meditabitur die, ac nocte*, & v. 3. Pſ. 4. *Ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium?* &

(1) Pſal. 45. 11.

& v. 5. Pſal. 39. *Non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.*

(c) *Pauciſſimi dies* = Fere ſcilicet viginti, ut inferius n. 3. explicat. Incipiebant Autumnales feriae (ut etiam nunc pluribus in locis) die decima-ſexta Septembris: ut lib. 2. de Legibus Wiſigot. c. 7. *Ferias praecipimus obſervandas propter vindemias colligendas a decimo-ſexto Kalendas Octobris, uſque ad decimum-quintum Kalend. Novembris*. Unde admodum veroſimile eſt, Auguſtinum eodem die ad Deum, terrenarum rerum contemtis illecebris, fuiſſe converſum, quo corpore ſolutus, ad eumdem migravit: nempe 28. Auguſti.

Ut ſolemniter abſcederem. = Ut etiam exterius, & corpore a Rhetoricae cathedra abſcederem, a qua iam affectu, & animo abſceſſeram.

(d) *A convalle plorationis adſcendentibus*. = Intuetur v. 7. Pſal. 83. *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrimarum &c.* Significat autem tum ſe non fuiſſe talem, qui inferioris orbis vanis legibus teneri, aut hominum cenſuris concuti poſſet: quod a convalle plorationis, quod ab hac terra dolorum, & lacrymarum ſede ad caelum, ad Deum amore adſcenderet. Accipe verba S. D. ad eumdem Pſal. n. 10. = Facit (*Deus*) illi (*homini*, „ *quem ad bonum ſuſcepit*) gradus, „ quibus adſcendat. Ubi illi facit gra„ dus? In corde. Quanto ergo plus „ amaveris, tanto plus adſcendes &c. „ Ecce habetis torcular convallem plo„ rationis; Ipſae lacrimae ipſae contri„ bulatorum muſtum ſunt amatorium &c. „ In convalle plorationis: hic enim plo„ ratur ubi ſeminatur. Euntes, inquit, „ ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua „ &c (1) Amando adſcende. Inde cantatur „ canticum graduum &c. Ut quo ad„ ſcendatur? In locum, *quem diſpoſuit* „ . . . . Quaeris quo? Quid tibi dictu„ rus eſt? Quod oculus non vidit, nec „ auris audivit (2) &c. „

(e) *Cantantibus canticum graduum*. = Wangnereck docte huncce locum exponit; cuius proinde ipſa verba damus. „ Quod complectitur quindecim Pſal„ mos, a 119. uſque ad 133. Sunt au„ tem tot Pſalmi, qui dicuntur gra„ duum, quoniam tot fuerunt gradus

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ Templi Salomonis, teſte S. D. (3) in „ quorum aſcenſione hos Pſalmos cani „ ſolitos, cenſent Lyranus & alii. Theo„ doretus, & Euthymius putant haec „ cantica ad literam ſignificare aſcenſio„ nem Iudaeorum de Babylone in Ieru„ ſalem. Illud certum eſſe affirmat Bel„ larminus (4), *aſcenſionem ſive hanc, ſive* „ *illam, figuram fuiſſe aſcenſionis ele*„ *ctorum, qui per gradus virtutum, ac* „ *praecipue caritatis aſcendunt de valle* „ *lachrymarum ad caeleſtem Ieruſalem*, „ *& de hac aſcenſione Spiritum Sanctum* „ *potiſſimum locutum*; ideoque hi Pſalmi „ merito frequentantur ab Eccleſia. Et „ veriſimile eſt S. Auguſtinum poſt ſuam „ converſionem ex deſiderio proficiendi „ in caritate Dei, ſaepius illos uſur„ paſſe, idque ipſum hic ſignificare. „

Quae totius ſermonis concluſio ex eo firmari videtur, quod S. Doctor, ut ſaepe infra teſtatur, poſt converſionem maxime Pſalmis ſuum animum foverit. Adhuc tamen ancipites ſumus; nec temere ſuſpicamur, metaphora hic de graduum Pſalmis Auguſtinum loquutum; non ſcilicet de Pſalmis, ſed de re per eoſdem ſignificata. Moribus enim factoque graduum Pſalmos cantas, ſi animum a terrenis avulſum, ad caeleſtia deferas. Hoc potiſſimum ſenſu hic Auguſtinum loqui veroſimilius arbitramur; neque enim vocali illo Pſalmorum cantu contra hominum impetum adeo ſe tutum, ac fortem cenſere poterat. De Pſalmis autem grad. agit propoſito Auguſtinus Calmet Ord. S. Benedicti in Theſauro Antiquit. Sacr. & Prof. t. 3. a pag. 560. edit. Luc. an. 1731.

(f) *Amando conſumentem*. = Quemadmodum enim cibum ad vitam noſtram inſtitutum conſumimus amando: & quo magis amamus, eo magis conſumimus; ita ſubdola lingua in ſpeciem humanitatis, atque benevolentiae magnanima piorum facinora mordet, ac rodit. Cui ſimile eſt illud ante hoc poſitum: *Velut conſulendo contradicentem*. Ariſtarchi enim non manifeſto livore improbant; ſed velut expendentes ſublimia graviora conſilia.

Quanquam id totum prorſus ad litteram exponi poſſit; dicit enim inferius, n. 3. *Qui propter liberos ſuos, me liberum eſſe nunquam valebant*. Amor ergo hic pro fama obſequio, & alta

(1) Pſ. 125. 6.
(2) 1. Cor. 2. 9.
(3) In Pſal. 150.
(4) In arg. Pſ. 119.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

exiſtimatione ponitur. Amando conſumebant populi Auguſtinum, cuius cum eloquentiam ſuſpicerent, aſſiduum etiam ac aeternum erga liberos ſuos magiſterium expetebant, poſtulabant. Sic poſtea eumdem Auguſtinum factum Eccleſiae Achillem amando conſumebant Catholici. Et conſumaremus nos ſi tantum oraculum daretur alloqui, & ſciſcitari de innumeris quaeſtionibus, quibus nimis torquemur. Ut etiam ipſe Auguſtinus Moſem amando ambiebat conſumere, cum dixit infra lib. 11. c. 3. *Scripſit hoc Moyſes, ſcripſit, & abiit &c. nam ſi eſſet, tenerem eum, & rogarem eum &c.*

(g) *Sagittaveras tu cor noſtrum.* = Deum amantem eſſe, qui in ſuorum pectora ardentes, ac ſuaves ſagittas iaculatur, frequentiſſime in Sacris Scripturis legimus. At potiſſimum intuetur Auguſtinus ſimiles loquendi formulas: *Percuſſerunt me, & vulneraverunt me.* Cantic. 5. 7. *Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſque ad diviſionem animae, ac ſpiritus &c.* Hebr. 4. 12. Denique Pſal. 37. v. 3. *Sagittae tuae infixae ſunt mihi.* Ubi S. D. ideſt n. 5. poſt med. = Solemus tamen, „ & verba Dei ſagittas accipere: ſed numquid ab his poſſet iſte ſic dolere ſe percuti? Verba Dei tamquam ſagittae excitant amorem, non dolorem. An quia & ipſe amor non poteſt eſſe ſine dolore? Quidquid enim amamus, & non habemus, neceſſe eſt ut doleamus &c. Inde illud in perſona Eccleſiae ſponſa Chriſti in Cantico canticorum: *Quoniam vulnerata caritate ego ſum* (1). Vulneratam ſe dixit caritate: amabat enim quiddam, & nondum tenebat: dolebat quia nondum habebat. Ergo ſi dolebat, vulnerata erat &c.] Vide etiam, ſi placet, eumdem in Pſal. 45., n. 16. ad v. 8. & in Pſal. 143. n. 13.

Sed ad dilucidandum & hoc, & quod ſequitur: *Et Exempla ſervorum, tuorum, quos &c.* iuvat exſcribere quae habet in Pſal. 119. n. 5. ad duos illos verſ. 3., & 4. *Quid apponetur tibi ad linguam doloſam? Sagittae potentis acutae cum carbonibus &c.* = Intelligat Caritas Veſtra, primo quae ſunt ſagittae. *Sagittae potentis acutae*, verba Dei ſunt. Ecce iaciuntur, & transfigunt corda: ſed cum transfixa fuerint corda ſagittis verbi Dei amor excitatur (2), non interitus comparatur. Novit Dominus ſagittare ad amorem, & nemo pulcrius ſagittat ad amorem, quam qui verbo ſagittat; immo ſagittat cor amantis, ut adiuvet amantem; ſagittat ut faciat amantem &c. Parum eſt verbis agere contra linguam ſubdolam, & labia iniqua. & exemplis agendum eſt. Exempla ſunt carbones vaſtatores .... Lingua ſubdola nihil ſic novit dicere, quo magis ſubdola eſt, niſi, Vide ne non poſſis implere, multum eſt ad te hoc aggredi. Accepiſti tu praeceptum Evangelicum, habes ſagittam; ſed carbones nondum habes. Timendum ne ſagitta ſola non valeat adverſus linguam doloſam: ſunt & carbones. Ut puta incipit enim tibi dicere Deus, Tu non potes? quare ille poteſt? quare alter potuit? Numquid tu delicatior es illo ſenatore? Numquid tu infirmior es illo, aut illo in valetudine (3)? Numquid tu infirmior es feminis? Feminae potuerunt, viri non poſſunt? Delicati divites potuerunt, pauperes non poſſunt? Sed ego, inquit, multum peccavi, & multum peccator ſum. Numerantur etiam qui multum peccaverunt; & eo plus amaverunt quo plura illis dimiſſa ſunt (4). Cum ergo fuerint iſta enumerata, & nominatim dicti fuerint homines, qui potuerunt, ille accepta ſagitta in corde, accedentibus etiam carbonibus deſolatoriis, deſolatur in illo terrena cogitatio. Quid eſt enim deſolatur? ... Erant illo multa, quae male fronduerant, multae carnales cogitationes, ſaeculares multi amores: ipſi uruntur carbonibus deſolatoriis, ut fiat purus locus deſolatus, in cuius loci puritate faciat Deus aedificium ſuum: quia facta erat ibi ruina diaboli, & aedificatur ibi Chriſtus; nam quamdiu manet ibi diabolus non poteſt aedificari Chriſtus &c. Exempla ergo multorum iniquorum, qui converſi ſunt ad Dominum, carbones dicti ſunt. „

Quouſque vero Divini amoris ſagittae cor Auguſtini transfixerint, penetraverint? Duo exhibemus, ex quibus quidnam efluat Lector expendet. Philoſophorum, atque Theologorum omnium graviſſimum inconcuſſum illud eſt. Obiecti amorem eius notitiae reſpondere:

(1) Cantic. 2. 5. & 5. 8.
(2) Am. & pleriq. MSS. *exercitatur.*
(3) Aliquot MSS. *illo invalido.*
(4) Lucae 7. 47.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mun. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

re: adeout quantum eius dotes deprehendis, tantum ei amoris offeras: Ut tibi adridet, ita erga ipſum amice deporteris. Et haec eſt prima veritas. Alteram non digerimus, ſed innuimus. Coniice quantum Auguſtini ingenium gratiae innixum Dei pulcritudines, & merita inſpexerit &c. Quidquid ex his de divino Auguſtini amore inferas: ſat nobis eſt te commonere Apoſtolos, Baptiſtam, ſimileſque a primis ſedibus non eſſe deturbandos. Pro Virgine nedum cuiuſcunque vel hominis vel Angeli, ut Chriſtianis omnibus certum eſt, ſed & omnium ſimul iunctorum, ut nobis, & Theologis bene multis videtur, amorem, ſanctitatem, & cuiuſcunque generis merita longe excedente non abs otii vitio lectorem commoueremus. Maxime quoniam & in mentis perſpicacia, & omnibus naturae dotibus nullam creaturam humanam Dei Matri comparari poſſe exploratum habeamus.

Hic opportunus locus eſſet, varia atque multa referre Auguſtini dicta, vel facta, quae inſignem eius, a ſaeculis non datam (poſt Apoſtolos &c.) caritatem ſat orbi proderent. At ea quanquam a non contemnendis Scriptoribus celebrata, nec in S. Doctoris ſcriptis habentur, nec traditione graviſſima nitantur. Ex quibus pulcherrimum illud videtur: Auguſtinum a Domino, ut olim Petrus, interpellatum, an ipſum vere diligeret: poſt emphatica varia reſponſa, de omnibus puta venis, nervis & compagibus in eius amorem concitatis &c. ultimo tandem illud portento ſimile repoſuiſſe: *Si Auguſtinus* (1) *eſſet Deus, & Deus eſſet Auguſtinus: Deus fieret Auguſtinus, ut Auguſtinus fieret Deus.* Conceptum hunc plures, maxime ex iunioribus Auguſtino, etiam riſu, tollendum arbitrantur: quod de hypotheſi ſit vix non fatua, & ipſis mox vocibus corruente. Verum cenſores illi nimis, ut nobis videtur, humano ſenſu loquuntur: pia, ut ſic loquamur, non adtendentes deliria, quibus animae altioribus divinis chariſmatibus perfuſae, humanae aut ſapientiae, aut prudentiae legibus praetermiſſis, ea aut operantur, aut loquuntur, quibus utcumque latentem intus flammam Deo prodant. Quid ergo ad Auguſtini animam Divino amore ebriam, conceptum illum hypotheſim metaphyſice repugnantem intueri? Id optime ſciens, inter tot, taleſque caritatis flammas nolebat adtendere; ſat illi erat caeca ea hypotheſi tale amoris tributum Deo dare (ſeu potius innuere utcumque ſe dare cupere) quo preſtantius aut humana, aut angelica mens nec poſſet fingere. Alias vero nimis metaphyſica hypotheſis illa Auguſtinianum ingenium admodum ſapit. Ex quibus concludimus, facti rem illam propriis meritis minime ruere; ſed dubiam eſſe, quod nec genuina hiſtoria, nec traditione gravi, & conſtanti innitatur.

Tradunt etiam nonnulli Auguſtinenſes Scriptores, eiusdem ſanctiſſimi Patris cor etiam ad ſenſum Divinis ſagittis conf[illegible]ſſum: & aliquando a ſuo corpore Angelica manu extractum: ſemper autem in altae caritatis ſymbolum velut exaeſtuans, etiam num adſervari. De qua re itidem nobis minime liquida, explorata, & certa piſces ſomus, videlicet ſupernatantes, & muti. Vide Ludovicum ab Angelis lib. 6. de Vita, & Laudibus S. D. c. 5. Ambroſium Staibanum Erem. Auguſt. (qui floruit an. 1608.) in Templo Erem. &c. in Vita S. D. c. 25. De prima translatione corporis &c. Aloyſium Torellium eiusdem ord. (qui floruit an. 1672.) in Saeculis Aug. vel Hiſtoria gener. ord. ad annum 430. Relig. 44. n. 37., & 100.

(*b*) *Exempla fervorem tuorem, quos &c.* = Dixerat de ſagittis, hoc eſt, verbo Dei; nunc de carbonibus deſolatoriis. Intuetur autem Victorinum, duoſque Agentes in rebus, de quibus ſupra. Haec exempla, & alia indeterminata ratione ſibi etiam in puncto converſionis ubiecit, iuxta dicta l. praeced. c. 11. n. 3. Profitetur igitur divina ſe, non humana ratione illud diſtuliſſe negotium; Talis enim iam tum erat, qui humanas cenſuras parvi penderet; tum propter Dei verba ſuis transfixa viſceribus; tum propter aliorum exempla: Si enim puta Victorinus idolorum cultor &c. minus ipſe timere poterat in Eccleſiae ſinu natus &c.

(*i*) *Ne in ima vergeremus.* = Ita BB. & ante ipſos Vet. Er. Lov. Som. Wang. MS. S. Cr. S. Mar. Car. Feſ. Ricar. omnes denique codices: niſi quod Vet. & Som. paſſive habent, *vergeremur.* MSS. 2. a BB. viſi, *mergeremur.*

At nimis arcanum hocce altum eſt; Unde *Pherepoeus*, qui graviora tantum in

(1) Quo forte contem ere voluit doctrinam Arist. l. 8. Ethic. c. 7. & l. 9. c. 3.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

in his Confeſſionibus notat, abſque commentario illud omittendum non cenſuit; & ita loquitur. Recte viri docti hanc „ lectionem praetulerunt alteri, *merge-* „ *remur*; ſolet enim verbum *vergere*, „ ut & *devergere* dici de iis, quae pon- „ dere ſuo deprimuntur. Apuleius de „ Deo Socratis: *Quod ſi manifeſtum* „ *flagitat ratia debere propria animalia* „ *etiam in aere intelligi, ſupere.t ut* „ *quae tandem, & cuiuſmadi ea ſint* „ *diſſeramus. Igitur terrena nequaquam;* „ *devergunt enim pondere*. Vide, ſi o- „ pus eſt, alia exempla apud Nicolaum „ Heinſium in notis ad Valerium Flac- „ cum Lib. 1. v. 289. „

Tauta ioquacitate pro verbo notiſſimo, de quo dictionarium quodlibet puerorum etiam manibus tritum! Apud Calepinum nedum correctum, & auctum: ſed & vetuſtiſſimum eius verbi ſignificatum hsbetur: & aliquot etiam nuctoritates, vel exempla reeitantur, ut: *Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum*. Virg. 11. Aeneid. *Et eius auxilium ad Italiam vergere, quam ad Aſiam maluerunt*. Cicero 15. Phil. *Vergente iam die, ingreſſus Senatum*. Sveton. in Othone. Scribebat autem Ambroſius Calepinus longe ante quam Lutherus iuniorum hsereticorum omnium Patriarca incendium ((id eſt an. 1517.) in Eccleſiam excitaret. Hsbitum euim Fratrum Eremit. S. Aug. vir humsnis, Divinisque litteris clarus ſuſceperat an. D. 1458. Obiit autem Bergomi, ubi eius exuviae adſervantur, au. 1510.

(k) *Multa diterent, quod quaſi &c.* = An ad te populi ſuſurros ſcindere, & ſcandsla? Ita quidem Pauli iudicio: *Providentes bona non tantum coram Dea: ſed etiam coram hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes*, Rom. 12. v. 17., & 18., & 2. Cor. 8. 21. *Graecis, ac barbaris: ſapientibus, & inſipientibus debitar ſum*. Rom. 1. 14. Conſulat Lector, ſi plura de bis deſideret, ipſum S. D. Serm. 47. de Ovibus, in Ezechiel. 34. c. 9. per totum & Serm. 54. de Verb. Matth. 5. (Alias, 2. de Verb. Dom.) qui integer de ea re eſt. Addit vero: *Et qua mihi erat iſtud &c.* ut certus ſis in ea dilatione proprii nominis ſortem nullo modo ſe reſpexiſſe.

(*l*) *Pulmo meus cedere cœperat.* = Id alibi etiam ſaepe teſtatur. Lib. 1. contra Acad. c. 1. n. 3. =. Multum, „ mihi crede, gratulaberis, quod pene „ nullis proſperitatibus, quibus tenen- „ tur incuti, mundi huius tibi dona „ blandita ſunt; quae meipſum capere „ moliebantur iſta cantantem, niſi me „ pectoris dolor ventoſam profeſſionem „ abiicere, & in philoſophiae gremium „ confugere coegiſſet.] Lib. de Vita Beata, in Praef. n. 4. = Quid ergo re- „ ſtabat aliud, niſi ut immoranti mihi „ ſuperfluis tempeſtas, quae putaba- „ tur adverſa, ſuccurreret? Itaque tan- „ tus me arripuit pectoris dolor, ut „ illius profeſſionis onus ſubſtinere non „ valens, quo mihi qualificabam fortaſ- „ ſe ad ſirenas, abiicerem omnia, & „ optatae tranquillitati vel quaſſatam „ navem feſſamque perducerem.] Lib. 1. de Ordine, c. 2. n. 5. = *Nam cum ſtomachi dolor ſcholam me deſerere coegiſſet, qui iam, ut ſcis, etiam ſine ullo tali neceſſitate, in philoſophiam confugere moliebar, ſtatim me contuli ad villam familiariſſimi noſtri Verecundi*. Lib. 1. Soliloq. c. 14. n. 26. *Sed iam cohibe te a lacrymis, & ſtringe animum. Multum omnino fleviſti*, & hoc omnino *morbus iſte pectoris tui graviter accipit*.

Bollandiſtae paragr. 7. n. 1. haec habent = Elapſis aliquot menſibus, ob „ exortum ſtomachi, vel pectoris do- „ lorem abdicavit ſe magiſterio rhetori- „ cae, & cum matre, filio, ac amicis qui- „ buſdam receſſit in villam Verecun- „ di civis Mediolanenſis . . . . Hanc re- „ ceſſus cauſam, & utiles in eo occu- „ pationes ipſe ſanctus lib. 1. de ordi- „ ne, c. 2. ſic indicat: *Cum ſtomachi* „ *dolor &c.*] Minus bene profecto; Omnibus enim, quae hocce cap. habentur, bene ſpectatis, liquet, Auguſtinum ad quietius, perfectiuſque Deo ſerviendum potiſſimum publicae cathedrae nuntium miſiſſe; Pectoris dolorem vero cauſſam fuiſſe poſteriorem: quam aequum rei dolorem diceres, & opportunam occaſionem a Deo ſuppeditatam. Nec libri converſionis initio ab eo ſcripti, in quibus pectoris infirmitatem urget, te moveant; aequum enim erat, modeſtiſſimum virum eam tum prodere cauſſam, quae non adeo in proprii nominis ſplendorem vergebat. Quod & BB. obſervarunt lib. 2. Vitae S. D. c. 6. n. 1, ubi = Uni iam Deo vivere geſtiens „ Auguſtinus, faciendum ſibi putavit „ quam primum, ut publicae profeſ- „ ſionis onus poneret &c. In hunc pe- „ ctoris morbum ſui ſeceſſus cauſſam re- „ fundit in prioribus libris a ſe ſcri- „ ptis, ea, quae ſibi in horto evene- „ rant, ſilentio praetermittens, ex ea-

„ dem

A. Ch. 386. Aug. 32. Mun. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ dem haud dubie animi modeſtia, qua „ ſuum propoſitum nonniſi familiariſſi„ mis communicare, atque ceteris clau„ ſum tenere conſtituit.] Nunc vero plurimi clamoris, vel plauſus ſemoto periculo; nunc Deum adloquens; nunc Dei miſerationes in ſe factas celebrans, manifeſte docet, altioris ſanctitatis deſiderium potiſſimum publicum munus ſibi feciſſe exoſum.

Ceterum ut ad loci huius verba redeamus; Auguſtinus, ut vides, dolorem pectoris, vociſque languorem medice hic pingit. Quod ut bene deprehendas, ſcias ex Claudio Galeno (1), Medicorum, poſt Hippocratem, facile principe, cap. 2. Fragmentr. lib. de *Vocalium inſtrumentarum &c.* ad vocem formandam tria exigi: *Artificem*; *Inſtrumenta*; *Materiam*. Primum animalem facultatem; alterum nervos, & muſculos; poſterius aerem dicere poteris. Ipſa vox autem ita gignitur; Aer vocis materia a pulmone reſpirante (per animalem facultatem) & expirante acri motu in ſuam fiſtulam pellitur: qui aer iamiam vox a laringe compreſſus, in formatam vocem tranſit. Hocce haud ita ſuavi munere, maxime ad alte declamandum, nimis frequenter repetito, pulmo natura flacciddiſſimus cedit, atque ad reſpirationem pigre, & aegre movetur; potiſſimum vero in hominibus imbecillis texturae, quibuſque anguſta thoracia; qualem Auguſtinum produnt quae obſervavimus lib. 5. c. 11. F. ſed accipe & verba ipſius S. D. qui nihil non novit, l. 14. de Civit. Dei, c. 24. poſt initium = Pulmones denique „ ipſi omnium niſi medullarum molliſ„ ſimi viſcerum, & ob hoc antro pe„ ctoris communiti, ad ſpiritum du„ cendum, ac remittendum vocemque „ emittendam, ſeu modificandam, ſicut „ folles fabrorum vel organorum, flan„ tis, reſpirantis loquentis, clamantis, „ cantantis ſerviunt voluntati] Vide etiam, ſi placet, ibi commentarium L. Vives. Quod inſinuat S. D. etiam l. 4. contra Iulian. Pelag. c. 14. ante med.

(*m*) *Peccaſſe me in hoc quiſquam &c.* = Quid loqueris? Plauti te verbis adloquimur (2): *Tu homo & alteri ſapienter potis es conſulere, & tibi. Num &c.* Terentii (3): *Tu es Iudex, ne quid accuſandus ſis vide.* Auſonii (4): *Conſilia nullus mente tam pura dedit.* Quis ponet (5) *in Caelum os ſuum*? An non tu, poſt Canonicos, ſcriptores, Chriſtianorum oraculum? An non tu, poſt Eccleſiam, totius Catholici gregis iudex? An non ne a te meliora nobis conſilia? Nimis es candidus, ut poſſis tibi blandiri; nimis acutus, ut fallacibus argumentis decipiaris; Prudens ſupra modum, cui agenda praeſto ſunt; Quia vero ſupra omnes ſapiens, quis te felicius, & gravius Divina iura meditabitur? Age vero: & quoniam modeſtia non minus quam ingenio fulges & ſis importunus, balbutientes ad dicendum cogens: vide quid muſſitemus; Ubi hic peccati aut mater, aut filia? Vidimus ſupra ex Apoſtolo, debitores nos eſſe nedum Deo, ſed & hominibus; immo ſapientibus, & inſipientibus; Tui ipſius teſtimonio tuti ſumus, tum temporis minime te proprii nominis amore detentum. Cathedra illa ſi olim vanitatis, & mendacii: iam honeſtatis, atque candoris. Quid ergo ex ea dilatione deducitur, niſi tibi de Deo, eiuſque ſervis ſimul emerito laureolas dandas? Nec enim quadrabat tum temporis illud Lucani 1. *Tolle moras: ſemper nocuit differre paratis.* Sed potius alterum Luciani in prudent. *Sit mora conſiliis: nam ſi moderamine tractes: Proſunt; ut ſtulto praecipitata nocent.* Et quod nobis altius eſt S. Gregorius Epiſt. lib. 2. Ep. 6. ad Neapolitanos, *Summis in rebus citum non oportet eſſe conſilium*, Immo David. Pſal. 49. 4. *Honor regis iudicium diligit*; Hoc eſt diſcretionem.

Quanquam vero nullus, quod ſciamus, ea in re Auguſtinum traducere audeat; haud tamen deſunt, qui ipſum deliquiſſe ex eiuſdem iudicio fere concludendum arbitrentur. Sunt autem hi (quod miramur, & dolemus) Benedictini Patres, qui in Vita S. D. lib. 2. cap. 6. in fine ita loquuntur. = *Quantumvis prudenter in hoc ſe negotio geſſerit, non audet tamen ab omni ſe culpa vacuum aſſerere, quod firmum Deo ſerviendi propoſitum amplexus, adhuc in cathedra mendacii vel breve tempus ſedere ſe paſſus fuerit.* Et in rerum graviorum indice: *Deſerere profeſſionem rhetorices uſque ad vindemiales ferias differt*

(1) Floruit an. 143. & vixit uſque ad aetatem maxime decrepit.
(2) In Milite Glorioſo Act. 3. Scena 1. v. 89.
(3) In Heautontim. 2. ſc. 2
(4) De Nepotiano Grammatico.
(5) Pſal. 72. 9.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

ert &c. Quamquam haud culpa vacaſſe non diffitetur.

Perperam, & Auguſtino, eiuſque ſermoni iniuria! Aliud eſt maculas non diffiteri: & aliud pro candore proprio nolle contendere. Anne aequum erat, virum modeſtiſſimum, atque ſanctiſſimum cum Fratribus iuxta factam hypotheſim, ad proprium tuendum ſplendorem, & quidem in re ſubtili, atque leviſſima diſputationem inire, atque rixari? Ceterum hucuſque quid egerat: niſi nobis conteſtari, dilationem illam ſuo iudicio omni culpa vacaſſe? Quid aliud egerat, niſi etiam argumenta ſubminiſtrare, quibus deprehenderemus vere citra culpam, immo prudenter, & ſancte a propoſiti exſequutione ſuperſediſſe? Et mirum eſt eamdem ipſam dilationem ſimul fuiſſe prudentem & malam: quod Benedictini cogerentur aſſerere ex vi priorum verborum: *Quantumvis prudenter &c.* Optime igitur Vangnereck in paragr. *Uſus* haec expendit. = Primus hic poſt con-
„ verſionem labor eſt, hominum iudi-
„ cia, & opprobria ſpernere: ad quod
„ generoſe faciendum verbo & eſemplo
„ egregie ducit Auguſtinus &c. Alte-
„ rum quoque inſignis prudentiae docu-
„ mentum praebet S. D. ut nempe vi-
„ temus offenſiones hominum, quoad
„ fieri poteſt. Quod vero in fine capi-
„ tis quaſi ſubdubitat de peccato, bo-
„ nae illud mentis, & humilitatis eſt.
„ Hanc enim eius moram in profeſſione
„ Rhetoricae intentio caritatis, & il-
„ lud ipſum magiſterium in Dei glo-
„ riam relatum non ſolum inculpabilem,
„ verum & laudabile fecit. Nec amplius
„ cathedra eius fuit mendacii, ſed ve-
„ ritatis, quia iſtam, non illud ſpecta-
„ bat.] Sed adtende etiam ſequentia.

(*u*) *Nonne & hoc peccatum &c.* = Iuxta hypotheſim loquitur, docetque diſputationem illam, an peccaverit, minime inſtituendam; Ut ut enim res ſe habuerit: angi non poſſumus, quum ſimus ante baptiſma, quod adcedens, & *funerea*, hoc eſt, lethalia peccata, & quoad culpam, & quoad poenam delens, tanto magis leviſſimum illud, ſi alicuius opinione interceſſit, delere potuit.

Salvianus Maſſilienſis (1) aut epiſcopus, aut presbyter Epiſt. 3. ad Agricium epiſc. ita loquitur: *Non excuſo erga: argumentum enim reatus eſt, innocentiam iactare poſt culpam.* Petrus Chryſologus epiſc. Ravenn. Serm. 78. de ſeptima Chriſti manifeſtatione &c. ſub finem: *Mirum cum comprehenderetur Dominus, Ioannes abiecit ſindonem, & Petrus inventus eſt nudus* (2), *quia Ioannem texit fuga: Petrum negatio ſic nudavit &c. innocentia nuda eſt, & reatus ſemper refugit ad velamen.* Si Auguſtinus noluit excuſare, quum optime poſſet; ſi veram innocentiam non iactavit, ſed contradicentium arbitrio reliquit: geminis rationibus innocens fuit: ſeu innocentiam plurimum auxit. Noluit pro innocentia ſua Auguſtinus contendere: & inventus eſt innocens. Contendunt pro innocentia plures: & inquinatiſſimi deprehenduntur. Auguſtini innocentia ad contentionum velamen non refugit: quia ſeſe in tuto eſt.

I. Cum autem tanta ſecuritate, & quiete peccata quaelibet baptiſmate ſibi deleta Auguſtinus doceat; mendacii arguitur Martinus Lutherus, qui in Aſſertione artic. 2. *Auguſtinus dicit peccatum remitti quoad reatum, ſed non quoad actum: ſeu, ut ipſius verbis utar, peccatum illud reatu tranſit, actu manet.* Perperam etiam indicat cap. 8. lib. 1. de Nupt. & Concup. loquitur enim S. D. non de vero peccato, ſed de eius materia, ſeu concupiſcentia.

II. Quum item longe aliter, ut infra videbis, de maculis a ſe, vel a Matre poſt baptiſmum contractis loquatur, mendaces etiam deprehenduntur Proteſtantes, ſacrilege velut Auguſtino duce effutientes, peccata etiam poſt baptiſmum patrata eiuſdem ſacramenti virtute, vel memoria deleri. Ad quorum blaſphemiam nihil prorſus lib. 1. de Nupt. & Concup. c. 33. lib. 2. de Gratia Chriſti, & peccato Orig. c. 39. & 40. lib. 3. ad Boniſ. contra duas Epiſt. Pelag. c. 3. & lib. 6 contra Iulian. c. 13. & 18. Neque enim iis locis de proxima, ſed de remota virtute loquitur Auguſtinus; Docet videlicet baptiſmate praeiacto, poenitentiae ſacramentum vigere; quod nullus Catholicorum aut inficiatur, aut ignorat: Quum enim baptiſma ſit ſacramentum omnium primum, ceterorum ſacramentorum ianua, fundamentum; mox conſequitur, cetera, ipſo non collato, fru-

(1) Flor. an. D. 450.

(2) Mat. 14.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

fructu carere: immo in irritum prorſus ire & in caſſum. Immo in uno ex iactatis a Proteſtantibus loco eſt Auguſtinus, pro more, ſui ipſius interpres; Nempe lib. 1. de Nuptiis, & Concupiſceutia, cap. 33. n. 38. ubi. = Sic in„ quam hoc (1) accipiendum eſt, ot „ eodem lavacro regenerationis, & ver„ bo ſanctificationis omnia prurſos mala „ hominum regeneratorum mundentur, „ atque ſanentur, non ſolum peccata, „ quae omnia nunc remittuntur in ba„ ptiſmo, vel etiam quae poſterius hu„ mana ignorantia, vel infirmitate con„ trahuntur: non ut baptiſma quotiens „ peccator, totiens repetatur; ſed quia „ ipſo, quod ſemel datur, fit ot non „ ſulum antea, verum etiam poſtea „ quorumlibet peccaturum venia fide„ libus impetretur. Quid enim prodeſ„ ſet vel ante baptiſmum poenitentia, „ niſi baptiſmus ſequeretur, vel poſtea „ niſi praecederet? In ipſa quoque ora„ tione Dominica, qoae quotidiana eſt „ noſtra mundatio, quo fructu, quo „ effectu diceretur, *Dimitte nobis de*„ *bita noſtra* (a), niſi ab eis, qui bapti„ zati ſunt diceretur? &c. „

Sed ab haereticis, ad Italica harum Confeſſionum exemplaria tranſeamus, & aliqoot errores emendemus; Horom enim capitum res tales ſunt, ot non bene intellectae in abſurda haud ita levia Lectores ducere poſſint; n. 2. *Sarebbe ſtata una giattanza il non aſpettare &c.* Non erat iactantia: ſed iactantia alicui videri poterat: *iactantiae ſimile videbatur*; Timebat nempe Auguſtinos fieri populo ſcandalum. n. 3. *Baſtevole a temperare il diſpiacere di quegli uomini &c.* Offenſio hic eſt, *ammirazione, cenſura, rumore &c.* non *diſpiacere*. Prorſus vero ad libitum ſont verba ſequentia: *che per amor de' lor figli avrebbon odiato il mio improviſo ritiro*. Verba Auguſtini ſont, qoi *propter liberos ſuos me liberum eſſe nunquam volebant*; quae ſic reddi debent: *che per amor de' loro figliuoli mai non mi voleano libero*. In iis, quae ſequuntur, plures apud Italos ſunt errores, quam verba. Legunt enim = *Pieno dunque d' un tal godimento, io tollerava con tranquillità tutto quell' intervallo di venti giorni, poichè già era ceſſata quella cupidigia, che ſoleva eſſermi tanto gravoſa, e m' avrebbe anche vinto &c.* Non dicit Auguſtinus, *tranquillitate*, ſed, *fortiter*, hoc eſt dure eos dies ſe tuleraſſe. Non ſimpliciter, & abſolute, *intervallum viginti dierum*; ſed, *neſcio utrum vel viginti dies erant*. Non dicit duram vel gravem ſibi fuiſſe cupiditatem, ſed oppoſitum; ſibi nempe ſociam, & in auxilium ad ferendum, grave negotium. Nec ſe victum iri cupiditate, ſed gravi negotio cupiditatis ſubſidio deſtitutum: niſi pro cupiditatis, patientiae ſubſidium ſibi veniſſet. Ita igitur nobis Italis hic textus reddendos eſt. = Colmo dunque di tal contento, „ andavo io tollerando quell' intervallo „ di tempo, finche ſcorreſſe: non ſo „ ſe conſiſteſſe in venti giorni in cir„ ca: ma però venivano tollerati con „ ſorza, e difficoltà, perchè s' era ri„ tirata la cupidigia (deſiderio di ric„ chezze, ed onori) che meco ſolea „ ſoſtenere il peſante negozio (cioè „ delle ſcuole) ed io era rimaſo ſulo „ ad eſſere ſchiacciato (dal peſo delle „ ſcoole) ſe la pazienza non foſſe ve„ nuta in luogo della cupidigia (cioè, „ ad aiutarmi a reggere il peſo). Et „ tandem male vertunt ſequentia: *Dirà* „ *però taluno &c. mentre col cuore già* „ *illuminato dallo ſplendore della voſtra* „ *verità, continui nondimeno a ſeder* „ *nella cattedra delle tenebre, e delle* „ *menzogne: ed io nol niego.* „ Ubi de illuminatione, & de ſplendore veritatis apud Auguſtinom? Dicitur autem cathedra *mendacii*, non etiam, *tenebrarum*. Nec inquit Auguſtinus, non nego, ſed, *non contendo*: ideſt, nolo reſiſtere, nolo velut rixari. Sic igitur pars haec vertenda erat. = Giudichi „ taluno de' tuoi ſervi, miei fratelli, „ avere io in ciò peccato, per avere „ col cuore tutto colmo di brame d' im„ piegarmi nel tuo vaſſallaggio occupa„ to anco per un' ora la cattedra della „ menzogna; Io cedo, non voglio al„ tercarvi, non mi curo farne diſputa, „ ſia come ſi voglia. „

(1) Epheſ. 5. 25.

(a) Matt. 6. 12.

A. Ch. 386.
Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. 11. Val. XI. Theod. VIII.

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Novam banc Auguſtini, & Alypii ſcenam adtendens Verecundus, acriter pungebatur, quod compede uxore ad tantam amicorum ſortem non poſſet adſurgere; adhuc quidem valens aut prima, aut nulla Chriſtianae perfectionis ſubſellia occupare. At interim rus ſuum Caſiciacum Auguſtino, eiusque ſociis obtulit: ut illic quouſque a Mediolanenſibus plagis non ſecederent, a ſaeculi aeſtu, ut ambiebant, requieſcerent. Qui aliquando tandem, Auguſtino videlicet Romae conſiſtente, magno amicorum ſolatio, corporali languore correptus, Chriſtianam religionem profeſſus eſt, in eaque ſuos dies clauſit. Nebridius vero iam Manichaeis ſomnis excuſſis, & in lucem atque veritatem ardentiſſime anhelans, de amicorum ſorte geſtiebat; Qui etiam non multo poſt, ſecum univerſam propriam domum trahens, ad Catholicae Eccleſiae littus appulſus, ibi religioſe defunctus eſt. Eius nunc aeternos triumphos Auguſtinus expendit, poſtulatque pro ſe apud Deum ſuffragia.

I. MAcerabatur anxietudine Verecundus de iſto noſtro bono, quod propter vincula ſua quibus tenaciſſime tenebatur, deſeri ſe noſtro (*a*) conſortio videbat, nondum Chriſtianus coniuge fideli, ea ipſa tamen arctiore prae ceteris compede ab itinere quod adgreſſi eramus retardabatur. Nec Chriſtianum eſſe alio modo ſe velle dicebat, quam illo quo non poterat. Benigne ſane obtulit ut quamdiu ibi eſſemus, in rure eius eſſemus (*b*). Rerribues illi Domine in reſurrectione iuſtorum, quia iam ipſam ſortem retribuiſti ei. Quamvis enim abſentibus nobis, cum Romae iam eſſemus, corporali aegritudine correptus, & in ea Chriſtianus & fidelis factus, ex hac vita emigravit: ita miſertus es non ſolum eius, ſed etiam noſtri, ne cogitantes egregiam erga nos amici humanitatem, nec eum in grege tuo numerantes, dolore intolerabili cruciaremur. Gratias tibi Deus noſter, tui ſumus; indicant hortationes, & conſolationes tuae (*c*), fidelis promiſſor, reddes Verecundo pro rure illo eius Caſſiciaco, ubi ab aeſtu ſaeculi requievimus in te amoenitatem ſempiterne virentis paradiſi tui, quoniam dimiſiſti ei peccata ſuper terram, in monte incaſeato (*d*), monte tuo, monte uberi.

II. Angebatur ergo tunc ipſe; Nebridius autem collaetabatur. Quamvis enim & ipſe nondum Chriſtianus in illam ſoveam pernicioſiſſimi erroris inciderat, ut Veritatis Filii tui carnem phantaſma crederet (*e*), tamen inde emergens ſic ſibi erat, nondum ullis Eccleſiae tuae ſacramentis imbutus, ſed inquiſitor ardentiſſimus veritatis. Quem non multo poſt (*f*) converſionem noſtram & regenerationem per baptiſmum tuum, ipſum etiam fidelem catholicum caſtitate perfecta atque continentia tibi ſervientem in Africa apud ſuos (*g*), cum tota domus eius per eum Chriſtiana facta eſſet, carne ſolviſti; Et nunc ille vivit in ſinu (1) Abraham (*h*);

Quid-

(1) Lucae 16.

Quidquid illud eſt quod illo ſignificatur ſinu: ibi Nebridius meus vivit, dulcis amicus meus, tuus autem Domine adoptivus ex liberto filius, ibi vivit. Nam quis alius tali animae locus? Ibi vivit, unde me multa interrogabat homuncionem inexpertum (*i*). Iam non ponit aurem ad os meum, ſed ſpiritale os ad fontem tuum, & bibit quantum poteſt ſapientiam pro aviditate ſua ſine fine felix. Nec ſic eum arbitror inebriari ex ea, ut obliviſcatur mei (*k*), cum tu Domine quam potat ille, noſtri ſis memor. Sic ergo eramus Verecundum conſolantes triſtem, ſalva amicitia, de tali converſione noſtra (*l*), & exhortantes ad fidem gradus ſui, vitae ſcilicet coniugalis: Nebridium autem opperientes quando ſequeretur, quod de tam proximo poterat, & erat iam iamque facturus: cum ecce evoluti ſunt dies illi tandem, nam longi & multi videbantur prae amore libertatis otioſae, ad cantandum de medullis omnibus; Tibi dixit cor meum, quaeſivi vultum tuum, vultum tuum Domine requiram (1).

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(*a*) *Deſeri ſe noſtra &c.* = Sub magni propoſiti ſpecie a diabolo Verecundus decipiebatur. Ambiens perfectionem Sanctorum, volebat a coniuge vel prorſus, puta eius morte: vel quoad thalamum, & domicilium exſolvi, & ſic perfecta continentia, & a terrenarum cura rerum omnino expeditus Deo famulari. Quid ſi ſubita mors contigiſſet? Qui prima Caeli ſubſellia meditabatur, aeternae damnationis vinculis mancipatus fuiſſet. Conſultum erat, ut rerum praeſentium ratio ſinebat Catholicae religionis inſtitutum amplecti: & interim nobiliora meditari. At fidelis obiit. Nec aliter credebamus; ubi enim pro aeterna Verecundi ſalute Auguſtini, & ſociorum ad Deum preces? Fieri utique poterat; ſed an adeo facile ut amici longe cariſſimi immenſis ſpatiis in aeternum dividerentur? ut Auguſtinus nunquam finiendis annis in Caelis triumpharet: Verecundus autem torqueretur in gehenna? Quanquam in rus exhibitum, in inſigne inquam beneficium Auguſtino, ceteriſque iam Dei nedum ſervis, ſed & Domeſticis a Verecundo collatum eiusdem aeternam ſortem potiſſimum revocemus.

Verecundus Grammaticae profeſſor erat, iuxta dicta a S. D. lib. praeced. c. 6. n. 1. Huius oblique, & lepide meminit Auguſtinus lib. de Beata Vita, diſp. 3. diei, n. 31. hiſce verbis: *Non enim hic grammaticorum formidine laborabimus* (1): *aut metuendum eſt ne ab eis caſtigemur, quod incurioſe utimur verbis, qui res ſuas nobis ad utendum dederunt*. Meminit etiam Verecundi, licet prorſus incidenter, Auguſt. Epiſt. ad Nebrid. 7. (Alias, 72.) n. 4.

(*b*) *In rure eius eſſemus.* = Ita paſſim editi, & BB. qui tamen admonent in MSS. ab ipſis viſis, *nullo fere excepto* haberi, *in re eius eſſemus*, & quidem ita etiam MS. S. Mar. Feſ. Car. & forte etiam optimus S. Cr. nec non vetuſtiſſima editio. MS. S. Mar. *in iure*. Vides ambas lectiones in idem redire. At lectio noſtra, cui ſuffragatur MS. Ricar. ex ſequentibus & ex lib. 1. de Ordine loco cap. praeced. L. recitato commendatur quam maxime.

In reſurrectione iuſtorum. = Similibus loquendi formulis, utique apud Patres, & etiam ſcriptores Canonicos frequentiſſimis haeretici (de quibus inferius. H.) uſque ad extremum orbis diem caeleſtem beatitudinem differentes ſuum ipſorum errorem oſtendi, ac ſtabiliri arbitrantur. Merces ergo, inquiunt, in Reſurrectione conſertur, non mox ſoluta anima a corpore. Sed haec ab Auguſtino, ceteriſque dicuntur, quod tantum in Reſurrectione beatitudo pleniſſima ſit futura, corpore, quanquam inferiori, hominis parte accedente. Animae etiam gaudium ex ſocii triumphis erit protenſius. De quo audi S. Thom. Quaeſt. 69. Supplem. ar. 2. ad 5. „Deſiderium animae ſeparatae totaliter „acquieſcit ex parte appetibilis, quia „habet id, quod ſuo appetitui ſufficit; ſed non totaliter requieſcit ex „parte appetentis, quia illud bonum „non poſſidet ſecundum omnem mo-

(1) Pſal. 26. 8.

(1) Ita MSS. & BB. At prius excuſſ. *liberabimur*.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ dum, quo poſſidere vellet: & ideo „ corpore reſumpto, beatitudo ereicit „ non intenſive, ſed extenſive.] Item nonniſi tunc corona toto ſpectante orbe, & maieſtate ſolemni conferetur.

Interim Verecundo gratulamur, quod Auguſtino viro optimo beneficium contulerit, a quo gratitudinis ſplendidiſſimam lauream raferre potuit, iuxta illud Chryſoſtomi Homil. 12. in Epiſt. ad Rom. *Quo maior is fuerit, qui liberalitatem tuam ſenſerat: hoc tibi ſplendidior ab illius cura, ac ſtudio laurea texitur.* Quanquam haud immerito alia ratione dixerit Plinius c. 53. Panegyr. ad Traianum: *Liberalitatem iucundiorem debitoe gratus, clariorem ingeatus facit.*

(c) *Indicant hortationes, & conſolationes tuae.* = Arcanum ſapit huiuſmodi dictum. Wangnereck ita exponit: *Quas habeos, ac ſentiunt iuſti homines, ſignum ſunt electionis eorum.* Arbitramur tamen non de hortationibus conſolationibuſque omnibus iuſtis communibus: ſed de peculiariſſimis Auguſtinum loquutum; Ut nempe Deus ſecreta inſpiratione illum hortaretur ad generoſe perficiendum coeptum magnum facinus, animaret: & mirum in modum ſolaretur. Ex quibus coniiceret ſedulus Doctor, ſe ad Sanctorum ſortes aeternis decretis electum.

Qood addit, *fidelis promiſſor*, uſitatiſſimos apud Augoſtinum eſt: ut innuat aeternas coronas bonis conferri ex iuſtitia, non quidem omni modo tali, ſed (cui plaudit Schola) promiſſione libera adtenta: *Ad hunc ſpem quia promiſſoe eſt verax, ſecuri ambulemos: ſed ſic vivamus, ut bona fronte illi dicamos, fecimus quod iuſſiſti, redde quod promiſiſti*: In fine Serm. 395. de Adcedens. Dom. 6. eruti ex vetuſtiſſimo codice Remigiano: qui habetur t. 5. poſt fragmenta. Licet alia quoque ratione aeternum praemium a proprietate iuſtitiae deficiat: Illud enim homini ſancto debetur; at non debebatur gratia, qua factus eſt ſanctum; ut obſervat idem S. D. lib. de Gratia, & Libero arbitr. c. 6. n. 14. & alibi. Recole dicta l. 2. c. 4. tom. & lib. 5. c. 9. G.

(*d*) *In monte incaſeato &c.* = Cur hic peculiaris illa metaphora? E monte in montem tranſire videtur; quaſi dicat, in monte incaſeato peccata dimiſſa eſſe Verecundo, qui rus ſuum ſupra montes, vel inter montes poſitum Auguſtino ad religioſum otium dedit. Quod vehementer ſuſpicari ſunt & BB. lib. 2. Vitae S. D. c. 6. n. 2. ubi recitatis iis Auguſtini verbis, ſubſumunt: *Haec itaque Verecundi villa inter montes ſita fuiſſe videtur.*

Sed quis mons incaſeatus? Chriſtus, vel Eccleſia, quae ſaepe cum ſuo capite confunditur. Aut potius uterque: Eccleſia nimirum mons Chriſti meritis incaſeatus = Quem montem in„ telligere debemus *montem Dei, mon„ tem uberem, montem incoſeatum*, niſi „ eumdem Dominum Chriſtum: de quo „ & alius Propheta dicit, Erit in noviſ„ ſimis, temporibus manifeſtus mons Do„ mini paratus in cacumine montium (1)? „ Ipſe eſt mons incaſeatus, propter „ parvulos gratia tamquam lacte nutrien„ dos (2); mons uber ad roborandos, „ atque ditandos donorum excellentia: „ nam & ipſum lac, unde fit caeſus, „ miro modo ſignificat gratiam, ma„ nat quippe ex abundantia viſcerum „ maternarum, & miſericordia delecta„ bili parvulis gratis infunditur.] Aug. in Pſ. 67. ad v. 16. n. 22. ubi vulgata, *mons pinguis, mons coagulatus.* Terra etiam Chananaeorum Hebraeis ſuperno arbitrio data, lacte & melle locupletiſſima Exodi c. 3. v. 8. & 17. c. 13. v. 5. & c. 33. v. 3. appellata, Eccleſiae Chriſti typus erat.

Et caput hocce Itali traductores corrupere. Sat erit unum, & alterum errorem emendare: *Benti corteſemente ci obbligò a trattenerci in una ſua villa &c.* Non dixit Augoſtinos, coegit, ſed *obtulit*; id eſt, ci eſibì; ci fece offerta. *Nè computandolo tra 'l noſtro gregge, più aſpro non ſi rendeſſe il noſtro dolore qualora reſtando egli in vita vi foſſe ſtato infedele.* Ubi comparativum aſperius? Ubi cetera verba, *remanens in vita &c.* Et ſic tota haec ſermonis pars alteratur, & inſipide terminat. Nec Auguſtini timor inſpiciebat hypotheſim longioris vitae, ſed mortis in religione ſuperſtitioſa. Sic ergo ſermo ille reddendus eſt. = Così ai avuto pietà non ſolo d' eſſo, ma anco di noi; Acciocchè riflettendo alla gentilezza dall' amico uſataci, e dall' altro canto non numerandolo nel tuo gregge (nella congregazion de' Fedeli) non fuſſimo sorpreſi da un inſopportevol dolore (cioè per venirne in ſeguela eſſere all' eterne fiamme deſtinato) n. 2. = Così dunque

(1) Iſ. 2. 2.

2) 1. Cor. 3. 2.

„ que partendo noi da Milano, ſtavamo conſolando Verecondo, che rimaneva quanto lieto per la noſtra amicizia, e converſione, altrettanto afflitto per la noſtra partenza, e ſeparazione. Io aſpettava che s'olleſtiſſe per venir meco Nebridio com' egli faceva: finchè paſſarono ec. „ Ubi de feceſſu e Mediolano? Ubi *quanta laetior &c.* Omittitur autem nimis gravis para illo; *exhortantes ad fidem &c.* Nec adtendebatur ut Nebridius iter ſequeretur: ſed ut ad Catholicae Eccleſiae ſinum ſe reciperet, Nec dicitur, *quod faciebat*: ſed, *quod de tam proximo poterat*. Talis igitur apud nos Italos Auguſtini ſermo haberi poſſet = In queſto ſtato dunque eran'allora le coſe; Conſolavamo Verecondo afflitto dalla noſtra converſione di ſimil ſorte (cioè in quanto da eſſa ne ſorgea la ſeparazione) ſenza pregiudizio dell' amicizia: ed eſortandolo alla pietà confacevole alla ſua condizione, cioè di coniugato. Attendendo poi Nebridio, quando voleſſe imitare la noſtra riſoluzione lo che potea sì facilmente: ed era già già per eſeguire.

(e) *Ut Veritatis Filii tui carnem phantaſma crederet.* = Per Synecdochen Manichaeorum ſynagogam deſignat, cuius is capitalis error: Verbum Divinum non vera, ſed phantaſtico carne contectum. De quo diximus alibi non ſemel. Ut etiam ex alibi dictis conſtat, nempe lib. 3. cap. 12. C. Auguſtinus in foveam illam plures amicos traxerat. Dicit, *Veritatis*, ut ex ipſis verbis errorem expugnet, non enim aequum fuit Dei filium Veritatem, ementitam carnem oſtendere. Sed fortaſſe Auguſtinus nullam determinatam ſectam ſignificat. Nec diſplicent BB. cum dicunt lib. 2. Vitae, c. 10. n. 1. *Veriſimile quoque eſt, Nebridium Manichaeorum erroribus non fuiſſe implicatum, tum eos argumenta, ex quo expedire ſe non poterant, non impugnaret modo, verum etiam expugnaret &c.*

Non ergo phantaſticum Chriſti corpus in terris. Sed an phantaſticum in Caelis, ubi regnat? Vix non tale pingit Thomas Burnetius in tractatu de Statu Mortuorum, Reſurgentium, pueri libus argutiis foecundiſſimo, cap. 8. de Reſurrectione mortuorum, & de Reſuſcitaturum ſtatu, & corporibus: ubi variis ambagibus a Chriſti corpore glorioſo (ut idem concludat de cunctis Beatorum) omnia fere tollens; quae corporibus phyſicis, & in hac terra viventibus tribuuntur, (longe poſt med. conatur id etiam Auguſtini noſtri auctoritate ſtabilire; En eius verba. = „ Denique dixi nonnullos e Patribus dubios eſſe in hoc capite; Idque notiſſimum eſt ex reſponſo S. Auguſtini ad Conſentium, qui hanc illi propoſuerat quaeſtionem, *Utrum nunc corpus Domini oſſa, & ſanguinem habeat, aut reliqua carnis lineamenta?* Cui quaeſito cum generaliter, & ex parte reſpondiſſet Auguſtinus, ſubdit, *Fides adſit, & nulla quaeſtio remanebit: niſi forte de ſanguine requirendum eſt: quia cum dixiſſet*, palpate, & videte: quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, *non addidit ſanguinem. Non ergo & nos addamus inquirere, quod ille non addidit dicere: & de compendio, ſi placet, finita ſit quaeſtio. Fortaſſis enim accepta occaſione ſanguinis, urgebit nos moleſtior perſcrutator, & dicet, ſi ſanguis, cur non & pituita? cur non fel flavum, & fel nigrum? quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari, etiam Medicinae diſciplina teſtatur. Sed quodlibet quiſque addat, corruptionem addere caveat, ne ſuae fidei ſanitatem, caſtitatemque corrumpat.* Vides hic cautum, dubiumque haerere S. Auguſtinum: & docilem, ſed ancipitem Conſentium. Nonnulli quidem audentius, craſſiusque loquuntur de Glorioſo Chriſti corpore: non diffiteor &c. „

Quoniam huius haeretici pro ſua conditione haud immodeſti opuſcola graviſſimis licet erroribus inquinata, libenter a nonnullis e noſtris lecta, libentiſſime autem a pluribus Eccleſiae hoſtibus lecta ſunt, & potata; quae ad rem noſtram utcunque habent, diligenter examinanda ſunt: & videndum an iure aliquando iactent Auguſtini patrocinium, magiſtorum. Ubique vero difficultatum doctrinarumque tenenda diſtinctio, quam ſolemus appellare lucis, & veritatis parentem.

Catholica veritas omnino tenenda eſt: Corpus Chriſti, & cuiuſcunque alterius Beati integrum prorſus eſſe perfectumve: cui demtis excrementis, & adventitiis omnibus nihil prorſus deficiat. Utique (ut haeretici eiusdem nugas plures curſim depellamus) aliquot humani

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Vol. XI. Theod. VIII.

(1) Obiit 15. Septembr. an. 1715.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mun. 95. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

mani corporis membra aeterno otio in Caelo conticeſcunt; Sed nihil hoc ad viros altiori mente rerum iura penſantes; ſat eſt eadem membra opportunis temporibus ſuis functa eſſe, aut potuiſſe fungi muneribus; & nunc ad totius machinae integritatem vel ornamentum ſpectare. Nec Sol ad hominis rem factus (idem dicas de reliquis aſtris, & ſimilibus) poſt orbis conflagrationem neceſſarius erit; qui tamen haud in ruinam abibit: ſed velut emeritus ab omni motu (ut plures arbitrantur) & labore exemtus omni aevo conſervabitur.

Iam quid ea Epiſt. [nunc 205.] Auguſtinus doceat: & num Burnetio faveat perſcrutemur. Statuimus tria 1. Auguſtinum ibi integritatem corporis Chriſti quoad partes potiſſimas, carnem, oſſa, ſanguinem &c. non inficiari, ſed docere. 2. Refugere quaeſtiones inutiles, litigiis, & magno temporis diſpendio tractandas; An munitiora quaedam vere ad humani corporis integritatem ſpectent: adeoque ipſum ad Caelum uſque comitentur. 3. Hoc potiſſimum Auguſtini curae in ea Epiſt. eſt; Ut firmiſſime Chriſti, & omnis Beati corpus incorruptibile, & immortale teneas: ideoque de quibuſdam eius partibus aperte diſſerere renuit, ex quibus homines potius naturae genium, quam Divinae potentiae magnitudinem ſpectantes deducere poſſent idem corpus, vel eadem corpora in mortem, & corruptionem vergere = Quid ſi adderes,
„ utrum etiam veſtimenta, nonne auge-
„ retur quaeſtio? qua cauſſa, niſi quia
„ ea, quae in uſu vitae huius noſtrae
„ corruptibilia novimus, ſine corruptio-
„ ne cogitare vix poſſumus, cum di-
„ vinorum miraculorum quaedam do-
„ cumenta iam data ſint, ex quibus li-
„ ceat coniectare maiora? Nam ſi ve-
„ ſtis Iſraelitarum per tot annos in e-
„ remo ſine tritura eſſe potuit, ſi mor-
„ ticina pellis calciamentorum &c.] n.
4. = Ex conſuetudine rerum experta-
„ rum inexperta opera divina infirmi-
„ tas metitur humana, & acutule ſe
„ garrire arbitratur, cum dicit, ſi ca-
„ ro eſt, & ſanguis eſt; ſi ſanguis eſt,
„ & ceteri humores; ſi ceteri humo-
„ res, ergo & corruptio. Eodem mo-
„ do diceret, ſi flamma eſt, & ardet:
„ ſi ardet, & urit; ſi urit, ergo vi-
„ rorum trium in fornacem ignis ab im-
„ pio rege miſſorum corpora incendit.
„ Si autem hoc in tribus viris mira-
„ culum factum eſſe non dubitat, quiſ-
„ quis de divinis operibus recte ſapit:
„ cur non credatur qui fecit, illa cor-
„ pora non poſſe igne corrumpi, feciſ-
„ ſe illud corpus nec poſſe corrumpi
„ igne, nec fame, nec morbo, nec ſe-
„ nio, nec ulla vi alia, qua ſolet hu-
„ mana corpora labefactare corruptio?
„ . . . . . Valet igitur divina poten-
„ tia de iſta viſibili, atque tractabili
„ natura corporum, quibuſdam manen-
„ tibus, auferre quas voluerit quali-
„ tates: ac per hoc valet etiam mem-
„ bra mortalia, formae lineamentis ma-
„ nentibus, corruptione vero mortalita-
„ tis emortua, ſtabili vigore firmare;
„ ut abſit labes, adſit effigies; adſit
„ motio: abſit defatigatio; adſit veſcen-
„ di poteſtas, abſit eſuriendi neceſſi-
„ tas. „

Ex his recitatis, trium quae poſuimus, duo poſteriora ſtabiliri manifeſtum eſt. De primo aliqua adhuc lis vigere poteſt. Unde 1. Verba illa priora: *Quid ſi adderes &c.* ſunt fere ad quaeſtionis contemtum; & additur id anxie quaeri, quod ex uſu humano non mox intelligi poſſit corpus a corruptione praeſervari etiam divinitus. Colligendum igitur non dubitare Auguſtinum, quin corpus Chriſti idem quod in terris in Caelis conſiſtat. 2. Exemplis evincit idem corpus divinitus a corruptione eximi poſſe; Et eius iudicio ergo iis conſtat partibus, a quibus iuxta naturae leges oriri ſolet corruptio. 3. Obiicit ſibi: *Si caro & ſanguis &c. ſi ceteri humores &c.* Oſtendit argumentum divina providentia ſpectata deficere: humorum igitur, conſequenter veritatis corporis eſt propugnator. 4. Corpus cui ſuboriri poteſt fames, morbus, ſenium &c. quoad potiſſima eſt eiuſdem ſpeciei cum noſtro; At haec nonniſi divina gratia Auguſtinus a corpore Chriſti ſemota dicit: igitur &c.

Sed & preſſius Burnetium urgere placet. I. Inquit eodem cap. paulo poſt ſupra recitata verba, nempe pag. 153. in fine. = Tertio denique, Rationi re-
„ pugnat, & rerum naturae, ut caro
„ & ſanguis ſint incorruptibiles: quale
„ nunc eſt corpus Chriſti, & erit olim
„ corpus noſtrum in coelis. Sed reſpon-
„ debis forſan, non eſſe quidem incor-
„ ruptibiles, ſua natura carnem, & ſan-
„ guinem; ſed reddi poſſe incorrupti-
„ biles: manente ſalvaque eorum natu-
„ ra ſpecifica. Hoc eſt quod nego: In
„ hac parte diſſentimur &c.] Errorem hunc Divinae potentiae maxime iniurioſum tota ea Epiſtola exſecratur,

&

Digitized by Google

& expugnat Auguſtinus. II. Inquit eu-
dem cap. longe ante laudata verba, ſci-
licet pag. 135. = Praeterea ubi nulla
„ eſt *eſca*, nulla erit *Nutritio*: Nutritioni
„ autem ſubſerviunt plures facultates, &
„ organa, quae pariter abolenda ſunt
„ una cum eſca. Huiuſmodi ſunt orga-
„ na guſtus, manducandi, & deglutiendi
„ organa: Concoctionis etiam, ſanguifi-
„ cationis, & diſtributionis. E glandulis
„ etiam non paucae, quae nutritioni,
„ aut ſecretioni conducunt. Qui ferre
„ poteſt haec damna corpus organicum?
„ Ferre tamen debet illud, quod habitu-
„ ri ſumus corpus &c.] Partes, fa-
cultates, & organa nutritioni deſtinata
beato corpori Auguſtinus adſeruit: dum
ab eo famem divinae providentiae in-
nixus ſemovit: dum dixit ultimo loco:
*adſit veſcendi poteſtas, abſit eſuriendi
neceſſitas*. III. In fine eiusdem pag. 135.
„ta ex Apoſtolo argumentatur Burnetius.
„ Cum diſſeruiſſet Apoſtolus de qualita-
„ tibus Corporum Beatorum, addit in
„ fine ſui ſermonis, *Hoc autem dico,
„ Fratres, quod Caro, & Sanguis Re-
„ gnum Dei haereditare non poſſunt* (1).
„ Non poſſunt, inquit: Eſt aliqua repu-
„ gnantia, ut videtur, inter ſtatum coe-
„ leſtem, & conditiones carnis, & ſan-
„ guinis: Proindeque &c.] In quo ar-
gumento delicias habet. At praeſenſit
illud, atque diſiecit Auguſtinus ea E-
piſt.; & quidem pluribus, quorum ta-
men brevitatis cauſſa pauca tantum da-
mus; cap. 2. n. 5 = Quod ergo legi-
„ tur apud Apoſtolum, *Caro, & ſanguis
„ regnum Dei non poſſidebunt*, ſolvitur
„ quidem quaeſtio etiam iſto modo,
„ quem tu commemoraſti, ut carnis, &
„ ſanguinis nomine, opera carnis, &
„ ſanguinis intelligantur: verum quia
„ non de operibus, ſed de modo reſur-
„ rectionis loquebatur Apoſtolus, & eam
„ quaeſtionem diſputando verſabat, melius
„ eo loco intelligitur caro, & ſanguis
„ pro corruptione carnis, & ſanguinis
„ propoſita &c.] n. 13. „ Cum igitur de
„ reſurrectione Corporis Apoſtolus di-
„ ſputans, doceret noſtra corpora fu-
„ tura ex corruptibilibus incorruptibilia,
„ ex contemtibilibus glorioſa, ex infir-
„ mis fortia, ex animalibus ſpiritalia, hoc
„ eſt ex mortalibus immortalia, ſubiecit
„ unde agitur, atque ait, *Hoc autem dico,
„ Fratres, quia caro, & ſanguis &c.*
„ Et ne quiſquam putaret ſecundum

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ ſubſtantiam carnis hoc Apoſtolum de-
„ finiiſſe, aperuit quid diceret, ſubiun-
„ gendo, *neque corruptio incorruptionem
„ poſſidebit*. Tamquam diceret, quod
„ dixi, *caro & ſanguis regnum Dei non
„ poſſidebunt*: ideo dixi quia corruptio
„ incorruptionem non poſſidebit. Hoc
„ ergo loco nomine carnis, & ſanguinis
„ corruptionem mortalitatis intelligi vo-
„ luit.] IV. Cenſet, etiam Burnetius
maxime ſibi favere Apoſtolum quod re-
ſurgentis corpus ſpiritale appellet: *Di-
citur autem ab Apoſtolo Paulo Corpus
Beatorum Coeleſte, Spirituale &c.* pag.
143. Hanc difficultatem etiam praeoc-
cupavit ea in Epiſt. Auguſtinus, & do-
ctiſſimo non adeo brevi ſermone Apo-
ſtoli mentem in meridiana luce poſuit;
Ex quibus pauca haec accipe, quae ha-
bentur cap. 2. n. 9. & 10. = Intelli-
„ gitur ergo corpus animale dici ſimile
„ ceteris animalibus propter mortis diſ-
„ ſolutionem, & corruptionem quae
„ quotidie cibo reficitur, & poſtea ſe-
„ parata (2) animantis compage diſſolvitur.
„ Spiritale autem corpus, quod iam
„ cum ſpiritu immortale eſt. Quamvis
„ nonnulli arbitrentur tunc fieri corpus
„ ſpiritale, cum iam & ipſum corpus
„ mutatur in ſpiritum, & quod homo
„ erat ex corpore, & ſpiritu, utrum-
„ que, ac totum ſpiritus erit, quaſi
„ dixerit Apoſtolus, Seminatur corpus,
„ ſurgit ſpiritus. Dixit autem, *Semina-
„ tur corpus animale, ſurget corpus ſpi-
„ ritale* (3). Proinde ſicut animale corpus
„ non eſt anima, ſed corpus: ita et
„ ſpiritale corpus non ſpiritum debemus
„ putare, ſed corpus. Quis porro au-
„ deat opinari, vel Chriſti corpus non
„ ſpiritale reſurrexiſſe; vel ſi ſpiritale
„ ſurrexit, iam non corpus fuiſſe, ſed
„ ſpiritum? Cum hanc opinionem Diſci-
„ pulorum refellat, ubi cum eum vi-
„ dentes, exiſtimarent ſe ſpiritum vide-
„ re, ait, *Palpate, & videte, quia
„ ſpiritus oſſa, & carnem non habet,
„ ſicut* (4) &c. Iam igitur illi catu ſpirita-
„ le erat corpus, nec tamen ſpiritus
„ erat, ſed corpus, nulla ulterius mor-
„ te ab anima reſolvendum, atque ſe-
„ parandum &c] V. Colligens pag. 156.
diſputata Burnetius ita loquitur = In-
„ teres dictorum in hoc argumento haec
„ ſumma eſt, & concluſio. Corpus
„ Chriſti glorioſum in coelis non con-
„ ſtare compage aliqua oſſium, car-
„ nis

(1) 1. Cor. 15. 50.
(2) MSS. plures *ſuperata*.
(3) 1. Cor. 15. 44.
(4) Lucae 24. 39.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 35. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ nis , & ſanguinis , ceteriſque humoribus, aut viſceribus terreſtris, & hodierni corporis; ſed praeſtantiuris eſſe „ materiae, alius indolis, puritatis, & „ perfectionis. Ut verbo dicam, conſtat ex mareria penitus coeleſti, tam „ quoad ſubſtantiam, quam accidentia.] Haec, ot ex dictis liquet, e diametro pugnant cum iis, quae S. Doctor tota laudata Epiſtola habet. Item ex omnibus ſimul iunctis evincitur, & confirmatur non ſemel potiſſimus controverſiae ſcopus, Corpus nempe Chriſti, & cuiuſcunque alterius Beati & Auguſtini certa ſententia verum, organicum, phyſicum eſſe. Et concluditur, Auguſtini ad Conſentium Epiſtola, quam tanta pace ad rem ſuam Burnetius advocaverat, phantaſticam Machinam eius omnino proſterni.

Sed ut rem prorſus complcamos; Thomas idem Bornerius inquiens pag. 140. *Ex bis verbis primo conſtare mibi videtur, Angelos habere corpora; dein nas talia babituros eſſe carpora, qualia babent Angeli: ac proinde inorganica.* Haec inquam ſtatuens, ſigno illo crucis ad piginae calcem ſe refert, obi. „ Hoc „ aperte aſſeruit Auguſtinus: Talia, inqoit, erunt corpora noſtra poſt Reſurrectionem, *Qualia ſunt Angelarum Corpora*. In Pſal. 85. ad illa „ verba, *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori*. Et in Pſal. 145. non „ procul ab initio, corpus noſtrum „ coeleſte appellat, *Corpus Angelicum*.] Hae ſimileſque loquutiones explicantur ex dictis; Erit enim Beatorum Corpus nulli corruptioni obnuxium, ſpiritale &c. Simile corpus quaſi Angelicum (licet Angeli omnis corporis expertes ſint) appellare poſſumus. Immo ex ipſo contextu mens Auguſtini depromitur; Corpus Beatorum enim maxime in Pſal. 85. noſtro opponit quatenus hoc aeris intemperie, famae vieiſſitodine agitatur &c. Nec qoaſi Angelicum hominis beati corpos appellare dedignantor Theologi, dum illud iuxta quatuor ſupernas dotes futurum dicunt, Lucidum, Subtile, Agile, Impaſſibile.

(*f*) *Quem non multo poſt &c.* = Noo igitor cum Aogoſtino baptizatus. Quod tamen Scriptores Vitae S. D. paſſim vendunt. Ambroſius Staibanus Erem. Aoguſt. in Templo Eremit. in Vita S. D. *Doppo d' eſser ſtato catecumeno per iſpatia di cinque meſi, e giorni, partiſſi dal podere, due ſtava .... venne nella Città di Milano .... a ricevere al ſalutae ſagramento del Batteſima, in compagnia de ſuoi amici, Nebridio, Evadio &c* Alphonſus Wigliegas s. par. hiſtoriae Sanctorum in Vita S. D. *Il ſanto Prelato lo fece catecumeno* (Ambroſius Auguſtinom) *di poi paſſati cinque meſi, il Subbato ſanto in compagnia di Nebridio, ed Evodio &c. con tutti queſti fu batezzato Agoſtino*. Petrus Ribadeneira Ieſuita, item in Collectione Sanctorum &c. *La batezzò di ſua mano S. Ambrogio, e con eſſo batezzò inſieme Evodio, & Alipio amici ſuoi, Adeodato ſuo figliuolo, e Nebridio, Pontiano &c.* Quod repetit Ludovicus S. Ceciliae Presbyter, Ribadeneirae Abbreviator. Quod autem mirom eſt, Ambroſius Staibanus in Vita Beati Nebridii immemur ſoi, ita loquitur: *Poco doppo la converſione e regeneratione del noſtro gran Padre nell' acque del ſanto Batteſimo, ſi batezzò anch' egli &c.* Sed & aliud lubet obſervare purtento ſimile. Idem Pater in Vita Beati Nebridii haec prodit. = In „ on libro delle ſue Confeſſioni il loda „ il noſtru gran Padre per ſevero oſſervatore della giuſtizia, perchè avendoli „ voluto dare un Senatore una groſſa ſomma di denari, acciochè egli „ conſentiſſe in una coſa, che voleva „ introdurre nella Republica, non volle mai conſentirgli, eſſendo egli aſſeſſure del Giudice, che avea da deciderla: e benchè il minacciaſſe, non „ ebbe per le minaccie l' intento, anzi vedendoſi Nebridio neceſſitato, anteposſe la giuſtizia ad ogni intereſſe.] Laudatqoe in margine cap. 9. lib. 6.

Vah altum ſoporem! Non 9. ſed 10. illud caput eſt. Nec ſunt Nebridii, ſed Alypii magnanima ea geſta. Sed & in hoc immemor ſui Staibanus, Alypio in eius Vita idem factum fuſiori etiam ſermone triboit!

(*g*) *Apud ſuas.* = Ad libitum ergo Staibanus ſcribit in Vita eiusdem Nebridii. = Paſſato in Africa col noſtro „ gran Padre, viſſe ſeco religioſamente „ nel ſuo monaſtero in compagnia di „ Alypio, di Evodio, e dell' altri „ ſuoi compagni, come il medeſimo Santo dice in un Sermone *ad Fratres in* „ *Eremo*.] Sermonis ad *Fratres in Erema*, quorum magna pars a pio hiſtrione ſcripta videtur, auctoritas levior nobis eſt, quam ipſius Staibani.

Sed de Nebridio accipe nunc aliqoot a Benedictinis, qui lib. 3. Vitae Auguſlini, cap. 2. n. 3. = Nebridius „ Mediolano iam reverſus, ut ex ſu-

„ pe-

„ periori epiſtolio intelligitur, erat tunc
„ temporis (1) in Africa. Ibi Carthagi-
„ ne, vel in praedio (2), urbi proximo
„ degebat cum matre, totaque domo,
„ quam Deus illius miniſterio ad fidem
„ adduxit. Ac ipſe quidem apud ſuos
„ ex quo baptizatus eſt, in caſtitate
„ perfecta, atque continentia Deo ſervi-
„ vit. Cum igitur hoc pacto procul ab
„ amico abeſſet, ſeque frequenter in-
„ viſere non poſſent, mutuo epiſtola-
„ rum commercio ſecum invicem col-
„ loquebantur &c. Hunc aliquando an-
„ te presbyteratum (3) Auguſtini, neque
„ in huius monaſterio, ſed domi ſuae
„ diem obiiſſe aperte ſignificat idem ipſe
„ Auguſtinus in hoc amici demortui per-
„ nobili elogio: *Quem*, ait, *non multo*
„ *poſt converſionem noſtram* &c.] Im-
mo cunctis bene ſpectatis: fit veroſi-
mile, ne quidem cum Auguſtino Nebri-
dium Africam remeaſſe; ſed nonniſi ali-
quanto poſt; interim Verecundo Gram-
matico ſubdocens; quo forte e vivis ra-
pto, adhuc non prorſus a Mediolanen-
ſibus rebus expeditus eſt Nebridius, ut
poſſet mox patrium ſolum repetere.

(*b*) *In ſinu Abraham*. = Loquitur
ſic ad hunc locum *Phereponus*. = De-
„ ſumpta eſt loquutio ex Luc. xvi. 22.
„ ubi tamen ſinus Abrahami non tam
„ ſedes beatas, quam locum in illis
„ inſignem ſignificat, ut recte animad-
„ vertit Hugo Grotius ad Lucam. Au-
„ guſtinus intellexit ſedes quietas, qua-
„ ſcumque ſint, in quibus animi pio-
„ rum reſurrectionem corporum exſpe-
„ ctant. Lib. 12. de Gen. ad Litt. §. 63.
„ *Neque enim Abraham, vel ille pauper*
„ *in ſinu eius, hoc eſt, in ſecreta quie-*
„ *tis eius, in doloribus erat*. Serm. 14.
„ ad populum in v. 14. Pſ. 9. *Contigit*,
„ inquit, *mori inopem illum, & auferri*
„ *ab Angelis. Quo? in ſinum Abrahae,*
„ *ideſt in ſecretum, ubi erat Abraham*.
„ Vide hac de re eruditam Diſſertatio-
„ nem Ludovici Cappelli &c. „

Ligna vero fert in ſilvam, ut cum
Horatio (4) loquamur, *Phereponus* in
hoc, ſicut ceteris in commentariis.
Ut enim peculiares Scriptores omitta-
mus; Wangnereck iam ad locum hunc-
ce iſta obſervaverat. = Sinus Abrahae,
„ qui Limbus Patrum dicitur, eſt ſecun-
„ dum Theologos (5), *receptaculum*
„ *ſubterraneum, in qua animae ſanctae*
„ *ante Chriſti aſcenſionem detinebantur*.
„ S. D. vero etiam poſt Chriſti aſcen-
„ ſionem videtur ibi eas collocaſſe. Etſi
„ enim crederet illas Deum videre,
„ adeoque beatas eſſe, ut ex ſequen-
„ tibus verbis liquet, fuit tamen du-
„ bius de loco: hinc illa verba: *quid-*
„ *quid illud eſt, quod ſignificatur illo*
„ *ſinu*, quem aliquando putavit non
„ eſſe ſubterraneum. V. Suarez, &
„ Bellarm.] Inde BB. = Quid ſinu A-
„ brahae ſignificari crediderit Auguſtinus
„ aperuit ipſe poſtea lib. 4. de anima,
„ & eius origine c. 16. (6) *Sinum A-*
„ *brahae intellige remotam ſedem quie-*
„ *tis, atque ſecretam, ubi eſt Abraham;*
„ *& ideo Abrahae dictum non quod ipſius*
„ *tantum ſit, ſed quod pater multarum*
„ *gentium ſit poſitus, quibus eſt ad imi-*
„ *tandum fidei principatu* (7) *propoſitus*.

Quaeritur autem: Utrum hic Au-
guſtinus Papiae Hierapolitano epiſcopo,
pio, ſed rudi in Aſia Minori Ioannis Se-
nioris auditori, Iuſtino, Irenaeo, Ter-
tulliano, Sulpitio, aliiſque adſtipulatus
ſit, qui iuſtorum beatitudinem uſque ad
communem Reſurrectionem diſtulerunt?
Cui errori utcunque haeſit aliquando
Ioannes 22. qui morti proximus eum-
dem prorſus abiecit. Quem Benedictus
12. eiuſdem Ioannis ſucceſſor Conſtitu-
tione, vel Extravaganti, quae incipit:
Benedictus Deus: & refertur in Directo-
rio Inquiſitorum, part. 2. Synodus Flo-
rentina Seſſ. 10. adverſus errores quo-
rumdam ex Graecis, Tridentina 25. de
Invocatione Sanctorum damnarunt.

Saeculo ſextodecimo ex Anabapti-
ſtarum ſecta nebulones prodiere, *Au-*
guſtiniani, appellati a quodam Auguſti-
no Bohemo, qui haereſim illam ſtoli-
dioribus etiam momentis reſtaurarunt.
Vide Sandaerum haereſi 193.

Ioannes Dallaeus (8) Calviniſta lib. de
Vero Patrum uſu, iratis diis conſarci-
nato, alios inter, hunc etiam velut ſe-
xtum Auguſtino naevum affricuit. Vi-
de pag. 280.

Thomas Burnetius, qui omnibus ex-
tenſis nervis haereſim illam conatus eſt
extumulare, defendere, & in tuto po-
nere, cap. 4. *Quae futura ſit Animae*
conditio diſſoluto Corpore: ſive de ſta-
tu Animarum intermedio in intervallo

Ffff *Mar-*

A. Ch. 386.
Aug. 32. Mon.
55. Ad. XIV.
Siric. II. Val.
XI. Theod.
VIII.

(1) Circa an. 389.
(2) Ep. 10. n. 1.
(3) An. 391.
(4) Lib. 1. Saty. 10.
(5) In 4. d. 45. V. Suar. t. 2. in 3. d. 41. Se. 3. 2.
(6) Script. an. 419.
(7) Editi priores, *principatum*, BB. ex MSS. emendarunt.
(8) Obiit Pariſiis 15. April. an. 1670. aetatis 77.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 33. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Mortis, *& Reſurrectionis &c.* in Ap-
pendice pag. 68. ſeu circa finem cap.
„ Succedit Sanctus Auguſtinus: Qui li-
„ cet nonumquam cautus, & modeſtiae
„ retinens, quaeſtionis dirimendae dif-
„ ficultatem, aut invidiam declinet:
„ communiter tamen Piorum omnium
„ animas (ſaltem ſi Martyres excipias)
„ *extra Caelum*, *& extra gloriam* in
„ ſecretis receptaculis detinet, uſque
„ ad Reſurrectionem, & diem iudicii.
„ Ut ex his infra locis, ſi per otium
„ cunſulas, & conferas manifeſto pate-
„ bit. Expoſit. ad Pſalm. 38. 10. ad
„ illa verba, *adhuc puſillum &c.* Enchi-
„ rid. ad Laur. c. 118. Geneſ. ad Litt.
„ lib. 12. c. 35. De Civit. Dei lib. 12.
„ c. 9. Retract. lib. 1. c. 14. Cunfeſſ.
„ l. 9. c. 3.

De Beatorum ante Reſurrectionem ſede non hic maxime anxii ſumus. Quod maximum apud etiam haereticos eſt; quod potiſſimum ad Auguſtini famam ſpectat, eſt iſtud: An vel in hac, vel in illa ſede Deo fruantur; vel potius corpora adtendant: interim (ut omnes ante adventum Chriſti) dolores inter, felicitateſque ſuſpenſi? Ex hoc autem ipſo capite res iam confecta eſt. 1. Dicit Auguſtinus: *Unde me multa interrogabat*. Sciſcitatus fuerat Nebridius Auguſtinum non de Patrum Limbo: ſed de Beatorum felicitate. 2. *Spiritale os ad fontem tuum*. Intellectus ad Divinam eſſentiam. 3. *Bibit quantum poteſt*. Fruitur tua eſſentia quantum poteſt. Solemus autem dicere, aliquem bibere quantum poteſt, quum fonti immergitur, & liquor ſugenti non deficit: non ſe retrahit, non ſe abſcondit. 4. *Sine fine felix*. Quibus aptioribus verbis Nebridii perfectam, ſummamque beatitudinem exprimere poterat? An id dicebatur de antiquis Patribus in Limbo detentis? 5. *Nec ſic eam arbitror id inebriari ex ea, ut &c.* Anima, quae ita potat ad Divinum fontem: quae ita Dei eſſentia fruitur, ut inebrietur, non eſt beata? Talis Anima praeſtolatur, ut gloriam conſequatur, & promiſſam coronam? Sic inebriatae erant Iuſtorum Animae, quae Redemtorem praeceſſerunt? 6. *Ut obliviſcatur mei*. Etiam oblivionem, niſi Divinae providentiae ratio aliud poſtularet, ex tali ebrietate timeret? Ebrietas oblivionem, ſeu oſcitantiam inducens, ſummum adtingit gaudium. Nebridius ergo Auguſtini iudicio non ad qualemcunque, ſed ad ſummam felicitatem adſcenderat.

Haec, ut vides, rem extra quaeſtionem ponunt. Sed placet etiam quidquam ad abundantiam ex aliis operibus addere. Lib. 20. de Civit. Dei, cap. 5. poſt med. (1) = Si enim non abſurde
„ credi videtur, antiquos etiam ſan-
„ ctos, qui venturi Chriſti tenuerunt
„ fidem, locis quidem a tormentis im-
„ piorum remotiſſimis, ſed apud inferos
„ fuiſſe, donec eos inde ſanguis Chri-
„ ſti, & ad ea loca deſcenſus erue-
„ ret, profecto deinceps boni fideles
„ effuſo iam redemti, prorſus inferna
„ neſciunt, donec etiam receptis cor-
„ poribus, bona recipiant, quae me-
„ rentur.] Non igitur eodem modo de antiquis, & de poſterioribus iuſtis loquitur Auguſtinus: & etiam eos quoad ſedem dividit. Addit vero: *donec etiam receptis &c.* iuxta dicta litt. B. Lib. etiam 12. de Gen. ad Litt. cap. 34. n. 66. (2) = Nec ipſam
„ tamen rerum partem noſter Salvator
„ mortuus pro nobis viſitare contem-
„ ſit, ut inde ſolveret quos eſſe ſol-
„ vendos ſecundum divinam, ſecretam-
„ que iuſtitiam ignorare non potuit.
„ Quapropter animae illius latronis, cui
„ dixit, *Hodie mecum eris in Paradiſo* (3),
„ non utique inferos praeſtitit, ubi poe-
„ nae ſunt peccatorum, ſed aut illam
„ requiem ſinus Abrahae &c. aut illum
„ ſive in tertio caelo, ſive ubicum-
„ que alibi eſt, quo poſt tertium
„ caelum eſt raptus Apoſtolus: ſi ta-
„ men non aliquid unum eſt diverſis
„ nominibus appellatum, ubi ſunt ani-
„ mae beatorum.] Quaerimus, an priorum iuſtorum animae eſſent in tertio caelo, vel in paradiſo, vel in gloria illa, ad quam raptus eſt Apoſtolus?

Sed & alius Burnetio evellendus eſt ſcrupulus; Et ſanior, aut fides, aut lectio, aut mens deſideranda. Eodem cap. 4. pag. 45. ita ex Auguſtino argumentatur. =
„ Diximus enervari vim reſurrectionis
„ ab hac ſuppoſita ſuprema beatitudi-
„ ne ante reſurrectionem. Recte enim
„ quaeritur a Sancto Auguſtino: *Quid*
„ *opus eſt ſpiritibus corpora ſua in re-*
„ *ſurrectione recipere, ſi poteſt iis et-*
„ *iam ſine corporibus, ſumma illa bea-*
„ *titudo praeberi* (4)? Ideoque apud anti-
„ quos, & in primis Eccleſiae ſaecu-
„ lis,

(1) Script. circa an. 426.
(2) Script. circa an. 415.

(3) Lucae 23. 43.
(4) Gen. ad lit. l. 12. c. 35.

„ lis, ſicot infra oſtendemos, haereti„ ci, qui negabant reſurrectionem cor„ poris, hanc praematuram animarom „ glorificationem, aut ſoli, aut potiſ„ ſimum tuebantur.

Nec eo argumentatur Auguſtinus; Sed id argumenti velut ſibi forte obiiciendom praeoccopat; En ipſa verba: *Sed ſi quem moves, quid opus ſit ſpiritibus defunctorum corpora ſua in reſurrectione recipere, ſi poteſt etiam ſine corporibus ſumma illa beatitudo praeberi difficilior quidem quaeſtio eſt &c.* Id igitur tantum abeſt, ut Burnetio faveat: quin potius machinam eius evertit. Si enim eo pacto contra ſe diſputat Auguſtinos; bonis ſpiritibus igitur ante Reſurrectionem beatitudinem ſummam eo loci donaverat. Et qoidem ita eſſe & patet ex dictis: & alterius: haec ſunt quae a Burnetio & nobis recitata verba immediatae praecedunt (1) = Tertium „ vero, (*caelum*) quod mente conſpici„ tur, ita ſecreta, & remota, & om„ nino abrepta a ſenſibus carnis, atque „ mundata, ut ea, quae in illo caelo „ ſunt, & ipſam Dei ſobſtantiam, Ver„ bumqoe Deum, per quod facta ſunt „ omnia (2), in caritate Spiritus Sancti in„ effabiliter valeat videre, & audire; „ non incongruenter arbitramur, & il„ luc eſſe Apoſtolum raptum (3), & ibi „ fortaſſis eſſe paradiſum omnibus me„ liorem, & ſi dici oportet, paradiſorum. „ Si enim animae bonae laetitia in re„ bos bonis eſt in omni creatura, quid „ ea laetitia praeſtantios, quae in Ver„ bo Dei eſt, per quod facta ſunt om„ nia? Sed ſi quem movet &c.] Ut autem ſupra vidimus, tertium caelum raptus Paulini, & ad quod animae etiam ante Reſurrectionem evehuntur, iongit ibi, & unum idemque facit.

Ceterom adtendunt iuſtorum animae corpora, ut beatitudo ſit perfecta, & ſumma iuxta dicta litt. B. Et perfectione etiam praeciſa; adtendit anima corpus, ut cum certaminis ſocio victoriae reſpondente praemio fruatur.

Non ad alia tamen tranſitum faciam: niſi in anteceſſum, unum, & quidem maximum, & alta mente retinendum Lectorem commonuero. Eam rem, coronam ſcilicet iuſtis ante Reſorrectionem cooferendam, ingenue fateor, Auguſtinum nonnunquam *difficultatem*, ſeu, *quaeſtionem* appellare; At non ideo, quaſi is iudicii penduli, & ancipitis fuerit; ſed quod non eſſet dogma in Eccleſia prorſus exploratum, cuive Doctorum nullus refragaretur. Recole dicta commentarii huius initio, ab illis verbis ſcilicet, *Quaeritur autem &c.* Interim pro antiquis Patribus, qui in hac re decepti ſunt, accipe graviſſimam Augoſtini ſententiam datam Epiſt. 43. (Alias 162.) quae eſt ad *Glarium, Eleuſium &c.* initio. = Qui ſententiam ſuam: quam„ vis falſam, atque perverſam nulla „ pertinaci animoſitate defendunt, & „ praeſertim quam non audacia prae„ ſumtionis ſuae pepererunt, ſed a ſe„ ductis atque in errorem lapſis paren„ tibus acceperunt, quaerunt autem „ cauta ſollicitudine veritatem, corrigi „ parati, cum invenerint: neqoaquam „ ſunt inter haereticos deputandi.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(*i*) *Homuncionem inexpertum* = Itane? Quid igitor nos? Miraculum ſapit tuus hic ſermo, quem citra horrorem non legimus? Mortalium omnium ingenioſiſſimus, ſapientiſſimus, *homuncio inexpertus*? Quid de te decerneret docta Graecia, quae tibi nec meritis, nec modeſtia ullo modo pari vix non genua quaſi nomini e caelo delapſo inflexit? *Non multum abfuit, quo minus Apollonium Graecia tanquam Deum adoraret: propterea maxime illum admirantes, quod ab ea, quae praeceſſerat, nihil ſupra ceteras elatus videbatur.* Philoſtratus lib. 8. c. 6. in fine.

Dixerat vero de Nebridio: *adoptivus, ex liberto filius.* Quia olim ille peccato, & errore in fide erat procul a Deo; Inde ab utroque exemptus factus eſt libertus, vel libertius; Tandem ad Deum adſcendens, factus eſt perfectus eius filius. Vel libertus, hoc eſt a peccato, a diaboli ſervitute liberatos; Filius inde per gratiam; iuxta illud Rom. 8. 31. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba, Pater; ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filii Dei.* Recole dicta lib. 7. c. 21.

Ceterum obſerva ſimilitudinem Auguſtini inter, & Hieronymi conceptum, qui in Epitaphio Nepotiani: *Scimus Nepotianum noſtrum eſſe nunc cum Chriſto, & Sanctorum nunc mixtum choris; quod hic nobiſcum rimabatur in terris, & aeſtimatione ſapiebat.*

(*k*) *Ut oblviviſcatur mei.* = Fere dixe-

(1) Cap. 34. n. 67.
(2) Ioan. 3. 5.
(3) 2. Cor. 12. 4.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 33. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

dixerim has ſolas Auguſtini Confeſſiones quaſlibet haereticorum blaſphemias caſtigare. Habemus hic Caelites noſtrum memores eſſe: & religioſe, atque non in caſſum eorum a nobis patrocinium poſtulari. Quid igitur Philippus Melanctõn quem ſequuntur alii de Eccleſia effutit id dogmatis Gregorii aetate e tenebris emerſiſſe? Electus eſt in Rom. Pontificem Gregorius an. 550. Auguſtinus has Confeſſiones ſcripſit 400. Licet cautiores alii eandem religionem ad vetuſtiſſimam aetatem referant: ut Pleſſaeus de eucbariſtia 11. pag. 534 & 16. 545. Kemnitius c. 1. pag. 3. Fulcu in *Duplicato ad Briſtonm*, pag. 5. Centuriatores Magdeburgenſes cent. 5. col. 510. & 674. Religionis virtus, & Sanctorum invocatio ſtatuitur, exponitur, propugnatur ab Auguſtino lib 2. de Civ. Dei, cap. 28. & alibi frequenter.

Quem potat ille =. Ab hac lectione, quam praeferunt Vet. Er Lov. Som. Wangn. BB MSS. 2. S. Mar. Feſ. Car. MS. optimus S. Cr. & communiter codices: diſcrepant MS Ricar. & duo a BB laudati (forte iidem ipſi, quos viderunt Lov.) qui habent: *a quo potatur ille* (1). Male, ut liquet, & barbare. Hoc autem fere modo argumentatur Auguſtinus. Cum Deus infinite beatus, a quo Caelites inebriantur, preces noſtras audire non dedignetur; cur dedignabuntur Caelites, qui ex eodem beatitudinis mari guttulas ſorbent? Aequitatis ratio poſtulat, ut eius miſericordiam, & quaſi conniventiam imitentur, cuius maieſtatem, & celſitudinem aemulari non poſſunt.

(*l*) *De tali converſione noſtra* = Ita BB. qui admonet = Lov. cum anti„ quioribus editis, *de tali converſatio„ ne noſtra*] Nobiſcum ſunt etiam Vet. Som. Wangn. MS. S. Mar. Feſ. Car. & duo a Lov. viſi. Habent vero, *converſationem*, Er. MS. S. Mar. Ricar. & optimus S. Cr. At patet loqui hic Auguſtinum de tali converſione, quam dum non poſſet aemulari Verecundus, contriſtatus eſt. Quanquam alia lectio non ſit intolerabilis, utpote quae ſi bene attendatur, idem ſignificet.

Quod de tam proximo poterat =. Tum quia Nebridius abiectis erroribus, iamiam ad veritatis lucem accedebat. Tum quod non ut Verecundus, aut uxore, aut alia re familiari a Sanctorum vita retardari poſſet.

CA-

(1) Lib. 13. de Civ. D. c. 24. n. 6. *Quem potando &c.* vide infra l. 10. c. 48. H.

A. Ch. 386.
Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Adeeſſit tandem laetiſſima dies, in qua Rhetoricae Cathedrae, cui iam pectore, etiam actu nuntium mitteret. Quod perfecit, in Villam cum Matre, Filio, & reliquis aut ſanguine, aut amicitia iunctis profectus. Ibi varia doctiſſima Opuſcula: & eruditae ad Nebridium Epiſtolae. Ibi ſumma religio, pſalmorum, maxime quarti lectione ſuaviſſima condita, roborata. Et ibi Numinis ſuo in candidato portenta; Acerrimo enim Auguſtinus dentium dolore impetitus: & flexis genubus cum ſuis poſtulans clementiam ab alto, mox experitur: a dolore ita intolerabili & ſummo momento liberatur. Haec modeſte narrans, pias interponit meditationes de ſuo, & Alypii velut faſtu, aut vano genio Divina manu ſubacto; Deque ad infirmos quoſque ſanandos, & retundendam Manichaeorum pervicaciam Davidici cantus mira virtute.

I. ET venit dies in quo etiam actu ſolverer a profeſſione rethorica, unde iam cogitatu ſolutus eram. Et factum eſt, & eruiſti linguam meam unde iam erueras cor meum, & benedicebam tibi gaudens, profectus in Villam cum meis (*a*) omnibus. Ibi quid egerim in litteris, iam quidem ſervientibus tibi, ſed adhuc ſuperbiae Scholam, tanquam in pauſatione anhelantibus (*b*), teſtantur libri diſputati cum praeſentibus & cum ipſo me ſolo coram te: quae autem cum abſente Nebridio, teſtantur epiſtolae. Et quando mihi ſufficiat tempus commemorandi omnia magna erga nos beneficia tua in illo tempore, praeſertim ad alia maiora propetanti? Revocat enim me recordatio mea, & dulce mihi fit, Domine, confiteri tibi quibus internis me ſtimulis perdomueris, & quemadmodum me complanaveris humilitatis montibus & collibus cogitationum mearum, & tortuoſa mea direxeris, & aſpera lenieris, quoque modo ipſum etiam Alypium fratrem cordis mei ſubegeris nomini Unigeniti tui Domini & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, quod primo dedignabatur inſeri litteris noſtris (*c*). Magis enim eas volebat redolere gymnaſiorum cedros, quas iam contrivit Dominus, quam ſalubres herbas eccleſiaſticas adverſas ſerpentibus.

II. Quas tibi, Deus meus, voces dedi cum legerem Pſalmos David, cantica fidelia, & ſonos pietatis excludentes turgidum ſpiritum, rudis in germano amore tuo catechumenus in Villa cum catechumeno Alypio feriatus, Matre adhaerente nobis muliebri habitu, virili fide, anili ſecuritate (*d*), materna caritate, Chriſtiana pietate? Quas tibi voces dabam in Pſalmis illis, & quomodo in te inflammabar ex eis, & accendebar eos recitare ſi poſſem toto orbe terrarum, adverſus typhum generis humani? Et tamen toto orbe cantantur, & non eſt qui ſe (*e*) abſcondat a calore tuo. Quam vehementi & acri dolore indignabar Manichaeis; & miſerabar eos rurſus, quod illa ſacramenta, illa medicamenta neſcirent, & inſani eſſent adverſus antidotum, quo ſani eſſe potuiſſent. Vellem ut alicubi iuxta eſſent tunc, & me neſciente quod ibi eſſent, intuerentur faciem meam, & audi-

Digitized by Google

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

audirent voces meas, quando legi quartum Pſalmum; in illo tunc otio, quid de me fecerit ille Pſalmus. Cum invocarem exaudivit me Deus iuſtitiae meae, in tribulatione dilataſti mihi: miſerere mei Domine, & exaudi orationem meam (1). Audirent, ignorante me utrum audirent, ne me propter ſe illa dicere putarent, quae inter haec verba dixerim. Quia & revera nec ea dicerem, nec ſic ea dicerem, ſi me ab eis audiri viderique ſentirem: nec ſi dicerem, ſic acciperent quomodo mecum & mihi coram te de familiari affectu animi mei.

III. Inhorrui timendo, ibidemque inferbui ſperando & exſultando in tua miſericordia Pater. Et haec omnia exibant per oculos meos & vocem meam, cum converſus ad nos Spiritus tuus bonus (*f*) ait nobis. Filii hominum quouſque graves corde? Ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium (2)? Dilexeram enim vanitatem, & quaeſieram mendacium; Et tu Domine, iam magnificaveras Sanctum tuum, ſuſcitans eum a mortuis (3), & collocans ad dexteram tuam (4), unde mitteret ex alto promiſſionem ſuam Paracletum Spiritum veritatis (5): & miſerat eum iam, ſed ego neſciebam. Miſerat eum, quia iam magnificatus erat, reſurgens a mortuis, & adſcendens in caelum. Ante autem Spiritus nondum erat datus, quia Ieſus nondum erat clarificatus (6): & clamabat Propheta: Quouſque graves corde. Ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium? Et ſcitote quoniam Dominus magnificavit Sanctum ſuum. Clamat, quouſque: clamat, ſcitote. Et ego tamdiu neſciens, vanitatem dilexi, & mendacium quaeſivi; & ideo audivi & contremui, quoniam talibus dicitur, qualem me fuiſſe reminiſcebar. In phantaſmatibus enim (*g*) quae pro veritate tenueram vanitas erat & mendacium. Et inſonui multa graviter & fortiter in dolore recordationis meae. Quae utinam audiſſent qui adhuc uſque diligunt vanitatem, & quaerunt mendacium. Forte conturbarentur, & evomuiſſent illud; & exaudires eos cum clamarent ad te (7): quoniam vera morte carnis mortuus eſt pro nobis, qui te interpellat pro nobis.

IV. Legebam: Iraſcimini, & nolite peccare (8). Et quomodo movebat, Deus meus, qui iam didiceram iraſci mihi de praeteritis, ut de cetero non peccarem! Et merito iraſci, quia non alia natura (*h*) gentis tenebrarum de me peccabat, ſicut dicunt qui ſibi non iraſcuntur, & theſaurizant ſibi iram in die irae & revelationis iuſti iudicii tui. Nec iam bona mea foris erant, nec oculis carneis in iſto ſole quaerebantur. Volentes enim gaudere forinſecus, facile evaneſcunt; & effunduntur in ea quae videntur, & temporalia ſunt; & imagines eorum famelica cogitatione lambunt. Et o ſi fatigentur inedia (*i*), & dicant: Quis oſtendet nobis bona? Et dicamus, & audiant: Signatum eſt in nobis lumen vultus tui, Domine. Non enim lumen nos ſumus quod illuminat omnem hominem (9) ſed illuminamur a te, ut qui fuimus aliquando tenebrae, ſimus lux in te (10). O ſi viderent internum aeternum (*k*) quod ego quia guſtaveram, frendebam quoniam non eis

(1) Pſal. 4.
(2) Ibid. v. 4.
(3) Act. 2. 24. & 3. 5.
(4) Mar. 17. 19.
(5) Act. 2.
(6) Ioan. 7. 39.
(7) Pſal. 4. 1.
(8) Rom. 8. 34.
(9) Ioan 1. 9.
(10) Epheſ. 5. 8.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

eis poteram oſtendere, ſi adferrent ad me cor in oculis ſuis foris a te, & dicerent: Quis oſtendet nobis bona? Ibi enim ubi mihi iratus eram intus in cubili, ubi compunctus eram, ubi ſacrificaveram mactans vetuſtatem meam, & inchoata meditatione renovationis meae ſperans in te, ibi mihi dulceſcere coeperas, & dederas laetitiam in corde meo. Et exclamabam legens haec foris, & agnoſcens intus; nec volebam multiplicari terrenis bonis, devorans tempora, & devoratus temporalibus (*l*), cum haberem in aeterna ſimplicitate aliud frumentum & vinum & oleum.

V. Et clamabam in conſequenti verſu clamore alto cordis mei: O in pace! o in idipſum (*m*)! o quid dixit: Obdormiam & ſomnum capiam! Quoniam quis reſiſtet nobis, cum fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoriam(1)? Et tu es idipſum valde qui non mutaris, & in te requies obliviſcens laborum omnium, quoniam nullus alius tecum, nec ad alia multa adipiſcenda quae non ſunt quod tu: ſed tu Domine, ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Legebam & ardebam; nec inveniebam quid facerem ſurdis mortuis, ex quibus fueram peſtis (*n*) latrator amarus & caecus adverſus litteras de melle caeli melleas, & de lumine tuo luminoſas: & ſuper inimicis Scripturae huius tabeſcebam (*o*).

VI. Quando recordabar omnia dierum illorum feriatorum? Sed nec oblitus ſum, nec ſilebo flagelli tui aſperitatem, & miſericordiae tuae mirabilem celeritatem. Dolore dentium tunc (*p*) excruciabas me; & cum intantum ingraveſceret ut non valerem loqui, adſcendit in cor meum admonere omnes meos qui aderant, ut deprecarentur te pro me, Deum ſalutis omnimode. Et ſcripſi hoc in cera, & dedi eis ut legeretur. Mox ut genua ſupplici affectu fiximus, fugit dolor ille. Sed quis dolor, aut quomodo fugit? Expavi, fateor, Domine meus, Deus meus, nihil enim tale ab ineunte aetate expertus fueram. Et inſinuati ſunt mihi in profundo nutus tui (*q*): & gaudens in fide laudavi nomen tuum. Et ea fides me ſecurum eſſe non ſinebat (*r*) de praeteritis peccatis meis, quae mihi per baptiſmum tuum remiſſa nondum erant.

(*a*). *Profectus in Villam cum &c.* = In Caſſiciacum Villam Verecundi Grammatici, ut liquet ex dictis; & alibi etiam teſtatur: ut lib. 1. de Ordine, c. 2. n. 5. ubi = Nam cum ſtomachi „ dolor &c. ſtatim me contuli ad Vil„ lam familiariſſimi noſtri Verecundi. „ Quid dicam, eo libente? Noſti (*Ze„ nobi*) optime hominis cum in om„ nes, tum vero in nos benevolentiam „ ſingularem. Ibi diſſerebam inter nos „ quaecunque videbantur utilia, adhi„ bito ſane ſtylo, quo cuncta excipe„ rentur, quod videbam conducere va„ letudini meae. Cum enim nonnulla „ loquendi cura detinerer &c.] Cum quibus autem ſit profectus in Villam, aperit eodem loco paullo poſt recitata verba, dicens: *Agebant autem iſta mecum Alypius, & Navigius frater meus, & Licentius, repente admirabiliter poeticae deditus. Trygetium item nobis militia reddiderat, qui tanquam veteranus adamavit hiſtoriam*. Et lib. de Beata Vita, n. 6. ſeu in fine Praefat. = Idibus Novembris mihi natalis „ dies erat: poſt tam tenue prandium, „ ut ab eo nihil ingeniorum impedire„ tur, omnes, qui ſimul non modo illo „ die, ſed quotidie &c. Erant autem, „ non enim vereor eos ſingulari beni„ gnitati tuae (*Theodore*) notos interim nominibus facere, in primis no„ ſtra mater, cuius meriti credo eſſe omne

(1) 1. Cor. 15. 54.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 33. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ omne quod vivo : Navigius frater
„ meus : Trygetius, & Licentius, ci-
„ ves, & diſcipuli mei : nec Laſtidia-
„ num (1), & Ruſticum conſobrinos
„ meos, quamvis nullum vel gramma-
„ ticum paſſi ſint, deeſſe volui, ip-
„ ſumque eorum ſenſum communem ad
„ rem, quam moliebar, neceſſarium
„ putavi. Erat etiam nobiſcum aeta-
„ te minimus omnium, ſed cuius inge-
„ nium ſi amore non fallor, magnum
„ quiddam pollicetur, Adeodatus filius
„ meus. „

Utrum vero his ſit addendus Evodius, de quo infra cap. 8.? Adfirmat Wangnereck, dicens, *Item Evodium ipſe alibi ſignificat*. Verum ibi ſermo eſt de ſociis, cum in Africam remearent. Porro liber de *Quantitate animae*, in quo veroſimilius eſt interloquutor Evodius, Romae ſcriptus eſt circa initium an. 388. ex lib. 1. Retract. c. 8. n. 1.

(*b*) *Sed adhuc ſuperbiae ſcholam, tanquam in pauſatione anhelantibus.* = Ita Benedictini, qui admonent = Som.
„ *ſed adhuc in ſuperbiae ſcholam tan-*
„ *quam in pauſationem anhelantibus*.
„ Arn. & MSS. noſtram praeferunt le-
„ ctionem. Nempe ad illud Auguſtinus al-
„ ludit, quod accidit fugientibus, qui
„ cum primum pauſant, aliquandiu an-
„ helant. Libri porro, quos hic dicit
„ in villa ſcriptos, ii ſunt, qui recen-
„ ſentur in lib. 1. retract. c. 1. 2. 3.
„ 4.] Nobiſcum ſunt etiam Er. MS. S. Mar. Feſ. Car. optimus S. Cr. ſuffragantur autem Som. Ver. Wang. & MS Ricar. Manifeſta vero oſcitantia MS. S. Mar. *Sed adhuc ſuperbiae ſcholam tanquam in pulſationem anhelantibus*.

Ut tamen dicamus ingenue: Si MSS. auctoritatem tollas, lectio Ver. Som. &c. aeque iuſta, & probabilis videtur. Recte enim BB. ſi *anhelare* hic reſpirare eſt; iuxta illud Col. lib. 1. c. 3. *Sudare, atque anhelare boves*. Sed quid ſi pro ardenter expetere poſitum ſit? Ut Cicero in Catilinam: *Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem &c.* Et erit naturalis ſenſus, eos libros in ſuperbiae ſcholam, velut in pauſationem ab humilitatis Chriſtianae iugo exarſiſſe. Verum utraque lectio quoad ſenſum, ut vides, fere in idem vadit.

Qualis autem ſit eorum librorum ſuperbia, diximus alibi, dum *Eraſmi* audaciam retunderemus. Male adriſit viro modeſtiſſimo, atque ſanctiſſimo in prioribus opuſculis ſaecularem eloquentiam, & ſcholarum phraſes quaſdam, atque metaphoras non prorſus ſe abieciſſe. Etſi catechumenus Auguſtinus non eam vanitatem adtigerit, in qua Catholici nonnulli aetatis noſtrae capite cani, & etiam ſacris altioribus caracteribus inſigniti conquieſcunt, & delicias habent; De quibus comment. ſeq.

Quos autem Libros Solitarius Caſſiciaci ſcripſerit, ex ipſomet accipe. Lib. 1. Retract. c. 1. = Cum ergo re-
„ liquiſſem vel quae adeptus fueram
„ in cupiditatibus huius mundi, vel
„ quae adipiſci volebam, & me ad Chri-
„ ſtianae vitae otium contuliſſem, non-
„ dum baptizatus contra *Academicos*,
„ vel de *Academicis* primum ſcripſi,
„ ut argumenta eorum, quae multis
„ ingerunt veri inveniendi deſperatio-
„ nem, & prohibent cuiquam rei aſ-
„ ſentiri &c.] Cap. 2. = Librum de
„ *Beata vita* non poſt libros de Aca-
„ demicis, ſed inter illos ut ſcriberem
„ contigit. Ex occaſione quippe ortus
„ eſt dies natalis mei, & tridui diſpu-
„ tatione completus, ſicut ſatis ipſe in-
„ dicat. In quo libro conſtitit inter
„ nos, non eſſe beatam vitam, niſi per-
„ fectam cognitionem Dei] Cap. 3. =
„ Per idem tempus inter illos, qui de
„ Academicis ſcripti ſunt, duos etiam
„ libros *de Ordine* ſcripſi, in quibus
„ magna quaeſtio verſatur, utrum om-
„ nia bona, & mala divinae providen-
„ tiae ordo contineat. Sed cum rem
„ viderem ad intelligendum difficilem,
„ ſatis aegre ad eorum perceptionem,
„ cum quibus agebam diſputando poſ-
„ ſe perduci, de ordine ſtudendi lo-
„ qui malui, quo a corporalibus ad
„ incorporalia poteſt profici.] Cap. 4.
„ Inter haec ſcripſi etiam duo volu-
„ mina, ſecundum ſtudium meum, &
„ amorem ratione indagandae veritatis
„ de his rebus, quas maxime ſcire cu-
„ piebam, me interrogans, mihique
„ reſpondens, tamquam duo eſſemus,
„ ratio, & ego, cum ſolus eſſem; un-
„ de hoc opus *Soliloquia* nominavi,
„ ſed imperfectum remanſit &c. „

Libenter ruris Incola litteris indulſit: nimis enim manifeſtum eſt illud: *Silva placet Muſis, urbs eſt inimica Poetis*. Quod & Valerius Flaccus, & Franciſcus Petrarcha, & omnes littera-

(1) In MSS. prope omnibus habetur, *Lartidianum*.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Sirie. II. Val. XI. Theod. VIII.

rarum viri experti ſunt. Epiſtolae ed Nebridium Mediolani ſuis expediendis rebus comoiorantem ex Rure ſeriptae, ſunt tertia (Alias, 151.) & quarta (Alias, 117.) Primae ergumentum hocce BB. pracfigunt: *Nebridio reſpondet Augaſtinus, immerito ſe ab ipſo vocari beatum, qui tam multa igaoret. Qua in re ſita ſit vera beatitudo.* Alteri vero: *Augaſtinus Nebridio, ſignificaat ei, quantam profecerit in ſeceſſu contemplatione rerum aeternarum.*

Ex dictis ha:es, quid incuana illa varbe, *libri diſputati cum praeſentibus, & cum ipſo me ſolo coram te.* Diſputavit cum ipſo ſe ſolo in duobus *Soliloquiorum;* Cum praeſentibus, Monnice &c. in reliquis Libris.

(c) *Quod primo dedignabatur inſeri litteris noſtris.* = Wangnereck graviter, & religioſe huncce locum ediſſerit = Vanae, & profanae eroditionis „ ſtodio. Habet vero Alypius eetechumenua imitatorca viros in fide Chriſtiane eruditos, quibus nihil latinum eſt, niſi profanum: idcoque abſtinent a vocibus Eccleſiaſticis non eliter quam Soloeciſmis, eut Barbariſmis. Quaſi Chriſti fides, quee omnium gentium devicit errores, ſacrorum ſuorum vocabula, non poſſit iure ſuo profanis miſcere linguis; aut deceat ſuperſtitioſis, idololatriciſque vocibus Sacroſancte myſteria inquinare, & obſcuraro.] Si tanto zelo Religioſus ille de ſuo, quali deberemus nos de ſeeculo noſtro dicere profanis prorſus immarſo? Cui nedum Eccleſiaſticae phraſes, ſed & ipſi Eccleſiee Doctores fere taedio ſunt?

Inquiens, *gymnaſiorum cedros, quas &c.* ed illud Pſal. 28. 5. adludit ex parte: *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.* Cui adde elterum ex 1. Cor. 1. a v. 9. *Scriptum eſt* (1), *perdam ſapientiam ſapientium: & prudentiam prudentium reprobabo &c. Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Nam quoniam &c.*

Quam ſalubres herbas Eccleſiaſticas adverſas ſerpentibus. = Quam Sacras, & Eccleſiaſticas voces, adverſas daemonum, haereticorum, aliorumque errantium inſidiis. Sunt enim quaedam Eccleſiaſticae voces, & mirum in modum pietatem foventes: & ita ad myſterium eliquod ſignificandum aptae: ut eliae aequa graves, & exſtctae, quae iis ſubſtitui poſſint vix, & ne vix quidem occurrant. Hinc Theologi de Schola, poſitivi, Polemiſtae, Morales, Myſtici peculiares quaſdam habent voces, in ſuis velut ipſorum officinis enſae fabrieatae, quas (ſi velis libera manu, bene apteque eorum res agere) cogeris non abiicere. Nec mirum: Unaquaeque enim profeſſio, etiam mechanica, & prorſus immerſa materiae, ſua habet, praeter communia, inſtrumenta. Com autem Sacra Scriptura ſit voluminum maximum, ac praeſtantiſſimum: in quo non tam naturae, quam eius Conditoris iura dicuntur, & quidem arcano, & peculiari diſputandi genere: ea maxime ſuas habet voces, quibus, Grammaticorum quaerelis, & muſſitationibus conculcatis, iure meritoque, nedum ſancte, Chriſtianorum graviſſimi mordicus haerent; Quas item qui negligunt humanae eloquentiae fucum & tumorem affectantes, facile, atque ſaepiſſime, experientia teſte, ex humanis vocibus in humanam quoque ſapientiam vadunt, & e. Chriſtiane veritate deſciſcunt.

Metaphorae illae, *perdomueris, complanaveris, humiliatis montibus &c.* antehanc e S. Doctore datae ex plurium S. Scripturae textuum meditatione, vel memorie videntur prognatae: *Statim occurrit de monumentis homo. in ſpiritu immundo &c. & nemo poterat eum domare.* Mar. 5. a v. 2. *Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltabitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas.* Iſ. 40. v. 3., & 4., & Lucae 3. v. 4., & 5.

(d) *Anili ſecuritate.* = Quaſi diceret: Et hac retione viris Mater decenter aderat, quod anilem eetatem agerat; Adludens forte ad illud Apoſtoli 1. Tim. 5. 9. *Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum;* a qua aetate Monica nonniſi luſtro aberat.

Ex iis, quae ſequuntur, & aliis, quae in reliquis Auguſtini ſcriptis habentur conſtat S. Doctorem Pſalmis maxime addictum: eoſque aliquo modo (ſi fas eſt dicere) reliquis prioris foederis libris praetuliſſe. Cui ſubcinunt paſſim Catholici, & etiam Hebraei: & quidem tum verbo, tum facto. Neutri enim aut tot laudibus ornant, aut tam libenter meditantur, & recitant alium, ut librum

(1) Iſ. 29. 14.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Pſalmorum. Quaeritur igitur, quae huius rei cauſſa ſit? cum Canonica Scriptura quaelibet in unum eumdemque fontem, ſcilicet Spiritum-Sanctum vere & proprie revocetur? Haec quaeſtio eadem fere cum illa eſt: Cum plures Prophetas Deus miſerit; cur poſito *Prophetae* nomine, David mox per excellentiam nobis occurrat? Rationes plures Eruditi in Sacra Sciencia nobis ſuppeditant; At omnium maxima atque graviſſima ea videtur, quam in Prologo ad Pſalmos exhibet noſter, olim *Incognitus*, inde cognitus R. P. Michael Ayguanus Bonon. ord. Carmelitarum, S. Theologiae Magiſter, & doctor Pariſienſis (1): cuius haec ſunt verba poſt initium. = Qeare autem David in com-
„ paratione ad elios Prophetas per ex-
„ cellentiam dicitur Propheta: eſt quia
„ excellentiori modo aliis ſuam Prophe-
„ tiam habuit a Deo ſibi revelatam. Ubi
„ notandem qeod, ut ait Magiſter io Pro-
„ logo huius libri, prophetia alicui reve-
„ latur qeinque modis (2): ſcilicet per fa-
„ cta: per dicta: per viſiones: per ſomnia:
„ & ſola inſpiratione Spiritus Sancti, re-
„ moto omni exteriori edminiculo, fa-
„ cti, dicti, viſionis, vel ſomnii: quod
„ oſtendo. Primo igiter quandoque ali-
„ cui revelatur Prophetia per facta:
„ qoando ſcilicet per unum factum ali-
„ cui aliquid alied revelatur, ſicut per
„ arcam, quam Noe fecit, in qua ſo-
„ lum exiſtentes ſunt ſalvati, & caeteri
„ a dilovio ſubmerſi, eidem fuit reve-
„ lata fidea catholica, extra quam nul-
„ lus poteſt ſalvari. 24. queeſt. 1. quia
„ ſola &c. qooniam verus oriens. Et
„ iſtum modum revelationis propheticae
„ in multis oſtendit Gregorius ſuper E-
„ zec. par. 1. hoeil. 6. dicens, Quid
„ eſt quod Adam dormiente Eva pro-
„ ducitur, niſi quod moriente Chri-
„ ſto, formatur Eccleſia? Quid eſt
„ quod Iſaac &c. Secundo modo re-
„ velatur Prophetia per verba vel di-
„ cta, ſicut per verba, quae dixerunt
„ Angeli Gen. 22. ut, In ſemine tuo
„ benedicentur omnes gentes, ſibi fuit
„ revelata Chriſti incarnatio. Sic & glo-
„ rioſae Virgini per verba Angeli &c.
„ Et iſto modo fuit revelata Prophetia
„ ſua Oſeae, & moltis aliis, qui &c.
„ Tertio modo revelatur per viſiones;
„ & iſto modo fuit revelatem Hiere-
„ miae, malos per Aquilonem &c. Et
„ Moyſi partus Virginis ſine corruptio-
„ ne, dum vidit rubum &c. Quarto
„ modo fit revelatio per ſomnia. Iſto
„ modo fuit revelatum ſponſo Virginis
„ Mariae Ioſeph, quod ipſa de Spiritu
„ Sancto conceperat, Matth. 2. Et quod
„ &c. Quinto vero modo fit revelatio
„ ex ſola inſpiratione Spiritus Sancti, qui
„ per ſeipſum cor illuminat, & revelat
„ obſcura. Et iſto modo revelata
„ fuit Prophetia iſtius libri ipſi David,
„ ſcilicet inſtincte Spiritus Sancti, remo-
„ to omni exteriori adminiculo, propter
„ quod ipſe de ſeipſo dicit Pſal. 84.
„ *Audiam quid loquatur in me Dominus*
„ *Deus meus &c.* Modo ad propoſitum;
„ quia ultimus modus revelationis excel-
„ lentior eſt caeteris, & ab excellentiori
„ fit denominatio, ideo quia ipſe David
„ Prophetiam iſto modo excellentiori ha-
„ buit, ipſe inter caeteros per excel-
„ lentiam dicitur Propheta. „

I. Haud ſterilis fuit Auguſtini flagrans amor in Davidicos Pſalmos: ſed Commentarios peperit admodum copioſos, atque doctiſſimos; ut iure dicere, atque praedicare poſſis: Nullum ante ipſum (de poſterioribus minime loqeimur: facile eſt enim inventis addere) de Davidis Prophetia tam optime meritum. Et en opportona occaſio brevi digreſſione pro Auguſtini fama, ac nomine quidquam agendi. Commentarii illi nonnulorum, immo plurium Criticorum palato inſipidi ſunt. Ut omittamus Sixtum Senenſem in Bibliotheca Sancta, magnum in reliquis Auguſtini laedatorem, *Ioannem Phereponum* in Animadverſionibus eiusdem perditum hoſtem, Ell' Du Pin t. 3. Novae Bibliothaecae ad t. 4. oper. S. D. hominem Catholicae religionis profeſſione haereticis exoſum; libertate ſentiendi, & audacia quidquid libuit, & lubuit praedicandi, Catholicis minime ſanum, & bonum. His inquam, aliiſque aut Catholicis, aut haereticis omiſſis; ſat erit in medium Guilielmum Cave proferre, qui ſuperſtitioſa religione apud haereticos valet: & oſtentato in ſcribendo candore Catholicorum aliquem etiam movere poteſt; & maxime quoniam Benedictinorum auctoritatem, quae omnibus ſumma eſt, interponit; Is ergo in Hiſtor. Litter. Eccleſiaſticorum Scriptorum, Saecul Ar. ad t. 4. oper. S. D. ita loquitur. = Continet enarrationes
„ in Pſalmos. Quo io opere ſe non ad-
„ mo-

(1) An. 1381. factus totius Ordinis Generalis Mag. Pluriam aliorum operum Scriptor.

(2) V. infra l. 11. c. 19. A.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

„ modum commendat ſanctiſſimus Pater, „ utpote quod, non inficiantibus clariſ„ ſimis Editoribus, leviſſimis alluſioni„ bus, inutilibus allegoriis, myſticis, „ iisque frigidis obſervationibus ubivis „ ſcatet, & in quo concinnando verſio„ nem ex LXX. *Interpretibus* factam, „ conſtanter ſequitur. „

Nun hic auxii erimus, hominum loge graviſſimorum eo de Auguſtini volumine ſita ellogia recitare, Fulgentii puta, Caſſiodori, Petrarchae &c. & cenſuris obiicere; Sat nobis hic eſt, ratione errorem tollere, qui poſſemus auctoritate audaciam reprimere.

Cenſurarum omnium Cave, Syxti Senenſis, aliorumque omnium ſimul iunctorum haec ſumma eſt. I. Auguſtinus in Pſalmos a littera ſaepe digreditur: & Grammaticalem ſenſum admodum negligit. II. Digreſſiones nedum admodum frequentes ſunt: ſed & protenſae, unam ſaepe, eamdemque rem inculcantes. III. Frequenter etiam leviores, quam quae Doctorem elevati ingenii deceant. IV. Septuaginta Interpretum verſioni conſtanter inſiſtit.

R. Haec tamen in Auguſtini vituperationem diſtricta arma facile nedum propulſantur, ſed in eiusdem laudem convertuntur. Enim vero mihi nemo inficiabitur: cuiuſcunque operis ſplendorem, & merita non vage, ſed ex inſpecto fine, volitoque bono diſcuti, & penſari. Deauratos gladios ad praedivitis aulae ſplendorem factos miramur: ingruentis belli tempore, niſi hoſtes arcere poſſint, contemnimus. Oratio etſi inerudita, apto tamen elegantique ſtylo digeſta placet. E contra vero Philoſophica diſſertatio &c. Nec militibus togae: nec Senatoribus loricae congruunt. Ipſius Numinis gloriam nunc clementiae, nunc iuſtitiae inſidentem videmus. Nunc preſſe ad rem noſtram. I. Pſalmorum littera aride tractata non adeo Catholicorum turbam illuminare, & iuvare poteſt: ut bene quidem diſcuſſa, & in myſteria, quibus foecunda eſt deportata; Res diligenter eam penſanti perſpicua eſt. II. Pſalmos exponens Auguſtinus, volebat non reconditam eruditionem promere, quae doctiſſimorum hominum mentes raperet; ſed aeternae ſalutis munita cudere, quae populum inſtruerent, aedificarent; Et quidem iure meritiſſimo: erat enim quanquam repugnans ampli gregis conſtitutus Paſtor, & quidem a lupis undique impetiti; Quid igitur circa Pſalmorum Grammaticalia terere tempus: & non potius ex illis prodere, quid agendum eſſet, & quid fugiendum: qua arte & pravorum hominum, & haereticorum undique inſidias parantium cuniculi detegi, & obſtrui poſſent? III. Quae pietas etiam, quive animarum zelus Paſtorem ſanctiſſimum ad digreſſiones deduxit, & quidem non breves; nec enim turbae ſat eſt, ut rei definitionem ſtatuas: cogeris ſaepe pluribus circuitibus explicare, & etiam repetere. IV. Iam vero quoniam Hypponenſis Antiſtes ex Paſtoribus erat, qui gregem, non ſemetipſos paſcunt (1): minutiora digerere haud dedignatus eſt, quae ſuam, non autem ſubiecti populi mentem dedecerent. Quo quidem Auguſtinus Paulum imitatus eſt, qui ſanus, cum infirmis factus eſt infirmus: & ſapientia cumulatiſſimus, rudibus ſimplici ſermone ſententiiſque popularibus Chriſtum Crucifixum annuntiavit: ut ſcilicet omnes Chriſto lucraretur. Immo imitatus eſt Deum O. M. qui in Scripturis ad minutiora quaedam deſcendit, a quibus vel homuncio inflantem ſpiritum habens, v. gr. *Pherepomus*, abhorreret; Imitatus eſt etiam eumdem Deum naturae auctorem, qui in ſe nihil non infiniti habet, cum creaturis autem quaſi coarctata vi operatur: intelligit cum Angelis, & hominibus: vegetat autem cum plantis hyſſopi. Et id quidem nedum in gratiae, ſed & in ingenii amplitudinem revocatur; es enim naturae dotibus mirum in modum dives, ſi eadem facilitate Elegia, vel Tragoedia graviſſima facta: & Ecloga, aut Bucolica rudium perſonarum ſimplicia colloquia pingas; ſi eadem ſpectantium iocunditate nunc maieſtatem Regis in ſcena, nunc anus pannoſe & delirae gerras obiicias.

Ceterum ſaepe artem dimittens Auguſtinus, ad naturam ſuam redit: & uberes graviſſimaſque doctrinas, tum pro littera, tum pro Theologico arcano Pſalmorum effundit; quas ſi colligas, non ambigimus dicere, magnam Pſalmorum partem quoad Grammaticalia etiam a te perceptum iri: & armate habiturum, quibus potiorem haereſum aut vetuſtarum, aut quae etiam nunc vigent, partem confodias. Quanquam vel etiam doctrinas graviſſimas fere ſemper in Pſalmorum expoſitione aut vulgaribus exemplis exponat,

Gggg 2 aut

(1) Vae Paſtor. Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: Nonne greges a Paſtoribus paſcuntur? Ezechiel 34 2.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

aut ſimplici ſermone tradat; coactus nonnonquam & Latinum, & quidem in uſitatioribus vocibus ad Gregis ſanitatem corrumpere. Unde in Pſal. 138. ad v. 55. n. 20. = Os ſuum dicit: quod vul-
„ go dicitur oſtum, Latine os dicitur.
„ Hoc in Graeco invenitur. Nam poſ-
„ ſemos hic putare us eſſe ab eo, quod
„ ſunt ora, non os correpte, ab eo,
„ quod ſunt oſſa &c. Habeo in abſcon-
„ ditn quoddam oſtum. Sic enim po-
„ tius loquamor, melius eſt reprehen-
„ dant nos Grammatici, quam non in-
„ telligant populi] In Pſal. 36. Serm.
3. ad v. 26. n. 6. = Foenerator quidem
„ Latine dicitur, & qui dat mutuum,
„ & qui accipit: planius hoc autem di-
„ citur, ſi dicamus *foenerat*. Quid ad
„ nos quid Grammatici velint! Melius
„ in barbariſmo noſtro vos intelligitis,
„ quam in noſtra diſertitudine vos de-
„ ſerti eritis.

Peccavit autem Auguſtinus Septuaginta Interpretum verſioni adhaerens? Peccaverunt ergo & Apoſtoli, qui pariter adhaeſerunt. Tanto plauſu ab Hebraico, & Chriſtiano orbe 70. verſio excepta eſt; ut viri aetate, ſanctitate, & doctrina longe graviſſimi de ea, Canonica velut de Scriptura, Spiritus-Sancti videlicet peculiari adſiſtentia, & afflatu exarata loquantur. Auguſtinus ipſe lib. 2. de Doctr. Chriſt. c. 15. & de Conſenſu Evangeliſt. lib. 2. c. 66. Clemens Alex. l. 1. Strom. Iuſtinus Exhort. ad Gentes, & Dialog. Cyrillus Ieroſol. Catech. 4. Iren. l. 3. c. 25, ſeu 21. Epiph. de Pond. & Menſ. Chryſoſtom. Homil. 4. in Gen. Quibus fere addere potes Hilar. in Pſal. 131. n. 24.

Nunc videamus, an cum Benedictinis etiam nobis pugnandum ſit: quibus ducibus expoſitionum Pſalmorum ingens volumen ſe contemſiſſe tanta libertate Guilielmus Cave gloriatur. Non adeo expedite decantatam tetram cenſuram expiſcaberis: longa eſt enim doctiſſimorum hominum ad t. 4. Praefatio: ex qua ſi paucas demas, omnis in eorumdem Commentariorum laudem vergunt. At iudicium, quod quaeritur, vel oſcitantia, vel fraude ab Haeretico corruptum habetur poſt med. Praeſ. & eſt huiuſmodi: *Atque haec a nobis dicta ſint, ut generatim Auguſtini methodum defendamus: tametſi noſtri conſilii non ſit; extorquere ab omnibus, ut vel leviſſimas eiuſdem alluſiones eadem, qua nos ipſi, veneratione proſequantur.*

Ubi aut mens, aut fides tua Guilielme? Patres, *leviſſimas alluſiones*. Tu addes: *frigidis obſervationibus, &c.* Nec Patres eas ubique occurrere dicunt. Tu, *ubivis ſcatet*. Quae autem rei ſumma eſt; Non dicunt Patres Auguſtini commentarios in Pſalmos leviſſimis adluſionibus digeſtos eſſe: ſed haud ſe extorquere ab omnibus, ut vel leviſſimas adluſiones eadem, qua ipſi, veneratione proſequantur, Senſus eſt prorſus obvius, & naturalis: ſat ipſis eſſe, ſi univerſus orbis eius operis potiora maximi: media vero non parvi faciat; de leviſſimis, quae forte exſpicari poſſumus, non tanta anxietate curandum. Iure vero id meritoque: [neque enim in Canonicis litteris ſumus, in quibus vel ſingula verba, & apices ſcatent arcanis. Immo, ut laxiori modo diſputemus, in immenſo volumine, maxime, ut iſtud, ad populi bonum facta leviſſima quaedam reperiri, quale portentum? Et in Homeri Poetarum oraculi Iliade nonnulla carmina occurrunt, quae aut levia, aut dura non temere dicas; Nec defuere qui in Tullio Latinorum ſaltem Oratorum principe aliquot barbariſmos obſervarunt. Stulte autem agis, ſi mox illum Poetam levem, aut durum: hunc barbarum Oratorem appelles. Res quaelibet a potioribus ſuis penditur: neque enim vel Senatoris toga eſt, in qua limbi abiectiorem partem; & viridarium, in quo aliquot ſpinulas obſervare non poſſis.

Aequiori autem fide egiſſet Guilielmus, ſi reliqua eorundem Patrum vel a longe innuiſſet, qui priora tam feſtive lactavit: proſequuntur enim =
„ Satis erit ſi non indignas materia quae
„ tractatur aequi rerum aeſtimatores iu-
„ dicent. Immo vero ſi temporis inge-
„ nio ſervire, ac ſeſe plebis captui ac-
„ commodare non noviſſet beatus Prae-
„ ſul, ab ea ratione agendi deſciviſſet,
„ quam ipſemet Deus adhibet in ſacris
„ litteris; ubi Spiritus-Sanctus huma-
„ ni ſermonis morem uſurpat, humil-
„ limas quaſque dicendi formas non re-
„ pudians &c. Patiamur itaque Augu-
„ ſtinum allegoriis, atque aliis obſerva-
„ tionibus uti, quibus non imparem ar-
„ bitratur populum ſuum: & haec no-
„ ſtra cura ſit, admirabilibus praece-
„ ptis, quae inde capta occaſione ei-
„ dem tradit, adhaereſcere &c.] Sed ut plene tantorum hominum iudicium

orbi

orbi Cave aununtiaret, non debebat illa a praecedentibus diſiungere, quae ſcilicet longe ante praetulerant, poſt Praefat. init. = Pſalmorum autem e ſacro ſug-
„ geſtu habitorum numerus alios lon-
„ ge ſuperat &c. In illis porro ad ple-
„ bem Tractatibus, obſervationes quae-
„ dam inſeruntur, ac certae Pſalmo-
„ rum ſenteutiae in ſchiſmata, in er-
„ rores, ac in vitia temporum iſtorum
„ torquentur, quibus eorum lectio mul-
„ to iocundior evadit. Illic etiam lo-
„ cos ex Evangelio, Actibus, atque E-
„ piſtolis Apoſtolorum maxime inſignes
„ reperias quos idcirco S. D. una cum
„ Pſalmo enucleavit, quia eodem die
„ recitati fuerant in Eccleſia. Denique
„ occurrunt adhortationes vehementes,
„ quae perſuadeant; eloquutiones in-
„ ſlammatae, quae abripiant; figurae
„ tot flammis, atque ignibus, ſi fas
„ ita loqui, gravidae, ut in eas ocu-
„ los conicere vix quiſquam poſſit,
„ quin incendatur eodem ardore, quem
„ experiri ſe teſtabantur ii, qui dice-
„ bant (1), *Nonne cor noſtrum ardens*
„ *erat in nobis, dum loqueretur in via,*
„ *& aperiret nobis ſcripturas?* „

Poterat tandem *Eraſmi* cenſuram longe breviſſimam adtandere: quandoquidem ſuus ille, ſociorumque ſuorum deus eſt; ex eiuſque iudicio primo, & genaratim de Auguſtini ingenio, doctrinaque pronuntiaverat. En verba *Eraſmi Phereponi* ſeutentia primi irrefragabilis Auguſtinianae eruditionis iudicis =
„ In hoc dictionis genere multa dantur
„ auribus imperitae, promiſcuaeque mul-
„ titudinis. In primis aliquot Pſalmis
„ adſtrictior eſt, & accuratior. In po-
„ ſterioribus identidem exſpatiatur in
„ longas digreſſiones, mutata, ut ap-
„ parer, voluntate. Lege diligenter,
„ reperies arcanae doctrinae theſaurum
„ inaeſtimabilem. „

Ex quibus omnibus concluditur, Auguſtini Commentarios in Pſalmos Davidicos praeſtantiſſimos eſſe, atque omni obſequio ſuſcipiendos; ad qood quidem diſputandum ipſe Auguſtinus hic in eorumdem Pſalmorum laudes effuſus nos provocavit.

(*e*) *Et non eſt qui ſe &c.* = Ex illo Pſal. 18. 7. loquitur: *A ſumma coela &c. nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.* Ubi ipſe, ideſt, Enarr. 1. n. 7. *Cum autem Verbum etiam* (2) *caro factum eſt, & habitavit in nobis, mortalitatem noſtram ſuſcipiens, non permiſit ullum mortalium excuſare ſe de umbra mortis: & ipſam enim penetravit Verbi calor.* Invehitur autem in Manichaeos, quorum infirmitas, ut ex ſubiectis patet, Pſalmorum lectione, & virtute ſanari poterat. Dicit *inſanos adverſus antidotum*. Pſalmos enim illi, ſicut & reliquas Scripturas prioris Foederis exſecrabantur.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mun. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Quartum vero Pſalmum maxime celebrat, de quo noſter olim Incognitus.
„ Titulus iſtius Pſal. eſt iſte. *In finem*
„ *Pſal. cantici David*, ubi ſciendum
„ quod finis duobus modis accipitur
„ ſcilicet pro conſumptione, & pro con-
„ ſummatione, ſicut quando aliquid de-
„ ficit, ut cum dicitur, candela finita
„ eſt, vel, finis eſt pecuniae noſtrae.
„ Vel quando aliquid ad eſſe comple-
„ tum, & perfectum ducitur, ut dicitur,
„ finitus eſt liber, vel hic eſt finis li-
„ bri, vel, finita eſt domus. Quando-
„ cunque autem finis ponitur in titulis
„ Pſ. finis accipitur pro conſummatione,
„ & perfectione. Et quia Chriſtus eſt
„ conſummatio, & perfectio omnium fi-
„ delium, in quem ut in finem debemus
„ tendere, qui de ſeipſo dicit, *Ego ſum*
„ *Alpha, & Omega, principium, & fi-*
„ *nis* (3) *&c.*] Quae paucis complexus fuerat Auguſtinus ad eumdem locum, n. 1.
„ Finis Legis Chriſtus ad Iuſtitiam omni
„ credenti (4). Hic enim finis perfectionem
„ ſignificat, non conſumtionem. Utrum
„ autem omne Canticum Pſalmus ſit &c.
„ Nunc interim aut verba Dominici ho-
„ minis poſt reſurrectionem exſpectare
„ debemus, aut hominis in Eccleſia cre-
„ dentis, & ſperantis in eum. „

Merito igitur Auguſtinus poſt reſurrectionem a peccatorum morte; & vix poſitus in Eccleſia hunc Pſalmum cecinit, quo ſpem ſuam in Deum proderet, & Manichaeorum inſaniam caſtigaret.

(*f*) *Spiritus tuus bonus.* = Aeterno Genituri potentia; Verbo, ſeu Filio ſapientia; Spiritui Sancto peculiari ratione bonitas tribuitur. Sed & ad retundendam Manichaeorum audaciam loquitur; qui malo ſpiritu ducti, boni adflatum ubique iactabant; ipſum Spiritum-Sanctum eorum Coryphaeo Maneti, viro ſceleſtiſſimo perſonaliter inſediſſe blaſphemabant.

Quod

(1) Lucae 24. 32.
(2) Ioann. 1. 14.
(3) Apocalypſ. 1.
(4) Rom. 10. 4.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 15. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Quod ſequitur: *magnificaverat Sanctum tuum*, ſic exponit Wangnereck; *Ideſt Chriſtum, qui eſt Sanctus Sanctorum*; *vulgata editio habet*, *mirificavit*. Verum ſequentibus mox verbis ipſe S. Doctor expoſuerat. Qui ſuo loco, nempe t. 4. ad v. 4. ita legit, & exponit. „ *Et* „ *ſcitote quoniam admirabilem fecit Dominus ſanctum ſuum*. Quem niſi eum, „ quem ſuſcitavit ab inferis, & in caelo ad „ dexteram collocavit? Increpatur ergo „ genus humanum, ut ad eum ſe tan„ dem ab huius mundi amore conver„ tat. „

(*g*) *In phantaſmatibus enim &c.* = Ita Er. Som. Wangn. & plures alii. BB. tum in *Pherepaniana*, tum in Veneta editione (in Grammatica tantummodo diſcrepantes) *in phantaſmatis*. Qui tamen admonent. = Bad cum duobus „ MSS. *phantaſiis*, mendoſe. Nam Au„ guſtinus in huius operis lib. 3. cap. 6. „ phantaſias vocat eorum, quae ſunt, „ phantaſmata vero eorum, quae omni„ no non ſunt corporum imagines; quas „ ipſe Manichaeis olim adhaerens pro „ veritate amplexabatur.] Bad. ſuffragatur MS. Ricar.

Quoniam vera morte carnis &c. = Delirabant Manichaei, non verum hominem, ſed phantaſma adfixum cruci. De eorumdem autem nebulonum phantaſmatibus; de Spiritu-Sancto, & aliis diximus frequentiſſime. At recole ſaltem obſervata lib. 3. c. 6.

(*h*) *Quia non alia natura &c.* = Non iraſcebantur ſibi de peccatis Manichaei: illa enim in latentem naturam malam revocabant; interim natura bona dolente; vel ad ſummum a mala in peccatum obtorto collo tracta. De illo autem v. 5. *Iraſcimini &c.* accipe etiam quae habet S. D. ſuo loco. = Quod duobus modis intelligi poteſt: aut, *E*„ *tiamſi* iraſcimini, nolite peccare, ideſt, „ Etiamſi ſurgit motus animi, qui iam „ propter poenam peccati non eſt in po„ teſtate, ſaltem ei non conſentiat ra„ tio, & mens &c. Aut, Agite poeni„ tentiam, ideſt, iraſcimini vobis ipſis „ de praeteritis peccatis, & ulterius „ peccare deſinite.] Cui Incognitus prorſus adſtipulatur; ex ipſo etiam contextu poſteriorem interpretationem ſtabiliens.

Quod ſequitur: *theſaurizant ſibi iram &c.* ex illo Pauli eſt Rom. 2. 5. *Secundum duritiam tuam, & impaenitens cor, theſaurizas tibi iram in die irae &c.*

(*i*) *Et a ſi fatigentur inedia &c.* = Si tanta gratiae vacuitate ad divi[illegible] bona quaerenda ſtimulentur. Vel ſi propriae oſcitantiae, qua nihil boni deprehendunt, eos pigeat, & quaerant &c. *Signatum eſt &c.* In nobis ipſis Dei, quem quaerimus, habemus imaginem, ſcilicet animam. Sic ipſe S. D. ſuo loco. = Hoc lumen eſt „ totum hominis, & verum bonum, „ quod non oculis, ſed mente conſpi„ citur. *Signatum* autem dixit *in nobis*, „ tamquam denarius ſignatur regis ima„ gine. Homo enim factus eſt ad ima„ ginem, & ſimilitudinem Dei (1), quam „ peccando corrupit: bonum ergo eius „ eſt verum, atque aeternum, ſi rena„ ſcendo ſignetur. Et ad hoc credo per„ tinere, quod quidam prudenter intel„ ligunt, illud quod Dominus viſo Caeſaris „ nummo, ait, Reddite Caeſari (2) &c. „

(k) *O ſi viderent internum aeternum*. = Adſtipulamur BB. qui in margine ita loquuntur. = In editis, *ſi vi*„ *derent internum lumen aeternum*. In „ Corbeienſi codice, *a ſi viderent in te* „ *internum lumen aeternum*, Viſum eſt „ ſequi alios optimae notae MSS. qui „ ceteris, omiſſis verbis, praeferunt &c.] Ita etiam MSS. 2. S. Mar. Ricar. Feſ. Car. & optimus S. Cr. Et quidem, *lumen*, ſubintelligitur, de eo enim ſermo fuerat. Lectio autem cod. Corbeienſis tolerabilior ſic eſſet, *O ſi viderent in ſe &c.* nempe, in propria anima &c.

Ibi enim, ubi mihi iratus eram &c. = Ita Bad. Am. Er. Blaſ. Arn. BB. cum ſuis MSS. nec non MS. S. Mar. Feſ. Car. & optimus S. Cr. At Vet. Lov. Som. Wangn. quibus ſuffragantur MSS. S. Mar. & Ricar. *Ibi enim ibi &c.* Tum codicum auctoritate, tum ratione lectio noſtra fulcitur I. Nec enim eſt cur orationis texturam frangamus; in reliquis autem membris apud omnes ſcribitur, *ubi*. II. Omnia membra ultimo illo, *ibi mihi dulceſcere &c.* velut relativo reguntur; In oppoſita autem lectione id videtur incommodum.

(*l*) *Devorans tempora, & devoratus temporalibus*. = Ita Vet. Er. Som. & paſſim editi: nec non MSS. 2. S. Mar. Ricar. Feſ. optimus S. Cr. & Car. quamquam poſtremus hic habeat, *devorans temporalia, & &c.* At BB. ſuos MSS. ſequuti, *devorans tempora, & devoratus temporibus*. Noſtrae lectionis naturalis eſt ſenſus, Excurrens per multa tempora, & temporalium rerum amore exhauſtus, conſumtus. Alia lectio ſignificat Au-

(1) Gen. 1. 26.

(2) Matt. 22.

Auguſtinum peccatorem aetate conſumtum: ſeto nempe ad Deum converſum.

Aliud frumentum &c. = Ad illud Pſ. 4. v. 8. adludit: *A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt.* Ubi Ipſe. = Sed homines temporalia ſectan„tes, qui certe multi ſunt, nihil aliud „noverunt dicere, niſi, *Quis oſtendit* „*nobis bona*? Cum vera, & certa bona „intra ſemetipſos videre non poſsint. „Itaque de his conſequenter rectiſsime „dicitur, quod adiungit, *A tempore* (1) „*frumenti &c.* Non enim vacat quod „additum eſt, *ſui*: Eſt enim & frumen„tum Dei, ſiquidem eſt panis vivus, qui „de caelo deſcendit (2). Eſt & vinum Dei, „nam inebriabantur, inquit, ab uber„tate domus tuae (3). Eſt & oleum Dei, „de quo dictum eſt, Impinguaſti in o„leo caput meum (4). } Dicit ergo Auguſtinus, guſtatis Divinis bonis, temporalia ſe abieciſſe, non curaſſe. Non fuiſſe ſe amplius ex illis, qui proprio frumento (terrenis bonis) vino, & oleo: ſed ex aliis, qui Divinis impinguantur.

(*m*) *O in idipſum.* = Hoc eſt, In Deum; ut paulo poſt iis verbis, *Et tu es idipſum valde*, ipſemet exponit. Unde & Incognitus, n. 37. *Dicit*, In pace, in idipſum, *ſcilicet in ipſum Deum incommutabilem*. Ut autem bene adſequaris vim ſequentium verborum, *quis reſiſtet nobis, tum &c.* Accipe quae habet ſuo loco, n. 9. poſt. Med. = Recte „ſperatur a talibus omnimoda mentis „alienatio a mortalibus rebus, & miſe„riarum ſaeculi huius oblivio, quae „nomine obdormitionis, & ſomni de„center, & prophetice ſignificatur, ubi „ſumma pax nullo tumultu interpellari „poteſt. Sed hoc iam non tenetur in „hac vita, ſed poſt hanc vitam ſperan„dum eſt. Hoc etiam Ipſa verba oſten„dunt, quae futuri ſunt temporis &c.„

(*n*) *Quid facerem ſurdis mortuis, ex quibus fueram peſtis.* = Quid facerem Manichaeis, peccato mortuis, infidelitate ſurdis: ex quibus fueram peſtis, eorum enim ſuperſtitiones acriter defendebam, quibus poteram propinabam. Fuerat pro Manichaeis contra Catholicos, ut Saulus pro Iudaeis contra Chriſtianos, Sed qui olim ſimilis Saulo, Paulo inde ſimillimus.

Quod ſequitur, *tactus adverſus litteras &c.* = Iam ſaepe audieras, ut l. 6. c. 3. n. 2. & c. 4. n. 1. Loquitur autem de litteris antiqui Teſtam. quas cum Manichaeis velut a malo deo dictatas, & iniqua dogmata ſtabilientes exſecrabatur.

A.Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

(*o*) *Et ſuper inimicis Scripturae huius tabeſcebam* = Ita Bad. Arn. Som. Wangn. BB. & MSS. ſed Am. Er. Lov. & MS. Ricar. *ſuper inimicis ſcripturis Scripturae huius &c.* Verum lectio noſtra ſtabilitur ex eo, quod Auguſtinus loquatur ex v. 21. Pſ. 138. ibi autem deeſt illud verbum, *Scripturis*: *Et ſuper inimicos tuos tabeſcebam*: loco, *tuos*; poſitum eſt, *Scripturae huius*. Cumque Auguſtinus Manichaeos impetat: iuxta lectionem noſtram omnino propoſito inſiſtit: iuxta aliam, ut patet, nonnihil divertit. Vide infra l. 12. c. 14. A. Quanquam autem Vulgata noſtra habeat, *inimicos tuos*: Auguſtinus tamen ſuo loco legit, *inimicis ſuis*. Ideo nos pariter hic cum BB. ſcripſimus, *inimicis*.

Tabeſcere ſuper inimicis, non noſtris, ſed Dei, & Scripturarum, Odio illos habere, non ut homines, ſed ut impios, ſanctum eſt; ut David eo Pſalmo indicat, & illo loco Auguſtinus edisserit.

(*p*) *Dolore dentium tunc &c.* = Id iam lib. 1. Soliloq. c. 12. n. 21. enarraverat hiſce verbis: *Quamquam enim acerrimo his diebus dentium dolore torquerer, non quidem ſinebar animo volvere, niſi ea, quae iam forte didiceram, a diſcendo penitus impediebar &c.* Quae ſequuntur, *at genua ſupplici affectu fiximus &c.* plurium haereticorum, maxime ex iunioribus blaſphemias retundunt, flexionem genuum velut ſuperſtitioſum, novumque Catholicorum inventum improbantium. Verum flexio genuum, tunſio pectoris &c. & ſimilia reperiuntur apud Patres etiam Auguſtino antiquiores, Clem. 8. Conſtit. Iuſtin. Dial. cum Tryph. Clem. Alex. 7. Strom. Origen. Homil. 5. in Num. Auguſtinus autem etiam lib. de Cura gerenda pro Mort. ad Paul. c. 5. n. 7.

(*q*) *Et inſinuati ſunt mihi in profundo nutus tui.* = Ex hoc loco Beatus Iordanus Serm. 47. de Sanctis evincit, aut evincere conatur, ſicut Adam in ſopore, ita Auguſtinum per ſpecies infuſas edoctum. Horum tamen verborum ſenſum potiſſimum ſaltem & proprium hunc arbitramur; Profunda ſecreta illuſtratione Auguſtino manifeſtatum, dentium dolorem non naturae lege, ſed Dei nutu relectum.

Et

(1) Ita etiam Caſſiodorus.
(2) Ioan. 6. 51.
(3) Pſ. 35. 9.
(4) Pſ. 22. 5.

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 35. Ad. XIV. Siric. II. Val. XI. Theod. VIII.

Et quidem ibi interceſſiſſe miraculum, ſeu peculiarem Dei providentiam, circumſtantiis cunctis inſpectis manifeſtum videtur; adſentiturque Henricus Wangnereck his verbis: *Sane per miraculum: ſtatim enim poſt preces, & mira modo, qualem nunquam expertus erat, ceſſavit*. Immo arbitramur nec naturae beneficio dolorem illum repulſum, nec etiam eius iniuria ſuſcitatum; ſed Dei providentia, qui volebat Auguſtini ſociorumque merita ad obtinendum, & clementiam ſuam ad donandum oſtendere. Ita ut quaerenti, an ex hac, vel illa naturae iniuria languor inductus ſit, quidquam reponi poſſit ſimile Redemtoris oraculo Ioan. 9. v. 2., & 3. *Quis peccavit hic, aut parentes eius, ut caecus naſceretur? Reſpondit Ieſus: Neque hic peccavit, neque parentes eius: ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo*.

DIGRESSIO.

Verum diligenter cavendum eſt, ne dum miracula adſtruimus, in lutulentis pagellis cuiuſdam hominis, vapulemus. Is eſt Ludov. Antonius Muratorius, qui in libello, cui titulus, *Della pubblica felicità oggetto de' buoni Principi*, cap. 11. de Medicina, pag. 233. ita garrit. *Ora venendo sì fatti nemici di mali ad infeſtare la parte macchinale dell' Uomo, ſe ne ſuccede la guarigione, ne pretendono la gloria i Medici, e forſe con ragione; la gente pia inclina ad attribuire il buon' eſito alla protezione de' Santi, e può anch' eſſere. D' ordinario nondimeno è la natura, che decide queſta lite*.

℞. Catholici ubique, & ſtatim Dei ſubſidium poſtulant: utpote quo ſublato, nec gratiae, nec naturae res conſiſtere poſſunt. Si infirmitati natura certo mederi non poterat, certo: ſi probabiliter, probabiliter item in miraculum ſanitatem revocant. At vero ſi manifeſte naturae viribus ſanitas facta eſt: tunc Catholici nullum intrudunt miraculum: adhuc vero etiam tunc Deo gratias agunt, abſque quo nec naturae bona conſequi poſſumus. Quid habet contra haec Muratorius?

(e) *Me ſecurum eſſe non ſinebat*. = Equidem modeſte, prudenter, & etiam docte faris. Etſi enim Baptiſma flaminis, ſeu, ut loquuntur, in voto contractas maculas quaslibet abſumat, hominemque e diaboli ereptum manibus, Divinis reſtituat; adhuc flamma illa tam celſae, atque praedivitis naturae eſt, ut nonniſi altiori Spiritus-Sancti adflatu excitetur; neque enim (quod nec adeo promtum eſſet) ad Deum volitat, ut immenſi praemii largitorem, vel aeterni carceris arbitrum; ſed ut clementiſſimum Numen, iuxta proprium ſplendorem, & dignitatem inſpectum; tantus autem volatus & omnes naturae, & communes, atque tritiores etiam gratiae vires excedit. An igitur ad celſitudinem tantam perveneris, haud temere fluctuas. Adhuc vero quoniam flammae aeſtum potentiamque, ex ea emanans calor oſtendit; te a momento, quo ſub ficu arbore, quaſi novus Paulus, Numinis adceſſu proſtratus es, Divinae flammae mirum ardorem undique ſpirantem, ad celſitudinem illam elevatum, tutum a carcere, aptumve coronis quis non arbitrabitur?

Interim tibi nimis humane, religioſe, & ſapientiſſime Iuvenis de recuperata ſalute gratulamur; optamuſque plurimos dies, & annos ad ſummam uſque aetatem, quam nullus adhuc mortalium ſenſerit; Es enim Chriſtiano orbi nimis proficuus, & neceſſarius; quive iam a te duo, vel tres exarati ſunt libri mirum in modum nobis adrident: adeoque confidimus alios plures maturiori aetate gignendos, populorum omnium plauſus ſuſcitaturos: qui enim vix admotis ad Eccleſiae ubera labiis, in ſapientiſſimum mox Scholae noſtrae doctorem migraſti, annonne ſolidiori in poſterum refectus cibo, ſimillimus eris oraculo? Et haec quidem ampliori iure diximus, ac Syneſius (t) ex Philoſopho Platonico, Ptolemaidis in Thebaide Epiſcopus, qui Epiſt. 9. = Longa te,
„ & felix ſenectus maneat vir ſanctiſ-
„ ſime, ac ſapientiſſime; cum & alio-
„ qui ingens vita tua lucrum eris ſu-
„ perſtes, & maximae Scholae Chriſti
„ acceſſio ſolemnium librorum nume-
„ rus una cum annis excreſcens; Nam
„ qui hocce anno miſſus eſt liber &
„ voluptate civitates affecit, & profuit:
„ hoc quidem ſententiarum gravitate,
„ illud vero ſuavitate verborum.

Praeſenti cap. commentarium huncce adfixit Franciſcus Mayro = Primum „ dictum eſt iſtud (primum in hoc l. „ 9.) *Dolore dentium excruciabat me &c.*

(t) Floruit circa an. 411.

„ *&c. nihil enim tale ab ineunte aeta-* „ *te expertus fueram*. An nihil aliud obſervatione dignum Auguſtinus hoc libro protulerat? Quale ex hoc comentario lucrum?

A. Ch. 386. Aug. 32. Mon. 55. Ad. XIV. Siric. II. Val. X I. Theod. VIII.

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

Miſſo tandem publicae Eloquentiae profeſſioni nuntio; per litteras Ambroſio & vetuſtos errores, & praeſens votum inſinuat: ut homini ſic conſtituto, & ad Religioſam Baptiſmatis ſuſceptionem ſe aptanti quae Sacrorum librorum lectio maxime congruat iudicet. Offert ille Iſaiam; Cuius tamen aetegendis oraculis novus Eccleſiae filius ſe imparem ratus, & nonnihil expertus, ſe Divino in eloquio exercitatiorem tantae lectioni ſervavit.

REnuntiavi peractis vindemialibus, ut Scholaſticis ſuis Mediolanenſes venditorem Verborum alium providerent, quod & tibi ego ſervire delegiſſem, & illi profeſſioni prae difficultate ſpirandi ac dolore pectoris non ſufficerem. Et inſinuavi per litteras antiſtiti tuo viro Sancto Ambroſio priſtinos errores meos, & praeſens votum meum, ut moneret quid potiſſimum mihi de libris tuis legendum eſſet, quo percipiendae tantae gratiae paratior aptiorque fierem. At ille iuſſit Iſaiam prophetam: credo quod prae ceteris (*a*) Evangelii vocationiſque gentium ſit praenuntiator apertior. Verumtamen ego primam huius lectionem non intelligens (*b*), totumque talem arbitrans, diſtuli repetendum exercitatior in dominico eloquio.

(*a*) *Credo quod prae ceteris &c.* = Aperit modeſtiſſime qualis ſit Iſaiae Prophetia: & cur eam ipſi Ambroſius obtulerit. Hanc autem eius Prophetiae lucem obſervat etiam lib. 18. de Civit. Dei, c. 29. poſt init. *Iſaias ergo &c. etiam de Chriſto, & Eccleſia, hoc eſt, de Rege, & ea, quam condidit Civitate, multo plura quam ceteri prophetavit: ita ut a quibusdam Evangeliſta, quam Propheta potius diceretur.* Ex talis iudicii Doctoribus fuit Hieronymus, qui Prologo in Expoſitionem eiuſdem Prophetae, poſt init. *Sicque exponam Iſaiam, ut illum non ſolum Prophetam, ſed & Evangeliſtam, & Apoſtolum doceam* (1). Et manifeſtius Praefat. in librum item Iſaiae ante med. „ Deinde „ etiam hoc adiiciendum, quod non „ tam Propheta, quam Evangeliſta di- „ cendus ſit. Ita enim univerſa Chriſti, „ Eccleſiaeque myſteria ad liquidum „ proſequutus eſt, ut non eum putes „ de futuro vaticinari, ſed de praete- „ ritis hiſtoriam texere (2).] Inde Iſidorus Hiſpal. in Allegor. Vet. Teſtam. litt. A. in ſignum ſecundo poſita.

Manifeſtum eſt autem, quod ante dixerat, *venditorem verborum*, Eloquentiae magiſtrum per contemtum ſignificare.

(*b*) *Primam huius lectionem non intelligens &c.* = Fere contigit Auguſtino, ut Aethiopo Eunucho potenti Candacis Reginae Aethiopum, de quo Actor. 8. v. 30. & 31. *Accurrens autem Philippus, audivit eum legentem Iſaiam Prophetam, & dixit: Putas ne intelligis quae legis? Qui ait: Et quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi?* Quae quidem tam modeſta, & candida Auguſtini Philoſophorum principis confeſſio audaciſſimam Proteſtantium frontem elidit, qui Scripturam ubique pla-

Hhhh nam,

(1) Initio t. 3. edit. Mart.

(2) T. 1. eiuſdem edit. ante med.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

nam, & obviam effutiunt: exhibentque eam legendam, & iudicandam ſaecularibus perſonis in Divino eloquio minime exercitatis: immo textoribus, atque textricibus.

Exſcribit Mayro cap. huius, ſexti, & ſeptimi magnas partes, & nihil addit: ut forte oſtendat, multo ſe otio abundare. Piget autem Italicarum verſionum lapſus hic vel recitare. Sat erit unum, qui mox capitis ſeq. exordio occurrit, innuere: *Venuto dunque il tempo dei nuovi ſtudi, tornammo &c.* Non dixit Auguſtinus: Ubi tempus advenit novorum ſtudiorum, ſed, *quo me nomen dare oporteret &c.* quod ſuo loco exponetur.

C A P U T VI.

A R G U M E N T U M.

Ubi tempus adceſſit, quo oportebat ipſum Competentibus ſuum addere nomen, Mediolanum cum ſuis remeavit: ibique cum Alypio, & Adeodato in novum virum regeneratur. Praedicat, occaſione arrepta, Chriſtianam Alypii fortitudinem, mirum in modum in ſuum ipſius corpus ſaevientis. Adeodati vero & candidam animam Caelo dignam, & ingenium prorſus excellentiſſimum, maxime in libro de Magiſtro collucens. Rediens autem ad hiſtoriae ſeriem: innuit quibus divinis gaudiis illis diebus perfunderetur.

INde ubi tempus advenit, quo me nomen dare oporteret (*a*), relicto rure, Mediolanum remeavimus. Placuit & Alypio renaſci in te mecum iam induto humilitate ſacramentis tuis congrua, & fortiſſimo domitori corporis, uſque ad Italicum ſolum glaciale nudo pede obterendum inſolito auſu (*b*). Adiunximus etiam nobis puerum Adeodatum ex me natum carnaliter de peccato meo. Tu bene feceras eum. Annorum erat ferme quindecim, & ingenio praeveniebat multos graves & doctos viros. Munera tua tibi confiteor, Domine Deus meus, Creator omnium, & multum potens reformare (*c*) noſtra deformia; nam ego in illo puero praeter delictum nihil habebam. Quod enim enutriebatur a nobis in diſciplina tua, tu inſpiraveras nobis, nullus alius: munera tua tibi confiteor; Eſt liber noſter qui inſcribitur, de Magiſtro: ipſe ibi mecum loquitur. Tu ſcis illius eſſe ſenſa omnia quae inferuntur ibi ex perſona collocutoris mei, cum eſſet in annis ſedecim. Multa eius alia mirabiliora expertus ſum. Horrori mihi erat illud ingenium (*d*), & quis praeter te talium miraculorum opifex! Cito de terra abſtuliſti vitam eius (*e*), & ſecurior eum recordor, non timens quidquam (*f*) pueritiae, nec adoleſcentiae, nec omnino homini illi. Sociavimus eum coaevum nobis in gratia tua educandum in diſciplina tua, & baptizati ſumus (*g*), & fugit a nobis ſolicitudo vitae praeteritae; Nec ſatiabar illis diebus dulcedine mirabili, conſiderare altitudinem conſilii tui ſuper ſalutem generis humani. Quantum flevi in Hymnis & Canticis (*h*) tuis, ſuave ſonantis Eccleſiae tuae vocibus commotus acriter. Voces illae influebant auribus meis, & eliquabatur veritas in cor meum, & exaeſtuabat inde affectus pietatis (*i*), & currebant lacrymae, & bene mihi erat cum eis.

(*a*) *Quo*

Digitized by Google

(a) *Quo me nomen dare oporteret.* = I. Haec ut bene deprehendas, adtende Ioannem Cardinal. Bona (1), ordinis Ciſtercenſ. nedum, ſed & univerſae Eccleſiae pietate & doctrina ſplendorem, qui lib. Rerum Liturgicarum c. 16. n. 4. in rem praeſentem haec obſervat. „ Porro catechumenos in varias olim claſſes diſtinctos reperio. Nam primo infideles declarabant ſe Chriſti fidem amplecti velle: tum privatim in aliqua domo Paganiſmi falſitatem edocebantur: poſt haec in Eccleſiis admittebantur ad conciones audiendas: deinde in eadem Eccleſia precum & orationum participes effecti, poterant in genua procumbere: demum datis nominibus, in albo eorum ſcribebantur, qui mox ſacro fonte abluendi erant.. Singularium claſſium ordo & nomina can. 7. Concilii primi Conſtantinopolitani ſic exprimuntur &c. Idem ordo indicatur can. 95. Concilii Trullani. Alii aliis nominibus utuntur: ſed in Latina Eccleſia ad quatuor redactae ſunt, quae in ſermonibus & tractatibus Latinorum Patrum paſſim occurrunt. Quidam enim ab infidelitate ad fidem converti deſiderantes, audiebant in Eccleſia verbum Dei, ſed nondum petebant Baptiſmum, & ii dicebantur *Audientes*. Alii audito ſermone, procumbebant in genua; & orationum Eccleſiae aliquo modo participes erant, & vocabantur *Subſtrati*, ſive, *Genua flectentes*. Alii in fide recte inſtituti, Baptiſmum petebant, & dicti ſunt *Competentes*. Qui vero ex iſtis in albo baptizandorum deſcripti erant, *Electi* nuncupari ſolebant. Auguſtinus Serm. 116. *de tempore* Competentium nomen ex eo deducit, quod &c. Idem ſentit Iſidorus lib. 2. de Eccl. Off. cap. 21. &c. Hae duae claſſes Catechumenorum & Competentium frequentius a ſanctis Patribus commemorantur: quia nomine Catechumeni Audientes & Subſtratos intelligunt, & Electos in Competentibus ut plurimum non diſtinguunt. „

Porro Auguſtinus primo modo Catechumenus factus videtur dum *ſtatuit, tamdiu eſſe &c.* ut inquit lib. 5. cap. 14. in fine; ideſt non Baptiſmum poſtulans, ſed audiens in Eccleſia verbum Dei. Prorſus vero converſus in hortulo (de quo lib. 8. cap. 8. & ſeq.) & potiſſimum cum ad Ambroſium ſcripſit (de quo lib. 9. cap. 5.) tertiam Catechumenorum claſſem adtigit. Denique hic ad ſupremam eorum Catechumenorum claſſem devectus eſt, qui dicebantur *Electi*.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

II. Ut autem ad praeſentem textum redeamus, Henricus Wangnereck dum eum dilucidare conatur, plura circa annum Baptiſmatis congerit: *Biennio* (inquit) *fere poſt converſionem peracta. Nam &c.* Verum ſequitur chronologiam Baronii ab omnibus poſterioribus Eruditis acerrime impugnatam, & expugnatam: quaeque iam in oblivionem abiit. Remeavit Mediolanum, ut arbitrantur, & probant Tillemontius, Henricus Noriſius in Quinquaginta lapſibus (quos ipſe ſomnia vocat) P. Macedo, Benedictini, & Bollandiſtae, anno proxime ſequenti, videlicet 387. circa tempus Quadrageſimae. Baptizatus eſt autem Sabbato Sancto, ſeu nocte Paſcha praecedente, quod incidit in diem 25. Aprilis anni 387. Sed placet Benedictinorum, & Bolland. verba ipſa recitare. Illi lib. 2. Vitae S. D. c. 11. n. 2., & 3. „ Ubi tempus advenit, quod ad ſacram regenerationem catechumeni nomina dare, ſeque in Competentium numero reponere tenebantur, quod ſaltem ſub initium Quadrageſimae fieri conſueverat, Auguſtinus rure relicto, Mediolanum rediit una cum Alypio, qui cum ipſo renaſci in Chriſto cupiebat; ſecumque filium ſuum Adeodatum &c. Ipſe autem Auguſtinus quam idonee comparatus eſſet, ex iis intelligimus, quae multis poſt annis & de ſeipſo, & de aliis ſcripſit (2): *An uſque adeo diſſimulamus a ſenſibus noſtris, ut vel nos ipſos non recordemur, quam fuerimus adtenti, atque ſolliciti, quid nobis praeciperent, a quibus catechizabamur, cum fontis illius ſacramenta peteremus, atque ob hoc Competentes etiam vocaremur?* Tum porro Eccleſiae ubera poſt longiſſimam ſitim pene exhauſtus, atque aridus, ut loquitur (3), tota aviditate repetivit, eaque altius flens, & gemens concuſſit, & expreſſit, ut id manaret, quod ei ſic affecto ad recreationem ſatis eſſe poſſet, & ad ſpem reducendam vitae, ac ſalutis. Tandem factum eſt divina praeſtante opitulatione, ut per antiſtitem Ambroſium, & doctrinam ſalutarem Eccleſiae Catholicae, & divina

(1) Nat. 10. Octob. 1609. Ob. 28. Octob. 1674.
(2) De fide, & oper. n. 9.
(3) De utilit. cred. c. 2. n. 2.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val XII. Theod. IX.

„ perciperet ſacramenta, ut memoriae
„ prodit Poſſidius; apud quem proxime
„ ante illa verba legitur: *Proficienti*
„ *in religione eidem amoris ardor innatus*
„ *eſt, quo propinquantibus diebus ſanctis*
„ *Paſchae, ſalutis aquam perciperet.*
„ Quibus verbis indicare videtur, Au-
„ guſtinum cum ad Chriſtum converſus
„ eſt, baptiſmatis in proxima Paſchali
„ ſolemnitate percipiendi conſilium coe-
„ piſſe. Sed inde Baronius(1) intulit, eum
„ tempore Paſchali fuiſſe regeneratum,
„ eo ſane conſilio, ut eius baptiſmum
„ ad quintum diem Maii, quo die illius
„ converſionem Eccleſia nunc celebrat,
„ adaptaret: quamvis ea Poſſidii verba,
„ ſi iuxta morem, quem tunc Eccleſia
„ ſervabat, exponantur, eum in Paſ-
„ chae pervigilio baptizatum fuiſſe ſigni-
„ ficent: qui dies adultorum praecipue
„ baptiſmo deſtinatus erat; ita ut extra
„ eum diem multos aquis ſalutaribus ſi-
„ mul abluere, quemadmodum in Au-
„ guſtini regeneratione accidit: infre-
„ quens, & perrarum eſſet. Hoc ita-
„ que contigit ea nocte, quae quintum
„ & viceſimum diem Aprilis anteceede-
„ bat; quo die Ambroſius Paſcha anno
„ trecenteſimo octogeſimo ſeptimo eſſe
„ celebrandum publica epiſtola probave-
„ rat (2).

Bollandiſtae ad diem 28. Auguſti,
paragr. 8. n. t. = Appropinquante Qua-
„ drageſima, circa cuius initium cate-
„ chumeni nomina ſua inter Competentes,
„ aut Competitores ſacri baptiſmatis da-
„ re conſueverant, Auguſtinus una cum
„ filio ſuo Adeodato, & Alypio diſcipu-
„ lo ex villa Verecundi Mediolanum
„ rediit, gratiam huius ſacramenti per-
„ cepturus. Quanta autem humilitate
„ ſe praeparaverit, ex lib. de fide, &
„ oper. c. 6. ubi: *Si autem ſanus &c.*]
Et *n.* 112. = Tandem S. Auguſtinus
„ cum &c. baptizatus eſt, propinquan-
„ tibus diebus ſanctis Paſchae, quemad-
„ modum Poſſidius c. t. vitae ipſius
„ aſſerit, & ideo veroſimiliter ex more
„ iſtius temporis in vigilia Paſchatis,
„ quod anno 387. in diem 25. Aprilis
„ incidebat: & quod ipſe S. Ambroſius
„ ob incidentem quamdam controver-
„ ſiam eo die celebrari iuſſerat &c. „

(*b*) *Inſolita auſu.* = Hic explicit
Alypii hiſtoria, quam ſe daturum ſpo-
ponderat olim: ut una cum BB. vidimus
l. 6. c. 7. A. Verum libet Bollandiſtas,
ſeu Petrum Boſchium audire, qui tom. 3.
ad diem 15. Auguſti, paragr. 1. n. 5.,
& 6. opinionem noſtram, & BB. ſic im-
probat, & refutare conatur. Recitata
S. D. Epiſtola, in qua Alypii vitam ſe
ſcripturum promiſerat, olim 32., nunc
27. ſcripta anno 395. ineunte: ſubſumit,
„ Dubitari vero non poteſt, quin cito
„ praeſtiterit Auguſtinus, quod hic cito
„ facturum ſe ſpondet, etſi opuſculum
„ illud olim intercidiſſe videatur. Eſt
„ qui locum hunc Auguſtini intelligen-
„ dum putarit non de hiſtoria quadam
„ S. Alypii ſeparata, verum de illa,
„ quae legitur etiam nunc in libris Con-
„ feſſionum. Non placet opinio. Primo
„ quia hic promittitur hiſtoria cito mit-
„ tenda, cum libri Confeſſionum toto
„ poſterius quinquennio ſcripti ſint; de-
„ inde promittitur totus Alypius, ideſt
„ narratio geſtorum eius uſque ad an-
„ num 395. complectentes utique promo-
„ tionem eiuſdem ad Inſulam Tagaſten-
„ ſem, quam ſigillatim expetierat S. Pau-
„ linus: at in libris Confeſſionum haec
„ non attingitur, ſed hiſtoria deſiit in
„ Alypii baptiſmo. „

R. Non inficiamur momenta illa
alicuius ponderis eſſe, quaeque rem non-
nihil dubiam, & ancipitem faciant.
At poſſunt etiam nulla violentia, &
citra magnum laborem complanari. Li-
cet enim optaviſſet Auguſtinus cito hi-
ſtoriam illam dare; undique tamen cir-
cumfluentibus negotiis, atque ſtudiis
praepeditus, coactus eſt quinquennio
ſuperſedere. Nec mirum, cum in re-
bus longe gravioris momenti id homi-
ni omnium litterarum, & eccleſiaſtica-
rum curarum contigerit, ut neminem
latet in eius hiſtoria vel leviter tin-
ctum. II. Promiſerat totum Alypium,
non de poſterioribus, ſed circa nativi-
tatem, genitores, patriam, aetatem,
adoleſcentiam, lapſus, atque pietatem:
quod ut ex dictis conſtat prorſus im-
plevit. III. Utique Paulinus de Epi-
ſcopali dignitate Alypio collata expete-
bat etiam fieri certior; ſed res illa
cum ſuis etiam circumſtantiis toti fere
Africae nota, amici ſecretorum conſcii,
& mille graviſſimis curis diſtricti cala-
mum non poſtulabat; maxime elapſo
quinquennio, cum res ſeſe quidem no-
ta, in notiſſimam iverat. Adde: occaſio-
ne quidem novae dignitatis, ſed potiſ-
ſimum rerum priorum notitiam poſtu-
laſſe: *Peto . . . . . ut pro hac hiſtoria*
temporum referas mihi omnem tuae San-
cti-

(1) Baron. an. 388. n. 78.

(2) Ep. ad Aemil.

Digitized by Google

Hiretis hiſtoriam, et qui genut, unde ſit domo, tanto votatur a Domino, quibus exordiis ſegregatas ab utero matris tuae &c. Epiſt. 24. n. 4.

Et haec ad complanandas difficultates in oppoſitum emergentes. Sed & fortiſſima haud deſunt momenta, quibus rem ita ſe habere: hiſtoriam videlicet Alypii ab Auguſtino promiſſam hanc eſſe, quam in Confeſſionibus hiſce legimus ſuadeatur. I. Mirum ſiquidem eſt, peculiarem diſtinctamque Tagaſtenſis Epiſcopi hiſtoriam, quam Bollandiſtae fingunt: Mirum inquam aureum opuſculum ſaecularibus, & Eccleſiaſticis gratiſſimum, & omnium manibus tritum, & poſterioribus fuiſſe & vetuſtiſſimis Eruditis incognitum. Et mirum nec Auguſtinum, nec Poſſidium eius aliquando mentionem feciſſe. II. Quum Auguſtinus in his Confeſſionibus tot de Alypio habeat, cur nunquam ad libellum ſe refert, in quo (ut Bollandiſtae credunt) integram hiſtoriam dederat? III. Anne tanto abundabat otio Auguſtinus: ut poſt ſcriptam Alypii hiſtoriam: in his Confeſſionibus, in quibus brevitatis cauſſa de ſe etiam, & Matre plura omittere profitetur, tot de eodem vellet refricare? IV. Haud abſurdum ſit, quae Baptiſma concernunt, & ſimilia, ad quae occaſio ferebat, repetere. At hiſtoria illa de Alypii aetate, patria, generis ſplendore &c. manifeſte inſinuant, Auguſtinum orbi eum detegere, de quo uſque tum conticuerat V. Ab Auguſtino de Alypio hiſtoriam ea, quam de ſeipſo texuit, ampliorem poſtulare non poſſumus; Scripſit autem Auguſtinus de rebus ſuis tantum uſque ad Baptiſma; nihil ergo mirum, ſi nec illius hiſtoriam ultra Baptiſma protraxit.

Idem Petrus Bolchius ea de Alypio Auguſtini verba, *uſque ad Italicum ſolum glaciale &c.* ſic excipit, vel dilucidare ambit laudato loco: *Per exactam tam hiemem*. Quid his verbis intendat, ut candide dicam, non video. Verum Auguſtiniani teſtimonii hic ſenſus eſt; Alypium eouſque ſui corporis domitorem fuiſſe, ut non dubitaverit etiam Italicum ſolum glacie obſitum (conſequenter hiemali tempore) pede nudo calcare. Alio tempore, puta aeſtivo, id minime videri poterat viro iudicio, & ſanctitate maximo portento ſimile: ut diceret, *inſolito auſu*. Otioſe etiam dixiſſet, *ſolum glaciale*, eos dies inſpiciens, a quibus glacies procul abeſt.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

(c) *Potent reformare &c.* = Ita MS. optimus S. Cr. Ricar. & alii MSS. nec non communiter editi; quos non relinquunt BB., commonent tamen = In „ MSS. pluribus, & potioribus: *mul- „ tum potens formare*, & paulo poſt, „ *praeter delictum non habebam*.] Habent, *formare* etiam MSS. duo S. Mar. De qua tamen diſcrepantia haud anxii ſumus: ſenſus enim eſt idem: ac *formo* bene pro, reformo ponitur. Altera autem lectio, cui ſuffragatur MS. S. Mar. frigida, & ſurda videtur. Habent vero, *nihil habebam* MS. optimus S. Cr. & Ricar. Quanquam omiſſae lectioni etiam faveant MS. S. Mar. & Feſ. praeferentes, *propter delictum non habebam*.

Circa lib. *de Magiſtro*, quem paulo poſt laudat, haec habet lib. 1. Retract. c. 12. = Per idem tempus ſcripſi librum, cuius eſt titulus, *de Ma- „ giſtro*: in quo diſputatur, & quae- „ ritur, & invenitur, magiſtrum non „ eſſe, qui docet hominem ſcien- „ tiam, niſi Deum, ſecundum illud „ etiam, quod in Evangelio ſcriptum „ eſt: *Unus eſt Magiſter veſter Chri- „ ſtus* (1). Hic liber ſic incipit: „ *Quid tibi videmur efficere velle, cum „ loquimur?*] Benedictini vero in argumento = *In quo de verborum vi, atque officio diſputatur copioſe, quo demum non verbis, quae foris homo perſonat, ſed aeterna veritate intus docente ſcientiam rerum obtineri evincatur.* Eum librum ſcripſit Auguſtinus iam in Africa conſtitutus, circa med. an. 389.

(d) *Horrori mihi erat illud ingenium.* = Haec eſt expreſſionum ſumma, qua Auguſtinus Adeodati ingenium celebravit. Nunc ergo dicant nobis qui Auguſtinianam hiſtoriam ad libitum vendunt, quo loco habeatur, Auguſtinum filium genuiſſe mente ingenioque ſibi parem, & etiam ſuperiorem? Inquiunt enim illi manifeſto ipſius Auguſtini teſtimonio ſe id didiciſſe. Plurimum quidem in Adeodati ingenio poſtulabatur, ut Auguſtino eſſet horrori; at non illud etiam, ut eiuſdem Patris ingenium vinceret: Nedum ſancti, ſed & utcunque modeſti homines, cum aliorum pendunt merita, propria non meditantur. Ceterum opinio noſtra, quae ſere in iudicium ſententiamve coaluit, eſt: Si

(1) Matt. 23. 10.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theud. IX.

Si humanum ingenium ſummis aliquando ſe erexit conatibus, viditque ultimos rei ſuae fines, ſi inquam id contingere poteſt, de Auguſtiniano dieeudum eſſe; Adeo quod Auguſtini ingenio par utique, at praeſtantius iuxta communes ſuaveſque naturae leges dari nou poſſit. De iugenio loquimur, non late, prout puta de quibuseunque, ut ita loquamur, capitis dotibus dicitur: ſed proprie: de facultate nempe illa, qua potiſſimum a brutis ſecernimur, & ſociamur Angelis: de Ratione, inquam, & profecto ut in abſtracta, & altiora fertur: eaque fortius, acutius, feliciuſque meditatur, & penetrat: ex iiſque penetratis latius, & mox emergentes aut veritates, aut contra falſitatem rationes intuetur. In hoc proprio ingenio, ſeu his proprii ingenii dotibus nullum Auguſtino parem, minus vero ſuperiorem a natura datum agnoſcimus.

(e) *Cito de terra abſtuliſti vitam eius.* = Iacturam tantam univerſo orbi dolemus plurimum. At nihil prorſus miramur; Floridam longamque aetatem excellentiſſimo ingenio iungere, arduum nimis, ac difficile eſt; maxime ſi de ingenio illo loquamur, quod mox ſe prodit, atque tenellis adhuc annis matureſcit; quale Adeodati fuiſſe ex his, quae Auguſtinus de eo habet, ſatis coniicimus. Horum ingeniorum organa rapida vegetatione fluunt, & uno die menſis ſtadium percurrunt; unde cum ea florida io. aetate cenſuiſſes, iam ſeneſcunt, & elanguent; naturae feſtinantia reddere, quod ab ea nimis prodiga manu receperant. Nimis etiam ſolemnes functiones irrequieta agunt: ad quas dum inſignem ſpirituum adparatum poſtulant, eos pariter exhauriunt, vel defatigant; unde eoſdem vitae comites ſtatim amittunt, quorum ſamulatum nimis urgebant. Unde brevis vita Taletis Mileſii, ex Graeciae Sapientibus primi, Alexandri Macedonis, Perſii Poetae, Alphonſi Toſtati Abulenſis Antiſtitis, Scoti, Pici Mirandulani &c. Quanquam ea lex, ut quaelibet phyſica, exceptionem non raro patiatur. Unde longae aetatis Hyppocrates, Plato, S. Hyeronimus &c.

Ex altiori etiam ratione fortean cito ablatus Adeodatus iuxta illud Sap. 4. v. 11. 13. & 14. *Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animum illius &c. Conſummatus in brevi, explevit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properavit &c.* Quod & Plato ſola natura duce ſenſit in Axiocho: *Dii immortales gnari rerum humanarum, celerius eas e vita revocant, quas maxime diligunt.* Quibus aſſimia quaedam protulit Iulianus Imp. Epiſt. 17. in fine.

Ceterum Auguſtini vita ab anno aetatis ſuae trigeſimo ſecundo immaculata ad altiſſimam ſanctitatem ordinabatur: eamque Eccleſia innumeris tunc haereſibus impetita nimis poſtulabat: unda ad annum uſque ſeptuageſimum ſextum protracta eſt. Quamquam tot ſit afflictata morbis, ut prudentibus iure videri poſſet Divina manu regi, iuxta autem naturae leges quotidie cedere, & occumbere.

(f) *Non timens quidquam &c.* = Tanta ſecuritas de Adeodati aeterna ſalute in homine, qui expiſcatur pilum in ovo, & nunquam haud ſevero iudicio diſputat, adoleſcentem illum nimis commendat nobis, faciſque ſimillimum Angelo. Et quidem ſi vulgariter haec accipias, facile munditics eminet: Baptiſma enim prorſus hominem renovat: reliquo vitae Adeodatus Sanctorum turba circumdatus eſt, unde vel leviſſimas maculas quaſlibet, ſi quas contrahebat, poterat facile illorum monitis, exemplis, precibus delere abſumere. Verum inſignia illa verba, *nec pueritiae, nec adoleſcientiae, nec homini* extra vulgarem ſenſum eloglum protendunt, inſinuantque Adodati animam, indolemque mirum in modum, & pluſquam dici queat lenrm, candidam, innocentem, & bonam. Quis vero has Confeſſiones legens, quis tot inter ſanctos, & innocentes vel meditatione poſitus, ſordes, ſi quas habet, non prorſus abiiciat? Nos quidem quovis duro (ſi *Pherepoum* excipias) duriores haec abſque compunctione, & lacrymis haud meditari valuimus.

Quod ſequitur: *Sociavimus eum &c.* Ludovicus ab Angelis l. 4. de Vita, & Laudibus S. D. c. 8. intelligit de Monachiſmo. Et quidem aliquod inſtitutum religioſum ab Auguſtino hic inſpectum admodum veroſimile eſt; De ſocietate enim quoad religionem Chriſtianam, maxime cum de Patre, & filio ageretur, tam peculiaris mentio non poſtulabatur. An autem, & quam religioſam ſocietatem Auguſtinus inſtituerit, videbimus lib. 10. c. 43. H.

II. Sed haud patiar Adeodati ingenii memoriam aboleri, niſi in anteceſſum *Phereponi* iniquum ferreum os, uno

pro-

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

probro illios, & Patris ſplendorem denigrare ſatagens obſtruam, & contundam: non quidem diſputatione, ſed ut ſua merita poſtulant. Nec Libro *de Magiſtro* homo & doctorum, & piorum hoſtis phreneticus parcere voluit; Sed eom arrepto calamo, non inveniret quod carperet: poſtremis libri verbis erreptis, conatus eſt uno adlatratu totam diſputationem infamare: ſcilicet in fine libri, ſeu cap. 14. n. 46. quaerit S. D. ab Adeodato, quid ſentiat de tractatis rebus, quidque ex illis lucratus ſit: *Sed tam mihi dicas velim, quid de hoc toto meo ſermone ſentias? Si enim vera eſſe quae dicta ſunt noſti &c.* Reſpondet Filius: *Ego vero didici admonitione verborum tuorum, nihil aliud verbis, quam admoneri hominem, ut diſcat, & preparum eſſe, quod per loquentium aliquantu cogitatio loquentis appareat.* His verbis confortatus *Pherrponus*, anhelantibus faucibus, elatoque ſupercilio ita crepitat.
„ Hoc eſt totius libri compendium. Mi-
„ rum eſt quam Auguſtinus calluerit
„ artem pauca, & perſpicua dogmata
„ Philoſophica aut Theologice multis
„ verbis dicendi, atque impediendi. Sed
„ hoc fuit vitium Rhetoricae illius aevi.„

R. Mirum eſt, & mirabilius quod *Ioannes Pherepanus*, ſeu *Clericus* artem calluerit paucis verbis probra, & convicia iaciendi in Auguſtinum, in Adeodatum, & integrum eorom aevum. II. Auguſtinum & claritatis dono praeditum ingenuorum Eruditorum concors ſententia eſt. At raro potuit ita maieſtatem ſuam temperare, ut a *Pherepoeo* mille praeiudiciorum nebulis obcaecati ingenii homine deprehendi poſſet. III. Cum autem honeſta facultas nunqoam ſit mala: rectius dixiſſet, *vitium Rhetorum*: quam, *vitium Rhetoricae*. IV. Dum vero peccatum illud ad integrum aevum extendit, audaciam utique ſuam dilatat; ſed, non adtendens, Auguſtinum, Filiumque haud modica oneris parte liberat. V. Sed & ſplendide, pro more, mentitur, dum illud effutit totius libri eſſe compendium; neque enim recitatis verbis reſponſum ſuum complet Adeodatus, ſed proſequitur. = Utrom au-
„ tem vera dicantur, eum docere ſo-
„ lum, qui ſe intus habitare, eom foris
„ loqueretur, admonuit: quem iam fa-
„ vente ipſo, tanto ardentius diligam,
„ quanto ero in diſcendo provectior.
„ Verumtamen huic orationi tuae, qua
„ perpetua oſus es, ob hoc habeo ma-
„ xime gratiam, quod omnia, quae
„ contradicere paratus eram, praeoccu-
„ pavit, atque diſſolvit, nihilque om-
„ nino a te derelictum eſt, quod me
„ dubium faciebat, de quo non ita mi-
„ hi reſponderet ſecretum illod oracu-
„ lum, ut tuis verbis aſſerebatur.]

Vide quot didicerit Adeodatus! VI. Aliud eſt ſimpliciter aliquam veritatem adſerere: & aliud ad diſputationem trahere, & dilucidare: magnis rationibus ſtabilire, ab emergentibus difficultatibus vindicare; opportunis autem occaſionibus ad alia digredi, eaque firmare, & digerere. Deum exſiſtere adeo perſpicua veritas eſt, ut omnium ſit prima, nobis ipſa natura cognita, quamque (1) Davidis oraculo ſoli ſtulti ſunt inficiati; Adhuc tamen omnis aevi Philoſophi, atque Theologi quot ad eam firmandam, digerendam, propugnandam volumine implevere?

Circa Adeodati aetatem, & quaedam alia dicemus cap. 12. De tanti ingenii autem, & candoris Filio illud Propertii l. 3. Eleg. ad ſenſum alterem tranſlatum uſurpare poſſumus: *Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus utilis armis. Naturae ſequitur ſemina quiſque ſuae.* Licet ratione, & experientia ducti Eruditis illis libenter adſentiamur, qui docent, litterarum hominibus filios hebetes gigni: quod videlicet generationi ſpiritus deſint, qui ſtudiis abſumti fuerant.

(g) *Et Baptizati ſumus.* = Iam pluribus opuſculis ſcriptis, ut ipſe teſtator lib. 1. Retract. c. 5. *Poſt libros Soliloq. iam de Agro Mediolanum reverſus, ſcripſi librum de Immortalitate animae, quod mihi quaſi commonitorium eſſe volueram propter ſoliloquia terminanda, quae imperfecta remanſerant.* Cap. 6. = Per idem tempus, quo Me-
„ diolani ſui baptiſmum percepturus,
„ etiam *Diſciplinarum libros* conatus ſum
„ ſcribere interrogans eos, qui mecum
„ erant, atque ab huiuſmodi ſtudiis non
„ abhorrebant, per corporalia cupiens
„ ad incorporalia quibuſdam quaſi paſ-
„ ſibus certis vel pervenire, vel duce-
„ re. Sed earum ſolum de *Grammati-*
„ *ca librum* abſolvere potui, quem po-
„ ſtea de armario noſtro perdidi; & de
„ *Muſica* ſex volumina: quantum atti-
„ net ad eam partem, quae Rythmus
„ vocetur. Sed eoſdem ſex libros iam
„ ba-

(1) Pſal. 13. 1.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Sirit. III. Val. XII. Theod. IX.

„ baptizatus, iamque ex Italia regreſ-
„ ſus in Africam ſcripſi: inchoaveram
„ quippe tantummodo iſtam apud Me-
„ diolanum diſciplinam. De aliis vero
„ quinque diſciplinis, illuc ſimiliter in-
„ choatis: de Dialectica, de Rhetorica,
„ de Geometria, de Arithmetica, de
„ Philoſophia, ſola principia remanſe-
„ runt, quae tamen etiam ipſa perdi-
„ dimus; ſed haberi ab aliquibus exi-
„ ſtimo.] Addunt vero Benedictini in
imo margine = Additur in vulgatis:
„ *Hoc opus ſic incipit*: *Omnia nomina*
„ *tredecim*: quod initium eſt libri de
„ Grammatica, adeoque male cum pro-
„ xime antecedentibus cohaeret iſthaec
„ clauſula, quae etiam abeſt a MSS.
„ Ex libris autem diſciplinarum hic re-
„ cenſitis, quos dialogi more, atque
„ conſilio, ut *per corporalia ad incor-*
„ *poralia* deduceret, a ſe conſcriptos
„ dicit Auguſtinus, non reperiuntur,
„ niſi ſex de Muſica.

Recolit S. D. lib. 1. contra Iulianum Pelag. c. 3. n. 10. Baptiſma Ambroſii manibus ſibi collatum = Sed
„ adhuc audi alium excellentem Dei di-
„ ſpenſatorem, quem veneror ut pa-
„ trem: in Chriſto enim Ieſu per E-
„ vangelium ipſe me genuit, & eo Chri-
„ ſti miniſtro lavacrum regenerationis ac-
„ cepi. Beatum loquor Ambroſium,
„ cuius pro catholica fide gratiam, con-
„ ſtantiam &c.

Hic vero tritam, graviſſimamque controverſiam illam: An baptizato Auguſtino, ipſe cum Ambroſio hymnum, *Te Deum &c.* ſubito motu digeſſerit, atque cecinerit, nec volumus diſſimulare, nec poſſumus. Utique piiſſimum, graviſſimumque Canticum illud auro ſcribendum Ambroſio, & Auguſtino dare, reddere, ardua videbitur res, & etiam odioſa; ex iunioribus Criticis enim, ſi paucos excipias, omnes in incerta ſede illud relinquendum arbitrantur; plurimi autem Auguſtino gravi aliquo momento tribui poſſe negant. Benedictini Auguſtini editores quaeſtionem diſſimulant, Bollandiſtae in incerto relinquendam monent. Nos omnium partium momentis adductis: quid hac in re aequa iudicandi ratio poſtulet, expendemus.

I. Argumentantur ergo qui Canticum illud Ambroſio, & Auguſtino, vel ſaltem huic abiudicant. Ex 92. & ultimo Ambroſii ſermone ea res petitur: legitur enim ibi: *In quo una vobiſcum cum divino inſtinctu* hymnum cantavimus *de Chriſti fide*. At ſermonem illum perperam inter Ambroſii opera circumferri perſuaſum eſt Eruditis: Ab Ambroſiano ſiquidem ſtilus illius abhorret. II. Carthaginenſem facit Auguſtinum, qui fuit Thagaſtenſis. III. Converſionem illius quaſi idololatriae contemptum ponit; at fuerat utique Auguſtinus Chriſtianus deceptus, ideſt Manichaeus: nunquam vero paganus IV. Nigra cuculla indutus dicitur: cum tamen ex uſu communi alba tunc baptizati. V. Ibi *religionis* nomen: quod tamen ad Monachatum ſignificandum nondum adſumebatur. VI. Congreſſus de religionis controverſiis Ambroſium inter, & Auguſtinum innuitur; cum tamen ſaepe in his Confeſſionibus, maxime lib. 6. c. 3. quaeratur S. D. aeſtus ſuos cum Ambroſio non potuiſſe conferre.

II. Chronicon S. Datii, in quo idem Canticum Ambroſio, & Auguſtino tribuitur, haud illius Mediolanenſis antiſtitis, Amboſii ſucceſſoris eſt: ſed Landulſi Senioris.

III. In perantiquo MS. Breviario Collegii Aniciani de Urbe praefert Canticum illud hunc titulum: *Hymnus S. Abundii*.

IV. In Breviario altero Caſſinenſi, ſcripto paulo poſt an. 1086. *Hymnus Siſebuti Monachi*. Ut etiam in Pſalterio MS. Vaticanae Baſilicae.

V. Iuxta Pſalterium Latino-Gallicum, de quo Iacobus Uſſerius in Tract. de Symbolo Romanae Eccleſiae, dandus eſt Hymnus ille S. Nicetio.

VI. Iuxta Abbonem Floriacenſem in MS. quodam Pithoeano S. Hilario Pictavorum Epiſcopo.

VII. Quaedam habentur in Regula S. Benedicti, inque variis codicibus, maxime Caſſinenſis Bibliothecae: iuxta quae Hymnus ille ſoli Ambroſio tribuendus videtur.

℞. At hae ſimilesque difficultates omnes facile complanari poſſunt. De Ambroſii ſermone, qui primo loco impetebatur, nihil anxii ſumus. Adhuc tamen vel ad ingenii exercitium minime reſpondere piget. I. Nonnihil equidem: at non adeo, ut quibuſdam videtur, ab Ambroſiano ſtilus eius ſermonis abhorret. Cum autem rerum, circumſtantiarumque diverſitas varium ſtilum expoſtulet: nil mirum ſi in re, & circumſtantia adeo peculiari Ambroſius nova phraſi uſus ſit. II. Homines diſſitarum regionum non tam a Patria, quam a Civitate ſuae terrae primariae nominantur. *Carthaginem dico, & urbi Ro-*

mae

Digitized by Google

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

mae maxime adverſarium, & in Africano orbe quaſi Romam: inquit Salvianus lib. 7. de vero iudiciu, & Provid. Dei longe poſt med. Immo olim omnes Itali, Romani dicebantur: potiori ergo ratione Carthaginenſis dici potuit Auguſtinus, cum a Carthagine Thagaſta non admodum procul eſſet. Maxime quoniam duplicem Africam Eruditi agnoverе, Cyrennenſem, & Carthaginenſem. Quibus addere poſſumus, Carthagine Auguſtinum excultum: Carthagine alios docuiſſe: ibi exceptum honoribus: ibi maxime notum: e Carthagine in Italiam profectum. III. cur non ex Gentibus ab Ambroſiu dici poterat Auguſtinus qui inde talem ſeipſum cenſuit? Recole dicta lib. 7. c. 9. I. Ex Gentibus quia ex Patre gentili; & quia ex Manichaeis, qui de utriuſque Foederis paginis, de Deo, eiuſque Filio tot fabulabantur: ut potius pagani, quam Chriſtiani errantes dici poſſent. IV. Nigra cuculla a Simpliciano data indui potuit: alba tamen ſuperpoſita. Vel, poſt octo dies id contigit, cum baptizati albam deponebant. V. Religionis nomen aliquando, immo frequentius ad ſignificandam non Monachalem, ſed Catbolicam religionem. Inſuper falſum, religionis vocabulum pro Monachatu tum novum & incognitum; ut ex Concil. Carthag. 4. ex lib. Inſtit. Caſſiani: & ex ipſo Ambroſio ad Sabinum ſcribente. VI. Auguſtinum non (ut expetebat) omni quiete, & multo otio cum Ambroſio contuliſſe concedimus; at nullo modo: negamus. Recole dicta l. 6. c. 3. D. Prorſus autem inveroſimile eſt, de re tanta Ambroſium nec muſſitaſſe. Ceterum ſi non eſt Ambroſii ille ſermo: vetuſtum auctorem habebimus, qui Ambroſii nomine loquutus ſit.

Ad II. Contendunt plures vere a Datio Chronicon ſcriptum. At fuerit a Landulpho, viro non equidem aut malo, aut hebete: cuius proinde auctoritas prodeſt. Ad III. & IV. Contrariis ea monumentis repelluntur. Maxime cum Hymnus in Regula S. Benedicti, illis vetuſtiori habeatur. Pluribus Monachis eumdem Hymnum devote recitantibus, ac in ſummo pretio habentibus laus quaſi illius parentibus dari poteſt. Eodem modo ad V. ſeu auctoritatem Pſalterii Latino-Gallici occurri poteſt. Addimus vero, pro Nicetio, vel Niceta nec ipſos Gallos concordes eſſe.

Ad VI. Ut difficultas haec, haud quidem ex levioribus, optime deprehendatur, iuvat, & fere neceſſum eſt Benedictinorum n. 22. Praef. ad noviſſimam, emendatiſſimamque editionem operum S. Hilarii Pict. verba Lectorum oculis ſiſtere = De auctore hymni, *Te* „ *Deum* non minus diverſae ſunt ſententiae. Qui illum ab aliquo S. P. N. „ Benedicti diſcipulo compoſitum exiſtimavit, quia in illius Regula c. 9. „ praeceptum eſt, ut ſingulis Dominicis cantetur, refutatur ex Caeſarii „ Benedicto aequalis, immo etiam paulo ſuperioris Regula, in qua idem „ hymnus cap. 21. memoratur. Quae „ autem Ambroſium, & Auguſtinum „ auctores illius facit vulgi opinio, ſolo nititur pſeudo-Dacii Chronico lib. „ 1. c. 10. Eumdem in MS. ante annos „ 400. exarato vidimus uni Ambroſio „ adſcriptum, Smaragdo in Regulam Bened. c. 11. ſuffragante, ubi hymnum „ eum vocat Ambroſianum. At Abbo „ Floriacenſis epiſtola in ms. Pithoeano relicta, in qua nonnullas explicat grammaticae regulas, rem veluti notam, & conſtantem ponit illius „ parentem eſſe Hilarium noſtrum: *In* „ *Dei palinodia*, inquit, *quam compoſuit Hilarius Pictavenſis Epiſcopus*, „ *non iuxta quorumdam imperitorum errorem* ſuſcepiſti, *ſed potius*, ſuſcepturus *legendum*, *Tu ad liberandum* „ *ſuſcepturus hominem &c.*] Omiſſis aliis, quae ad peculiarem difficultatem hanc non ſpectant: dicimus, mirum eſſe impune tot codicum Ambroſio, Auguſtinoque hymnum, *Te Deum &c.* tribuentium auctoritatem peſſundari, & manuſcripta unius Abbonis (1) epiſtula tanta libertate, & quiete novam opinionem induci! Quid etiam ſi eam dicamus apocrypham? Ex eo item quod aliquod Hymni verbum apud Hilarium reperiatur, non ſequitur eumdem Hymni fuiſſe auctorem, ſed potuerunt Ambroſ. & Auguſt. aut volentes, aut caſu Hilarii verba imitari. Et tandem quaerimus de Hymno, non de *Palinodia*.

Ad VII. Ambroſius nominatur, Auguſtinus non repellitur. Iure autem, & merito ab Ambroſ. & Auguſt. digeſtus Hymnus illi potiſſimum datur:

(1) Obiit circa an. 1004.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

& quod eſſet Epſcopus : & quod prima verba Hymoi dediſſet, qui videlicee noo erat Auguſtinum ſequutus, ſed provocaverat.

II. Ita iuniores, qui unico, & teoui flatu hae & illac vertuntur, in diverſas ſententias abierunt. Quos tameo ſi pretergrediaris, eorumque avos, proavos, & atavos redeas, videbis integros choros, magnamque turbam una voce clamare, Ambroſium Auguſtinumque alternantibus vocibus hymnnm *Te Deum* formaſſe, primo ceciniſſe. Quorum qaidem verba dare, nec placet, nee iuvat; antiquos enim Ambroſio, & Auguſtino favere iuniores haud inſieiantur: Vide apud Lab. tom. 14. collect. Concil. pag. 51. edit. Pariſ. orationem, quam Ioannes Zane Archiepiſcopus Spalatenſis, & Patricius Venetus habuit in Concil. Gener. V. Later. ſeſſ. 1. ſub Iulio 2. an. 1512. celebrato. Ambroſio, & Auguſtino datur Hymnus ille a Romanis, & fere omnibus vetuſtis Breviariis. Item ab antiquiſſimo Pſalmorum libro, quem Carolus Magnus ad Hadrianum Romanum Pontificem dono miſit, & qui adhue in Bibliotheca Caeſarea adſervatur. Qui liber ut donantis, & reeipientis maieſtas poſtulabat, maxima antiquitate gaudere debebat. Et tandem a libris Alicuini, Bedae, & Egberti diſcipuli, eiuſdem autem Caroli Magni praeeeptoris. An vero nullius ponderis erit vetuſta ea de re apud Mediolanenſes traditio? Prorſus temere ue ab eisdem via, quae a laterali ianua Ambroſianae Baſilicae dueit ad Eccleſiam, in qua baptizatus dicitur Auguſtinus, hymni *Te Deum* via appellata? (*la ſtrada del Te Deum*) Vide eruditum P. Berti lib. 8. Theolog. Diſeiplinarum, c. 14.

Vides Lector tumultuario ſermone Adverſariorum argumenta, quaeque ad illa reſponſa dari poſſunt, a nobis exbibita. Rei illius eauſſa fuit, quod uni tantum argumento, nunc digerendo praeſens Auguſtini negotium fidamus. Ex eodicibus, vetuſtiſſimiſque monumentis admodum paucis, atque diviſis videtur nonnullis Eruditis, hymnum *Te Deum* dandum Siſebutio, aliis Nicetae, quibuſdam Hilario &e. Cum igitur non unus, ſed plures codices, non unum, ſed plurima vetuſtiſſima monumenta eumdem hymnum eum Ambroſii, & Auguſtini nominibus praeferant; quid ni licebit nobis, & quam graviori iudicio eelebrem Hymnum Ambroſio, & Auguſtino dare, vel reſtituere? Item adtende aliud minime prorſus diſſimile iudieandi genus: ſeu, quaſi idem argumentum diverſa forma digeſtum. Iura omnia, ipſaque naturalis ratio elamant, praeſumptionem, ſavorem eſſe pro poſſeſſinne, vel poſſidente, eum res ſub tenebris, & controverſia eubat; In Ecelesia autem viguit opinio ab Ambroſio, & Auguſtino, alternantibus vocibus hymnum *Te Deum* fuiſſe compoſitum. Ut igitur eam poſſeſſioneoi, vel iis poſſeſſoribus Hymnum iure tollamus, opus omnino eſt graviſſima ineluctabilia momenta Adverſarii prodant; Paribus laneibus re in diverſas partes pendente, poſſeſſores non turbabuntur. Quam ergo inſigni audacia, iuriſque inverſione Ambroſio Auguſtinoque iam poſſeſſoribus, & pro quibus plurima monumenta ſuppetunt, hymnum *Te Deum* tollemus, novis perſonis daturi, pro quibus puta una eſt eoniectura, vel uous eodex?

(*b*) *Quantum flevi in Hymnis, & Canticis.* = Ludovicus ab Angelis lib. 4. e. 8. de Vita, & Laudibus S. D. Monaſtiea exercitia hic agnoſcit: eui nec plaudimus, nec repugnamus. Inſuper lib. 4. e. 5. io fine dieit = Cele-
„ bratur die 5. Maii bapiiſmus, & con-
„ verſiò Auguſtini: hoc eſt initiatio e-
„ ius ad Monaehiſmum; etſi ille die
„ 24. Aprilis contigerit, haec poſt o-
„ cto dies, ſecunda ſcilicet Maii quia
„ in ipſa die quinta Maii vel primum
„ celebrata, vel aſſignata fuerunt in
„ tabulis Ecelesiaſtieis, ut puto.

Antequam autem Alypii memoria nobis excidat, adtende quid in Hiſtoria eiuſdem habeat Ambroſius Stalbanus = Mentre Alipio ſtava in Ro-
„ ma, avvennegli un caſo pericoloſo,
„ ſe Iddio, per riſerbarlo a ſagri uf-
„ ficii, non l' aveſſe aiutato: e fu
„ ehe paſſeggiando avanti il Conciſto-
„ ro ſolo colla tavola, e eollo ſtile
„ per ſerivere, ecco uno ſtudiante la-
„ dro &c.] Id Carthagine, non Romae eontigiſſe, nimis aperte Auguſtinus teſtatur l. 6. e. 9. n. 1. *Nam & illud, quod cum adbuc ſtuderet, iam me audiens apud Carthaginem, & media die &c.* Ceterum quando Auguſtinus Romam adceſſit, Alypius ter iam adſederat, ut ſeq. eap. dicitur.

Sed & magno idem Ambroſius anachroniſmo fallitur, dum in Vita S. D. c. 11. tradit Epiſeopum ordinatum auno aetatis ſuae trigeſimo-ſeptimo:

Era

Era allora il gran Padre d' età di trentoſette anni, e ſubito conſegrato veſcovo, diede ordine a riformare le coſe della Chieſa &c. Eo anno non in Epiſcopum, ſed in Presbyterum Auguſtinum ordinatum, prorſus manifeſta res eſt, nedum apud ultimos, ſed & apud antiquos Scriptores. Presbyteri munere autem fere annis quinque perfunctus, in Hypponenſem epiſcopum ordinatus eſt anno aetatis ſuae quadrageſimo-primo proxime inchoato, qui fuit Domini trecenteſimus nonageſimus-quintus.

Conſignat etiam Auguſtini obitum anno Celeſtini Papae 8. Theodoſii Iunioris 7. At clavum Petri tenuit ille ab anno D. 423. Hic Imperii ſceptrum utcunque ab anno 402. ſolus autem a 408. Sed innumeri alii ſunt in eodem Scriptore pingues anachroniſmi.

(*l*) *Et exaeſtuabat inde adfectus pietatis.* = Ita BB. & ante ipſos Som. 3. MSS. a Lov. viſi &c. At Lov. Wangn. & MS. Ricar. & ex ea aeſtuabat affectus &c. Er. *& ex ea aeſtuabat inde &c.* Auguſtinum autem etiam lacrymarum dono inſignitum Myſticis exploratum eſt.

Et hic paginas implet Mayro; texto enim ab illis verbis: *Placuit & Alypio renaſci &c.* uſque ad inferiora: *ſecurior eum recordor, non timent &c.* exſcripto, vel replicato, obmuteſcit. Niſi quod poſt verba, *Placuit Alypio*, interponit parentheſim, inquiens (ſupple, *fratri meo*) Quin immo id delendum eſt: Alypius enim Auguſtini amicus, non frater. Licet ex Chriſtiana amicitia vocetur Alypius c. 4. n. 1. ab Auguſtino frater ſui cordis.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Divinum ſolatium Pſalmos, Hymnoſque canendi, iuxta Orientalium partium morem, circiter anno ante ſuum baptiſma Mediolani inſtitutum tradit: hac vero ratione potiſſima, ne populus in Eccleſia cum Epiſcopo ſuo Ambroſio a Iuſtina Valentiniani regis pueri matre, Ariana peſte inquinata ad mortem propemodum expetito excubans, nimio moeroris taedio contabeſceret. Cuius occaſione, & opportunitate ſermonis de martyrum quoque Gervaſii, & Protaſii corporibus Divina ab Ambroſio inſpiratione detectis, atque effoſſis mentionem habet; Ad quorum, quum ad Ambroſianam Baſilicam maieſtate transferrentur, ſplendorem, & gloriam & obſeſſos Deus a malis ſpiritibus ſolvit, & caeco viſum reſtituit. Tot Divinis prodigiis, & gaudiis Iuſtinae haereticas tenebras minime fugatas addit: ſed iniquam tantummodo in Ambroſium furorem compreſſum. Haec inter Auguſtinus peccatum, ſaecularemque vanitatem utique prorſus abiecerat: ſed non adhuc optime, & omni modo in Dei ſocietatem ierat.

I. NOn longe coeperat Mediolanenſis Eccleſia genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare, magno ſtudio fratrum concinentium vocibus & cordibus; Nimirum annus erat, aut (*a*) non multo amplius, cum Iuſtina Valentiniani regis pueri mater, hominem tuum Ambroſium perſequeretur haereſis ſuae cauſſa, qua fuerat ſeducta ab Arianis. Excubabat pia plebs in Eccleſia, mori parata cum Epiſcopo ſuo, ſervo tuo. Ibi Mater mea, ancilla tua, ſolicitudinis & vigiliarum primas tenens (*b*), orationibus vivebat. Nos adhuc frigidi a calore ſpiritus tui, excitabamur tamen civitate adtonita atque turbata. Tunc Hymni & Pſalmi ut canerentur ſecundum morem Orientalium partium, ne populus moeroris taedio contabeſceret (*c*),

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 36. Ad. XV. Siric. II. Val. XII. Theod. IX.

inſtitutum eſt; & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac pene omnibus gregibus tuis, & per cetera orbis imitantibus.

II. Tunc memorato Antiſtiti tuo per viſum aperuiſti (*d*) quo loco laterent Martyrum corpora Protaſii & Gervaſii, quae per tot annos incorrupta in theſauro ſecreti tui reconderas, unde opportune promeres ad coercendam rabiem femineam, ſed Regiam (*e*). Cum enim propalata & effoſſa digno cum honore transferrentur (*f*) ad Ambroſianam Baſilicam, non ſolum quos immundi vexabant ſpiritus, confeſſis eiſdem daemonibus ſanabantur, verum etiam quidam plures annos caecus civis civitatique notiſſimus, cum populi tumultuantis laetitia cauſſam (*g*) quaeſiſſet atque audiſſet, exſilivit, eoque ſe ut duceret, ſuum ducem rogavit. Quo perductus impetravit admitti, ut ſudario tangeret feretrum pretioſae in conſpectu tuo mortis ſanctorum tuorum (1). Quod ubi fecit, atque admovit oculis, confeſtim aperti ſunt. Inde fama diſcurrens, inde laudes tuae ferventes lucentes, inde illius inimicae animus etſi ad credendi ſanctitatem non ampliatus, a perſequendi tamen furore compreſſus eſt (*h*). Gratias tibi Deus meus. Unde & quo eduxiſti recordationem meam, ut haec etiam confiterer tibi quae magna oblitus praeterieram? Et tamen tunc cum ita fragraret odor unguentorum tuorum, non currebamus poſt (2) te (*i*), & ideo plus flebam inter cantica Hymnorum tuorum, olim ſuſpirans tibi, & tandem reſpirans (*k*), quantum patet aura in domo fenea.

(*a*) ***Annus erat, aut &c.*** = Integram Iuſtinae perſequutionem complent Eruditi biennio. Cauſſas fuſe produnt Baronius, & reliqui Hiſtorici. Pro re noſtra ſat ea eſt, quam Auguſtinus inſinuat; quod videlicet Ambroſius fortiſſimus eſſet paries in quem impingerent, & frangerentur Ariani, quibus decepta Regina favebat.

Hic Auguſtinus, ut vides, redit ad converſionis ſuae annum, ſcilicet 386.; adhuc vero in chronologica inſcriptione nihil immutamus, quod haec digreſſione obſerventur; cap. ſeq. autem S. D. ad ſeriem hiſtoriae mox redit.

(*b*) ***Solicitudinis, & vigiliarum primas partes tenens &c.*** = Vigiliae a vigilo dictae ſunt: & quidem proprie: ſomno enim contempto, tota nocte antiqui Chriſtiani vigilabant; Duabus vero rationibus: Aut ut Paganorum, vel cuiuscunque tyranni ſaevitiem declinarent: Aut ut Eccleſiaſticam ſolemnitatem praevenirent. Et utroque modo Chriſti, Apoſtolorumque veſtigiis haerebant. Hinc Chriſtianus coetus per contemtum ab infidelibus appellatus, *Natio tenebroſa, & lucifuga*. Quum autem, ut humanis ſolet rebus contingere, mali, & impudici homines tam religioſo more abuterentur, nocturnaſque vigilias in malum uſum traherent; ſublatum id conſuetudinis eſt primo quoad feminas: inde & quoad viros. Et nunc die, & quidem frigide, quod olim nocte, & magna pietate. Vigiliarum autem nomen adhuc viget, translato ſignificatu proprio in metaphoricum.

Feria apud Ethnicos dies ſolemnis, parcens ſtrepitui, & labori. Quos vocibus nonnihil imitata Eccleſia, quoslibet Paſchatis dies ferias appellavit, quod eorum nullus haud ſolemnis. Sed cum inde adtenderetur, nullum diem Chriſtianis, maxime Sacerdotibus minime ſacrum, & Numini dicatum, dies omnes, potiſſimum apud Eccleſiaſticos, *feriae* ſunt appellati. Si cui autem, certe Monnicae omnes dies *feriae*: Vide enim an celſae pietatis Femina illa vel diem unum ad ſaecularium rerum curas diſtraxerit!

Ceterum ut ad Ambroſium redeamus: Vide Catholice Lector quot turbinibus vetuſti Epiſcopi agitarentur! De quo etiam dixerat Auguſtinus l. 6. c. 3. n. 1. *Non enim vetabatur quiſquam ingredi, aut ei venientem nunciare mos erat.* Quanquam perperam, & ſacrilegio no-

(1) Pſal. 115. 15.

(2) Cantic. 1. 3.

noſtrates haeretici ſimilibus hiſtoriis poſterioribus Epiſcopis maieſtatem quandam ſervantibus improperare ſoleant; Qui enim dum per deſertum vagarentur Iſraelis Principes ſub tabernaculis degebant, atque tenturiis: ad patriam tandem recepti, magnificas ſibi conſtruxere domos, & alta ſubſellia occuparunt. Nun ubique, & ſemper innocentia & dignitas ſuos ſplendores exſerunt. Chriſtus ipſe nunc laceſſitus probris: nunc caeleſti voce magnificatus; nunc inter plebem abiectus: nunc in monte etiam ſpectatores amicos maieſtate proſternens. Sed temporum etiam caſuumque omiſſis iuribus; Quaelibet res ſuum in centrum vergit: at non ſingulae modo uno; Eſt qui lacrymis; eſt qui triumphis; ille ſtudio: hic actione Deo famulatur. Sunt Sacerdotes, qui modeſtiae: ſunt qui caracteris iuribus litant; omnes vero Dei gloriam intuentur. Bonum ſanctumque eſt, ut temetipſum abiicias, es enim ſtipula, & fenum; Sed & admodum placet in certante Eccleſia triumphantem intueri adumbratam: in hac autem ima non vertuntur ſummis, ſed iuxta merita, ſunt & ſubſellia, eminentque ſuper Cherubim Seraphim &c.

Licet veriſſime, & graviſſime dixerit Boniſacius Martyr, & Epiſcopus in Concilio Triburienſi cao. 18. relat. in can. *Vaſa*, de conſecrat. diſtinct. 1. *Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur: nunc e contra lignei aureis utuntur calicibus* (1). Et S. Hieronymus Epiſt. 4. ad Ruſticum Monachum, ſub finem. *Sanctus Exuperius Toloſae Epiſcopus viduae Sarephtenſis* (2) *imitator, eſuriens paſcit alios, & ore pallente ieiuniis, fame torquetur aliena, omnemque ſubſtantiam Chriſti viſceribus erogavit. Nihil illo ditius, qui corpus Domini caniſtro vimineo ſanguinem portabat in vitro.*

(c) *Ne populus moeroris taedio contabeſceret.* = Utique in humanae imbecillitatis ſubſidium cantus ab Eccleſia inſtitutus eſt. Quum enim ſpiritus gravetur ſenſibus, his modulatione, aliiſve adminiculis non elevatis: & illum, niſi ſanctitatis culmen adſit, emori neceſſum erit, & ſerpere. Accipe verba Iſidori lib. 1. de Officiis Eccleſiaſt. c. 5. „ Pſalterium idcirco cum melodia cantilenarum ſuavium ab Eccleſia frequentatur, quo facilius animi ad compunctionem flectantur. Primitiva autem Eccleſia ita pſallebat, ut modico flexu vocis faceret pſallentem reſonare, ita ut pronuncianti vicinior eſſet, quam canenti. Propter carnales autem in Eccleſia, non propter ſpirituales conſuetudo eſt inſtituta canendi, ut qui a verbis non compunguntur, ſuavitate modulaminis moveantur. Sic namque & beatiſſimus Auguſtinus in libris Confeſſionum ſuarum conſuetudinem approbat canendi in Eccleſia, ut per oblectamenta aurium infirmus animus &c. (3) „

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Huius inſtitutionis meminit etiam Paulinus Presbyter in Vita Ambroſii hiſce verbis: *Hoc tempore primo antiphonae, hymni, ac vigiliae in Eccleſia Mediolanenſi celebrari coeperunt.* Immo novi hymni ab Ambroſio digeſti: quibus maxime quod ſinguli in Trinitatis fidem & laudem vergerent puncti & exulcerati Ariani, novo furore in ſanctum Antiſtitem debacchati ſunt: quorum tamen clamores ipſe contemnens, haec in Auxent. quiete & maieſtate loquitur. „ Hymnorum quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec hoc abnuo; Grande carmen iſtud eſt, & quo nihil potentius, quid enim potentius, quam confeſſio Trinitatis, quae quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes ſtudent fidem fateri. Patrem, & Filium, & Spiritum-Sanctum norunt verſibus praedicare. Facti ſunt igitur omnes magiſtri, qui vix poterant eſſe diſcipuli.

(d) *Per viſum aperuiſti &c.* = Fremit hic, Sanctorum exuvias, Ambroſiumque glorificatos, Iuſtinam autem, & Arianos depreſſos videns *Ioannes Pherepons*: ut enim illorum hoſtis eſt, ita his magno glutino iungitur: unde tumultuario ſermone haſce blaſphemias, ineptiaſque congerit, neſciens quid dicat. = Si hae aliaeque eiuſmodi inventiones Sanctorum cadaverum, non fuiſſent coniunctae cum ingenti lucro, ac emulumento eorum, qui effoderunt; „ mul-

(1) Integer Concilii ſermo ſandem can. 18. eſt iſte. „ Vaſa quibus ſacroſancta conficiuntur myſteria, calices ſunt & patenae. De quibus Boniſacius martyr & epiſcopus interrogatus, ſi liceret in vaſculis ligneis ſacramenta conficere, reſpondit. Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur: nunc e contra lignei ſacerdotes aureis utuntur calicibus, Zephyrinus decimus-ſextus Romanus epiſcopus patenis vitreis Miſſas celebrari conſtituit &c.

Celebratum eſt illud Concilium an. 897. Boniſacius autem epiſcopus Moguntinus, natione Anglus, Germaniae apoſtolus, natus circa an. 68., coronatus eſt martyrio die 5. Iun. an. 754. aut 755. epiſcopatus 36.

(2) Reg. 3. 17.

(3) L. 10. c. 33.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

„ multi qui callidorum hominum figmenta haec eredunt ad plebeculam in officio continendam, fideoi eis non facile detraherent. Haec inventio exempli cauſa non parum auxit exiſtimationem auctoritatemque Ambroſii; quandoquidem ea Iuſtinae princip.s Arianae animus, ut habet noſter, *etſi ad credendi ſanitatem non ampliatus, a perſequendi tamen furore compeeſſus eſt*. Duo praeterea hie obiter obſervari poſſunt. Alterum eſt, Auguſtinum hic, & de Civit. Dei Lib. XXII. cap. 8. dicere *per viſum* revelata eſſe haec corpora Ambroſio, Ambroſium vero ipſum de hoc plane tacere Epiſt. 22. Claſſ. 1. ubi hanc inventionem narrat. Alterum eſt ita Ambroſium rem deſcribere, ut narrationem ſuſpectam reddat: *Invenimus*, inquit, *mirae magnitudinis viras duos, ut priſca aetas ferebat*. Quae vero aetas? Heroicane, poſtquam homines decreſcere coeperunt? *Nam genus hoc vivo iam decreſcebat Homero*. An etiam tribus ſaeculis, quae a Chriſto nato ad Conſtantini tempus fluxerunt, grandioris erant ſtaturae homines, quam quarto, aut quinto ſaeculo? An auguſtior erat ſtatura Martyrum, quam aliorum, vel, an maior fiebat poſt mortem? Nemo, ut opinor, eredet. Sed lege caetera, ubi torti Diaboli, ope horum Martyrum, Arianos opportuniſſime damnant; nec amplius miraberis, eſſe qui ſtratagemma hoc Ambroſianum fuiſſe cenſeant, quo plebem ſibi devinciret, Iuſtinamque, & Arianos perterreſaceret, excogitatum. „

℞. Nunc vero aliqua Auguſtino quies :. *Phereponi* enim, ut vides, adlatratus hi non tam in ipſum, quam in Gervaſium Protaſiumque, in Ambroſium, & Eccleſiam: ac etiam in Deum, qui ſivit eam, ſi impio eredimus, ſaeculis novem Ambroſii praeſtigiis ſupplantari. Adeoque non tam hic nos in *Phereponum*, ut Auguſtini amici, quam ut Eccleſiae Catholicae filii. Singulis Haeretici machinis ſuus murus opponendus eſt: uni tamen ab alia ſecretae.

I. *Si .... nin fuiſſent unitae cum ingenti lucro &c.* Utique ingenti lucro Ambroſii, totiuſque Catholicae Eccleſiae. Sed quid inde? Ex fructu prodigii eius falſitatem inſers? Ubi, vel a quo Dialecticam hanc didiciſti? Prophetarum, Apoſtolorum, & ipſius Chriſti prodigia in eorum laudem, bonumque vergere, igitur a Prophetis, Apoſtolis, & ipſo Dei Filio praeſtigiis decepti ſumus! Et quale prodigium in illud patrantis laudem haud vergit? Ceterum miracula a ſacris Gervaſii exuviis patrata Mediolano urbi tunc populo frequentiſſimae innotuerunt; ut igitur illa contemnas, totius fere orbis teſtimonium, & auctoritatem excutias oportet. *Caecus civis, Civitatique notiſſimus*, inquit hic Auguſtinus. Et lib. 22. de Civit. Dei, c. 8. n. 2. = Miraculum, quod Mediolani factum eſt, cum illic eſſemus, quando illuminatus eſt caecus, ad multorum notitiam potuit pervenire, quia & grandis eſt civitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenſo populo teſte res geſta eſt, concurrente ad corpora martyrum Protaſii, & Gervaſii, quae cum laterent, & penitus neſcirentur, epiſcopo Ambroſio per ſomnium revelata &c. „

Imitatur vero nonnihil praedictam *Phereponi* blaſphemiam, & piorum aures offendit quod ſcribit Ludov. Anton. Muratorius ſub Lamindi Pritanii Larva deliteſcens libello, cuius titulus eſt, *Della Regolata Divozion de' Chriſtiani &c.* cap. 20. *Della Divozione ai Santi*, ſub finem: haec enim ſunt eius verba = *Però con tutti i divieti de' Romani Pontefici, e de' Concilj, e con tutti i lamenti de' ſaggi Theologi, e le precauzioni della Chieſa, affinchè non ſi ſpaccino Miracoli falſi, il vile intereſſe rompe il freno &c.* Equidem dicet quiſpiam intueri Muratorium peculiares abuſus &c. Ita & nos ſentimus. Verum propoſitio illa indefinita proprie & preſſe iuxta naturalem loquendi modum ſpectata, ſignificat, non id aliquando contigiſſe, ſed non infrequenter, & paſſim Catholicos de Miraculis ſabulari, ſeu falſa praedicare miracula, & quidem non ſimplicitate, vel ignorantia, ſed lucri amore. At propoſitione improbata, excuſandus eſt Scriptor ſolo vento diſtentus, qui nec arte, nec natura Dialecticus, propoſitionum, quas effutiebat pondus & vim ignorabat. Quanquam libello, cuius titulus: *Della pubblica Felicità oggetto de' buoni Principi*, cap. 13. *Della Logica &c.* pag. 151. ex communi potius fama, quam ex ſuo iudicio dixerit = *Tale, e tanta è, non dirò l'utilità, ma la neceſſità della Logica, che chi non è ben fondato in queſta, non può mai prometterſi di diſcorrere con lode in qualſivoglia alta, o baſſa materia, ſia Scienza, ſia Arte. Queſta è una Chiave, o Strumento, di cui abbiſogna ogni noſtro ragionamento &c.*

II. Am-

A. Ch. 387.
Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

II. *Ambroſiam vero de hoc plane tacere &c.* Non tacuit Epiſt. ad totius Italiae Catholicos, ubi admodum fuſe ſomnium, ſeu Viſionem enarrat; At eadem Epiſtola Criticis videtur apocrypha. Erit qui dicat Viſionem late ab Auguſtino uſurpatam, pro quacunque illuſtratione Divina. celebri autem Epiſt. (quam *Pherreponus* laudavit) ad Marcellinam Sororem, Virginem Deo ſacram, Romae tunc conſiſtentem, n. 1. haec inter alia habet Ambroſius: *Reſpondi, faciam* (hoc eſt, Baſilicam dedicabo) *ſi Martyrum reliquias invenero. Statimque ſubiit veluti cuiusdam ardor praeſagii. Quid multa? Dominus gratiam dedit, formidantibus etiam clericis, iuſſi erudari terram eo loci, qui eſt &c.* Noſtra tamen reſponſio haec eſt; Nedum Auguſtinus, ſed & Paulinus in Vita Ambroſii, aliique teſtantur eidem Mediolanenſi Praeſuli per *viſum* Sanctorum corpora revelata. Ambroſius tacet, at minime negat. Quid ergo? Quid dixiſti *Pherepone* ad cap. 12. lib. 8. harum Confeſſionum ea verba, *Audio vocem &c.* mordens? en: *Quae tamen ex alius calamo rectius fluxiſſent.* Voluit ergo Ambroſius, ut viſio, quae maxime in ſui nominis laudem cedebat, ex aliorum calamo flueret. Et quidem ſi exordium Epiſtolae ad Sororem diligenter fueris meditatus: facile conicere poteris, iam ante de ſanctis corporibus Ambroſium divinitus praemonitum. Si autem Ambroſius viſionem nullo humano ſtabiliendam teſte poſteris calamo proprio mandaſſet: quot ei tu blaſphemiis inſultaviſſes, qui corporum inventionem, qui miracula, qui res, ut loquuntur, facti, immenſi populi teſtimoniis firmatas tanta pervicacia negaſti? Benedictini S. Ambroſii editores ad illa, *ardor praeſagii* haec monent: *Auguſtinus l. 9. Conf. c. 7.* has reliquias Ambroſio per *viſum revelatas dixit. Et l. 22. de Civit. Dei, c. 8. eas per viſionem manifeſtatas dicit; Unde colligitur non modo per interiorem illum afflatum de illis admonitum eſſe S. Praeſulem, ſed etiam per apparitionem; at non omnia hic memorari, quae contigere, ſatis intelligitur ex eo quod ſubiicitur:* Quid multa &c.

III. *Quae vera aetas? Heroica ne &c.* Equidem *impietas* tibi nomen; ſed & ignorantia plurima a reliquis ſecerni potes: talibus enim cacſpitationibus frequenter caperis qualibus nec puer vel ante, vel poſt aetatem Homeri. Ambroſii phraſis duplici modo excipi poteſt. Repertos viros tantae magnitudinis fuiſſe, ut ſimiles dici poſſent gigantibus illis, quos priſca aetas ferebat; ut etiam de magnis corporibus vulgari ſermone dicere ſolemus: *L' è pur alto! ſembra in vero uno degli antichi giganti.* Vel, ut priſca militaris aetas ferebat; olim enim ad militiam proceri corporis homines ſeligebantur; cum ſiquidem nondum tormenta bellica, & cetera inſtrumenta pulvere tormentario, & igne pugnantia reperta eſſent, corporis moles, ſicut & fortitudo maxime attendebatur. Nunc etiam Rex Pruſſeus, ſumtibus haud parcens, ſolet a toto orbe inſignis molis homines in quamdam ſuae militiae partem adſciſcere. Galvaneus Flamma apud Puricellum pag. 34. legit, *Gigantes iuvenes.*

Ceterum *Pherreponus* nihil fere hic ex ſuo habet: ſed Arianorum, quibus contra Dei Filium adſtipulatur, querelas blaſphemiaſque ab orco revocavit; Quas tamen acri ſermone iam Ambroſius ipſe propulſaverat (1) Ariani dicunt „non ſunt iſti martyres, nec torquere Diabolum poſſunt, nec aliquem „liberare; cum tormenta Daemonum „ipſorum voce probentur: & beneficia „martyrum remediis eorum, & abſolutorum indiciis declarentur. Negant caecum illuminatum, ſed ille „non negat ſe ſanatum. Ille dicit, „video qui non videbam: Ille dicit „caecus eſſe deſivi: & probat facto. „Iſti beneficium negant, qui factum „negare non poſſunt. Notus homo eſt, „publicis cum valeret, mancipatus obſequiis, Severus nomine; lanius miniſterio; depoſuerat officium, poſtquam inciderat impedimentum. Vocat ad teſtimonium homines, quorum ante ſubſtentabatur obſequiis &c.] De eiſdem Sanctis Gerv. & Prot. Sermonem habuit Auguſtinus, qui erat olim 39. de Diverſis, nunc autem eſt 286. cuius vide ſaltem, ſi vacat, c. 5. n. 4. Meminit etiam eorumdem Sanctorum Serm. olim 25. ex Sirmondianis, nunc 318. qui eſt 5. de Stephano Martyre, n. 5.

Qui vero *Pherreponi* haeretici procaciſſimi blaſphemias, quas repellere- mus hic excripſimus; Alterius haeretici longe temperatioris, nempe Samuelis Baſnagii difficultates, quas complanemus, haud diſſimulare volumus. Inquit

(1) Serm. 91.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

quit ergo hic in Annalibus Politico-Eccleſiaſticis rom. 3. ad an. Dom. 386. num. 8. circa med. = At Auguſtinus:
„ Corpora, inquit, Martyrum Protaſii,
„ & Gervaſii *cum laterent, & penitus*
„ *neſcirentur Episcopo Ambroſio per ſo-*
„ *mnium revelata, reperta ſunt*. Quae
„ nonnihil ab Ambroſio diſcrepant.
„ Quippe ſi viſo nocturno ſacra Am-
„ broſio corpora indicata fuiſſent, o-
„ ranti populo dubitanter non reſpondiſ-
„ ſet; *Si Martyrum reliquias invenero*
„ utpote ex divino oraculo iam cer-
„ tus inveniendi, formidinemque Cle-
„ ricorum pepuliſſet: *Subiit*, inquit,
„ *velut cuiusdam ardor praeſagii*, quae
„ impulſum potius divinum, quam ſo-
„ mnium innount. Ambroſii quoque
„ narrationem inter, & verba Auguſti-
„ ni aliquid intereſt, ſcribentis l. 9.
„ Conf. c. 7. Gervaſii, Protaſiique cor-
„ pora *incorrupta in theſauris ſecreti*
„ *tui recondideras*: quae aperte ſignifi-
„ cant, integra adhuc fuiſſe, nulla-
„ que violata putredine. Ambroſius ve-
„ ro *Oſſa omnia integra* extitiſſe nar-
„ rat. Alia vero ſunt *corpora*, a-
„ lia *oſſa*. Carne quidem ſua nudatas
„ fuiſſe Gervaſii, Protaſiique reliquias;
„ Ambroſi verba perſpicue teſtantur:
„ *Condidimus integra ad ordinem*. Et
„ alibi: *Inviolatae reliquiae loco ſuo*,
„ *& ordine repertae*. De corpore in-
„ tegro quis haec praedicet? Quis ſcrip-
„ ſit unquam, Chriſti oſſa in ſepulcro
„ eſſe condita? „

℞. 1. Non erat neceſſum, ut Ambroſius revelationi ſibi quaſi Paolo factae, vel toti Eccleſiae ſideret. II. Sat erat ut in cordis penetralibus tutus eſſet; ante hominum autem oculos humano ſe more gereret. III. Si noluit mox omnibus, atque temere acceptam revelationem prodere, debuit utique non omnem, quam habebat, interiorem ſecuritatem exerere. IV. Forte tutus erat ex revelatione ea in Eccleſia Gervaſii, & Protaſii latere corpora; at non ita exacte de loco velut ſignato apice, & digito. V. Fateor haec omnia, ſcilicet re vera Ambroſio viſione detecta corpora, uſque tum prorſus incognita &c. ipſe Baſnaglus eodem num. 6. & tandem ipſe Ambroſius viſionem inſinuat: ante ſiquidem *ardorem praeſagii* reliquias quaerebat: *Si martyrum reliquias invenero*. Verba nempe illa: *cuiuſdam ardor praeſagii* innount, aut confirmationem viſionis: aut viſionis additamentum de praeciſo loco, & ſitu reliquiarum.

Corporis incorruptio donum quoddam eſt aut proprie, aut utcunque, & in ſpeciem a teterrima illa lege poenaque eximens: *Pulvis es, & in pulverem reverteris* Gen. 3. 19. Habet ergo incorruptio late accepta quatuor modos, vel gradus. I. Ut oſſa non revertantur in pulverem. II. Ut ſuis etiam nervis, ac fibris iuncta conſiſtant. III. Cum oſſa propria pelle, & carne teguntur. IV. Si caro prementi cedat: ipſaque, & iuncturae in varias partes flectantur. Tantum poſtrema haec, ſuprema incorruptio a graviſſimis quoque viris magna ſecuritate in peculiarem Numinis providentiam revocatur. Auguſtinus, ut ex omnibus ſimul iunctis conici poteſt, de ſecunda incorruptione loquutus eſt.

(e) *Rabiem femineam, ſed Regiam* = Ne adeo placide de feminae rabie loquaris: dicit enim Eccleſiaſticus c. 25. v. 23. *Non eſt ira ſuper iram mulieris*. Memineris quae fuerit ira *Athaliae* filiae Amri regis Iſrael 4. Reg. c. 8. v. 26. 2. Paralipp. c. 22. v. 2. 10. 11., & 12. Quae fuerit ira *Iezabel*, de qua l. 3. & 4. Reg. Quae tandem Herodiadis, de qua Matth. 14. Mar. 6. & Lucae 3. Sed quidquid ſit de feminae ira in ſeipſa ſpectata: propter imbecillitatem impotentiamque ſexus minoris habetur. Eſt igitur ſenſus Iuſtinae rabiem deterruiſſe, quod auctoritate Regia nocere poſſet.

Non mirum autem Ambroſium Iuſtinae rabiem nequiviſſe eludere; bene ſiquidem graviterque dixit S. Petrus Chriſologus in fine Serm. 174. qui eſt de Decollatione S. Ioann. Bapt. *Si Ioannes tantus, Ioannes talis, tanta eremo ſeparatus a feminis, femineum periculum non evaſit: quis eſt qui inter feminas vivens, evaſurum ſe ſine labore maximo, maxima ſine cautione confidit &c.* Quanquam, ut videtur, Chryſologi ſermo ad moralem ſenſum vergat, ad cautionem ſcilicet in pudicitia ſervanda &c.

(f) *Digno cum honore transferrentur*. = En hic reliquiarum cultus, miracula, & ſolemnis translatio. Quae iuniores haeretici inficiari non valuerunt. Unde Kemnitius in Examine Concilii, 4. pag. 10. *Ex translationibus mox ſecutae fuerunt circumgeſtationes reliquiarum, ut apud Hieronymum, & Auguſtinum &c.* Centuriatores autem, Centuria 4. col. 457. = Inventae ſeu ſtudio, ſeu caſu
„ Sancti alicuius reliquiae populo mon-
„ ſtrabantur, & cuius eſſent Martyris
„ ſignificabantur. Deinde ordine compo-
„ nebantur, & transferebantur ad ali-

„ quod

Digitized by Google

„ qaod templum „ ubi vigiliae ſequebantur, tota nocte habebantur, & concio „ de vita illius Martyris; fiebant & „ miracula, ſi Ambroſio credimus.] Qui rabiem hic diſſimulatam „ produnt Cent. 5. col. 698. = In Africa „ pluribus in locis reliquiis Stephani „ fuiſſe patet. Ignatii reliquiae Antio- „ chiam ſunt illatae. Auguſtinus (1) de re- „ liquiis Stephani ſcribit, ſuperſtitioſum; „ & magnum concurſum ad eas in A- „ fricam uſque factum dementatis populis „ quibusdam illuſionibus, quae pro mi- „ raculis habitae ſunt.] At Auguſtinus concurſum illum, & miracula veneratur. Nec ſunt illuſiones quae toto fere ſpectante & ludicante mundo patrantur.

(*g*) *Populi tumultuantis laetitia cauſſam &c.* = Ita MS. optimus S. Cr. & aliquot, quos plauſu laudant BB. in *Syllabo codicum, ad quos de novo &c.* At Vet. Ricar. & communiter codices maxime editi, a quibus hic non receſſerant BB. *populi tumultuantis laetitiae cauſſam*. Utcunque etiam favent nobis Feſ., & Car. qui praeferunt, *populi tumultuante laetitia cauſſam &c.* Contigit autem huic caeco ſicut alteri, de quo Lucae c. 18. v. 35., & 36. *Caecus quidam ſedebat ſecus viam, mendicans; & cum audiret turbam praetereuntem, interrogabat quid hoc eſſet &c.*

Sequitur inferius: *etſi ad tredendi facitatem non ampliatus &c.* De quo BB. in *ſyllabo codicum, ad quos &c.* „ Editi, *non applicatus*. At MSS. tres „ Angl. *non ampliatus*. Sic legendum, „ ut conſtet antitheſis ad ſubſequens „ verbum, *compreſſus eſt*.] Idem & nobis videtur. Editis ſuffragantur Vet. Car. Feſ. & optimus S. Cr. At Br. Som. Wangn. & MS. Ricar. *applicitus*. MS. S. Mar. fere eſt nobiſcum praeferens, *amplicatus*, quod inſinuat corruptum fuiſſe verbum *ampliatus*.

Et hic Mayronis flores magna textus tranſcriptione nulla nota ſociata, Amerbachii paginas foedant. Itali pariter & hic ad libitum vertunt. = o. 1. *Ivi mia madre . .. non era tragli ultimi colla ſua vigilanza, e ſollecitudine.* Non inquit Auguſtinus, Matrem ſuam haud fuiſſe ex ultimis, ſed primas partes tenuiſſe, *primas partes tenens*. n. 2. *Ve ne ringrazio Dio mio, che m' avete fatto riſovvenire anche queſto prodigio, di cui me ne ſarei peravventura dimenticato*. Non dixit potuiſſe contingere, ut obliviſceretur; ſed vere oblitum fuiſſe: *quae magna oblitus praeterieram*. Nec gratiae ad hanc memoriam: ſed ad narrata mirabilia referuntur: ut ex communi codicum orthographia, & ipſo ſenſu deducitur. Sic igitur verte. „ Grazie „ o mio Signore. D' onde mai, e come „ ſuſcitaſte la mia memoria, acciocchè „ vi deponeſſi queſte coſe, le quali „ avvegnachè di tanto peſo obbliate „ avea io laſciate? „

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

(*h*) *Compreſſus eſt*. = Optima exacta phraſis; nec enim Iuſtinae aut furor prorſus extinctus, aut animus ſincere mutatus. Unde Paulinus, qui in Vita Ambroſii (quae habetur t. 2. edit. Paris. anni 1642. poſt Vitam a Baronio collectam) hiſtoriam hanc lato calamo nobis reliquit, longe ante med. haec habet. = Denique ex hoc tempore „ ſedari coepit perſecutio, quae Iuſti- „ nae furore accendebatur, ut Sacer- „ dos de Eccleſia pelleretur. Tamen „ intra palatium multitudo Arianorum „ cum Iuſtina conſtituta deridebat tan- „ tam Dei gratiam, quam Eccleſiae Ca- „ tholicae Dominus Ieſus meritis Mar- „ tyrum ſuorum conferre dignatus eſt: „ venerabilemque virum Ambr. narrabat „ pecunia comparaſſe homines, qui ſe „ vexari ab immundis ſpiritibus menti- „ rentur, atque ita ab illo, ſicut & a „ Martyribus ſe torqueri dicerent.] Anno ſequenti, ſcilicet, 388. in Imperium reſtituto Valentiniano, Iuſtina mater ab Ariania adhuc deluſa, & mille ſceleribus inquinata, filii, Ambroſii, & totius Eccleſiae bono fato ceſſit. Inde autem plures uſque tum latentes iniquae in Ambroſium Iuſtinae machinae proditae ſunt, eodem Paulino teſte nonnihil poſt ſupra laudata verba.

DIGRESSIO.

Hanc reliquiarum inventionem vix, ut vides, non omiſit Auguſtinus. Si autem omiſiſſet, iam aetatis noſtrae intemperatioris Criticae hominibus quibusdam (2) ſat fuiſſet ad celeberrimum factum illud negandum. Dixiſſent enim: Auguſtinus teſtis ocularis, qui tot minutas res in Confeſſionibus meditatus eſt, adeo celebre factum non debebat omittere &c. At iam verborum ſcriptor

Kkkk Lu-

(1) L. 22. de Civ. Dei 18.

(2) Quales, Launoius, Dupinus, Hadrianus Bulletius, Petrus. Faidit, & alii,

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Ludovicus Anton. Muratorius cenſoriam in nos virgam exercebit; ut contra quemdam exercuit libello, cuius titulus, *Delle forze dell' intendimento umano, o ſia il Pirroniſmo confutato &c.* c. 24. *De i Dogmatici &c.* pag. 336. hiſce ſtrophis caelum inter terramque ſuſpenſis = Ne „ è mancato in Francia uno zelante „ Religioſo, che ha fatta la Critica alla „ Critica de noſtri tempi, con iſtudiarſi „ di moſtrare che poſſono ſoſtenerſi „ aſſaiſſimi Libri, Tradizioni popolari, „ ed altri punti, che pur ſono ripro„ vati da i più giudizioſi Scrittori, „ avviſandoſi di preſtere un gran be„ nefizio al Pubblico coll' animar chi„ cheſia ad inghiottire allegramente tut„ to quanto hanno finto, o ſognato i „ noſtri Maggiori. Nè ſi accorge que„ ſta buona gente &c. „

B. Non Religioſum illum, cuius calceamenti corrigiam ſolvere dignus non es, ſed te terque quaterque bonum dicerem, niſi inſcitiam & oſcitantiam tuam in pietatis damnum fere ſemper ſcenas agere obſerverem. Scis quod mortalium nemo inficiatur, & ipſa mox naturali ratione deprehenditur, Criticam artem, ſeu potius Criticae profeſſores poſſe adtollere criſtas, & ad exceſſum pertingere? Id in praeſtantiſſimo opere (quod tu fortaan nec legiſti) gravium omnium Doctorum ore celebrato aliquot ab hinc annis contigiſſe Religioſus ille, in iuſtae Criticae arte nulli iuniorum ſecundas contendit. Contendit inquam, & fere ſemper, aliquotiens etiam maniſeſte, evincit feliciter, Criticos quoſdam futilibus argutiis laevibuſque rationibus quaedam & profecto etiam pietatem foventia reieciſſe; Suis item ipſorum armis revinci poſſe. Tu qui ſubtilis, & naſutus es: tu inquam, qui in re Dialectica, ſeu diſputandi acumine & vi adeo praevales, ut nulli buboni concedas, debebas illius Religioſi momenta acerrima diſputatione evertere, & tum vero eius Criticam deridere.

(*i*) *Non currebamus poſt te* = Hoc teſtimonium nonnihil, ut ingenue dicamus, nos torquet. Henrico Wangnereck planum viſum eſt: unde = *Tempore huius translationis Auguſtinus adhuc Caſſiciaci morabatur, ideoque ait, ſe nondum cucurriſſe poſt Deum, baptiſmum tempe adhuc differendo: quum moram videtur deflere, etſi forte culpabilis non fuerit.* Non culpabilis equidem mora illa: nec enim baptiſmum diſtulit, ſed congruo tempori, Paſchati nempe ſervavit. At quomodo translationis tempore Caſſiciaci morabatur? ſi contigit traslatio die 19. Iunii: ipſe autem converſus eſt exeunte Auguſto, nec ſtatim Rhetoricae profeſſionem abiecit. At ſequitur Wangnereck Baronium, qui coactus eſt, ut ſuis principiis haereret, inter converſionem, & baptiſmum biennium interponere: quod fidem excedit. Ita tamen ſeipſum pingit hic Auguſtinus, ut non quidem omni modo poſt Deum currentem debeamus eum concipere: at bene vero a terrenis avulſum, additumque Eccleſiae Catholicae, qualis poſt converſionem, exeunte ſcilicet Auguſto, evaſit. Dicendum ergo videtur, non adeo exacte Auguſtinum hic translationis tempus intueri, ſed late, aliquot ſequentibus menſibus etiam comprehenſis. Et forte ſupra n. 2. illis verbis, *Nos adhuc frigidi &c.* ipſum translationis tempus inſpicit; hic vero ad ſequens digreditur, puta ad menſem Septembris. Iuxta hanc opinionem poſteriore verba ſummarii capitis data ſunt. Ante converſionem ſiquidem Auguſtinus vere proprieque poſt Deum non currebat. Dandum vero quidquam amplificationi: qua ſublata, omnino praedicandum eſt, etiam dum Caſſiciaci moraretur, poſt Deum cucurriſſe. An quippe poſt Deum non currit qui altiſſima caritate flagrat? Hanc vero in Auguſtino ſub arbore ficI renovato nec caecus non videt. Quem Auguſtinum pingit Dionyſius Carthuſianus lib. de Arcta via ſalutis, cap. 10. *Quod propter bonitatem Dei, & eius amorem induci debeat homo ad mundi contemptum.*

(*k*) *Et tandem reſpiramus.* = Ita MS. optimus S. Cr. Ricar. Feſ. Car. & communiter tum MSS. tum editi codices cum BB. qui tamen admonent, tres e MSS. ab ipſis viſos habere: *& tuerum reſpirans.* Non quidem prorſus intoleranter, cum ſequatur, *quantum.* Verum, *tandem*, poſtulatur ab adverbio *olim*, & ab ipſo textu, quo ſpiritualis profectus gradus exponuntur.

Dicit *quantum patet aura &c.* corpus ſuum ſecundum praeſentem infirmitatem inſpiciens: iuxta illud Iſ. 46. *Omnis caro foenum.* Sap. 9. 15. *Corpus, quod corrumpitur aggravat animam.* 2. Cor. 5. 1. *Scimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſolvatur &c.*

Et haec Auguſtinus ad tempora, ſuae

Digitized by Google

ſuae converſionis, ſcilicet ad an. 386. digreſſus, ne Divinis prodigiis, Mediolani tunc factis Lectores defraudaret. Nunc iterum ad an. 387. ad rerum ſuarum hiſtoriam.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 36. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

Divino prodigio Mediolani facto, ſuo loco omiſſo, digreſſione inde ſuppleto; nunc iterum ad rem ſuam Auguſtinus. Evodio etiam ſui Municipii iuvene iam olim ad Deum converſo, & baptizato, & ex ſaeculari militia, adcinctus divinae ſociatus, cum ſuis omnibus in Africam remeat. At apud Oſtia Tiberina conſtitutus, religioſa Matre, ad meliorem vitam tranſeunte privatur; Cuius hiſtoriam compendio daturus: praefatur nunc a ſobria potiſſimum decrepita famula honeſte educatam; a nonnulla autem vinolentia, in quam non temulenta cupidine, ſed puerili exceſſu impegerat, ab alia ancilla, noevum haud quidem zelo, ſed furore improperante correctam.

I. QUi habitare facis unanimes (1) in domo (*a*), conſociaſti nobis & Evodium iuvenem ex noſtro municipio. Qui cum agens in rebus militaret, prior nobis ad te converſus eſt & baptizatus, & relicta militia ſaeculari, accinctus in tua. (*b*) Simul eramus, ſimul habitaturi placito ſancto (*c*). Quaerebamus quiſnam locus nos utilius haberet ſervientes tibi: pariter remeabamus in Africam. Et cum apud Oſtia Tiberina eſſemus (*d*), Mater defuncta eſt. Multa praetereo, quia multum feſtino. Accipe confeſſiones meas & gratiarum actiones Deus meus, de rebus innumerabilibus etiam in ſilentio. Sed non praeteribo quidquid mihi anima parturit de illa famula tua, quae me parturivit, & carne ut in hanc temporalem, & corde ut in aeternam lucem naſcerer. Non eius, ſed tua dicam dona in ea; neque enim ſeipſam fecerat, aut educaverat ſeipſam. Tu creaſti eam, nec pater, nec mater ſciebat qualis ex eis fieret. Et erudivit eam in timore tuo virga Chriſti tui regimen unici Filii tui in domo fideli bono membro Eccleſiae tuae. Nec tantam erga ſuam diſciplinam diligentiam matris praedicabat, quantam famulae cuiuſdam decrepitae, quae patrem eius infantem portaverat, ſicut dorſo grandiuſcularum puellarum parvuli portari ſolent. Cuius rei gratia & propter ſenectam ac mores optimos in domo Chriſtiana ſatis a dominis honorabatur. Unde etiam curam dominicarum filiarum commiſſam ſibi diligenter gerebat, & erat in eis coercendis, cum opus eſſet, ſancta ſeveritate vehemens atque in docendis ſobria prudentia. Nam eas praeter illas horas quibus ad menſam parentum moderatiſſime alebantur, etiamſi exardeſcerent ſiti, nec aquam bibere ſinebat, praecavens conſuetudinem malam, & addens verbum ſanum. = Modo aquam bibi-
„ tis, quia in poteſtate vinum non habetis; cum autem ad ma-

(1) Pſ. 67. 7.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

„ ritos veneritis, factae dominae apothecarum & cellariorum, a„ qua ſordebit, ſed mos potandi praevalebit. = Hac ratione praecipiendi & auctoritate imperandi frenabat aviditatem tenerioris aetatis, & ipſam puellarum ſitim formabat ad honeſtum modum, ut iam nec liberet quod non deceret.

II. Et ſurrepſerat tamen, ſicut mihi filio famula tua narrabat, ſurrepſerat ei vinolentia. Nam cum de more tanquam puella ſobria (*e*) iuberetur a parentibus de cuppa vinum depromere, ſubmiſſo poculo qua deſuper patet, priuſquam in langunculam funderet merum, primoribus labris ſorbebat exiguum, quia non poterat amplius ſenſu recuſante. Non enim ulla temulenta cupidine faciebat hoc, ſed quibuſdam ſuperfluentibus aetatis exceſſibus, qui ludicris motibus ebulliunt, & in puerilibus animis maiorum pondere premi ſolent. Itaque ad illud modicum quotidiana modica addendo, quoniam qui modica ſpernit, paulatim decidit (1), in eam conſuetudinem lapſa erat, ut prope iam plenos mero caliculos inhianter hauriret. Ubi tunc ſagax anus, & vehemens illa prohibitio? Numquid valebat aliquid adverſus latentem morbum, niſi tua medicina, Domine, vigilaret ſuper nos? Abſente patre, & matre, & nutritoribus tu praeſens, qui creaſti, qui vocas, qui etiam per praepoſitos homines (*f*) boni aliquid agis ad animarum ſalutem, quid tunc egiſti Deus meus? Unde curaſti? Unde ſanaſti? Nonne protuliſti durum & acutum ex altera anima convicium tanquam medicinale ferrum ex occultis proviſionibus tuis, & uno ictu putredinem illam praeciditi? Ancilla enim cum qua ſolebat accedere ad cuppam, litigans cum domina minore, ut fit, ſola cum ſola, obiecit hoc crimen, amariſſima inſultatione vocans meribibulam. Quo illa ſtimulo percuſſa, reſpexit foeditatem ſuam, confeſtimque damnavit atque exſuit. Sicut amici adulantes pervertunt, ſic inimici litigantes (*g*) plerumque corrigunt. Nec tu quod per eos agis, ſed quod ipſi voluerunt retribuis eis Illa enim irata, exagitare appetivit minorem dominam, non ſanare, & ideo clanculo; aut quia ita eas invenerat locus & tempus litis; aut ne forte & ipſa periclitaretur quod tam ſero prodidiſſet. At tu Domine rector caelitum & terrenorum, (*h*) ad uſus tuos contorquens profunda torrentis, fluxum ſaeculorum ordinans turbulentum, etiam de alterius animae inſania ſanaſti alteram, ne quiſquam cum hoc advertit, potentiae ſuae tribuat, ſi verbo eius alius corrigatur quem vult corrigi.

(*a*) *Unanimes in domo.* = Lodovicus ab Angelis Auguſtin. Eremit. lib. 4. de Vita, & Laudibus S. D. c. 8. intuetur hic Symmachi verſionem, apud quam: *Qui abitare facis* Monachos *in domu*; adeoque cenſet Monachalem ab Auguſtino cohabitationem inſpectam. Sequitur autem paulo poſt: *Prior nobis ad te converſus eſt, & baptizatus*; Quod ad verbum teſtatur, Evodium non cum Auguſtino baptizatum. Et tamen Ambroſius Staibanus in Templo Eremit. *Venne nella Città di Milano a ricevere il ſalutar Sacramento del Batteſimo in compagnia de' ſuoi amici Nebridio, & Evodio, che doppo fu martirizzato &c.* Alphonſus Vigliegas in Vita S. D. *Il Santo Prelato* (*Ambroſius*) *lo fece catecumeno ... in compagnia di Nibridio, & Evodio, che doppo fu martirizzato &c.* P. Ribadeneira Ieſuita: *Lo battezzò di ſua mano S. Ambrogio, e con eſſo battezzò inſieme Evodio, & Alipio amici ſuoi &c.* Quod repetit Ludovicus

(1) Eccleſ. 19. 1.

cus Romae S. Ceciliae Presbyter eiosdem Ribadeneirae abbreviatur. Quod autem mirum eſt, Ambroſius Staibanus fluxae memoriae ſcriptor in eodem Templo Auguſtiniano, in hiſtoria geſtorum Evodii immemor eorum, quae ſcripſerat in vita S. D. haec iuxta hiſtoriae veritatem habet: *Intendendo* (Evodio) *la dottrina della ſalute, ſi lavò coll' acqua del ſanto Batteſimo prima del noſtro gran Padre S. Agoſtino, come egli medeſimo teſtifica nelle ſue Confeſſioni.*

(*b*) *Relicta militia ſaecolari, adcinctus in tua.* = Relicta ſaeculari militia Deo peculiari modo ſamulatus eſt. Ludovicus ab Angelis lib. 4. c. 8. hanc Dei militiam pro Religione interpretatur. Cui equidem Monachatum volenti nec propitii ſumus, nec adverſi; at generatim de aliquo Religioſo inſtituto dicenti, quodcunque illud fuerit, non dubitamus adſtipulari.

In Serm. apocrypho ad Fratres in Ermo 22. poſt med. (1) haec leguntur: *Licet enim medullam Scripturarum non intelligatis ſicut Evodius, Alypius, & Pontianus, qui Romae diu mecum commorati ſunt &c.* Quae ſic mendacii arguunt Benedictini in margine: *Evodium Romae cohabitaſſe Auguſtino, falſum intelligitur ex l. 9. Conf. c. 8.* Ita quidem ſi de prima habitatione, cum Auguſtinus an. 383. ibi Rhetoricam docuit, ſit ſermo; tunc enim Evodius, ut ex hoc cap. colligitur, ſaecularem militiam agebat. At ſecunda vice, de qua infra, Evodium Auguſtino Romae cohabitaſſe inficiari non poſſumus. Quanquam non ita longa fuerit mora illa, ut haud dura videri poſſint ea verba, *qui Romae diu &c.* De Evodio autem plura dicemus c. 12.

(*c*) *Simul habitaturi placito ſancto* = Adſtipulamur BB. qui admonent. = Sic „ habent MSS. & Arnaldus. At Bad. „ Am. Er. Lov. *ſimul habitabamus*.] Nobiſcum ſunt etiam MSS. 2. S. Mar. optimus S. Cr. Feſ. Car. nec non Som. Licet Vet. MS. Ricar. & manus forte aliena in margine optimi S. Cr. mendoſae lectioni ſuffragentur. *Mendoſae* diximus; vix enim ſociati, & poſiti in itinere, ſimul habitaturi erant, non habitabant. Sequitur item: *Quaerebamus quisnam locus &c.* Cohabitatio igitur erat in voto, & propoſito.

Quamdiu vero poſt Baptiſmum Auguſtinus Mediolani ſubſtiterit, arduum eſt definire. Unde BB. lib. 2. Vitae S. D. c. 11. n. 6. in fine: *Profitetur Auguſtinus multa ſe ſtudio brevitatis praeterire: unde quamdiu Mediolani poſt baptiſmum commoratus ſit, definire non poſſumus.* Et Bollandiſtae paragr. 9. n. 1. „ Neſcimus quanto tempore Neophytus „ noſter Mediolani poſt receptum baptiſmi „ ſacramentum manſerit. At certe de„ creverat in patriam redire cum con„ ſanguineis, & amicis, ut ibi ſimul com„ munem, piamque vitam ducerent. „ Quare Mediolano diſceſſit ad oſtia Ti„ berina brevi in Africam renavigatu„ rus, niſi repentina matris eius mors „ interveniſſet.] Verum cum hoc eodem anno, qui fuit aetatis ſuae 33. Matrem apud Oſtia Tiberina defunctam tradat: manifeſtum eſt, longe ante Novembrem Mediolanum reliquiſſe: eius quippe menſis die 13. annos ſuos complebat Auguſtinus.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

I. Utrum autem Oſtia petens, per Piſanos montes tranſierit, & in iis latentes Eremitas inviſerit (de quo Bartholomaeus Urbinas in fronte Milleloquii, Baptiſta Mantuanus lib. 8. de Sacris diebus, & ampliſſima Auguſtinenſium Scriptorum turba) otioſum arbitramur hic anxie quaerere. Certe in Licentii ad Auguſtinum Carmine in Epiſt. olim 40. nunc 26. (Alias, 39.) interpoſito, a v. 52. haec habentur.

„ O mihi tranſactos revocet ſi priſti-
„ na ſoles
„ Laetificis aurora rotis, quos libera
„ tecum
„ Otia tentantes, & candida iura bo-
„ norum
„ Duximus Italiae medio, monteſque
„ per altos
„ Nun me dura gelu prohiberent fri-
„ gora cano
„ Nec fera tempeſtas Zephyrum, fre-
„ mituſque Borini,
„ Quin tua ſollicito premerem veſti-
„ gia paſſu.

II. Utrum etiam Auguſtinus prope Centumcellas (*Civita-vecchia*) ad maris littus poſitas, & in SS. Trinitatis, cuius arcana volebat calamo utcunque digerere, meditatione ſuſpenſus, ab Angelo edoctus, atque deterritus ſit, qui ſub innocentis pueri forma, immenſas aequoris undas modica continendas fovea exhaurire ſatagentis, Auguſtino (qui id puerilem ineptiam crediderat) deridenti

(1) In Append. t. 6.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

denti reſponderit: Ita omnino implicare, Trinitatis myſterium humano ingenio capi; Id etiam inquam, quod ſagaciores alii graviſſimarum inde emergentium difficultatom conſcii ad Africam transferunt, nobis admodum incertum eſt. Licet fateamur eam traditionem ab innumeris baud indoctis vitis ſcripto conſignatam.

(*d*) *Cum apud Oſtia Tiberina eſſemus*. = Lucius Annaeus, nomine (ot iam quidem (1) ait) & ingenio Florus lib 1. Rerom Roman. c. 4. haec habet. „ Ancus deinde Marcius, Nepos ex filia „ Pompilii pari ingenio. Hic igitor & „ moenia muro amplexus eſt, & Inter„ fluentem Urbi Tiberim ponte com„ miſit: Oſtiamque in ipſo maris, flu„ miniſque confinio Coloniam poſuit: „ iom tum videlicet praeſagiens animo „ futurom, ot totius mundi opes & „ commeatus illo veluti maritimo Ur„ bis hoſpitio reciperentur.] Recta autem e Mediolano Oſtia tenderat; inde Romam, noo e contra: ut infra expendemus.

Ut in aeternam lucem naſcerer. = Ita BB. qui hic ſilent; ſed in *Syllabo codicum, ad quos de nova &c.* = Editi, „ *ut in aeternam lucem renaſcerer*. At „ MSS. *naſcerer*. Melius.] Nobiſcum ſunt nedum MS. optimus S. Cr. ſed & Er. & Lov. At vero MSS. 4. a Lov. viſi, MS. S. Mar. Feſ. Cat. Ricar. & Vet. *renaſcerer*. Et quidem non intoleranter: *renaſci* ſiquidem dicimur, in aeternam lucem: maxime ſi hic non tam primam Auguſtini pueri edocationem, quam peccatoris converſionem inſpectam cenſeas. Praeferenda tamen lectio noſtra ex eo, quod longantur lux temporalis, & aeterna: In temporalem autem naſcimur, non renaſcimur.

Nata erat Monnica an. Dom. 332. Silveſtri Papae 19. Conſtant. Imp. 27. De qua dicturus Auguſtinos, praeferi poteſt cum Gregorio Nazianzeno Orat. 11. quae eſt funebris in laudem ſororis ſoae Gorgoniae, ab initio. = Sorotem „ laudans, domeſtica predicabo: non ta„ men quia domeſtica, ideo falſo, ſed „ qoia vera, ideo laodabilitet: vera „ autem, non modo quia iuſta, verum „ etiam quia nota &c. Quocitca non hoc „ vereor, ne oltra veritatis metas pro„ filiam: ſed illud contra, ne infra ve„ ritatem ſobſiſtam, ac procol a rei „ dignitate remotos, laudatione mea glo„ riam ipſius imminuam &c. Proinde, „ nec quidquid alienum eſt, laudetor, „ ſi iniquum ſit: nec quidquid pro„ prium, & domeſticum eſt, contem„ natur, ſi honeſtum, & eximium: ne „ alioqui & illi lucro ſit, alienum eſſe, „ & huic propinqoitas dettimento ce„ dat. Utrinqoe enim aequitatis ratio „ laederetur, ſi & illi laude afficeren„ tur, & hi ſilentio praemerentur &c. „

(*e*) *Tanquam puella ſobria*. = Ideſt: Coi magnam ſobrietatem ſpiranti parentes optime fiderent. Ubi nos paullo inferius cum MSS. 2. S. Mar. optimo S. Cr. Ricar. Feſ. Car. editis, & BB. *temolenta cupidine*: Lyrenſis codex, *temulentiae cupidine*: male otioſum enim fuiſſet admonere, ſobriam poellam non ebrietatis deſiderio bibiſſe. Manifeſtus ſenſus eſt, non vini amore, ſed puerili levitate e cuppa primoribus labris nonnihil guſtatum a Monnica.

Quoniam vero praeter ea, quae Filius prodit, nihil de Monnica dare poſſumus; Officii noſtri ratio poſtulat, ot ſaltem fabulas, quae de illa circumferuntor, repellamus. Sont autem plutes per varias paginas diſſeminatae: quas heic ſingulas iungere, arduum, faſtidioſom, ac etiam inutile, & fere ſtultum eſſet. Et in MSS. & in nonnullis editis circumſertur Epiſtola ſub Auguſtini nomine ad Sororem: & ea foecundiſſima plurium, potiorumqne mendaciorom parens: quam proinde expugnare placet, ut brevi negotio, baud tenue lucrum conſequamur.

I. *Dilecta ſponſa Chriſti*. = Phraſis baec in ore graviſſimi viri ad Sororem, & quidem de domeſticis, ſecretiſque rebus ſcribentis ſtomachum movet. II. *Caram matrem* = Dilectionem utique haec vetba redolent, ſed filii rodis, ac levis ingenii. III. *Orationes, quas a matre, nomine* Facondia, *didicerat*. = Cui ſctibit, ot velut rem abſconditam aviae nomen aperiat? Mirum eſt etiam nonquam in ſuis ſcriptis hulus *Facundiae* Auguſtinum meminiſſe. IV. *Saepe panem de menſa in ſinu collocabat, & de paterna domo fugiens, pauperibus tribuebat. Hoſpites, & infirmos viſitabat: vicinas litigantes reprebendebat; pedes infirmorum ſaepe lavabat*. = Ptiora vix ruſtici filiam non dedecerent. Reliqua veto, *Hoſpites &c.*

(1) Cauſſin. & etiam Voſſ. l. 1. de Hiſtoric. Lat. c. 30. Claruit autem extremis Traiani temporibus, ideſt, an. 101. ut ex ipſomet l. 1. in Prologi fine.

de ſenilis aetatis vidua credi poſſent; Cum tamen haec eadem epiſtola Monnicam anno tertio-decimo aetatis ſuae iam viro traditam, ut mox videbimus, fabuletur. V. *Et cum eſſet annorum tredecim, eam nobili Patritio Carthaginenſi tradiderunt* Nec concivi haec ſcriberentur: minus vero ſorori, quam pater, eiuſque genus, & patria latere non poterant. Item, inquit S. D. l. 2. c. 3. n. 2. *Ubi me ille pater in balneis vidit pubeſcentem &c. quaſi iam ex hoc in nepotes geſtiret &c.* Ex eo inquam aliiſque pluribus locis coniici optime poteſt, Auguſtinum fuiſſe Monnicae primogenitum. At ſi annorum calculos ducas, videbis Auguſtinum natum anno Matris vigeſimo tertio; Quomodo ergo tradita haec viro cum eſſet annorum tredecim? VI. *Quanta etiam ſumma pulcritudine Dominus eam dotaverit &c.* = Dedecet virum graviſſimum, atque ſanctiſſimum corporalem matris pulcritudinem tam anxie pingere. Item, corporalis Monnicae pulcritudo longe melius, & exactius Filiae, quam Filio innoteſcere poterat. VII. *Filios in amni timore Domini erudivit* = Id etiam melius experta erat Filia. VIII. *Torum immaculatum cuſtodivit* = An id obſervatu dignum in Monnica excelſae ſanctitatis femina, divinis chariſmatibus cumulatiſſima? Similis haec laus eſt illi, qua, me & immenſo populo praeſente, ſacer Orator exornare voluit S. Franciſcum, quod nempe omnibus Eccleſiae Sacramentis munitus ex hac vita migraverit. IX. *Cum autem vixiſſet cum viro ſuo fere annis duodecim &c.* = Scribit Aug. l. 3. c. 4. n. 1. *Cum agerem annum aetatis undevigeſimum, iam defuncto Patre ante biennium.* Monnica ergo cum viro ſuo vixit ſaltem annis decem & octo. Et ſi Auguſtinum ultimo-genitum diceres, ut ex hac Epiſtola deduceretur, vide quot anni addendi eſſent. X. *Reſpexit Dominus humilitatem Ancillae ſuae, & exaudivit lacrymas eius; Nam inſpiravit Dominus maritum, ut deinceps uxorem pudicam, & caſtam ſervaret.* = Non ſummam hanc ſed coniugalem pudicitiam Patritio lacrymis Monnica deſiderabat, ne ſcilicet alieno concubitu pollueretur. Immo quod primo poſtulabat, erat Catholica fides a qua Patritius idololatra procul aberat; Quae manifeſte habentur cap. ſeq. n. 1. & 4. Equidem ſummam continentiam Monnicam deſideraſſe admodum veroſimile arbitramur; ſed non exegit pennas, vel alas ab eo, in quo plantae deſiderabantur. XI. *Quia dum vir eius vivebat, poteſtatem proprii corporis non habebat, ideo eleemoſynas non ita largiter tribuebat. Sed poſtea &c.* In qua forma eſt hoc argumentum? Hocce ne argumentum Auguſtini Dialecticorum principis? Non habebat poteſtatem proprii corporis, Ideo non tribuebat eleemoſinas! Nec vir habet poteſtatem ſui corporis, & tamen &c. Potius dixiſſet: Non habebat poteſtatem corporis, ideo non adhuc, ut admodum veroſimiliter optabat, perfectam continentiam vovebat. XII. *Dum in die Penteceſtes eſſet refecta refectione illius panis, qui de caelo deſcendit &c. per diem ac noctem abſque corporali cibo perſeveravit.* = Id minime portentum, ſaltem in Monnica de qua ante dictum fuerat: *Tanta autem gratia Ancilla Chriſti ieiunando alios praecellebat quod diebus, quibus ad coenam vocabatur, tanquam ad amaram medicinam accedebat.* Si Monnica ſolita erat coenae parcere: haud dandum miraculo, quod ſemel, die maximae ſolemnitatis, Euchariſtico cibo refecta & a prandio abſtinuerit. XIII. *Cum ad Oſtia Tiberina infirmaretur, & Sacramentum a nobis fideliter peteret, nec dolore ſtomachi vexata valeret retinere, viſibiliter infantulus nocte media ad lectum famulae venit, eumque in pectore amplectens, anima illa ſancta ad coelum volavit.* Prorſus fidem excedit, id Auguſtinum reticere voluiſſe in his Confeſſionibus, in quibus circa ea, quae in ultima Matris infirmitate apud Oſtia contigerunt adeo exactus, & fere minutus fuit.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Epiſtolae ergo, quae circumfertur ſub nomine Auguſtini ad Sororem (Aliqui addunt, *virginem Perpetuam*) nulla prorſus fides debetur. Monnicae autem tres tantum filios agnoſcimus, Auguſtinum, Navigium, & piam Viduam illam, de qua Poſſidius in Vita S. D. c. 26. ut obſervavimus l. 1. c. 6. D. n. 3.

XIV. Nonnulli Scriptores, ut Cornelius Lancillotus l. 2. Vitae S. D. c. 23. Ribera, Ioſeph Renatus, & alii ex ſcriptis apocrophis, & popularibus traditionibus plures filias Monnicae tribunnt; quidam nempe duas: alii treas: *Perpetuam, Felicitatem, & Baſilicam.* Quanquam non omnes uno modo loquantur; ſunt enim qui dicant, duas poſteriores non Monnicae filias, ſed Auguſtini ex altero tantum parente (ſcilicet *Patritio*) ſorores. Vocant item Mon-

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Monicae Patrem, *Aurelium*, Matrem, *Facundam*. Fortaſſe Monnica alios, praeter tres a nobis adſignatos, filios habuit: ſed temere fingendi non ſunt. In Africa celebres fuere *Perpetua*, & *Felicitas* martyres, quarum frequenter mentionem habuit Auguſtinus, eaſque non uno ſermone exornavit. Ex quibus occaſionem natam eas ſorores Auguſtino adfigendi, Daniel Papebrochius in Appendice ad diem 4. Maii, & forte etiam Benedictini (de his enim diſtinctam memoriam non habemus) nonnihil ſuſpicati ſunt.

Porro fabula quantum ſpectat ad *Felicitatem* ex hiſce fortaſſe principiis male digeſtis orta eſt. Hippone multa fuiſſe Virginum Monaſteria teſtatur Poſſidius in Vita S. D. cap. 31. quoddam vero praecipue, quod Auguſtinus velut *hortum Dominicum* (ut ipſe loquitur Epiſt. olim 109. nunc 211. n. 3.) plantaverat. Vera S. D. Soror, & cuius nomen ignoramus, plures annos eidem Monaſterio praefuerat, ut habemus ex Poſſidio cap. 26. Eiuſdemque Coenobii Sanctimonialibus ſcripſit Auguſtinus Epiſt. 211. quae ad poſtremos eius annos commode revocatur: ipſius enim Soror, quae illius Monaſterii praepoſita diu fuerat, iam e vivis abierat (laudata Epiſt. 211. n. 4. *Omnes quae illuc veniſtis, ibi eam aut S. Praepoſitae ſorori meae ſervientem, placentem, aut &c.*) & in eius locum alia ab ipſa educata ſucceſſerat. Arbitrantur autem quidam hanc novam Praepoſitam fuiſſe ipſam *Felicitatem*, cui Auguſtinus dedit Epiſt. (quae olim 87. nunc 210.) cum hac inſcriptione: *Dilectiſſimae & ſanctiſſimae matri* Felicitati, *& fratri Ruſtico, & ſororibus quae vobiſcum ſunt &c.*

Cenſentes ergo Scriptores (nec forte perperam) *Felicitatem*, de qua Epiſt. 210. fuiſſe ipſam Monialium Praepoſitam, de qua Epiſt. 211. Cumque certum ac liquidum ſit huic Monaſterio praefediſſe aliquando Auguſtini Sororem: nec advertentes hanc iam e vivis abiiſſe cum eae ſcriberentur Epiſtolae: potuerunt iidem Auctores inferre Auguſtini Sororem, quam Ancillarum Dei fuiſſe Praepoſitam ex Poſſidio & ipſo Auguſtino habemus, appellatam *Felicitatem*.

Verum tamen eſt (ut infortunium, quod ſaepe cor noſtrum torſit vel ſemel prodamus) Puſſidium, virum quanquam magno obſequio nominandum, in texenda Auguſtinianarum rerum hiſtoria fuiſſe non admodum diligentem & accuratum.

(*f*) *Qui etiam per praepoſitos homines*. = Antonius Arnaldus, Benedictinis teſtibus, ſuſpicatur legendum eſſe, *per perverſos*, vel, *per praepoſteros homines*. Ea ſuſpicio & nobis inſidet: innuetur enim Auguſtinus praepoſteram ancillam, quae amariſſima inſultatione puerile crimen Monnicae obiecit. Verum nedum editi, & MSS. a BB. ſed & a nobis viſi, ſcilicet MSS. duodecim, nec non Vet. communem lectionem praeferunt. Senſus igitur erit, Deum nedum ſeſe, ſed & per praepoſitos homines, velut per inſtrumenta animas a vitiis revocare.

Contemnit tamen ſuſpicionem Arnaldi *Pherepon*, & ita definit. = Hoc „ eſt, quos tibi *praeponis*, ut poſt „ eos veluti lateas, ac per eos oc„ culte agas. Nihil ergo mutandum. „ Ceterum hic Auguſtinus vere, quod „ aiunt, fluctus in ſimpulo excitat.] Vere in parvo calice, velut in lato mari fluctus excitas *Pherepone*, vir livoris fabricator. Quidquid enim ſit de tuo commentario, qui nimis a longe advocatus, & violentus videtur. Haec Auguſtinus expendit, horrens vel tenuem Matris vinolentiam; utque Dei clementiam homini miris modis ſuccurrentem extollat. Haec inquam inſpiciens, nempe levis maculae horrorem, & Numinis gloriam, *fluctus in ſimpulo excitat*. Tu, cui haec diſplicent, vinolentiam non multum exhorres: nec erga Numinis gloriam adeo amice deportaris.

(*g*) *Sic inimici litigantes*. = Id etiam expendit S. Doctor Epiſt. 73. (Alias, 15.) ad Hieronymum, n. 4. hiſce verbis. = Hoc eſt enim quod acute vidit „ qui dixit, Utiliores eſſe plerumque „ inimicos iurgantes, quam amicos „ obiurgare metuentes. Illi enim dum „ rixantur, dicunt aliquando vera, „ quae corrigamus; iſti autem mi„ norem, quam oportet, exhibent „ iuſtitiae libertatem, dum amicitiae ti„ ment exaſperare dulcedinem.] Fere etiam ad hoc propoſitum loquitur Epiſt. 223. (Olim, 48.) ad Vincentium Rogat. c. 2. n. 4.

(*h*) *Rector caelitum, & terrenorum*. = Lectio haec, quod unam faciem praeferat, pulcrior eſt; eamque habent BB. & ante ipſos Vet. Baſil. Lov. Som. MSS. 2. S. Mar. optimus S. Cr. Fe. Car. At MS. Benignianus, BB. teſtibus, *caeli tui*. Et, & MS. Ricat, *caeleſtium*.

Fluxum ſaeculorum ordinans turbulen-

lentum. = Editi fere concordes ſunt. Suffragatur etiam MS. S. Mar. Feſ. tamen, Car. optimus S. Cr. alter S. Mar. & potiores e MSS. a BB. viſis *ordinate turbulentum*. Vet. & MS. Tornacenſis, *ordinate turbolenta*. MS. Ricar. *ordinante te, turbolenta etiam &c.* Hoc loco ſumus ancipites.

Vix exemplaribus Italis admovemus oculos, & mox plures in illis errores deprehendimus. Levioribus omiſſis; n. 1. *Nè tanto debito della ſua ſanta educazione aveva mia madre alla propria ſua diligenza, quanto a quella d'una certa ſerva &c.* Ubi hic de Monnicae matre? Lege ergo: Nè tanto e„ ſaggerava per la buona ſua educazio„ ne la diligenza di ſua madre, quanto „ d'una certa ſerva &c. = Io ſine. *Nè alcuno attribuiſca a propria virtù il vedere dalle proprie di lui parole corretto un altro, ch' egli vuole unicamente confuſo.* Non inquit Auguſtinus, *nec*, quod apud nos Italos eſt, *ne*. *Sed ne*, quod ſanat, *acciocchè non*. Item: opponit ſermonem hunc praecedenti; adeoque de increpantibus animo vere corrigendi loquitur. Sic igitur prorſus incorruptum Auguſtini monitum redde: „ Acciocchè taluno ciò oſſervando, non „ riſonda nella ſua virtù, ſe per mez„ zo delle ſue parole quello ſi correg„ ga, di cui veramente inteſe la cor„ rezione. Fit autem ſenſus: Verbis animo malo prolatis alicuius ſalutem nonnunquam Deum operari: ut qui bono animo increpans, aliquem ad saniorem frugem revocat, correctionis fructum Deo tribuat.

A.Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Praedicat Matris prudentiam, ac tolerantiam; quae viri impudicitiam, coniugii iura violantem diſſimulans: & animum nimis ferocem temporibus modiſque opportunis cohibens, placide vixit: eumdem Patritium extremis illius vitae annis Eccleſiae etiam, & pudicitiae lucrata. Qua tolerantia pariter Socrum ſuam malorum ancillarum ſuſurris primo in ſe irritatam vicit, & prorſus in ſuas partes traxit. Addit inde, & exteros diſſidentes componendi gratia valuiſſe; Dei ſervis magno famulatam obſequio; Filios, quos ſemel mundo, centies Deo peperiſſe.

I. EDucata itaque pudice ac ſobrie, potiuſque a te ſubdita (*a*) parentibus, quam a parentibus tibi, ubi plenis annis nubilis facta eſt, tradita viro ſervivit veluti domino, & ſategit eum lucrari tibi, loquens te illi moribus ſuis, quibus eam pulcram faciebas, & reverenter amabilem atque mirabilem viro. Ita autem toleravit cubilis iniurias, ut nullam de hac re (*b*) cum marito haberet unquam ſimultatem. Expectabat enim miſericordiam tuam ſuper eum ut in te credens caſtificaretur. Erat vero ille praeterea ſicut benevolentia praecipuus, ita ira fervidus (*c*). Sed noverat haec non reſiſtere irato viro, non tantum facto, ſed ne verbo quidem. Iam vero refracto, & quieto, cum opportunum videret rationem facti ſui reddebat, ſi forte ille inconſideratius commotus fuerat. Denique cum matronae multae quarum viri manſuetiores erant, plagarum veſtigia, etiam dehoneſtata facie gererent, inter amica colloquia illae arguebant maritorum vitam, haec earum linguam, veluti per iocum graviter admonens, ex quo illas tabulas quae matrimoniales vocantur, recitari audiſſent, tamquam inſtrumenta, quibus ancillae factae eſ-

 ſent

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

ſent (*d*), deputare debuiſſe; proinde memores conditionis, ſuperbire adverſus dominos non oportere. Cumque mirarentur illae, ſcientes quam ferocem coniugem ſuſtineret, nunquam fuiſſe auditum, aut aliquo indicio claruiſſe, quod Patricius ceciderit uxorem, aut quod a ſe invicem vel unum diem domeſtica lite diſſenſerint, & cauſſam familiariter quaererent, docebat illa inſtitutum ſuum, quod ſupra memoravi. Quae obſervabant, expertae gratulabantur, quae non obſervabant, ſubiectae vexabantur.

II. Socrum etiam ſuam primo ſuſurris malarum ancillarum adverſus ſe irritatam, ſic vicit obſequiis, perſeverans tolerantia & manſuetudine, ut illa ultro filio ſuo medias linguas famularum proderet, quibus inter ſe & nurum pax domeſtica turbabatur, expeteretque vindictam. Itaque poſtea quam ille & matri obtemperans, & curans familiae diſciplinam, & concordiae ſuorum conſulens, proditas ad prodentis arbitrium verberibus coercuit, promiſit illa talia de ſe praemia ſperare debere, quaecumque de ſua nuru ſibi, quo placeret, mali aliquid loqueretur; nullaque iam audente, memorabili inter ſe benevolentiae ſuavitate vixerunt.

III. Hoc quoque illi bono mancipio tuo, in cuius utero me creaſti, Deus meus miſericordia mea, munus grande donaveras, quod inter diſſidentes atque diſcordes quaſlibet animas, ubi poterat, tam ſe praebebat pacificam, ut cum ab utraque multa de invicem audiret amariſſima, qualia ſolet eructare turgens atque indigeſta diſcordia, quando praeſenti amicae de abſente inimica per acida colloquia cruditas exhalatur odiorum (*e*), nihil tamen alteri de altera proderet, niſi quod ad eas reconciliandas valeret. Parvum hoc bonum mihi videretur, niſi turbas innumerabiles triſtis experirer, neſcio qua horrenda peſtilentia peccatorum latiſſime pervagante, non ſolum iratorum inimicorum iratis inimicis dicta prodere, ſed etiam quae non dicta ſunt addere (*f*); cum contra homini humano parum eſſe debeat inimicitias hominum nec excitare nec augere male loquendo, niſi eas etiam extinguere bene loquendo ſtuduerit, qualis illa erat docente te magiſtro intimo in ſchola pectoris.

IV. Denique etiam virum ſuum iam in extrema vita temporali eius lucrata eſt tibi, nec in eo iam fideli planxit, quod in nondum fideli toleraverat. Erat etiam ſerva ſervorum tuorum (*g*). Quiſquis eorum noverat eam multum in ea laudabat, & honorabat & diligebat te; quia ſentiebat praeſentiam tuam, in corde eius ſanctae converſationis fructibus teſtibus. „ Fuerat enim unius „ Viri uxor, mutuam vicem parentibus reddiderat, domum ſuam „ pie tractaverat, in operibus bonis teſtimonium habebat (1). Nu„ trierat filios, toties eos parturiens, quoties abs te deviare cer„ nebat. „ Poſtremo nobis Domine omnibus, qui ex munere tuo ſinis loqui ſervis tuis, qui ante dormitionem eius in te iam conſociati vivebamus percepta gratia baptiſmi tui, ita curam geſſit, quaſi omnes genuiſſet, ita ſervivit quaſi ab omnibus genita fuiſſet.

(*d*) Po-

(1) 1 Tim. 5. 9.

(a) *Petinſque a te ſubdita &c.* = Inſinuat indolem bonam, docilem, egregiamque ſortitam: iuxta illud Sap. 8. 19. *Sortitus ſum animam bonam*. Sequitur; *ſategit eum lucravi tibi*; Et revera lucrata eſt, ut habetur inferius n. 4. Sic & Gregorius Nazianz. Orat. ſupra laudata, n. 24. ſeu, ante finem, Sororem ſuam laudat, quod tandem maritum Deo lucrata ſit: Merito dicitur Eccleſ. 26. 1. *Mulieris bonae beatus vir*. Et quidem minimi penditur mulier bona, ſi in viro *corporis capſulam diligens, animae aurum, quod in eo reconditur, non adtendit*: ut graviſſime ſcribit, & probat Nicolaus 2. ad Reginam Galliae: ſeu, Petrus Damiani ex eodem, l. 7. Epiſt. 9.

(b) *Ut nullam de hac re &c.* = Et quidem poterat de re tali acsi zelo virum perſtringere, eiusdem Auguſtini iudicio, qui Serm. 392. (Alias, Homil. 49. inter 50.) c. 4. ita praedicat = No-
„ lo talem patientiam habeant Chriſtia-
„ nae mulieres: prorſus zelent viros
„ ſuos, non propter carnem ſuam, ſed
„ propter animas illorum. Omnino er-
„ go moneo: ego praecipio, ego iu-
„ beo, Epiſcopus iubet, Chriſtus in me
„ iubet .... nollte permittere viros
„ veſtros fornicari. Interpellate contra
„ illos Eccleſiam. Non dico iudices pu-
„ blicos, non Proconſulem, non Vica-
„ rium, non Comitem, non Imperato-
„ res, ſed Chriſtum. In ceteris omni-
„ bus ancillae eſtote virorum veſtro-
„ rum, ſubditae ad obſequium &c. ſed
„ ubi ventum fuerit ad illud negotium
„ ubi vos Apoſtolus aequavit, dicens,
„ Uxori vir debitum reddat, ſimiliter
„ & uxor viro .... Clamate pro re
„ veſtra] Plura haud diſſimilia pro viris cum feminis colligi poſſunt ex concluſione morali Homiliae 15. in cap. 4. Epiſt. ad Epheſ. S. Ioannis Cryſoſt. Vide ſaltem, ſi vacat, Auguſtinum Serm. 9. de 10. Chordis (Alias, 96. de Temp.) c. 4. n. 4. Immo deteſtabilius videtur adulterium in viro, quam in femina: Quod profecto cum hominibus, quorum, iuxta Davidis (1) oraculum, *mendaces* ſunt *ſtaterae*, durum ac falſum videri ſolet, bonum, immo neceſſarium eſt Chriſtianorum doctiſſimi ipſa verba exſcribere; inquit ergo lib. 2. de Adulterinis Coniugiis ad Pollentium, cap.
8. = Sed cum haec eis dicimus, non
„ ſolum nihil volunt detrahere ſeveri-
„ tati, ſed iraſcuntur inſuper veritati
„ & loquuntur, atque reſpondent: Sed
„ nos viri ſumus. An vero ſexus no-
„ ſtri dignitas hanc ſubſtinebit iniu-
„ riam, ut cum aliis feminis prae-
„ ter uxores noſtras ſi quid admittimus
„ in luendis poenis mulieribus compa-
„ remur? Quaſi non propterea magis
„ debeant illicitas concupiſcentias viri-
„ liter frenare, quia viri ſunt: quaſi
„ non propterea magis debeant mulie-
„ ribus ſuis ad virtutis huius exemplum
„ ſe praebere, quia viri ſunt: quaſi
„ non propterea minus debeant libidine
„ ſuperari, quia viri ſunt: quaſi non pro-
„ pterea minus debeant laſcivienti car-
„ ni ſervire, quia viri ſunt! Et tamen
„ indignantur, ſi audiant adulteros vi-
„ ros pendere ſimiles adulteris feminis
„ poenas, cum tanto gravius eos pu-
„ niri oportuerit, quanto magis ad eos
„ pertinet & virtute vincere, & exem-
„ plo regere feminas. Chriſtianis equi-
„ dem loquor, qui fideliter audiunt,
„ *Caput mulieris vir* (2): ubi ſe agnoſcunt
„ duces, illas autem comites eſſe debe-
„ re. Et ideo cavendum viro illac i-
„ re vivendo, qua timet ne uxor ſe-
„ quatur imitando. Sed iſti, quibus di-
„ ſplicet, ut inter virum & uxorem
„ par pudicitiae forma ſervetur, & po-
„ tius exigunt, maximeque in hac cauſ-
„ ſa mundi legibus ſubditi eſſe, quam
„ Chriſti, quoniam iura forenſia non
„ eiſdem quibus feminas pudicitiae ne-
„ xibus viros videntur obſtringere: le-
„ gant quid imperator Antoninus, non
„ utique Chriſtianus, de hac re con-
„ ſtituerit, ubi maritus uxorem de a-
„ dulterii crimine accuſare non ſinitur,
„ cui moribus ſuis non praebuit caſti-
„ tatis exemplum, ita ut ambo dam-
„ nentur, ſi ambos pariter impudicos
„ conflictus ipſe convicerit. Nam ſu-
„ pradicti Imperatoris haec verba ſunt,
„ quae apud Gregorianum (3) leguntur.
„ *Sane*, inquit, *meae litterae nulla par-*
„ *te cauſſae praeiudicabunt. Neque enim*
„ *ſi penes te culpa fuit, ut matrimo-*
„ *nium ſolveretur, & ſecundum legem*
„ *Iuliam Eupaſia uxor tua nuberet: pro-*
„ *pter hoc reſcriptum meum adulterii*
„ *damnata erit, niſi conſtet eſſe commiſ-*
„ *ſum. Habebunt autem ante oculos in-*

A. Ch. 387
Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

(1) Pſal. 61. 10.
(2) Epheſ. 5. 23.
(3) Gregoriani vix aliqua nunc ſuperſunt fragmenta, inter quae illa cernitur Antonini conſtitutio totidem verbis & ex hoc ipſo Auguſtini libro, credimus, illuc collecta. Eius pars habetur etiam apud Ulpianum §. 3. lib. 13. de Adult.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

„ *quirere, an tum tu pudite viveres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuiſſet. Periniquum enim mihi videtur eſſe, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibet; quae res poteſt & virum damnare, non ob compenſationem mutui criminis eam inter utrumque componere, vel tanſſam facti tollere.* Si haec obſervanda ſunt propter decus terrenae civitatis &c] Et cap. 10. = Haec autem me de utroque ſexo memineris dicere, ſed maxime propter viros: qui propterea ſe feminis ſuperiores eſſe arbitrantur, ne pudicitia pares eſſe dignentur: in qua etiam praeire debuerunt, ut eos illae tanquam ſua capita ſequerentur &c. Neque enim carnem non habent feminae, quibus viri aliquid tale nolunt licere, quaſi eis quia viri ſunt liceat. Sed abſit hoc a meliori ſexu, ut tanquam honori debeatur, quod pudori detrahitur, cum honor iuſtus virtuti, non vitio debeatur. Quin immo &c.

Ut autem ad rem noſtram redeamus, praeſens Auguſtini teſtimonium oſtendit Monnicam non tam corpus, quam animam ſui viri quaeſiiſſe. At inquies: Cur carnali peſſumdato, nec divinum zelum Monnica exſeruit? R. Patet ex contextu: Attendebat ut cum Chriſtiana religione continentiam indueret. Vix enim multis iurgiis, & ſimultatibus viri ferocis, & idololatrae impudicitiam coercuiſſet.

(c) *Sicut benevolentia praecipuus, ita ira fervidus.* = Ita paſſim experientia teſte. Quod Caeſar Spetianus S. Caroli Borromaei miniſter, Navarrae, & inde Cremonae patriae ſuae epiſcopus &c. vir prudentiſſimus, non ſemel laudatus, monito 3. his verbis obſervat = Nell'eleggere padroni, ſi debbono fuggire più quelli, che ſono volubili, che tutti gli altri, perchè con queſti non vale induſtria, o pazienza a ſodisfarli, come ſi può fare co' collerici, che colla pazienza ſi vincono, e con loro ſopportando, ſi guadagna aſſai: Imperciocchè i collerici ſono naturalmente amorevoli] Et monito 146. *Si ſuol dire che l' uomo collerico è amorevole, ed è vero in molti.* Cuius rei naturalis Philoſophia plures rationes, vel cauſſas exhibet. Ingenuitas etiam iram comitari ſolet; quod nempe magnus fervor quaſi ebolliens, pectoris arcana foras propulſet. Quanquam ſat erat dixiſſe: hominem fervidum eſſe benevolum, iuxta illud Monoſtich. Trochich. *Falſitas, affectioque nunquam eamdem habent domum.* Solent etiam magna ira ferventes homines ferre in ictu oculi manſueſcere. Unde mirum eſt, & fere ſcenae ſimile: ipſum eumdem, qui diſtricto gladio te minabatur confodere: mox proiecto ferro, ambobus te amicis brachiis amplecti. Ceterum, ut ad primum redeamus fidelitatem benevolentiamque fervori iungi, in brutis etiam experiri eſt.

(d) *Quibus ancillae factae eſſent.* = Id quidem feminis inculcandum; Geneſ. enim 3. 16. & 1. Cor. 14. 34. inſinuatur. Sed interim viri haud nimis extollantur; neque enim uxor omni modo ancilla, cui velut mancipiis, aut vulgaribus ſervis maritus dominetur; Dicitur quippe Gen. 2. 18. *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Et 3. 12. *Mulier, quam dediſti mihi ſociam.* Sit uxor ancilla: at etiam ſocia, quae e viri coſta, non pedibus educta eſt. Et quidem in utroque coniuge fidei thori iura paria eſſe, immo adulterium in viro magis intolerabile ex Aug. vidimus ſupra; licet feminae ſuſpecta fides flammis, & ferro expietur; virorum autem manifeſta adulteria, aliquot uxorum querelis deleantur, & non raro etiam prorſus impune graſſentur; quod durum, barbarum, ac ſumme iniuſtum eſt. Quaedam habet Baſilius Homil. 7. in Examer. quae favere videntur viris, puta quod tolerandi ſint licet *aſperi temulenti &c.* At eadem ipſa obſervat in favorem mulierum Hyeronimus in cap. 19. Matth. Ut praetereamus Ethnicos, puta Quintilianum ſeniorem 259. Liban. declam. 6.

II. Ex iis quae hic ſequuntur: *Nunquam fuiſſe auditum &c.* & ex aliis, quae habentur cap. XI. *Quia enim valde concorditer vixerant &c.* Nimis pinguis erroris arguitur P. Liborius Siniſcalchus Ieſuita (qui ſcripſit an. 1732.) qui in Oratione panegyrica pro S. Monnica punct. 2. haec habet. = Era queſti (*Patritius*) fiero di genio, aſpro di tratto, e barbaro di coſtumi; ſenza pietà, ſenza humanità altro non faceva di continuo, che caricarla di villanie, ſpaventarla con minacce, e tormentarla con battiture; e quaſi non baſtaſſe egli ſolo, animava co' ſuoi furori gli ſdegni della ſuocera, e gli oltraggi delle ſerve &c. „

Socrum etiam ſuam &c. = Qui ut Monnicae ſocrus iniquorum ſuſurris irritari poſſunt, audiant graviſſimum moni-

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

nitum S. Iſidori Peluſiotae Epiſt. 90. ad Marcianum Preſbyrer. = Rumigerulis „ aures ne praebeas. Si enim accuſato„ ribus facile credas, nunquam de„ erunt homines mendaces, & fingentes, „ Sed ſi placet, aures incorruptas prae„ be, & defendet ſeſe egregie qui ca„ lumniis oppreſſus eſt, & dolorem fru„ ſtra erga illum conceptum, in ipſos „ converres. „

(e) *Per acida colloquia cruditas exhalatur odiorum.* = Omnino cum Baſil. Lov. Som. Wangn. BB. ita legendum; non ut Ver. Am. Bad. Er. plures MSS. a BB. viſi, nec non MSS. a. S. Mar. Ricar. Feſ. Car. & 2. S. Cr. *crudelitas exhalatur &c.* Cum enim, ut conicimus, librarii metaphoram non adtenderent, ex indigeſtione depromtam, in qua ciborum cruditas ructatibus exhalatur, verbo, *cruditas*, ſubſtituerunt, *crudelitas*, quod verbum ſequenti, *odiorum* magis aptari videbatur.

Parvum hoc bonum &c. = Immo ſi rem haud frequentem pluris pendimus; bonum iſtud, quod rariſſimum eſt, maximum iure appellabimus. Qualia arcana etiam ſummo ſecreto commiſſa, non ſenſim in omnium notitiam vadunt? Equidem qui velut prudentes habentur, non mox, & omnibus acceptum ſecretum produnt; Sed aliquo elapſo tempore, opportuna occaſione data, uni vel alteri amico; Hic inde aliis; uſque dum tandem quod pectoris abyſſo commiſſum erat, integrae civitati manifeſtum fiat. Et non raro contingit, quod abs riſu ſpectari non poteſt, omnibus rem manifeſtam eſſe: at ſingolis alti ſecreti pacto traditam. Qui pandendi ſecreta febri laborant, aut ſemper, aut certe plerumque inſtabili, & levi mercurio praediti ſunt, quo arcani ponderi ſuccumbentes, eo ſe manifeſtatione exonerant. Haec iudicio noſtro eſt potiſſima peſtis, quae mortalium, maxime in communi viventium venerandum amicitiae foedus, mutuam benevolentiam, pacem deturbat, frangit, depopulatur.

(f) *Sed etiam quae non dicta ſunt, addere.* = Hoc autem vitium (licet non infrequens) non humanum, ſed diabolicum eſt. Cur ſiquidem non eſt diabolicum, quod nullam pacem non ſervat; ſed mentitur ut frangat? Iniquae impudentis linguae damna inſinuantur ſaepe in Divinis ſcripturis, maxime in Iacobi Canonica. Acerrimis declamationibus vero perſtringuntur a Patribus: ex quibus ſat erit interim, ſi per otium licet, Valerianum Cemelienſem, (qui floruit an. 439.) vel Cemelenſem epiſcopum, Homil. 5. de Oris inſolentia conſulere.

Cum contra homini humana &c. = ſequimur BB. qui admonent = Sic le„ gendum videtur iuxta melioris notae „ codices. In editis porro legebatur, „ *animo humano*.] Editis ſuffragantur Ver. MS. S. Mar. Ricar. & 2. S. Cr. At placuit ſelecta lectio, quod S. D. libenter ex ſimilitudine verborum laudat. MS. S. Mar. Car. & Feſ. ſimpliciter, *tum contra homini parum &c.*

(g) *Erat etiam ſerva ſervorum tuorum.* = Puta Ambroſii, & ſimilium. Ut & hac ratione Dei ſerva eſſet, inque eius dominium iret; bene ſiquidem in elementis philoſophicis, de Cive cap. 8. de Iure Dominorum in ſervos, n. 6. dixit Thomas Hobbes, vel Hobbius, peſſimus quidem theologus, ſed non imperitus philoſophus, *Quoniam ergo & ſervus ipſe, & ea quae habet, omnia Domini ſunt &c.* Obſequium erga Dei ſervos pietatis in eumdem Deum abundantia gignitur. Sic pariter in naturalibus: cum aliquem ardenter diligimus, eius etiam conſanguineos, & amicos obſequio intuemur. Quia vero noſtro hoc ſaeculo caritas in Deum refriguit: hinc & eius ſervi, atque miniſtri contemnuntur.

Inde S. D. Matrem laudat ex iis, quae in vidua exigit Apoſtolus 1. Tim. c. 5. Et hoc autem caput fere integrum exſcribit Mayro floſculorum collector; & inde concludit: *Ex quibus dictis accipiuntur exempla optima ad mulieres honeſtas iſtius faeminae exempla hortandas, de qua circa finem libri ſit concludit*: ſic ergo in pace &c. Quid ex hoc labore lucremur, non video.

CA-

(1) Haecttitus. Obiit die 4. Decem. an. 1679. aet. 91.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Exhibet exacte ſuum cum Matre colloquium, huius obitus die imminente, in feneſtra ad faciem orti poſita, de divinis rebus mira ſuavitate habitum. In eo vitae praeſentis vanitate contemta, alterius maieſtas diſcuſſa eſt; factusque inſignis ex ſenſibilibus ad ſuperiora progreſſus. Et tandem de ſummo myſticae cognitionis gradu diſputatum; Quid nempe ſi non aenigmate, non ſenſu, non creatura ulla interpoſitis, recta mens ad divina rapiatur? Inde Mater Filio de ſuis iam nimis erumpentibus in aeternam vitam flammis: quamque ſe praeſentis huius taederet.

I. IMpendente autem die (*a*), quo ex hac vita erat exitura, quem diem tu noveras ignorantibus nobis, provenerat (ut credo) procurante te occultis tuis modis, ut ego & ipſa ſoli ſtaremus incumbentes ad quamdam feneſtram, unde hortus intra domum quae nos habebat proſpectabatur, illic apud Oſtia Tiberina, ubi remoti a turbis, poſt longi itineris laborem (*b*) inſtaurabamus nos navigationi. Colloquebamur ergo ſoli valde dulciter, & praeterita obliviſcentes (*c*), in ea quae ante ſunt extenti, quaerebamus inter nos apud praeſentem veritatem quod tu es, qualis futura eſſet vita aeterna ſanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adſcendit (1). Sed inhiabamus ore cordis in ſuperna fluenta fontis tui, fontis vitae qui eſt apud te (2), ut inde pro captu noſtro adſperſi, quoquo modo rem tantam cogitaremus.

II. Cumque ad eum finem ſermo perduceretur, ut carnalium ſenſuum delectatio quantalibet, in quantalibet luce corporea, prae illius vitae iocunditate non comparatione, ſed ne commemoratione quidem digna videretur; erigentes nos ardentiore affectu in idipſum perambulavimus gradatim cuncta corporalia, & ipſum caelum, unde ſol & luna & ſtellae lucent ſuper terram. Et adhuc adſcendebamus interius cogitando, & loquendo, & mirando (*d*) opera tua, & venimus in mentes noſtras, & tranſcendimus eas, ut adtingeremus regionem ubertatis indeficientis, ubi paſcis Iſrael in aeternum veritatis pabulo, & ubi vita ſapientia eſt, per quam fiunt omnia iſta & quae fuerunt, & quae futura ſunt; & ipſa non fit, ſed ſic eſt ut fuit, & ſic erit ſemper; quin potius fuiſſe, & futurum eſſe non eſt in ea, ſed eſſe ſolum, quoniam aeterna eſt. Nam fuiſſe & futurum eſſe non eſt aeternum. Et dum loquimur & inhiamus illi, adtigimus eam modice (*e*) toto ictu cordis, & ſuſpiravimus, & reliquimus ibi religatas primitias ſpiritus, & remeavimus ad ſtrepitum oris noſtri, ubi verbum & incipitur & finitur. Et quid ſimile Verbo tuo Domino noſtro in ſe permanenti ſine vetuſtate atque innovanti omnia (3)?

III. Di-

(1) 1. Cor. 2. 9.
(2) Pſal. 35. 10.
(3) Sap. 27.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 36. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

III. Dicebamus ergo : ſi cui ſileat tumultus carnis , ſileant phantaſiae terrae (*f*) & aquarum & aeris , ſileant & poli , & ipſa ſibi anima ſileat, & tranſeat ſe non ſe cogitando , ſileant ſomnia & imaginariae revelationes , omnis lingua , & omne ſignum , & quidquid tranſeundo fit, ſi cui ſileat omnino ; quoniam ſi quis audiat, dicunt haec omnia . Non ipſa nos fecimus , ſed fecit nos qui manet in aeternum . His dictis ſi iam taceant , quoniam erexerunt aurem in eum qui fecit ea , & loquatur ipſe ſolus , non per ea , ſed per ſe ipſum , ut audiamus verbum eius , non per linguam carnis, neque per vocem Angeli, nec per ſonitum nubis (*g*), nec per aenigma ſimilitudinis , ſed ipſum quem in his amamus, ipſum ſine his audiamus, ſicut nunc extendimus nos , & rapida cogitatione attigimus aeternam ſapientiam ſuper omnia manentem ; ſi continuetur hoc, & ſubtrahantur aliae viſiones longe imparis generis , & haec una rapiat , & abſorbeat , & recondat in interiora gaudia ſpectatorem ſuum , ut talis ſit ſempiterna vita , quale fuit hoc momentum intelligentiae (*h*), cui ſuſpiravimus ; nonne hoc eſt , Intra in gaudium Domini tui (1)? Et iſtud quando? An cum omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur (2)?

IV. Dicebam talia, & ſi non iſto modo & his verbis , tamen Domine tu ſcis quod illo die cum talia loqueremur , & mundus iſte nobis inter verba vileſceret cum omnibus delectationibus ſuis, tunc ait illa : „ Fili , quantum ad me attinet , nulla iam (*i*) re
„ delector in hac vita . Quid hic faciam adhuc , & cur hic ſim
„ neſcio, iam conſumta ſpe huius Saeculi . Unum erat propter
„ quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam , ut te Chri-
„ ſtianum catholicum viderem prius quam morerer . Cumulatius
„ hoc mihi Deus meus praeſtitit , ut te etiam contemta felicitate
„ terrena, ſervum eius videam : quid hic facio ?

(*a*) *Impendente autem die &c.* = Bollandi continuator cap. 9. ſigno f. ad haec verba ita loquitur. = Praeter-
„ mittere tamen nolui colloquium ſancti,
„ cum matre , quod aliqui ex eo pro-
„ bare contendant, ſanctum Auguſtinum
„ in raptu vidiſſe eſſentiam divinam .
„ At cum plerique Patres, & Theologi
„ id ne de Moyſe quidem , aut Paulo
„ admittant , pro quibus tamen ſolidio-
„ ra in ſacris litteris fundamenta haben-
„ tur , videant illi quomodo eruditis
„ opinionem ſuam probare poſſint ex
„ loco ſatis obſcuro , & qui varias pa-
„ titur interpretationes .] Idem & iudicium noſtrum, ut inferius magis explicabimus.

Ubi remoti a turbis. = Ludovicus ab Angelis lib. 4. de Vita, & Laudibus S. D. c. 8. ita haec verba excipit .
„ Quia ſcilicet in eremo habitabant in
„ cellula : de qua Gerſonius mentionem
„ facit , dicens , quod Auguſtinus piae
„ matris Monnicae proſecutus fuerit pu-
„ blice ſiccis oculis occulte lacrymoſis :
„ *Ipſe ſolus in cella ſua* .] Niſi de verbis quaeſtio ſit , commentarius iſte minime nobis arridet ut domus navigationem attendentis , fuerit Monachorum coenobium cum veris & propriis cellulis.

(*b*) *Poſt longi itineris laborem &c.* = Ex hoc loco innumeri auctores arguuntur , qui opinantur , immo exploratum credunt , Auguſtinum e Madiolano Romam , ex hac Oſtia Teberina petiiſſe. Mille paſſus ſexdecies repetiti haud longum iter conficiunt , quodque magna laſſitudo ſequatur . Recta igitur Mediolano Oſtia petiit ; Matre autem defuncta, Romam rediit ; quod ultimo huius libri commentario latius expendemus . Sed & ex hoc eodem loco quod plures alii hiſtorici ſcribunt , delendum eſt , nempe Auguſtinum aut commodam navem , aut tempus navigationi opportunum apud Oſtia praeſtolatum ; Non quidem

(1) Matth. 25. 21.

(2) 1. Cor. 15. 51.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

dam hiſce cauſſis ab itinere ſuperſedit: ſed ut ipſe fatetur, ut ſe inſtauraret &c.

(c) *Et praeterita obliviſcentes &c.* = Ex illo Pauli loquitur Philipp. 3. 13. *Quae quidem retro ſunt obliviſcens, ad ea vero, quae ſunt priora extendens meipſum*. Praeterita temporalia ſunt, quae vix accedunt, & mox abeunt: Antepoſita vero ſunt aeterna, quae eamdem faciem ſemper, & conſtanter ferunt. Unde Boethius lib. 3. de Conſolatione proſa 2. ſic aeternitatem definivit: *Interminabilis vitae tota ſimul, perfectaque poſſeſſio*. De quo etiam vide, ſi placet, S. Thom. in 1. Diſtinct. 8. q. 2. ar. 3. & Diſtinct. 19. q. 2. ar. 1. & 1. p. q. 10. ar. 1.

(d) *Et loquendo, & mirando &c.* = Vet. Er. Lov. Wangn. Som. MS. S. Cr. *loquendo te*. Sed abeſt particula, *te*, a BB. eorumque MSS. nec non a 4. Med. 2. S. Mar. Ricar. Feſ. Car. & 2. S. Cr. quanquam enim in optimo primo poſita ſit particula, tamen eadem manu delenda inſinuatur. Iure autem, nec enim neceſſe erat nominare Deum, de quo integer dialogus.

Sic bene per gradus: Sole, Luna, Stellis, ceteriſque tranſcenſis creaturis ad Deum: iuxta illud Orphaei: *Et ſolum Regem formatorem adſpice mundi* = *Unicus ac ſibi perfectus ſunt omnia ab uno*. Quod fuſius Aratus:

„ Ille qui caelo defixit ſigna ſuperno
„ Partitis aſtris, ſtellaſque providit in
„ annum
„ Quae tempeſtates hominen, & ſigna
„ docerent.
„ Ut firma in terris eſſent certo or-
„ dine cuncta
„ Hinc primus illi, extremuſque adhi-
„ bemus honores.

(e) *Adtigimus eam modice*. = Quid adtigere? Caelitum felicitatem. Haec enim verba eorum relativa ſunt: *Ut adtigeremus regionem ubertatis indeficientis*. Unde & Bullandi continuator ſigno. g. *Nimirum coeleſtem beatitudinem de qua loquitur*;

Et ſuſpiravimus. = Ita communiter editi, & MSS. a BB. viſi, nec non MSS. duodecim Etruriae. At Corbeienſis codex BB. teſtibus, *ſuſum ſpiravimus*. Quae tamen diſcrepantia tantummodo Grammaticae eſt; *Suſpiro* enim eſt quaſi, *ſurſum ſpiro*; *Surſum* autem apud nonnullos antiquos legitur, *ſuſum*. Cat. cap. 157. *Ita ſubducito ſuſum animam, quam plurimum poterit, in triduo polypus excidet*. Vet. *iſpiravimus*. Ubi nos initio commentarii, *adtigimus*, Som. Wangn. & 4. MSS. a Lov. viſi, *adtingimus*: equidem non intuleranter.

(f) *Sileant phantaſiae terrae*. = Solvit hoc aenigma *Pherreponus*, talia oracula fundens: *Hae eſt ſpecies omnium rerum terreſtrium, quae ſeſe animo noſtro offert*. *Lib.* 3. *c.* 6. §. 10. *De iis Lucretius Lib.* 4.] Phantaſias terrae eſſe ſpecies, phantaſmata inquam, imagines terrae, hoc eſt terrenarum rerum: quis non loquente Pherepono, de tot arcanis obmuteſcente, deprehendere poterat? Neceſſum etiam erat Lectorem ad impium Poetam amandare, ut ab eo de *ſpeciebus rerum terrenarum*, verbis pueris notiſſimis, rebus, quas paſſim experimur, quidquam audiret.

(g) *Nec per ſonitum nubis*. = Et hoc arcanum dilucidat *Pherepanus* inquiens: *Hoc eſt, vocem e nube emiſſam qualem audivit Moſes*. Sed legitur etiam Matt. 17. 5. *Et ecce vox de nube dicens. Hic eſt &c.* Quod & alibi habetur. Haec quia nota, & nimis frequentia in ſacris hiſtoriis omittimus. At *Pherepono*, qui unum aperire voluit, onus incumbebat etiam de ceteris divinae revelationis inſtrumentis dicere: *non per linguam carnis, neque per vocem Angeli &c.* Quod autem ſupra inquit Auguſtinus: *Non ipſi nos fecimus &c.* ex illo Pſalmi 99. eſt: *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos*.

(h) *Quale fuit hoc momentum intelligentiae &c.* = Bollandi Continuator cap. 19. ſupra laudato, ſigno, *h*, verba haec ita dilucidat. = Ex hoc maxime „ loco evincere conantur Sanctum vi- „ diſſe eſſentiam divinam; Verum non aſ- „ ſerit Auguſtinus, ſaltem clare intelli- „ gentiam illam in omnibus ſimilem fuiſ- „ ſe intelligentiae beatorum, ſeu fuiſſe „ intuitivam, ut loquuntur theologi. „

Ita gravis, & prudens Ieſuita. At Gabriel Vaſquez eiuſdem inſtituti Theologus non ita modeſtus, tom. 1. par. 1. Diſput. 56. c. 2. obiicit ſibi Auguſtini teſtimonium ab illis verbis, *Si continuetur hoc &c.* uſque ad poſteriora, *Domini tui*: & ita reſolvit. *Sed certe Auguſtinus dulcedine viſionis captus, putavit ſe Deum vidiſſe; aut ut magnitudinem contemplationis, & extaſis, quam expertus fuerat, extolleret, eam comparavit aeterno gaudio &c.*

R. Quaſi de pia utique, ſed nimis bona muliercula loqueretur? Viſionem

Di-

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Divinae eſſentiae raptim, & momento factam alicui viventium Sanctorum concedere, aut abſurdum prorſus eſt? aut non quidem abſurdum, ſed tantum liberum, occurrentibus magnis momentis? Si poſterius hoc: facile evinci poterit, bonum illud haud temere Auguſtino datum magnae ſanctitatis viro, Chriſtianorum autem doctiſſimo: cui ſcilicet, poſt Apoſtolus, primum in Chriſtiana ſchola ſubſellium debeatur; & Monicae matri eiusdem, feminae ſanctiſſimae, ad Caelum, ad viſionem ſcilicet perfectam propoſito conſtanterque tenendam iamiam evolanti. Si autem abſurdum dicas homini non Apoſtolo honorem tantum concedere: quibus anguſtiis angeris, ut Doctorum ſummum mulierculae compares, cum non uno modo eiuſdem verba tutiori doctrinae aptare poſſis? Sat enim fuit quae Bollandi continuatur obſervavit. Addimus tamen ulterius; Dixit S. D. in fine n. 1. *pro captu noſtra adſperſi, quoquomodo &c.* Sub finem n. 2. *attigimus eam modice &c.* Haec veroſimiliter innuunt viſionis umbras quaſdam, imperfectoſque modos. Cumque hoc loco, quem dilucidamus, dicat Auguſtinus, *ſi continuetur hoc &c. ut talis ſit ſempiterna vita, quale fuit hoc momentum &c. nonne &c.* ſatis conіicere poſſumus ipſum conditione loqui, & per hypotheſim.

II. Ceterum ut quidquam de celebri quaeſtione hic a Bollandi continuatore ſuſcitata dicamus: Auguſtinus claram Dei viſionem Moyſi, & Paulo haud renuit concedere lib. 12. de Gen. ad Litt. c. 27. & Epiſt. ad Paulin. 147. (Olim, 112.) cap. 13. Immo ut plura paucis habeas, accipe verba eximii Theologi Rabaudy ord. Praedicat. in Academia Toloſ. quondam Anteceſſoris, qui t. 3. Exercit. Theologic. &c. Exercit. 3. cap. 1. de Poſſibilitate, ac modo Viſionis beatae, ſect. 4. *Utrum aliquis in hac vita poſſit videre, aut de facto &c.* haec habet = Circa illam autem diviſi ſunt tam Patres, quam „ Theologi, ſaltem quod ſpectat ad „ Perſonas, quibus de facto hic in via „ privilegium videndi Deum fuit conceſſum; Moiſi enim ac D. Paulo illud cum S. Auguſtino tribuunt SS. „ Baſilius, Ambroſius, Anſelmus, ac „ Ven. Beda. Parentem ſuum, ac Magiſtrum, ſequitur S. Thomas locis „ infra referendis, ac tota eius Schola, ſi forte Sylvium excipias, in hoc „ Eſtio obſecundantem. Praeter Thomiſtas, pro eadem ſententia citantur „ Abulenſis, Ricardus, & Durandus. E „ contra vero SS. Cyrillus, Hieronymus, „ Chryſoſtomus; & quidam alii, quos „ ex Theologis inter alios ſequuntur „ Molina, Suares, Granados &c. tale „ privilegium Moiſi, & Paulo denegant. „ Pro iſta ſententia ſtant hodie Iuenimus, & Lherminieus.] Et paragr. 2. in Concluſ. *Purus homo quamdiu eſt in via, non poteſt citra privilegium Deum per eſſentiam videre. Tale autem privilegium fuiſſe Moiſi, & Paulo conceſſum videtur probabilius.* Denique poſt initium ita loquitur. = Secunda pars concluſionis eſt aperte de mente Auguſtini, „ ut teſtis eſt D. Thomas mox referendus, qui ut in ſubiecta materia inquit „ noſter Cardinalis Capiſuccus Tomo 1. „ ſuorum Operum Theologicorum Controv. 20. quaeſt. unica Parag. 4. *Fuit „ utique in eiuſdem Auguſtini doctrina „ verſatiſſimus, nec ullus ipſum ſupra „ Thomam intelligere credendus eſt.*]

Vide etiam Vener. P. N. Thomam a Ieſu Hiſpanum inſignem Myſticae Theologiae Doctorem qui in Opere poſthumo, Diſp. 5. cap. 1. Auguſtinianam ſententiam late confirmat. Idem autem Diſp. 1. *de Natura, Subiecto, Cauſis, ac diverſis Raptus Speciebus*, cap. 14. in reſponſ. ad obiect. 2. contra aſſert. I. & Diſp. V. de *Raptu Pauli &c.* cap. 2. ultimo Praenot. velut admodum probabile ducet aliquoties Beatificam Viſionem conceſſam Virgini. Nos vero arbitramur, non admodum probabile, ſed fere certum, non aliquoties, ſed frequenter conceſſum Numinis Matri id ſolatii ac honoris.

(*i*) *Nulla iam re &c.* = Chriſtianae perfectionis aut ſummus gradus, aut magnum inditium. Simile quidquam refert Gregorius Nazianz. Orat. 11. de ſorore ſua Gorgonia mort. proxima, n. 25., ſeu ante finem. Iam autem Monnica ſimile quidquam meditabatur (*t*). *Ac brevi e terra ſperamus ſcandere in auras.* Verba huius cap. paenultima; *Servum eius videam*, utpote admodum inuſitata & arcana dilucidare voluit Phirepanoc peregrino hucce commentario: *Hoc eſt, coelibem vitam agere aggreſſum. Sic paſſim Auguſtinus κατ' ἐξοχὴν Eccleſiae miniſtros ſervos Dei vocat, ut ſupra vocatur Monnica ſerva ſervorum Dei* §. 22.

Mmmm Ser-

(*t*) Svid e Sybill.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Servum Dei non tantum caelibatum colentem, ſed quemcunque hominem peculiari modu Deo addictum appellari ratione forte, & exemplo tibi poſſem oſtendere (1). Sed quidquid ſit de hoc; quum apud vetuſtiſſimos Eccleſiae Patres, & etiam in prioris Foederis paginis plures homines *Dei ſervi* appellentur: vide qua polleas fronte, qui alibi in caelibatum debaccharis!

Iterum vero, ut etiam alibi, quaero a te, quid iniquam tuam mentem in tantam quoque inſaniam deportaverit, ut non ſemel, ſed pluſquam centies laureolam in muſtaceo quaeſieris? iactans nempe aliquot verborum Graecorum cognitionem ubi neceſſitas nulla poſtulabat? Mordens tu verba cap. 4. lib. 2. contra Academ. *Sine metro*: haec in Auguſtinum evomuiſti: *In ambiguitate ludit Auguſtinus, nec interea praetermittit occaſionem pauca verba Graeca, quae norat, proferendi*. Iam ex ore tuo te iudico, iuxta illud: *Unuſquiſque iudicat ſecundum quod eſt affectus*. Et quidem haec ſuſpicio, quae in te optime, uullo modo iu Auguſtinum quadrat. S. Doctor enim ex neceſſitate, vel ad maiorem aut eruditionem, aut ſermonis ornatum Graeca verba interponit. Ubique modeſtiam ſpirat, ut dicatur paſſim, *Doctorum modeſtiſſimus*. Graecae linguae cognitionem ſaepe aut diſſimulavit, aut (ut ſuo loco fuſe expendam) mirum in modum depreſſit. Nunc ad cauſſam tuam *Pherepone*: Tibi ad ornatum paginas has Graecis verbis onerare non licuit, adeo enim eorum levamini ſtuduiſti, ut innumera graviſſima dogmata, & implexa aenigmata prorſus intacta reliqueris. Omnium Eruditorum, etiam ex iis, qui in Eccleſiam Catholicam, & Patres maledicta ſcripſere iudicio, tanto faſtu ubique, ad omuia ingrederis, tanta ſuperbia tumes, ut videaris, & iure dici poſſis, *humani generis Lucifer*. Et in his denique ad Auguſtini aurea ſcripta morſibus, & in aliis tuis paginis iratis diis ſignatis millies Graecae linguae ſummam, conſummatamque peritiam tibi tribuiſti, iactaſti praedicaſti.

II. Quoniam vero coelibatus memoriam excitavit hoc loco *Pherepones*: me continere non poſſum, quin praeſtantiſſimum, achilleum, & novum ab ipſo contra eiusdem virtutis ſplendorem excogitatum argumentum Lectorum oculis ſiſtam, & iuſtis laudibus efferam. In Animadverſ. ad cap. 12. lib. de Sancta Virginit. in Coniugii laudes, velut in eius vitae, cui plurimae coronae debeantur, totus effunditur; Inde ita ſibi obiicit, atque reſpondet. = Atqui, inquies, „ coelibes ſpernunt voluptatem, qua in re „ magno animo opus eſt. Verum ſi ea „ ſunt temperatione corporis, ut coniu„ gium non poſſint non appetere, male „ faciunt qui ab eo abſtinent; nam *me„ lius eſt nubere, quam uri*. Quod ſi „ natura frigidiores nullu eiuſmodi appeti„ tu tententur, exigua ſane virtus eſt „ ab eo abſtinere, quod minime cupias. „

R. Ao mimus leviores gerras eructare poterat? Ita philoſopharis qui ſub finem Praefat. ad t. 12. ſeu ad tua in Auguſtinum convicia ſolita modeſtia praedicaſti: *Quamobrem & Dialecticam diligenter colui, ne ratiocinando fallerer, & c.* An vero non didiciſti ex primis Dialecticae ſyllabis, a natura ipſa depromtis, in argumentatione terminos diſtribuendos eſſe? Et quoniam, ut optime dixit Seneca Epiſt. 6. ad Lucil. *Longum iter per praecepta: Breve & efficax per exempla*: quid diceres de hoc argumento ad pellendos ab orbe Medicos, & medicinas: Aut extrema deſperata infirmitate homo adfectus eſt; & iam nihil ei proderunt Medici, & medicinae, Aut nulla laborat infirmitate; & iam non indiget Medicis, vel medicinis. Seu, ut ad rem praeſentem magis adcedam: Aut Chriſtianus ita ieiunio premitur, ut omnino ſuccumbat; & poteſt, immo tenetur frangere; Aut nullo modo praemitur; & *exigua ſane virtus eſt & c.* Dicimus ergo, inter eos, qui *coniugium non poſſunt non appetere*: & alios, qui *nullo eiuſmodi appetitu tententur* (ſi reperiantur qui ab humanarum infirmitatum omnium fortiſſima ita prorſus liberi ſint,) eos conſiſtere, qui aut nonnihil, aut multum quidem, & ſi mavis etiam plurimum tentantur, ſed tentationem aut vincunt, aut vincere ſe poſſe confidunt. Inde, quoniam cum Dialectico egregio diſputamus: poſſumus, atque debemus argumenti, ut loquuntur, ſuppoſitum, vel implicitum negare; neque enim ſolum ex pugna Virginitatis ſupra Coniugii merita celebrantur, ſed & ex candore, liberiſque, expeditis, acerrimis ad Divina raptibus, qui non ita in coniugatis, ut in virginibus deprehenduntur. *Volo autem vos*

ſine

(1) Idem, & quidem exactius obſervaverat iam Ioann. *Rivius* Erem. Aug. qui S. D. vitam Latine ſcripſerat an. 1645.

Digitized by Google

ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt quae Domini ſunt &c. Qui autem &c. 1. Cor. 7. a v. 32. Et haec contra hominem, ſuiipſius teſtimnnio, Dialecticorum omnium oraculum.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

C A P U T XI.

A R G U M E N T U M.

Quinque poſt haec diebus Monnica febri correpta, ultimum ſummumque prodidit Chriſtianae, tolerantiae, atque fortitudinis experimentum; Praeſentibus enim prorſus contemtis, atque aeternis inhians, ſepulcri curam omnem abiecit; De eo alterum Filium ſolicitum acri maieſtate deterruit; Suffragia ad altare Domini ubivis gentium pro animae ſuae expiatione facienda tantum, & anxie poſtulavit. Uſque dum tandem nimis ingraveſcente morbo, eius nempe die nono aetatis ſuae anno 56. Auguſtini 33. Monnicae anima ad tot virtutibus ſibi parctas aeternas coronas evolavit.

I. AD haec ei qnid reſponderim, non ſatis recolo. Cum interea vix intra quinque dies, aut non multo amplins decubuit febribus. Et cum aegrotaret quodam die defectum animae paſſa eſt, & paululum ſubtracta a praeſentibus. Nos concurrimus: ſed cito reddita eſt ſenſui, & adſpexit adſtantes me & fratrem meum, & ait nobis quaſi quaerenti ſimilis; Ubi eram? Deinde nos intuentes moerore adtonitos: Ponetis hic, inquit, matrem veſtram. Ego ſilebam, & fletum frenabam. Frater autem meus quiddam (*a*) loquutus eſt, quo eam non peregre, ſed in patria defungi tanqnam felicius optaret. Quo audito, illa vultu anxio reverberans eum oculis (*b*) quod talia ſaperet, atque inde me intuens: Vide, ait, quid dicit? Et mox ambobus: Ponite, inquit, hoc corpus ubicumque, nihil vos eius cura conturbet; tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare memineritis mei (*c*) ubi fueritis. Cumque hanc ſententiam verbis quibus poterat explicaſſet, conticuit, & ingraveſcente morbo exercebatur.

II. Ego vero cogitans dona tua, Deus inviſibilis, quae immittis in corda fidelium tuorum, & proveniunt inde fruges admirabiles, gaudebam & gratias agebam tibi, recolens quod noveram quanta cura ſemper aeſtuaſſet de ſepulcro, quod ſibi providerat & praeparaverat iuxta corpus viri ſui (*d*). Quia enim valde concorditer vixerant, id etiam volebat, ut eſt animus humanus minus capax divinorum, adiungi ad illam felicitatem, & commemorari ab hominibus, conceſſum ſibi eſſe poſt tranſmarinam peregrinationem, ut coniuncta terra amborum coniugum terra tegeretur. Quando autem iſta inanitas plenitudine bonitatis tuae coeperat in eius corde non eſſe, neſciebam, & laetabar admirans quod ſic mihi adparuiſſet (*e*); tanquam & in illo ſermone noſtro ad feneſtram cum dixit, iam quid hic facio? non adparuit deſiderare in patria mori. Audivi etiam poſtea, quod iam cum Oſtiis eſſemus, cum quibuſdam amicis meis materna fiducia colloquebatur quodam die de contemtu vitae huius & bono mortis, ubi ipſe non aderam; illiſque ſtupentibus virtutem feminae,

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

quam tu dederas ei, quaerentibuſque utrum non formidaret tam longe à ſua civitate corpus relinquere; Nihil, inquit, longe eſt Deo, neque timendum eſt, ne ille non agnoſcat in fine ſaeculi, unde me reſuſcitet. Ergo die nono aegritudinis ſuae, quinquageſimo & ſexto anno aetatis ſuae, trigeſimo & tertio aetatis meae (*f*), anima illa religioſa & pia corpore ſoluta eſt.

(*a*) *Frater autem meus quiddam &c.* = Ita ſermonem hunc Fratris innuit Auguſtinus, ut iure arbitrari poſſis fuiſſe implexum, atque tumultuarium: iuxta illud Senecae ad Elviam de conſolat. c. 1. *Omnis magnitudo doloris modum excedentis neceſſe eſt, ut ſtylo delectum verborum eripiat, cum ſaepe vocem quoque ipſam intercludat*. Ex praeſenti autem loco mirum fit Martinum V. in Serm. Tranſlationis corporis S. Monnicae, eamdem unius filii matrem appellare, niſi allegorico utatur ſermone, unigeniti viduam matrem inſpiciens, de qua Lucae 7. a v. 12. aut loquatur moraliter, Monnica enim ita Auguſtinum dilexit, & curavit, ut unigenitus hic videri poſſet.

Hic certe Auguſtini frater, cui nomen Navigius, de quo diximus l. 5. c. 6. D. n. 3. quibus adde lib. de Vita Beata, n. 14. ubi: *Dulcia inquam magis metuere Navigius deberet ſplene vitioſo*. lib. item 1. de Ordine, c. 3. n. 7. *Ergo ubi vidi ſtbalom noſtram, quantulumque aderat, nam & Alypius, & Navigius in urbem ierant, etiam illis horis non ſapicam &c.* Prorſus autem aſſentimur pluribus Scriptoribus exiſtimantibus, immo certum habentibus Navigium non quidem cum Auguſtino, ſed cum Matre in Italiam veniſſe, De quo diximus l. 6. c. 1. C.

Ambroſius Staibanus in Templo Eremit. S. Aug. plura omnino incerta tradit de Navigio; inter alia vero haec habet = Di cui (*cuius Coenobii*) volle Iddio per ſua divina diſpoſizione che Navigio ſuccedeſſe in luogo d' Agoſtino per Padre, e primo Priore di quella ſanta famiglia, eſſendo che eletto al Veſcovado, & alla cura paſtorale, non potendo per ſempre aſſiſtere, & eſſervi colla preſenza, ne diede il peſo a Navigio ſuo fratello, che fu l' anno del Signore 394. come ſcrive Battiſta Aloviſiano: & il medeſimo padre nel libro dell' ordine al cap. 2. & in quello della vita beata al principio]

Atqui Baptiſta Aluviſianus ad rem tantam nobis ſuadendam prorſus invalidus eſt. Auguſtinus praeter ea quae mox recitavimus, nec locis laudatis, nec alibi quidquam de Navigio habet. Immo, Fratrem Auguſtini matrimonium iniiſſe, & ex eo ſuſcepiſſe prolem non uno momento probari poſſe, vidimus l. 5. c. 6. D. n. 3. & velut exploratum ſcribunt Benedictini lib. 1. Vitae S. D. c. 1. n. 4. Tametſi ingenue fateamur nos, momentum graviſſimum, & prorſus ineluctabile, quo manifeſte evincatur, ſolum Navigium fuiſſe Auguſtino fratrem, in S. Doctoris ſcriptis non occurrere.

(*b*) *Vultu noxiu reverberans eum oculis &c.* = Haud prorſus ab ſimile quiddam de S. Theodoſio Coenobita, qui vixit annis 105., narrat Sim. Metaphraſtes ſub finem Vitae apud Laurent. Surium t. 1. die 11. ianuarii. = *Quin etiam cum quidam ſenex intenſam, ac vehementem vim morbi adſpexiſſet, & ei dixiſſet: Roga Deum, forte enim malum ſic ſiſtetur; non amica, nec benigno, ut ſolebat, eum adſpectu intuens, ne tu mihi, inquit, o Pater quidquam de ea dixeris.*

Sed cur voluit Deus tam longe a patris Monnicam ſuas relinquere exſuvias? Ne eas, arbitramur, infideles e noſtris manibus rapetent. Si enim vix magna potentia, & ingentibus ſumtibus Auguſtini corpus recuperavimus; quam facile de altero Matris actum fuiſſet, cuius fama, non ita ingentibus plauſibus, & longe lateque reſonabat? Alias vero: quae orbis plagae, ut Romanae, ex quibus *lex, & verbum Domini* (1), tantae feminae exuviis congruebant? Quae iam olim viderat Martinus V. in Serm. Tranſlat. circa med. = Quis vero non hic videat omnipotentis Dei pietatem, miſericordiam, providentiam, qui noluerit tam inſigni dono Italiam, quin potius terrarum orbem fraudari; non enim facile credo ſi in Africa diem obiiſſet, fuiſſet aliquis], qui beatas cineres collegiſſet, nec potuiſſet ſupereſſe tot Africae vaſtationibus tantarum reliquiarum

(1) De Sion egredietur le , & verbum Domini de Ieruſalem. Mich. 4. 2.

„ rum memoria. Non enim ſervaſſent
„ Matrem, qui Filium iam toto orbe
„ notom, ſi non ante translatus eſſet
„ perdidiſſent. Quanquam ne io oppido
„ quidem Oſtienſi tuta fuiſſent Sanctorum
„ oſſa, niſi Dominico praeſidio eſſent co-
„ ſtodita &c. ac ſane puto non aliam ob
„ cauſam ſervata eſſe Oſtiae ruinarom
„ veſtigia, quam ut his reliqoiis locus
„ eſſet, qoi aliquando referret quaſi
„ pignos per tot annos reſervatum. „

(c) *Ut ad Domini altare memineritis mei.* = Et ita factum eſt: ut ex ſequentibus conſtat. Tanta autem ſecuritate, prope Romam, in Africa educata Monnica ſuffragia poſtulat: ut nec ingenii admodum bebetis homo haud ſtatim coniiciat, per totam Eccleſiam id dogmatis tunc probatum, nec recens inductum, ſed a maioribus quaſi in haereditatem acceptum. Qua ergo fronte Thomas Burnetius Tract. *de Statu mortuorum, & reſurgentium*, cap. 4. *Quae futura ſit animae conditio diſſoluto corpore: ſive &c.* paolo poſt init. blaſphemat, aliorum haereticorum magna turba plaudente. = E reformatis Theolo-
„ gis non pauci metu Purgatorii, om-
„ nem ſtatum intermedium animarum
„ qnodammodo ſubſtulerant. Scili-
„ cet io evitandis vitiis, ſaepe incidi-
„ mus iu illam ſtultitiam, ot corramus
„ in contraria. Satis notum eſt, Purga-
„ turium Pontificium eſſe inventum ho-
„ manum, ad captum populi, & in o-
„ ſum Sacerdotii accommodatum.] Tametſi cap. 7. *de Iudicio ſupremo &c.* longe poſt med. non amplitudine tanta loquator: *Haec natuſſe ſufficiat ex Patribus uſque ad Auguſtinum: qua tempore degenerare coepit haec doctrina de purgandis Animabus ia ſupremo Igne, & in die Iudicii. Degenerare inquam coepit in Purgatorium ſpurium, & adulterinum &c.* Primis ſimillima effutierant Philippus Melancthon *de Eccleſia*, Mornaeus in Praefat. ad *Eccleſiae Rom. Sectatores*, & alii. Ioannes Calvinos autem rem nihil prorſus diſſimulare volnit, ſed tantum livide carpere, & qoidem audaciſſime; Unde lib. 3. *Inſtitutionum*, cap. 5. paragr. 5. *Monicam matrem ſuam in libris Confeſſionum Auguſtinus narrat, vehementer rogaſſe, ut ſui memoria in peragendis myſteriis fieret ad altare. Anilu ſcilicet votum, quod filius non exegit ad normam Scripturae, ſed pro naturae affectu probari aliis voluit.* Quo etiam reſpiciunt eiusdem lib. c. 20. ſect. 20. eructatae blaſphemiae, eſſe nempe Augoſtini ſcripta, *falſa &c. plusquam anilia deliramenta &c. hominem, quem decrepitae vetulae moveant deſideria &c.* Fulco in Confutatione Porgarorii pag. 78. 161., & 194. *Ex caecitate eum defendit*: Augoſtinus nempe pro deſunctis orationem. Vide etiam, ſi placet, Martinum Bocerum (qui obiit an. 1551. aet. 61.) impium ex Dominicanorum caſtris transfugam, qoi in 4. Evangel. in c. 12. Matth. pag. 311. mitius loquitur. Brentiom com ſuis in Confeſſ. Auguſt. Pleſſaeom l. 3. c. 9. pag 456. lin. 31. & c. 11. pag. 497. lin. 43.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Non expedit hic polemicam diſputationem texere. Suffragia defunctis iure exhiberi omni argumentorum genere evincunt Polemiſtae opportunis locis. Impiam ſuperſtitionem Matri haud indulſiſſet Augoſtinus, qui leves eiusdem maculas orbi aperuit, atqoe damnavit. Omnibus etiam diligenter adtentis, maniſeſtum ſit, ot initio obſervabamus, Matrem, & Filium id dogmatis & a commoni Catholicorom tum viventium ſenſu, & ab atavis accepiſſe. Poterat Filius etiam maximo dilectionis exceſſu Matri connivens, clam eam errorem dedocere: eumque inde ſilentio perpetoo ſepelire. Cor nemo aut ex Romanis, aut ex Africaois partibos, aut zelo, aot etiam livore contra novum dogma reclamavit? Contra dogma inquam in his Confeſſionibus omnium populorum manibus tritis ſcriptum praedicatum? Ceterum aodaciam illam Patribus caecitatem exprobraodi caſtigavit iam in Iuliano ſaepe Augoſtinus lib. 2. contra eumdem; Qoem in hoc bene imitatus Whitigiſtus Anglo-Calviniſta contra Carterovicum Puritanum, ſeo Conciſtorialem lib. 1. c. 27. pag. 341. auream hanc orationem cunctis haereticis, & ipſi auctori ſaepe obiiciendam fudit. = Hactenus nunquam viri in Ec-
„ cleſia docti extiterunt, priuſquam di-
„ ſciplinae Genevenſia axiomata a vobis
„ o Puritani, prodita ſont? Ante vos
„ exortos ſapientia extincta eſt? Rectius
„ vos quod Apoſtolorum tempore credi-
„ tum, aut factum foit intelligitis, qoam
„ Patres illi Apoſtolorum ſucceſſores?
„ Veteres illi, & antiquiſſimi maxima
„ ſalotis noſtrae myſteria adverſus tot
„ peſtilentes proximorum ſaeculorum hae-
„ reſes tueri, & propugnare potuerunt,
„ & externam Eccleſiae politiam interim
„ ignorabant? Diſtinctionem trium per-
„ ſonarum in beatiſſima Trioitate tenue-
„ runt: & diſtinctionem iuter Epiſco-
„ pum, & Presbyterum, quam io Ec-
„ cleſia ſua continoanda Chriſtus poſoe-
„ rat aſſequi neſcierunt? An tenebrae
„ quas.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

„ quas ſuperbia generat, ita in lucem „ verſae ſunt, & lux quae in veteribus „ Patribus eruditione, & ſanctitate conſpicuis toto orbe reſplenduit, ſic in „ tenebras converſa eſt, ut videat „ Carterovitus, Traverſius, Feoicus, & alii huiuſmodi Puritani, „ qui vix umbram eruditionis habent; „ Irenaeus autem, Tertullianus, Cyprianus, Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Gregorius, & „ reliqui ſanctiſſimi illi viri caeci iudicentur? Mortalium ſtolidiſſimus eſſe „ debet, qui ita iudicat. Concludam „ ergo hoc caput cum alia D. Auguſti „ ni ſaluberrima ſententia adverſus no„ vatores, quales vos eſtis: Oportet „ ut populi Chriſtiani antiquos illos Pa„ tres veſtris novitatibus anteponant, „ eiſque potius adhaereant, quam vo„ bis. „

Nedum autem ſuffragiorum, quae etiam alibi commendat Auguſtinus, ſed & Altarium religio ex hoc loco ſtabilitur. Quod Centuriatores haud inficiari valuerunt: nam Cent. 5. col. 645. *Habuerunt & Altaria quaedam, nam eorum eſt frequens mentio apud Auguſtinum*. At prorſus in haereticos quadrat, quod quidam eorum, nempe Ioannes Pomeranus in cap. 3. Ionae in Patres iaculatus eſt: *Ex eodem ore calidum, & frigidum efflant.*

(d) *Iuxta corpus viri ſui.* = Quod a viris ſanctitate eximiis expetitum eſt; ut enim plurima, quae ex Eccleſiaſtica hiſtoria peti poſſent, omittamus: de Abraham habes Geneſ. 25. a v. 8. de Iſaac Gen. 35. 29. de Iacob Gen. 47. a v. 29. & 49. 29. de Ioſeph Gen. 50. 24. de Rebecca, & Lia Gen. 49. 31. de Iudit. cap. ultimo eius hiſtoriae, v. 28. His ergo ſimilis fieri expetierat Monnica, Vocat autem inferius deſiderium huiuſmodi inanitatem, *iſta inanitas*; ut inſinuet in eo nihil equidem reperiri mali; bene vero quamdam ſummae exactiſſimaeque perfectionis vacuitatem.

(e) *Quod ſic mihi adparuiſſet.* = Ita Vet. Am. Bad. Er. Lov. MSS. undecim e noſtris nec non plures a BB. viſi, Sed iidem Patres cum MSS. aliquot ex praecipuis ipſis notis, Arn. Som. Wangn. & MS. Med *aperuiſſet*. Immerito tamen: Gaviſus eſt quippe Auguſtinus, & admiratus talem reperire Matrem, adeoque quod ſic adparuerit, non &c. Item, particula, *ſic*, verbo, *adpareo*, bene iungitur; at non ita alteri, *aperio*, cui potius, *hoc*, vel ſimile quidquam addendum erat. Denique uſitatus eſt iſte ſermo: *adparuit mihi iocundus, magnanimus &c.*

Defectum animae, de quo ſupra n. 1. Ecſtaſim fuiſſe arbitramur: ut Ioſeph Renatus, & alii obſervarunt.

(f) *Trigeſimo & tertio aetatis meae.* = Henricus Wangnereck haec admonet. = *Demonſtrat Baronius ſubeſſe mendum, & legi oportere trigeſimo & quinto. Quod probat ex aliis S. D. locis, recteque admonet &c.* Verum Baronii chronologia ab omnibus poſterioribus hiſtoricis impugnata, & prorſus expugnata eſt. Unde Benedictini. = *Hunc numerum omnes ad unum codices, cum editi tum ſcripti adſignant; unde intelligitur locum minime corruptum eſſe, quod ſuſpicatus eſt Caeſar Baronius ad an. 388. nr 71. & in Notis ad Mart. die 5. Maii.* Ita etiam omnes MSS. a nobis viſi, nempe 12. ſiquidem unus S. Mar. qui tertiusdecimus eſt, ultra lib. ſeptimum non progreditur. Et vetuſtiſſima editio anni 1484.

Quo autem menſe eadem pretioſa mors contigit? BB. lib. 2. Vitae S. D. c. 13. n. 2. in fine ita loquuntur: *Paucis forte diebus ante Idus Novembres anni ſupra trecenteſimum octogeſimi ſeptimi. Natalem tamen eius Eccleſia quarto Nonas Maii celebrat: quod cur ita fiat, nobis ignotum eſt.*

CA-

Digitized by Google

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

C A P U T XII.

A R G U M E N T U M.

Teſtatur vario, ubique elegantiſſimo orationis genere, in Matris obitu, ac funere magno ſe dolore percitum; eumque animo improbantem, & cohibentem geminis anguſtiis vexatum. Adeodato, qui efflante Monnica extremum ſpiritum, in vehementem planctum eruperat, ab omnibus, qui aderant refrenato, & compoſito: Pſalterium arripuiſſe Evodium, tota domo divino cantui plaudente. Verum poſt haec, & iuſtis etiam Monnicae perſolutis: adhuc dolore non remittente, balneas levaminis ſpe Auguſtinus adcedit: fruſtra tamen, & in caſſum; nonniſi capto inde ſomno ad aequam uſque menſuram recreatus. Addit tamen ingenue, hominis ſuperbe id interpretantis cenſuris peſſumdatis, menti iterum emergentibus tantae Matris imaginibus haud fuiſſe durum: ſed lacrymis, quas uſque tum continuerat in conſpectu Dei ut libere effluerent aditum permiſiſſe.

I. Premebam oculos eius, & confluebat in praecordia mea moeſtitudo ingens, & transfluebat in lacrymas, ibidemque oculi mei violento animi imperio reſorbebant fontem ſuum uſque ad ſiccitatem, & in tali luctamine valde mali mihi erat. Tum vero ubi efflavit extremum ſpiritum (*a*), puer Adeodatus exclamavit in planctum, atque ab omnibus nodis coercitus tacuit (*b*). Hoc modo etiam meum quiddam puerile quod labebatur in fletus, iuvenili voce cordis coercebatur & tacebat. Neque enim decere arbitrabamut funus illud quaeſtibus lacrymoſis gemitibuſque celebrare; quia his plerumque ſolet deplorari quaedam miſeria morientium, aut quaſi omnimoda extinctio. At illa nec miſere moriebatur, nec omnino moriebatur. Hoc & documentis morum eius, & fide non ficta, rationibuſque certis tenebamus.

II. Quid ergo erat quod intus mihi graviter dolebat, niſi ex conſuetudine ſimul vivendi lucidiſſima & cariſſima repente diſrupta vulnus recens? Gratulabar quidem teſtimonio eius (*c*), quod in ea ipſa ultima aegritudine obſequiis meis interblandiens appellabat me pium, & commemorabat grandi dilectionis affectu, nunquam ſe audiſſe ex ore meo iaculatum in ſe durum aut contumelioſum ſonum (*d*). Sed tamen quid tale Deus meus qui feciſti nos, quid compatabile habebat honor a me delatus illi, & ſervitus ab illa mihi? Quoniam itaque deſerebar tam magno eius ſolatio, ſauciabatur anima mea, & quaſi dilaniabatur vita, quae una facta erat ex mea, & illius.

III. Cohibito ergo a fletu illo puero, Pſalterium arripuit Evodius (*e*), & cantare coepit Pſalmum. Cui reſpondebamus omnis domus: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine (1). Audito autem quid ageretur, convenerunt multi fratres ac religioſae feminae; & de more illis quorum officium erat funus curantibus, ego in parte ubi decenter poteram cum eis, qui me non de-

(1) Pſal. 100. 1.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

deſerendum eſſe cenſebant, quod erat rempori congruum diſputabam (*f*). coque fomento veritatis mitigabam cruciatum tibi notum, illis ignorantibus, & intente audientibus, & ſine ſenſu doloris me eſſe arbitrantibus. At ego in auribus tuis, ubi eorum nullus audiebat, increpabam mollitiem affectus mei, & conſtringebam fluxum moeroris, cedebatque mihi paululum, rurſuſque impetu ſuo ferebatur, non uſque ad eruptionem lacrymarum, nec uſque ad vultus mutationem, ſed ego ſciebam quid corde premerem. Et quia mihi vehementer diſplicebat tantum in me poſſe haec humana, quae ordine debito, & ſorte (*g*) conditionis noſtrae accidere neceſſe eſt, alio dolore dolebam dolorem meum, & duplici triſtitia macerabar.

IV. Cum ecce corpus elatum eſt, imus, redimus ſine lacrymis. Nam neque in eis precibus quas tibi fudimus, cum afferretur pro ea ſacrificium pretii noſtri, iam iuxta ſepulcrum poſito cadavere, priuſquam deponeretur, ſicut illic fieri ſolet, nec in eis precibus ego flevi, ſed toto die graviter in occulto moeſtus eram, & mente turbata rogabam te ut poteram, quo ſanares dolorem meum, nec faciebas, credo commendans memoriae meae, vel hoc uno documemto omnis conſuetudinis vinculum, etiam adverſus mentem, quae iam non fallaci verbo paſcitur. Viſum etiam mihi eſt ut irem lavarum, quod audieram inde balneis nomen inditum, quia Graeci Βαλανῖον dixerint (*h*); quod anſietatem pellat ex animo. Ecce & hoc confiteor miſericordiae tuae Pater orphanorum, quoniam lavi & talis eram qualis prius quam laviſſem. Neque enim exſudavit (*i*) de corde meo moeroris amaritudo. Deinde dormivi & evigilavi, & non parva ex parte mitigatum inveni dolorem meum: atque ut eram in lecto meo ſolus, recordatus ſum veridicos verſus Ambroſi tui: tu es enim.

Deus creator omnium,
  Polique rector, veſtiens
  Diem decoro lumine;
  Noctem ſopora gratia; (*k*)
Artus ſolutos ut quies
  Reddat laboris uſui
  Menteſque feſſas allevet;
  Luctuſque ſolvat anxios.

V. Atque inde paulatim reducebam in priſtinum ſenſum Ancillam tuam converſationemque eius piam in te, & ſancte in nos blandam (*l*) atque morigeram, qua ſubito deſtitutus ſum; & libuit flere in conſpectu tuo de illa & pro illa, de me & pro me. Er dimiſi lacrymas quas continebam, ut efluerent quantum vellent, ſubſternens eas cordi meo; & requievit in eis, quoniam ibi erant aures tuae, non cuiuſquam hominis ſuperbe interpretantis ploratum meum. Et nunc Domine confiteor tibi in litteris. Legat qui volet, & interpretetur ut volet, & ſi peccatum invenerit (*m*) fleviſſe me Matrem exigua parte horae, matrem oculis meis interim mortuam, quae me multos annos fleverat ut oculis tuis viverem, non irrideat; ſed potius ſi eſt grandi caritate, pro peccatis meis fleat (*n*) ipſe ad te Pater omnium fratrum Chriſti tui.

(*o*) Ex-

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

(a) *Extremum ſpiritum.* = Ita cum Vet. & omnibus editis, & pluribus MSS. quos inter 3. S. Cr. 2. Med. Ricar. Benedictini; qui tamen teſtantur in plerisque MSS. ab ipſis viſis: quibus favent 2. Med. totidem S. Mar. Feſ. & Car. deeſſe vocem, *ſpiritum*. Verum cum diſcrepantia haec ſit penes vocem aut expreſſam, aut ſubintellectam, ut patet: de ea auxii non ſumus.

Ab omnibus nobis coercitus. = Quibus autem verbis? His puta, aut non diſſimilibus: Equidem fili in tanta Avia ingentem theſaurum amiſiſti: ſed & adhuc lacrymis tempera, quas aliis funeribus ſervare poteris: hocce quippe non funus, ſed divinum potius triumphum appellandum arbitramur. Maxime vero quoniam eamdem ipſam, quam olim in terris, exinceps, & quidem longe maiori lucro in caelis patronam habebis: iuxta illud de S. Angelo cuſtode carminibus duobus expreſſum: *O me felicem tanto cuſtode clientem* = *Seu regat in terris, ſeu ſuper aſtra vehat.* Quibus ſimilia obſervavit Chryſoſtomus ſub finem Homil. 41. in cap. 15. Epiſt. 1. ad Cor. Xenophon eximius philoſophus, & dux, Socratis diſcipulus, & Platonis aemulus accepto nuncio de morte filii, coronam de capite tulit: audiens vero inde, in iuſto praelio occubuiſſe, reſumſit. Ceterum pro ſimilibus eventibus graviſſimum eſt illud Terentii licet infidelis, & quidem turpis Andr. Act. 2. Sc. 1. *Quoniam non poteſt fieri quod velis: id velis, quod poſſis.*

(b) *Coercitus tacuit.* = Expedita in vehementi anguſtia obedientia haec bonam, atque docilem Adeodati indolem prodit. Nunc quae ad tanti ingenii laudem ſpectant addenda; iam enim ex hoc Adeodati memoria ex nobis abibit. Lib. de Beata Vita, diſput. 1. n. 12. haec habentur. = Nihil ergo nobis iam
„ quaerendum eſſe arbitror, niſi quis
„ hominum habeat Deum, beatus enim
„ profecto is erit. De quo quaero quid
„ vobis videatur. Hic Licentius: Deum ha-
„ bet, qui bene vivit. Trygetius: Deum
„ habet, inquit, qui facit quae Deus
„ vult fieri. In cuius ſententiam Laſti-
„ dianus conceſſit. Puer autem ille mi-
„ nimus omnium, Is habet Deum, ait,
„ qui ſpiritum immundum non habet.
„ Mater vero omnia, ſed hoc maxime
„ approbavit. Navigius tacebat. Quam
„ eum interrogaſſem quid ſentiret, il-
„ lud ultimum ſibi placere reſpondit.] Et diſput. 2. n. 18. = Itaque abs te quaero
„ puer, qui fortaſſe aliquanto ſereniore,
„ ac purgatiore ſpiritu iſtam ſententiam
„ protuliſti, quis tibi videatur immun-
„ dum ſpiritum non habere: ille ne,
„ qui daemonem non habet, quo ve-
„ ſani homines fieri ſolent: an ille, qui
„ animam ſuam a vitiis omnibusque pec-
„ catis mundavit? Is mihi videtur, in-
„ quit, immundum ſpiritum non habe-
„ re, qui caſte vivit. Sed caſtum, in-
„ quam, quem vocas? Eum ne, qui
„ nihil peccet, an eum, qui ab illicito
„ tantum concubitu temperat? Quomo-
„ do, inquit, caſtus poteſt eſſe, qui ab
„ illicito tantum concubitu abſtinens ſe-
„ ſe, ceteris peccatis non deſinit inqui-
„ nari? Ille eſt vere caſtus, qui Deum
„ attendit, & ad ipſum ſolum ſe te-
„ net. Quae verba pueri ſicut dicta e-
„ rant, cum conſcribi mihi placuiſſet
„ &c. „

Bollandi continuator cap. 9. ſigno, a, ad illud cap. 6. *Adiunximus nobis puerum Adeodatum*, profitetur: *Quamdiu Adeodatus ſuperfuerit poſt baptiſmum, non invenio*. Ita quidem; Habemus tantum eum Auguſtino in Africam remeaſſe, ibique eum eodem librum *de Magiſtro* digeſſiſſe; & quidem ut inquit S. D. c. 6. *cum eſſet in annis ſedecim*. At omnibus inſpectis, ſuſpicamur paulo poſt eumdem librum ſcriptum Adeodatum fato ceſſiſſe.

Neque enim decere arbitrabamur &c. = Ita etiam Gregorius Nazianz. Orat. 11. in laudem Sororis ſuae Gorgoniae, n. 26. ſeu ante finem. = *At mutae lacrymae, moerorque inturabilis (nec enim pium videbatur, eam, quae ita diſcederet, luctu proſequi) altumque ſilentium erat, ac mors illius ſacrae cuiusdam ceremoniae ſpeciem habebat.* At ſi plura his ſimilia deſideras, vide Gregorium Nyſſenum in Vita, ſeu Elogio S. Ephraem Syri; & integram orationem propoſito differentem: *Non eſſe dolendum ob eorum obitum, qui in fide dormierunt*. Zenonem Veronenſem epiſcopum (qui floruit circa med. ſaeculi 4.) Serm. de Reſurrectione. Ioannem Chryſoſtomum Homil. 6. in cap. 4. Epiſt. 1. ad Theſſalonic. Iſidorum Peluſiot. Epiſt. 28. ad Didym. Presbyt. & 396. ad Athanaſium Diaconum.

(c) *Hoc & documentis morum eius &c.* = Quid Centuriatores ad haec? Fremunt in Auguſtinum Cent. 5. cap. 4. pag. 507. quod cap. 25. lib de Peccatorum merit. & remiſſ. & alibi doceat quod mala opera damnent, & per bona aeterna vita adquiratur. Vide etiam Calvinum l. 3. 17. Cum millies autem

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

operum neceſſitatem ad aeternam ſalutem Auguſtinus doceat: ſat hoc loco nobis erit partem exſcribere ſuſi doctiſſimique ſermonis in Pſal. 31, quo eam dilucidat, & omni propemodum argumentorum genere evincit; Enarr. ergo 2. (quae eſt ſermo ad plebem) poſt init. ſeu n. 6. ita diſputat. = Quomodo ergo dicit A-
,, poſtolus iuſtificari hominem ſine ope-
,, ribus ex fide ; cum alio loco dicat,
,, Fides, quae per dilectionem operatur?
,, Non ergo Iacobum Apoſtolum Paulo,
,, ſed ipſum Paulum ipſi Paulo oppona-
,, mos, & dicamus ei: Hae nos quo-
,, dammodo permittis impune peccare,
,, cum dicis, *abitramur iuſtificari homi-*
,, *nem per fidem ſine operibus* (1), & hac
,, dicis, *Fides, quae per dilectionem ope-*
,, *ratur* (2). Quomodo hac quaſi ſecorus
,, fio, ſi operatus non fuero: hac autem
,, nec ſpem, nec ipſam fidem videor ha-
,, bere bonam ; niſi operatus fuero per
,, dilectionem. Teipſum audio Apoſtole.
,, Certe fidem mihi hic ſine operibus vis
,, commendare: opus autem fidei dilectio
,, eſt: quae dilectio vacare non poteſt, niſi
,, & mali nihil operetur, & quidquid poteſt
,, boni operetur. Quid enim facit dile-
,, ctio? *Declina a malo, & fac bonum* (3).
,, Hanc ergo fidem ſine operibus com-
,, mendas! & alio loco dicis, *Etſi fidem*
,, *habeam, ita ut montes transferam,*
,, *caritatem autem non habeam, nihil*
,, *mihi prodeſt* (4). Ergo ſi nihil prodeſt
,, fides ſine caritate, caritas autem
,, ubi fuerit, neceſſe eſt ut opere-
,, tur. Quomodo ergo iuſtificabitur
,, homo per fidem ſine operibus? Re-
,, ſpondet tibi Apoſtolus: Propterea hoc
,, tibi dixi o homo, ne quaſi de operi-
,, bus tuis praeſumere videreris, &
,, merito operum tuorum te accepiſſe
,, fidei gratiam: Noli ergo praeſumere de
,, operibus ante fidem.] Hae ſunt Cave, hae ſunt *Pherepone* quisquiliae, ad quas Auguſtinus Pſalmos exponens, a grammaticalibus ſtudiis ſecedens, plebeculam inſtruens, digredi ſaepe non dedignatur.

(*d*) *Aut contumelioſum ſonum.* = Haec lectio, quam BB. cum ſuis MSS. praeferunt, & cui ſuffragantur MS. Med. 2. S. Mar. & Feſ. maxime placuit, ſapit enim viri & elegantis, & dialectici phraſim, & conceptum exacte pingit. Maxime quoniam l. 1. de Serm. Dom. in monte c. 9. n. 24. *Quum ſi ſolus indignationis* ſonus *ederetur.* Editi cum 3. MSS. Med. totidem S. Cr. & Ricar. *contumelioſum ſermonem.* Significat autem nec minimum verbum, nec apicem non modeſtiſſimum aliquando in Matrem Auguſtinum iaculatum.

Ianſenius Yprenſis antiſtes t. 2. de *Ratione*, & Auctoritate lib. Prooemiali, cap. 20. pag. 19. col. 1. haec expendens, ita graviter loquitur. = Quem
,, etiam (*animum ad amorem propen-*
,, *ſum*) tanta ſinceritate erga carnalem
,, matrem iam tum vitiis deformis exhi-
,, bebat, ut teſtimonio, & quaſi teſta-
,, mento morientis matris hoc elogium
,, ei adhaeſerit, quod pius fuerit, nec
,, unquam &c. Parva haec forſan alicui
,, videantur, ſed non parvae ſecuturae
,, frugis, divinaeque in eum benigni-
,, tatis argumenta, qua talem indolem
,, ad opus ſuum ante Mundi conſtitu-
,, tionem deſtinaverat. Ex qua etiam ar-
,, cana vena fluxit ut ſemper ſapientum
,, conſiliis, & converſatione delectarus
,, eorum ipſe ſermonibus fixus inhae-
,, reret. ,,

Huc autem provocamus imperitos hiſtoricos plures Auguſtinum indomitae indolis iuvenem, & in Matrem ſuperbum, & audacem pingentes. Ioſeph Renatus a Ieſu Maria Auguſtinianus Excalc. lib. 2. Vitae S. Monnicae cap. 6. agens de eiusdem tolerantia: *Anzi eſſa modeſtiſſima, benchè ſua madre, veuva da lui indegnamente motteggiata ...., pure la pazientiſſima Monica non oſtante che riceveſſe tant' oltraggi da un figlio &c.* Non eſt cur aliorum verba demus, iam enim vulgi ore id tritum eſt. Equidem ſi vel minimum amplificationis fuiſſet in verbis Monnicae, quam libenter aut tunc, aut ſaltem inde, his Confeſſiones ſcribens eam laudem dialectico ſermone aut tollere, aut decurtare curaviſſet Auguſtinus, qui uſque ad Lectoris impatientiam, ut ita loquamur, & faſtidium de atomis ſe ad iudicium vocavit? Quinimmo, ut ex ſequentibus patet, idem elogium probavit, alio modo, comparatione nempe parvi pendere conatus: *Quid* comparabile habebat &c.

(*e*) *Pſalterium arripuit Evodius.* = Non ergo Alypius, ut fragiliſſimae memoriae ſcriptor Ambroſius Staibanus in Templo Eremit. in Vita S. Monnicae, cap. 2. in fine. Bollandi continuator cap. 19. haec admonet. *Evodius diu Auguſtino adhaeſit, factuſque deinde epi-ſco-*

(1) Rom. 3. 28.
(2) Galat. 5. 6.
(3) Pſal. 36. 27.
(4) 1. Cor. 13. 2.

ſcopus Uzalenſis, multa praeclare geſſit, quae videri poſſunt apud Zelimonianum t. 2. monumentorum, a pag. 591. Sed de Evodio plura habet & Cardinalis Noriſius lib. 2. Hiſtoriae Pelag. c. 23.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 36. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Nobis ſat erit de Evodio quaedam dare ex ſcriptis S. Doctoris. Eo interloquutore Dialogum habuit de Quantitate Animae, & alterum de Libero Arbitr. ut commemorat S. D. Epiſt. ad eumdem 162. (Alias, 101.) n. 2. circa an. 415. (1) Egregio pollebat ingenio, & Proculeianum partis Donatianae apud Hipponem epiſcopum pro Catholica veritate acri diſputatione perſtrinxit = Sed
„ ne mireris quod apud benevolentiam
„ tuam tamdiu tacui; non putabam in
„ hac te eſſe ſententia, quam mihi fra-
„ ter Evodius, cui fidem non habere
„ non poſſum, gaudens indicavit. Nam
„ cum forte contigiſſet; ut in unam
„ domum conveniretis, & ſermo inter
„ vos de ſpe noſtra, hoc eſt de Chri-
„ ſti haereditate ortus eſſet, ait di-
„ xiſſe benignitatem tuam, velle te bo-
„ nis viris ſedentibus conferre nobiſcum.
„ Quod te multum gaudeo noſtrae hu-
„ militati offerre dignatum &c. Audivi
„ quidem de memorato fratre te fuiſſe
„ conqueſtum, quod neſcio quid tibi
„ contumelioſe reſponderit; quod quae-
„ ſo te, ne illam contumeliam depu-
„ tes; quam certum mihi eſt, non de
„ ſuperbo animo proceſſiſſe, novi enim
„ fratrem meum, ſed ſi quid in diſpu-
„ tando pro fide ſua, & pro Eccleſiae
„ caritate dixit fortaſſe ferventius, quod
„ tua gravitas nollet audire, non illa
„ contumacia, ſed fiducia nominanda eſt:
„ Collatorem enim, & diſputatorem,
„ non aſſentatorem, & adulatorem ſe
„ eſſe cupiebat. Nam hoc eſt oleum pec-
„ catoris &c (2) Quamquam etiamſi fra-
„ ter Evodius aliquantum pro ſuae de-
„ fenſione communionis turbatior, ali-
„ quid elatius animo commotiore dixiſ-
„ ſet, aetati hominis, & neceſſitati
„ cauſſae te oporteret ignoſcere.] Epiſt. 33. (Olim 147.) n. 1. & 3. Bona de eius doctrina, & prudentia opinio aliorum animis inſederat: unde haud levium difficultatum ſolutio ab eo poſtulabatur. Valentinus enim Auguſtino ſcribens Epiſt. 216. (Olim, 256.) n. 3. (3) haec habet = *Propoſui ad auferendas impiae quaeſtiones, ut ad dominum ſanctum patrem Evodium mitteremus, ut ipſe nobis de hoc ſacroſancto libro propter ignaros aliquid certius reſcripſiſſet.* In imo autem margine haec admonent diligentiſſimi Benedictini = *Reſcripſit ſane Evodius, eiuſque ſuper hac ipſa re ad Valentinum epiſtola in codices S. Maximi Treverenſis reperta eſt a Iacobo Sirmondo, qui inde fragmentum iſtud in Praedeſtinat. Hiſtor. cap. 1. tranſtulit:*
„ Honorabiles fratres retulerunt nobis,
„ quia neſcio quae ibi quaeſtiones inter
„ vos natae ſunt de libero arbitrio,
„ & de iuſtitia Dei. Laudamus quidem
„ ſtudium veſtrum, ſed nolumus eſſe
„ contentioſum. Contentio enim per-
„ turbationem excitat, ſed ſtudium pie-
„ tatem requirit. Liberi arbitrii plenifſ-
„ ſimum affectum habuit homo primo
„ procreatus. Adam dico. Sed ubi
„ ſauciatum eſt ipſum liberum arbitrium
„ infirmatum eſt. Ergo eſt in homi-
„ ne nunc liberum arbitrium, ſed ſau-
„ ciatum. Inde dictum eſt, *Infirmatus
„ eſt in egeſtate vigor meus, & lumen
„ oculorum meorum non eſt mecum* (4). Ad
„ hoc recuperandum miſſus eſt medicus
„ Salvator Chriſtus, ut ſalvaret quod
„ perierat; & curaret quod vitiatum
„ fuerat &c. Legant ergo ſancti Dei
„ maiorum dicta, ſicut iam dixi qui
„ habent divini muneris pium affectum
„ & quando non intelligunt, non cito
„ reprehendant, ſed orent ut intelli-
„ gant.] Electus eſt Uzalenſis epiſcopus, ex Serm. 323. (Alias, 32. de Diverſ.) c. 2. n. 3. *Apud Uzalim, ubi eſt epiſcopus frater meus Evodius quanta miracula ibi fiant, quaerite & invenietis.* Simile quidquam occurrit lib. 22. de Civit. Dei, c. 8. n. 2.

Ut autem ad textum redeamus; in hunc ſonum, & cantum obiiciet forte quis ſententiam Petri Chryſologi in fine Serm. 19. *de Scriba, cui Chriſtus ſequi ſe non permiſit*, ubi = Numquid
„ tales piaculum de pietate non fa-
„ ciunt, qui ad luctum muſicam, ad
„ funera ſuorum extranea lamenta con-
„ ducunt? Ubi vero planctus non eſt,
„ ibi eſt empta, & mercenaria cantile-
„ na. Mortuum non artifex fiſtula, ſed
„ ſimplex plangit affectio. Chriſtus er-
„ go diſcipulum ſuum non deeſſe vo-
„ luit exequiis paternis, ſed profanis
„ luctibus noluit intereſſe.] Verum rem hanc altera ſententia Iſidori Peluſiotae lib. 3. Epiſt. 334. dilucidabit:

 Su-

(1) Scripta initio epiſc. Aug.
(2) Pſal. 140.
(3) Scripta circa an. 427.
(4) Pſal. 37. 11.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Supce mortuum plura, quoniam defecit lux eius: (1) *His verbis non hoc volt Scriptura, ut amues eos, qui e vivis exceſſerunt, lacrymis, ac luctu proſequamur: verum at eum, qui improbis actionibus extinctus eſt, nec vivam vitae rationem conſectatus eſt lugeamus, at deploremus, at qui a futura luce exceſſerit.* Nempe Chryſulogus de funere impiorum, & prufanis aautibus loquitur. Unde proxime ante recitata verba: *Accedebat ad cauſſam quod cadaver perfidiae perfidis agebatur obſequiis, & impietatis miniſterio pietas curabatur*, ingreſſus, *inquit*, Ieſus domum principis, vidit ſymphoniam (2).

(*f*) *Quod erat tempori congruum diſputabam.* = Puta, Munnicae ſanctitatem, & merits: vitae praeſentis fallacias, & aerumnas: alterius ſtabilitatem, & glurisui; Verbo: eam diſputationem orationem funebrem dicere poſſumus. Quod urationis genus apud Graecos Solonem philoſuphum (3), apud Rumanos autem Valerium Publiculam primo inſtituiſſe Bruditi plures arbitrantur. Talis autem ſtatim ſequuntur, ut videatur, religioſe fere dixiſſe Auguſtinum, quod profane Franciſcus Petrarca 1. Cant. 1. *Ma ſpero che ſia inteſa - La dove io bramo, e la dove eſſer dee - La doglia mia, la qual tacendo io grida.*

(*g*) *Quae ordine debita, ac fors. &c.* = Huminum nempe, ut in ſcena perſonatis contingit, poſt aliquod tempus abeuntium, & ſuccedentiam; & ea eſt ſurs conditionis noſtrae, faltem adtento Adae lapſu. Egregie autem ad hoc prupoſitum Epictetus ſolo naturae lumine Enchirid. cap. 8. iuxta interpret. Hieronymi Wulfii: *Singulis in rebus, quae vel delectant, vel uſui ſerviunt, vel diliguntur: memento conſiderare cuiuſmodi ſint exorſus a minutiſſimis: Si ollam diligis &c. ſi filiolum, aut uxorem: hominem a te diligi; nam eo mortuo, non perturbaberis.* Sed hoc potiſſimum inculcandum erat l. 4. c. 7. A.

(*h*) *Quia Graeci βαλανεῖον dixerint, quod &c.* = Ita communiter Philoſophi, & mediei linguarum periti. Hinc Diana, aliaeque Nymphae, iuxta Poetarum fabulas balneis frequenter immerſae. Quem Eruditurum communem ſenſum non ignoravit *Pherepon*: qui tamen, ut vel in unguibus Auguſtinum murdeat, eam etymulogiam conatur expugnare, contendens vucem illam ab Hebraica, *ballal*, originem trahere: *Sit revera*, inquit, *Graeci, quanquam abſurda haec eſt Etymologia, Scriptor Etymologici magni &c. At haec omnia merae ſunt Graeculorum nugae &c. Βαλανεῖον originem ducit a voce Hebraica ballal &c.*

℞. Equidem eam vocem a Graecis repetendam ultra erudiriſſimorum huminum auctoritatem, ratio etiam ſuadet: tota quippe Graeca eſt: nec a Iudaeis ad Graecos, ſed a Graecis ad Iudaeus deducta eſt.

Quidquid ſit tamen de hac etymologia, de qua, ut de pluribus, & vix non omnibus nunquam terminandae pueriles lites haberi poſſent; quid id cavillator ineptiſſime ad Auguſtini ſcopum? *Non ſic nubes caelum, nox diem, ſolem caligo, quomodo mentem caecat, & tenebrat invidia. Livor hos Iudaicus probat &c.* S. Petrus Chryſolugus in illud Matth. *Venit Ieſus in patriam ſuam &c.* Et de Invidia Serm. 48. initio: *Omnes perfidia qualiter excipit! O qualiter oculos claudit livor! quantum iudicium cordis nequitia praeiudicata confundit! a quam dure amputat obſtinatio rationem:* Idem Chyſolog. in illud Ioan. *Si quis ſermonem meum ſervaverit &c.* Serm. 131. ante med. Dixit Auguſtinus, *quod audieram &c.* quo ſatis innuit non pueriliter haec legentibus, balnearum virtutem, non etymologiam ſe inſpexiſſe. Nonnihil videlicet adultis Lectoribus hic ſenſus eſt: Viſum Auguſtino ut iret lavatum, quod audiſſet balneas, ſeu *balaneias* anxietatem pellere ex animo. Sit exemplum, debitores quippe ſumus ſapientibus, & inſipientibus: Si mundi contemtor diceret: Fugi ad Eremitarum cellulas, quod audiſſem ſic dictas, quia nos celent: ſenſus eſſet, ſe ad cellulas fugiſſe, ut mundi ſtrepitum declinaret, & ſolitudine frueretur: unde ſtulte, & vitioſo temporis diſpendio lividus homo ad illius dicta carpenda diſputationem iniret, qua oſtenderetur forte non a *celo* cellas appellatas.

Poſt verba ſuperiora, *verba paſcitur*, in tribus Anglicanis MSS. BB. teſtibus in *ſyllabo codicum, ad quos de novo &c.* additur, *difficile poſſe vitare*; Inde: *Viſum iam &c.* Optime quidem; at

(1) Eccleſ. 22. 10.
(2) Matth. 9. 23.
(3) Obiit in Cypro ante Chr. an. 555.

at eum in ceteris codicibus etiam MSS. (excepto uno, vel altero, v. g. Ricar.) ea verba deſiderentur: inſtar commentarii ab aliquo amanuenſi addita ſuſpicamur, quod textus videretur obſcuros.

(*i*) *Neque enim exſudavit &c.* = Quaerit S. Thomas t. 2. q. 38. ar. 5. *Utrum dolor, & triſtitia mitigetur per ſomnum, & balnea*: & ex hoc loco id affirmandum concludens: ita argumentatur. „ Triſtitia ſecundum ſuam ſpeciem repugnat vitali motioni corporis: & ideo „ illa, quae reformant naturam corporalem in debitum ſtatum vitalis motionis repugnat triſtitiae, & ipſam mitigant. Per hoc etiam quod huiuſmodi remediis reducitur natura ad „ debitum ſtatum, cauſatur ex his delectatio; hoc enim eſt quod delectationem facit, ut ſupra dictum eſt: unde „ cum omnis delectatio triſtitiam mitiget &c. „

Ut rationem hanc cum Auguſtini verbis phyſicum arcanum detegentibus conciliemus: dicimus in balneis *exſudare* truces liquidorum particulas, quo eorumdem motu concitato, cor a gravamine eximitur. Altera autem ratio non prorſus diſſimilis, cur in balneis a triſtitia levemur, haec eſſe poteſt: Comprimens triſtitia noſtrae machinae vaſcula, liquidorum motum retardat: & en afflictio illa, animive aegritudo; balneorum aquae poros dilatant, vaſcula tranſmeant, eorumque liquida diſgregant, concitant: & en animi tranquillitas, & iocunda reſpiratio.

Non mox balneis reſpiravit Auguſtinus: tum quod dolor eſſet acerrimus; tum, ut conicimus, quod nullo naturae beneficio, ſubito videlicet, dolore prorſus vigente, ad easdem aquas acceſſerit: medicina autem non cum maxime febris ſaevit, ſed ea remittente paratur: Ea tandem quia in corde vulneratus, interim vulneris cauſſas non propulſabat, tantae videlicet Matris, cuius iacturam fecerat, memoriam, imaginem; unde inferius, *reducebam in priſtinum ſenſum Ancillam tuam &c.*

(*k*) *Noctem ſopora gratia.* = Lectionem hanc vix in obſequium BB. praetulimus, qui admonent. = In ante excuſis, *ſoporis*. At in multis MSS. *ſopora*: a verbo, *ſoporo*; melius, ſiquidem hocce hymno ſomnos quietus ad „ recreandas corporis, & animi vires „ poſtulatur.] Vix inquam, ſiquidem eumdem ſenſum complectitur uſitata lectio; & eſt conformior praecedenti verſiculo, *veſtiens diem &c.* in quo lumen pro die, non poſtulatur, ſed ut iam datum inſpicitur. Item: alii Benedictini Ambroſii editores retinent, *ſoporis*, & quidem ita, ut nullam codicum diſcrepantiam prodant. Denique: verba Auguſtini *recordatus ſum veridicos &c.* inſinuare videntur, ſoporis gratiam praedicatam ab Ambroſio, non poſtulatam. Quanquam ſelectae lectioni tot quae de nocte ſequuntur favere concedendum ſit. Cui etiam ſuffragantur MSS. tres. Uſitatam lectionem praferunt Vet. MSS. 3. Med. Ricar. Car. unus S. Mar. & forte optimus S. Cr. Male autem alter S. Cr. *ſopore gratiae*. Manifeſto lapſu tertius, *ſoporis gratiae*.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Hymnus iſte habetur in calce tom. 2. oper. S. Ambroſii editionis noviſſimae, quam alii Benedictini adornarunt, ſecundo loco. Placuit autem integrum Lectoris oculis ſiſtere (1):

„ Deus creator omnium
„ Polique rector, veſtiens
„ Diem decoro lumine;
„ Noctem ſopora gratia,
„ Artus ſolutos ut quies
„ Reddat laboris uſui
„ Menteſque feſſas allevet
„ Luctuſque ſolvat anxios.
„ Grates peracto iam die
„ Et noctis exorto preces
„ Votis reos ut adiuves,
„ Hymnum canentes ſolvimus.
„ Te cordis ima concinant,
„ Te vox canora concrepet,
„ Te diligat caſtus amor,
„ Te mens adoret ſobria.
„ Ut cum profunda clauſerit
„ Diem caligo noctium,
„ Fides tenebras neſciat,
„ Et nox fide reducat.
„ Dormire mentem ne ſinas,
„ Dormire culpa noverit:
„ Caſtos fides refrigerans
„ Somni vaporem temperet.
„ Exuta ſenſu lubrica
„ Te cordis alta ſomnient,
„ Nec hoſtis invidi dolo
„ Pavor quietos ſuſcitet.
„ Chriſtum rogemus, & Patrem,
„ Chriſti, Patriſque Spiritum,
„ Unum potens per omnia
„ Fove precantes Trinitas.

Ulti-

(1) Iterum l. 11. c. 27. Co.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

Ultimum hunc verſum laudaverat Monnica in fine libri de Beata Vita, ut ibi n. 35. teſtatur Auguſtinus his verbis: *Hic Mater recognitis verbis, quae ſuae memoriae penitus inhaerebant, & quaſi evigilans in fidem ſuam, verſum illum Sacerdotis noſtri.* Fove precantes Trinitas, *laeta effudit, atque ſubiecit &c.* Meminit etiam primi verſ. eiuſdem hymni Auguſtinus lib. 6. de Muſica c. 2. n. 2. & c. 5. n. 23. Item alterius hymni Ambroſiani lib. 1. Retract. c. 21. n. 1. & alius lib. de Natura, & Gratia, c. 63. n. 74. Cuius hymni (1) verbis quibus de gallo gallinaceo dicitur (qui hymnus recitatur in Laudibus offic. Dominicae) ſimilia quaedam occurrunt in hymno S. Prudentii (2) Hiſpani, qui canitur in Laudibus offic. Fer. 3.

Evigilans autem Auguſtinus invenit lenitum dolorem: tum quia ſomnus ad id confert; tum facta balneorum beneficio diſpoſitione, quam ſomnus complevit. Evigilans tantus homo viſus eſſet Homero novus Ulyſſes: *Cum retulit roſeos vultus aurora decora - Conſurgit ſtrenui exemplo natus Ulyſſes.*

(*l*) *Sancte in nos blandum.* = Ita BB. cum ſuis codicibus: quibus ſuffragantur vetuſtiſſima editio anni 1484. MSS. 3. a Lov. viſi, & omnes Florentini, cum Carthuſiano. Sed Bad. Am. Er. Lov. Som. Wangn. *piam in te, & ſanctum, in nos &c.* Forte nempe quod videretur concinnior peryodus, ſi ex quatuor adiectivis, duo data eſſent Deo, totidem hominibus. At cum Auguſtinus hic imaginem Monniace pingat, qua potiſſimum torquebatur, nil mirum ſi potiorem partem ad ea, quae humanam conniventiam, ſeu urbanitatem concernebant trahat. Sed & adiectivum, *blandum*, adverbio, *ſancte*, egregie conditur.

De converſatione Monnicae fere quod ſcripſit Auſonius de Attilio grammatico: *commode, laete, benigne, abſtemie, in tam bene dandis ſemper conſiliis quam taciturne datis.* Quod autem ſequitur: *Et libuit flere &c.* exornari poteſt Dantis (3) Aligeri Florentini verbis, *de Inferis* cant. 17. *Per gli occhi fuori ſcoppiava lor duolo.* Franciſci (4) Petrarchae item Florent. vel Aret. de oculis *Laurae*, 2. cant. 4. *E gli occhi onde: ſi rauerſa - il gran deſio per iſfogar il petto &c.* Torquati (5) Taſſi Neapolit. in *Rinaldo* 11. cant 42. *Iqi verſoſſi in lamenti ei rio dolore - chi tui non era più capace il cuore.*

(*m*) *Et ſi peccatum invenerit &c.* = Quis ita inſaniet? Gratia enim naturam moderatur quidem, at non infringit, ut iam Theologorum axioma eſt. Equidem a cenſura cuicunque inferenda nos terret graviſſimo ſermone S. Petrus Damianus c. 3. opuſc 51 de Vita Eremitica, cap. 10. At Auguſtinus prorſus in tuto eſt, tum ſi exempla, tum ſi rationem poſtules. Abraham Saram uxorem ſuam Gen. 23. v. 1., & 2. Iacob Ioſeph filium Gen. 37. v. 34., & 35. Ioſeph eumdem Patrem ſuum Gen. 49. v. ultimo, & c. 50. v. 1. David, quem iuxta cor ſuum factum teſtatus eſt Deus 1. Reg. 13. 14. & Act. 13. 22. Abſalonem filium 2. Reg. 18. 33. & 19. 4. ploravit. Equidem non me latet, Hieronymum Epiſt (6) 22. (Alias, 25.) ad Paulam *ſuper obitu Bleſillae filiae*, circa med. ſimilia ad metaphoras deportare. Sed tamen ut avertat S. Matronam non ab omni, ſed ab immodico fletu: *Ignoſcimus matris lacrymis, ſed modum quaerimus in dolore:* poſt med. *Quis illam tunc* (S. Melaniam) *more tymphatico* (7), *ſparſis crinibus, veſte conſciſſa, lacerum pectus invadere.*, paulo poſt. Et inde: *Quum de media pompa funeris te exanimem referrent, hoc inter ſe populus muſſitabat: Nonne illud eſt, quod ſaepius dicebamus? Dolet filiam ieiuniis interfectam &c.* Luxit Ambroſius Satyri fratris ſui mortem, quem oratione funebri proſequutus eſt. Et, ut plures alios omittamus, luxit, & maxime S. Bernardus mortem fratris Gerardi Serm. 26. in Cantica, quem, ſi vacat, conſulere poteris: dum enim acriter dolet, acerrime etiam doloris ſui aequitatem vindicat.

Ut videas autem rationem quoque Auguſtino ſuffragari, accipe hominum graviſſimorum ſententias: Baſilius (8) Seleuciae in Iſauria Metropolita Orat. 40. circa finem. = Quid ergo dicat quis: „ Homo cum ſim, lacrymari non eſt integrum? Non ego lacrymas prohibeo; „ verum ne quid in luctu turpe prohibeo: non ſum uſque adeo ferus, aut „ inclemens: ſcio naturam ſe prodere, „ & conſuetudinem domeſticam, familiaritatemque requirere non poteſt non „ do-

(1) Ideſt, penultimi.
(2) Natum ſe ranit an. D. 348.
(3) Obiit an. D. 1321. aet. 66.
(4) Ob. an. 1374. aet. 70.

(5) Ob. an. 1595. aet. 51.
(6) 2. par. T. 4. edit. Martian.
(7) Furioſo, & phanatico.
(8) Vivebat adhuc an. 458.

Digitized by Google

A. Ch. 387. Aug. 33. Mun. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

„ dolere. Hoc Chriſtus exemplo monſtravit, flevit enim propter Lazarum; fac idem: fle, ſed quiete, ſed cum decore, ſed cum Dei metu &c] S. Ioannes Chryſoſtomus Homil. 3. in cap. 1. Epiſt. ad Philipp. ante finem, ſeu poſt initium Moralis: *Defleamus eos, ſed non praeter decorum, non capillos evellentes, non brachia nudantes, non faciem lacerantes &c.* Verum ibi loquitur de mortuis impiis. Potius eſt pro nobis quod habet Homil. 6. in cap. 4. Epiſt. 1. ad Theſſ. longe ante med. *Ergo propter mortuos immodeſte plangere eorum eſt, qui ſpem non habent &c. Audite mulieres quotquot ad lamentandum proclives eſtis, quotquot ad lugendum intolerabiliter, & impotenter ferimini &c.* S. Fulgentius Ruſpenſis epiſcopus Epiſt. 2. ad Gallam *de Conſolatione ſuper morte mariti &c.* cap. 2. circa med., *Ne igitur ultra fidei Chriſtianae modum indiſcretam teneas de mariti morte triſtitiam &c.* Vides non omnem, ſed *indecorum, immodeſtum, intolerabilem, indiſcretum* fletum prohiberi. Vide etiam, ſi placet, S. Gregorium Nyſſenum in Dialogo de Anima, & Reſurrectione, circa an. D. 378. occaſione mortis ſororis ſuae Macrinae ſcripto paullo poſt initium, dum Sororem quaſi magiſtram adloquitur; Et in Oratione conſolatoria pro funere Pulcheriae, item paullo poſt initium.

Verum: erit ne dubium, quod Auguſtinus ipſe non egregie complanaverit? Lege Epiſt. 263. (Alias, 218.) ad Sapidam Virginem, fratris morte oppreſſam; ex qua tantummodo num. 3. recitamus. = Non quidem ſuccenſendum eſt de caris mortuis dolori mortalium: ſed diuturnus dolor non debet eſſe fidelium. Si ergo contriſtata es, iam ſit ſatis: nec ſic contriſteris, quemadmodum gentes, quae ſpem non habent (1). Non enim contriſtari prohibuit Paulus Apoſtolus, cum hoc diceret; ſed ſic contriſtari, quemadmodum gentes, quae ſpem non habent. Nam & Martha, & Maria piae ſorores, & fideles reſurrecturum ſuum fratrem Lazarum flebant, quamvis eum tunc ad hanc vitam rediturum eſſe neſcirent (2). Et ipſe Dominus eumdem, quem fuerat reſuſcitaturus, Lazarum fleverit (3), nimirum ut fleamus etiam nos eos mortuos, quos ad veram vitam reſurrecturos credimus, etſi non iuſſit praecepto, conceſſit exemplo. Nec fruſtra Scriptura dicit in libro Eccleſiaſtico: *In mortuo produc lacrymas, & quaſi dira perpeſſus, incipe lamentationem.* Sed paulo poſt ait, *Et conſolare propter triſtitiam &c.* (4) „

Nunc dic mihi: An non refrenaverit dolorem ſuum Auguſtinus? Et quis alteri ita deberet, ſicut hic Matri?

(o) *Pro peccatis meis fleat &c.* = En ſatisfactio, vel quaſi ſatisfactio. Perperam ergo calumniatur Calvinus lib. 3. Inſtitut. c. 4. paragr. 38. 39. = Veteres ſatisfactionem vocaverunt, non compenſationem, quae Deo redderetur qua qui excommunicatione mulctati fuerant, cum in communionem recipi vollent, Eccleſiam reddebant de ſua poenitentia certiorem, atque ita dicebantur, non Deo, ſed Eccleſiae ſatisfacere, quod etiam his ipſius verbis ſub Auguſtino expreſſum eſt in Enchiridio c. 61.] Et quidem Eccleſiam nominat Auguſtinus, non autem Deum excludit loco ab haeretico laudato. Eccleſiam ſaepe nominant Patres: veriſſimum enim, atque graviſſimum eſt, quod utinam aliquando haereticorum menti prorſus inſedeat illud Auguſtini, qui tamen forte ſpurius eſt. Serm. 4. de Symbolo ad Cathecumenos, n. 13. *Non habet Deum patrem, qui Eccleſiam noluit habere matrem.* Illae ſatisfactiones utique in faciem Eccleſiae fundebantur: at ſimul obſequium in Numen, eique debitam compenſationem involvebant. At hic manifeſte loquitur de ſatisfactione apud Deum facienda. Si autem unius oratio ſatisfactio eſt pro alio, cur non & martyrium? Vide eumdem haereticum c. 9. ſect. 40.

II. Ut autem ad Auguſtini in Matrem pietatem redeamus: Sunt parietes dealbati, natura duriſſimi, qui pietatis ſpecie proprio malo genio indulgentes, Deo famulari cupientibus parentum omniumque conſanguineorum oblivionem, & quaſi odium velut primum maximumque ſanctitatis fundamentum commendant, & praedicant. Quos ſi exacte ſequaris, ſere ut mundana lubrica ſpectra ſanguine tibi iunctos exhorrere debeas. Et en quid pluribus horridam exhibeat ſanctitatis faciem! Quaſi tyrannidem diligat clementiſſimus Deus: quaſi a valde bonis exigat id violari, quod hominibus cun-

ctis

(1) 1. Theſſ. 4. 12. In Lov. edit. verba quaedam hic addiderant, abiiciunt a Bā. ex Vaticano exempl.

(2) Ioan. 11. 31.

(3) Ibidem 35.

(4) Cap. 38. 16.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

ctis praecepit: quaſi dilectioni odium, & beneficiis ingratitudo debeatur! Haec ergo Chriſtianae, Theologicae, veraeque doctrinae ſumma eſt; Deus omnibus praeferendus eſt: Unde ſunt negligendi quicunque nos in eius famulatu retardant. Hanc divinam ſi tollas hypotheſim: parentes, & alios iuxta gradus admodum diligere debes, & reliquis etiam praeferre. Vide, ſi placet, S. Ioannem Chryſoſtomum Hom. 84. in Ioan. S Hieronymum Epiſt. (1) 5. (Alias, 1.) ad Heliodorum Monachum, n. 3. ſive ante med. Epiſt. 47. (Alias, 10.) ad Furiam de Viduitate ſervanda, n. 3. ſeu poſt init. Epiſt. 91. (Alias, 11.) ad Hageruchiam, de Monogamia, n. 3. ſeu poſt init. Epiſt. 86. (Alias, 27.) ad Euſtoch. virgin. Epitaphium Paulae matris, n. 22. ſive poſt med. Iſidorum Peluſiotam Epiſt. 352. ad Heronem. S. Gregorium Papam Homil. 37. in Evangel. ad illud Lucae 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum &c.* S. Thomam 2. 2. q. 26. art. 7., & 8. Apud Auguſtinum autem ea doctrina centies, & millies, ut pigeat peculiarem locum laudare.

C A P U T XIII.

A R G U M E N T U M.

Humanis omiſſis: accedit nunc ad Divina. Matrem alta licet fiducia, & egregiis praeditam moribus, nulla tamen a recepto baptiſmate tinctam macula praedicare non audet. Cumque Deus ſemper clemens, ſit etiam in iuribus praeſcribendis exactus: longa prece nititur Monnicae animam vel a minimo poenae reatu, ſi quo adhuc detinetur, prorſus exſolvere. Addit inde ſuis ſuffragiis & animam Patris. Utque poſſit tantum negotium expedire, optat, poſtulatque omnes Fratres, pioſque opellae huius Lectores ſibi fieri in eiſdem fundendis precibus ſocios.

I. EGo autem iam ſanato corde ab illo vulnere, in quo poterat redargui carnalis affectus, fundo tibi Deus noſter pro illa Famula tua longe aliud lacrymarum genus, quod manat de concuſſo ſpiritu conſideratione periculorum omnis animae quae in Adam moritur (2). Quanquam illa in Chriſto vivificata, etiam nondum a carne reſoluta ſic vixerit, ut laudetur nomen tuum in fide moribuſque eius, non tamen audeo dicere, ex quo eam per baptiſmum regeneraſti, nullum verbum exiſſe ab ore eius contra praeceptum tuum. Et dictum eſt a Veritate Filio tuo: Si quis dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennae ignis (3). Et Vae etiam laudabili vitae hominum (*a*), ſi remota miſericordia diſcutias eam. Quia vero non exquiris delicta vehementer, fiducialiter ſperamus aliquem apud te locum invenire indulgentiae (*b*). Quiſquis autem tibi enumerat vera merita ſua, quid tibi enumerat niſi munera tua? O ſi cognoſcant ſe homines homines; & qui gloriatur, in Domino glorietur (4).

II. Ego itaque laus mea & vita mea, Deus cordis mei, ſepoſitis pauliſper bonis eius actibus, pro quibus tibi gaudens gratias ago, nunc pro peccatis Matris meae (*c*) deprecor te, exaudi

(1) 2. per. 1. 4. edit. Martian.
(2) 1. Cor. 15. 22.
(3) Matth. 5. 22.
(4) 1. Cor. 1. 31. & 2. Cor. 10. 17.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. X V. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

di me per Medicinam vulnerum noſtrorum quae pependit in ligno (1); & ſedens ad dexteram tuam, te interpellat pro nobis (2). Scio miſericorditer operatam, & ex corde dimiſiſſe debita debitoribus ſuis; dimitte illi & tu debita ſua, ſi qua etiam contraxit per tot annos poſt aquam ſalutis. Dimitte Domine, dimitte obſecro, ne intres cum ea in iudicium (3). Superexaltat miſericordia iudicium (4), quoniam eloquia tua vera ſunt, & promiſiſti miſericordiam miſericordibus (5): Quod ut eſſent, tu dediſti eis, qui miſereberis cui miſertus eris, & miſericordiam praeſtabis cui miſericors fueris (6).

III. Et credo iam feceris quod te rogo, ſed voluntaria oris mei (*d*) adproba Domine (7). Namque illa imminente die reſolutionis ſuae non cogitavit ſuum corpus ſumtuoſe contegi, aut condiri aromatibus aut monumentum electum concupivit, aut curavit ſepulcrum patrium. Non iſta mandavit nobis, ſed tantummodo memoriam ſui ad altare tuum fieri deſideravit, cui nullius diei praetermiſſione ſervierat, unde ſciret diſpenſari victimam ſanctam, qua deletum eſt chirographum quod erat contrarium nobis (8), qua triumphatus eſt hoſtis computans delicta noſtra, & quaerens quid obiiciat, & nihil inveniens in illo in quo vincimus. Quis ei refundet innocentem ſanguinem? Quis ei reſtituet pretium quo nos emit, ut nos auferat ei (*e*)? Ad cuius pretii noſtri ſacramentum ligavit Ancilla tua animam ſuam vinculo fidei. Nemo a protetione tua diſrumpat eam. Non ſe interponat nec vi nec inſidiis leo & draco; neque enim reſpondebit illa nihil ſe debere, ne convincatur & obtineatur ab accuſatore callido; ſed reſpondebit dimiſſa debita ſua ab eo, cui nemo reddet quod pro nobis non debens reddidit.

IV. Sit ergo in pace cum viro, ante quem nulli, & poſt quem nulli nupta eſt, cui ſervivit fructum tibi adferens cum tolerantia (9); ut eum quoque lucraretur tibi. Et inſpira Domine meus, Deus meus, inſpira ſervis tuis, fratribus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus & voce, & corde, & litteris ſervio, ut quotquot haec legerint, meminerint ad altare tuum Monnicae ſamulae tuae (*f*), cum Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxiſti me in hanc vitam, quemadmodum neſcio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce tranſitoria, & fratrum meorum ſub te patre in matre Catholica, & civium meorum in aeterna Ieruſalem, cui ſuſpirat peregrinatio populi tui ab exitu uſque ad reditum, ut quod a me illa popoſcit extremum, uberius illi praeſtetur in multorum orationibus per Confeſſiones, quam per (*g*) Orationes meas.

(*c*) *Et vae etiam laudabili vitae hominum &c.* = Aurea hac ſententia ad putidiſſimam haereſim, Nullum re vera iuſtum eſſe, ſtabiliendam abutuntur Calvinus lib. 3. Inſtit. c. 14. Philippus in Locis communibus, titulo, de *Peccato*. Kemnitius in Examine Tridentini concilii, & alii. Perperam omnino, & Auguſtini tum verbis, tum propoſito iniuria! I. Homines quoslibet Dei miſericordia in-

(1) Mar. 16. 19.
(2) Rom. 8. 34.
(3) Pſal. 142. 2.
(4) Iacobi 2. 13.
(5) Matt. 5. 7.
(6) Rom. 9. 15.
(7) Pſal. 118.
(8) Coloſſ. 2. 14.
(9) Lucae 8. 15.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

indigere, quia Catholicorum inficiator? At interim cum hoc bene patitur, Dei miſericordia hominem ſuis a maculis vere detergi. II. Loquitur hic Auguſtinus de lapſibus, qui aeterna gaudia, non tollere, ſed retardare poſſint: Haec non iuſtificationem intuentur. III. Dixerat ſerio, & abſque praeciſionibus Matris funus quaeſtubus lacrymoſis non celebrandum; eam igitur credebat vere, & proprie iuſtificatam. IV. Si heic lyppi nebulones palpaverunt ad tenebras, cur omittunt cap. 7. lib. 3. ad Boniſacium, contra duas Pelag. Epiſt. quem viginti circiter poſt has Confeſſiones annis ſcripſit, & ubi veram propriamque iuſtitiam non uno verbo, non ſemel adſtruit? Quam autem male Auguſtino, & ſibi haeret Calvinus, inquiens lib. 3. c. 25. *Non timendum, ut in Dei iudicium amplius veniant peccata noſtra?* Quam peſſime haeret verbis, quae ſequuntur inferius n. 2. *Ne intres cum eo in iudicium*. Immo quam peſſime haeret Davidi, a quo eadem verba Auguſtinus depromſit!

(*b*) *Aliquem apud te locum invenire indulgentiae.* = Retinent lectionem hanc BB. ſed admonent Lectorem in imo margine. = Abſunt a MSS. prope omni„bus illhaec verba, *invenire indulgen*„*tiae.*] Abſunt etiam a MS. S. Mar. Car. Feſ. & 2. Med. At habentur in totidem, Med. 3. S. Cr. & Ricar. ultra Vet. & alios editos. Placuit vulgata lectio, quod bene ſermonem compleat ad Auguſtini propoſitum; Neque enim loquitur S. D de loco habendo in Caelo: ſed de ingreſſu non retardando: vel de liniendа Purgatorii flamma; ad quae opus eſt ut Deus indulgentia ſua minutiora quaedam aut deleat, aut non acri iudicio diſcutiat.

O ſi cognoſcant ſe homines homines. = In obſequium BB. hanc lectionem induximus in texum; Admonent autem. = Ita MSS. cum Am. At Lov. „cum antiquioribus edit. *o ſi cognoſcant* „*ſe omnes homines.*] Cum Lov. ſunt MSS. 3. S. Cr. Praeferunt, *o ſi cognoſcant ſe homines*, Vet. Som. MSS. 2. S. Mar. Car. Feſ. At MS. Ricar. *o ſi cognoſcant ſe homines, & homines, qui gloriantur &c.* MS. S. Mar. & Car. pro, *ſi*, habent, *ſic*. Fortaſſis poſteriores librarii videntes bis poſitum, *homines*, amanuenſium oſcitantiam ſuſpicati ſunt: unde aliqui primam vocem ſubſtulerunt; alii pro ea ſubſtituerunt, *omnes &c.* Verum ſelecta lectio tametſi ab uſitato loquendi modo aliena, Auguſtini ingenium admodum ſapit, & eſt idem ac ſi diceres, o ſi cognoſcant ſe homines ut homines: nempe, ſi homines cognoſcant ſuam ipſorum infirmitatem. Quanquam Lovanienſium lectio textui admodum conſona eſt: ſignificat enim, homines quantalibet ſanctitate praeditos habere quod ad iudicium deduci poſſit; & id ad Monnicae propoſitum, in cuius fide, & moribus quanquam Dei nomen laudatum ſit &c.

(*c*) *Nunc pro peccatis Matris meae &c.* = Ita in hunc locum adlatrat *Pherepone*: *Species forte pietatis aliqua hic ineſt, at ea conſuetudo nec ratione ulla, nec revelatione nititur. Vide librum de cura gerenda pro mortuis.*

Orare pro defunctis eſt, non Auguſtini, ſed totius Eccleſiae; Qualis vero dementia hominem carpere agentem quod tota agit Eccleſia, cuius eſt membrum? Annon ne hoc eſt imas veſtes eius rodere, cuius perſonam carpere nequeas? iuxta illud Batilii 48. *Ut catuli quem non audent invadere: vanis hunc imas veſtes morſibus exagitant. Sic indocta tuos potuit carpſiſſe libellos, Docte ſenex, non te vincere turba poteſt.* II. Aut revelatio ratioque ei conſuetudini ſuffragantur; & eidem iam abs dubio vera pietas ineſt: non, *Species forte &c.* aut neutra ſuffagatur; & tum ea conſuetudo ſuperſtitio dicenda eſt, & omnino damnanda. III. Nimis vero Lectori faſtidioſus eſt, dum ad librum *de Cura pro mortuis gerenda* eum amandans, peculiarem locum non deſignat, ubi quod velit habeatur. At erimus nos longe humaniores; Vide cap. 1. n. 3. ubi poſt duas lineas editionis, quam *Pherepone* ipſe curavit, pag. 377. revelatio ea de re innuitur, atque etiam ratio. = In Machabaeorum libris legimus „oblatum pro mortuis ſacrificium (1). Sed „etſi nuſquam in Scripturis veteribus „legeretur, non parva eſt (2) univer„ſae Eccleſiae, quae in hac conſuetu„dine claret auctoritas, ubi in praeci„bus ſacerdotis, quae Domino Deo ad „eius altare funduntur, locum ſuum „habet etiam commendatio mortuorum.„ IV. Auctoritate, exemplo, ratione pro defunctis ſancte fundi preces oſtendunt paſ-

(1) 2. Lib 12 43.
(2) Editiones Bad. Am. & Er. *non parva hac conſuetudine claret auctoritas*: reluctantibus MSS. & Lov.

Digitized by Google

paſſim Theologi , maxime Polemiſtae , cum quibus congredi poterat *Pherepon*... , ſi quid hic in re deſiderabat .

(*d*) *Sed voluntaria oris mei &c.* = Loquitur ex v. 108. Pſal. 118. *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine* : Ubi ipſe nempe Serm. 23. n. 4. = Hoc „ eſt, placeant tibi : noli reprobare , ſed „ approba . Bene autem intelliguntur „ oris voluntaria , ſacrificia laudis , con„ feſſione caritatis , non timore neceſſi„ tatis oblata . Unde dictum eſt , *Vo*„ *luntarie ſacrificabo tibi* . (1) „

Non cogitavit ſuam corpus &c. = Iuvat ad rem hanc dilucidandam ex lib. *de Cura pro mortuis gerenda* quaedam exſcribere . Cap. 2. n. 4. = Pro„ inde iſta omnia, ideſt curatio funeris , „ conditio ſepulturae , pompa exſequia„ rum , magis ſont vivorum ſolatia , „ quam ſubſidia mortuorum . Cap. 3. „ n. 5. initio . = Nec ideo tamen con„ temnenda , & abiicienda ſunt corpora „ defunctorum , maximeque iuſtorum , „ ac fidelium , quibus tamquam organis , „ & vaſis ad omnia bona opera ſancte „ uſus eſt Spiritus. Si enim paterna ve„ ſtis, & annulus , ac ſi quid huiuſmo„ di, tanto carius eſt poſteris , quanto „ erga parentes maior affectus &c. Cap. 5. n. 7. = Sit quod ad idem ſepul„ crum recurrit animo , & fidelium pre„ cibus magis magiſque commendat , a„ diuvat defuncti ſpiritum , non mortui „ corporis locus , ſed ex luci memoria „ vivus matris affectus. Cap. 7. in fine, & initio cap. 8. = Ex hoc igitur quod „ carnem ſuam quiſque naturaliter di„ ligit (2), & illi poena fuit addiſcere, non „ eum futurum in ſepulcro patrum ſuo„ rum (3) : & huic cura proſpicere , ut „ parceretur oſſibus ſuis, ſi iuxta eum „ iaceret, cuius ſepulcrum nemo viola„ ret (4) . Hunc affectum Martyres Chri„ ſti pro veritate certantes vicerunt „ &c.] Adde : & Monnica vicit : ut quidquam reponere poſſimus dicenti Salomoni Prov. 31. *Mulierem fortem quis inveniet* ?

(*e*) *Ut non auferat ei* ? = Sequimur Benedictinos, qui ita loquuntur in margine , = Arn. cum aliquot MSS. *affe*„ *rat* . Sed melius Bad. Am. Er. Lov. „ cum pluribus MSS. *auferat ei* , ſcili„ cet Chriſto emtori, uti nobis quidem „ videtur .] Ita etiam MSS. 2. S. Mar. unus S. Cr. Ricar. Feſ. & Car. Licet Vet. Som. MS. optimus S. Cr. & MSS. 4. a Lov. viſi Arn. ſuffragentur . At lectionem noſtram ipſe ſermonis ſcopus ſuadet ; Gaudet enim Auguſtinus, Matrem ita Chriſti tinctam ſanguine, eiuſque pretio redemtam, ut ſit prorſus in tuto .

Piget autem omnes errores recenſere , in quos Itali traductores impegerunt in ultimis huius libri capitibus ; ſat erit pinguiores nonnullos , & quidem magna celeritate emendare . Cap. praeced. n. 1. *Da un viril mio tomando* . Dixit Auguſtinus *iuvenili* (*giovanile*) non, *virili* . N. 2. *Con altrettanto amore* . Non dixit Auguſtinus, *pari amore* , ſed *grandi dilectionis adfectu* : ideſt , *Con alte eſpreſſioni d' amore* . Eodem n. 2. *Ed in vera quale riſpetto maggior del mio , qual tenerezza maggior della ſua &c.* Inquit Auguſtinus . *Sed tamen* (*ma però*) quae ſunt voces quaſi praecedentia corrigentes : non, *& re vera* , quae confirmant . Nec integrum hocce teſtimonium eſt ad ſignificandum ſummum Filii in Matrem obſequium , ſummam Matris in Filium dilectionem fuiſſe, quaſi illud , *quid comparabile* , utramque partem complectatur : ſed , ne plura verba congeramus , hunc ſenſum facit : *Ma però che gran coſa era queſta ? &c. qual comparazione vi potea eſſere fra l' onore da me a lei dato , e la ſervitù da eſſa a me uſata ?* N. 4. *Poichè avea inteſa che i bagni così chiamati da noi perchè i Greci li chiamano βαλανεῖον ſollevano l' animo dalle ſue anſietà* . Nec qui traduxit, ut coniicimus, ſcivit quid ſcriberet. Ita reddendus eſt locus iſte : *Avendo inteſo che appunto da quell' effetto a virtù aveano i bagni ſortito il loro nome : per averli detti i Greci balaneion , al rifleſſo che tolgano l' affanno dell' animo* .

Ioſeph Renatus Auguſtin. Excalc. lib. 1. Vitae S. Monnicae , cap. 25. illud n. 5. *Matrem oculis meis mortuam* , ſic reddit : *morta ſotto l' occhi miei* . Male ut patet : Iis verbis ſignificatur amiſſio ſenſibilis : redde ſic : *tolta dagli occhi miei* .

(*f*) *Monnicae famulae tuae* . = Et hic Benedictinos ſequimur, quos audire iuvat. = Imitari viſum eſt vetu„ ſtos codices , qui cum gemina littera „ nn. praeferunt , *Monnicae* : quo pacto „ etiam

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

O ooo 2

(1) Pſ 53. 8.
(2) Epheſ. 5 29.
(3) 3. Reg. 13. 21. & 22.
(4) 4. Reg. 23. 16.

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

„ etiam ſcriptum reperitur in oratione,
„ quam Willelmus Abbas piis Auguſtini
„ votis obtemperandi ſtudio compoſuit
„ ſub his verbis. *Memento Domine ani-*
„ *mae famuli tui Patricii: & famulae*
„ *tuae Monnicae; & ſi quid pro anima*
„ *filii ipſorum domini mei Auguſtini di-*
„ *lectiſſimi Confeſſoris tui: mihi miſero*
„ *peccatori licet vel intimo cordis af-*
„ *fectu deſiderare &c.* quae oratio in-
„ tegra habetur in veterum Analecto-
„ rum tom. 2.] Ita etiam unus ex
MSS. S. Mar. nec non optimus S. Cr. Reliqui omnes ,] ut etiam Vet. cum aliis editis, *Monicae*.

Cum autem nunc tandem aliquando pro illis, quos (maxime Auguſtinum, & Monnicam) in Caelis triumphare merito credimus, orare pudeat, ac etiam dedeceat; opportuniori conſilio Auguſtini, Monnicae, Patricii, & etiam Adeodati ſuffragia apud Deum pro *Ioanne-Dominico*, & *Eugenio*, quorum, velut abortivus (1), ſexto, & ultimo genitus ſum poſtulabo.

(*g*) *In multorum orationibus per Confeſſiones, quam per &c.* = Ita BB. qui inquiunt. = In editis pluribus,
„ *tam per confeſſiones*. Abeſt, *tam*, a
„ MSS. quos magis probamus.] Ita etiam MSS. 2. S. Mar. Reliqui omnes cum Vet. & aliis editis retinent particulam, *tam*. Quam tamen omittere placuit, ipſo fere ſermone exigente; Eſt enim ſenſus non quidem vulgaris, ſuis nempe orationibus aliorum etiam ſuffragiis ſociatis uberius adiutum iri Patrem, & Matrem. Sed eisdem ſe amplioribus bonis adiuturum per Confeſſiones plurimorum, ſuffragia colligentes, quam per ſuas orationes, utpote quae ſunt unius tantum perſonae.

I. Et haec Auguſtinus de ſeipſo, & Matre. Poſt haec, ut communiter iuniores Eruditi coniiciunt, Romam Auguſtinus petiit. Iuvat autem trium, qui hac in re ſummi, & primi ſunt nedum iudicia, ſed & ipſa verba referre. Cardinalis Noriſius, ſeu quicunque is fuerit, qui Patris Macedo quinquaginta errores velut ſomnia adgreſſus eſt, & expugnavit, Somnio 49. in fine. = Sed ad obi-
„ tum Monicae redeamus. Hunc con-
„ tigiſſe anno 387. ante Idus Novembris,
„ quamvis menſis ignoretur, tradit Au-
„ guſtinus, cum ait ſe anno aetatis tri-
„ geſimo & tertio matrem amiſiſſe;
„ ille vero annus Auguſtino exibat die
„ 13. Novembris A. 387. Quod ſi an-
„ nus 33. completus intelligatur, ac
„ dies mortis Monicae ponatur IV.
„ Maii A. 388. Auguſtinus ſupra an-
„ num otioſus a ſcribendo fuiſſet &c.
„ Hinc circa autumnum anno 387. Ro-
„ mam reverſum eumdem puto, ubi
„ ſacris litteris, in quibus nondum aſ-
„ ſuetum ſe fuiſſe fatetur lib. 1. Retract.
„ c. 7. accuratam operam ponens, Mo-
„ nachorum conventus, eorumque vi-
„ vendi inſtituta perluſtrans, ac libros
„ inſuper ſcribens, maiorem anni 388.
„ partem exegit; ſiquidem lib. 3. cont.
„ lit. Petiliani, cap. 25. teſtatur ſe ex
„ Italica *peregrinatione iam poſt Maximi*
„ *tyranni mortem Africam repetiſſe*. In
„ vetuſtis Martyrologiis Adonis, Bedae,
„ Notkeri, Rabani, Vandalberti, & alio-
„ rum veterum die 4. Maii S. Monicae
„ nomen non legitur, ac proinde poſt
„ plura ſaecula ab eiusdem obitu in ſa-
„ cris tabulis recitari coepit, ut inven-
„ tionis, ſive translationis potius, quam
„ mortis dies ſub initium Maii recolatur;
„ quod ſaepius in aliis ſanctis ibidem
„ commemoratis contingere certum eſt.
„ Verum ſi in ſacris dyptichis Oſtienſis
„ Eccleſiae ex certa traditione S. Mo-
„ nicae obitus IV. Nonas Maii ſignatus
„ ſit, noſtrorum ſcriptorum opinio prae-
„ feratur, qui putant Auguſtinum poſt
„ baptiſmum partim Mediolani commo-
„ rando, partim in Tuſciae monaſteriis
„ perluſtrandis annum exegiſſe.] Benedictini lib. 2. Vitae S. D. cap. 7. n. 3.
„ Eius igitur verbis nullatenus adverſa-
„ mur, cum eum mortua matre con-
„ ſilium in Africam remeandi diſtuliſſe,
„ & poſtero ſolum anno perfeciſſe dici-
„ mus. Quibus porro de cauſſis diſtu-
„ lerit (quae multae eſſe potuerunt)
„ nos latet: nobis eum potuiſſe differre
„ ſufficit &c. Quapropter eius in Urbe
„ commoratio non ante, ſed poſt obi-
„ tum matris reponenda eſt; & faten-
„ dum quidpiam ei impedimento fuiſſe,
„ quominus in Africam tam cito remea-
„ ret. Et vero non improbabiliter dici
„ poſſet, Monnicam ſub initium Novem-
„ bris e vita migraſſe, per eius obitum
„ deſtinatam profectionis occaſionem Au-
„ guſtino excidiſſe, nullam deinde op-
„ portunam reliquo anno ſe obtuliſſe;
„ aut eum iam adverſo tempore, ac
„ infeſto mari navigare noluiſſe; tan-
„ dem anno ſequenti quibusdam de
„ cauſſis eum adhuc ad menſem Augu-
„ ſtum

(1) 1. Cor. 15. 8.

„ ſtum Romae fuiſſe detentum. Porro
„ navigationem a tertio Idus Novembris
„ interclusam fuiſſe legimus (1): & ipſe
„ Gratianus edixit anno trecenteſimo o-
„ ctogeſimo, ut naves, quae frumen-
„ tum Romam advehebant, non ultra
„ Idus Octobris deinceps e porta ſolve-
„ rentur. Ipſa etiam temporis hiſtoria
„ commodam ſatis coniecturam nobis ſup-
„ peditat, ex qua conicere liceat, quid
„ Auguſtinum Romae ad necem uſque
„ Maximi detinere potuerit. Hoc ipſo
„ enim anno trecenteſimo octogeſimo
„ ſeptimo tyrannus ille circa menſem
„ Auguſtum irrupit in Italiam, & pulſo
„ ex ea Valentiniano, Africam pariter
„ occupavit, teſte Pacato. Fieri ergo fa-
„ cile potuit, ut Auguſtinus de his cer-
„ tior factus cum ad Oſtia Tiberina
„ propter obitum matris detineretur,
„ mutato ſubinde conſilio, huius tu-
„ multus exitum opperiri Romae ſta-
„ tuerit, ubi a civilis belli cladibus tu-
„ tior quam Thagaſtae degere poterat.]
Et cap. 13. n. 2. in fine. = In quo
„ cruciatu beata illa anima corpus re-
„ liquit, ad ſuperos evolatura &c. pau-
„ cis forte diebus ante Idus Novem-
„ bres &c. Natalem tamen eius Eccleſia
„ quarto Nonas Maii celebrat: quod
„ cur ita fiat, nobis ignotum eſt.] Et
cap. 14. initio. = Non traiecit ta-
„ men, niſi poſt Maximi necem, hoc
„ eſt menſe Auguſto, vel Septembri an-
„ ni trecenteſimi octogeſimi octavi. *Quod*
„ *repetimus lib. 3. cap. 1. initio.*] Bol-
landi continuator Paragr. 9. n. 127.
„ Defuncta matre Sanctus ob cauſas no-
„ bis ignotas reditum in Africam diſtu-
„ lit, & aliquamdiu Romae commoratus
„ eſt, ſicut colligimus ex opuſculo
„ tunc ibi inſcripto, quod ipſe l. 1.
„ Retract. c. 7.] Et Paragr. 10. n. 144.
in fine. = Iam tempus eſt, ut ex Ita-
„ lia revertamur in Africam, nam ve-
„ roſimiliter Auguſtinus Romae manſit
„ uſque ad exeuntem menſem Iulium,
„ vel Auguſtum an. 388. cum in Afri-
„ cam tantummodo redierit poſt necem
„ Maximi tyranni, ſicut iam probabi-
„ tur.] Paragr. 11. n. 145. = Ty-
„ rannus nomine Maximus, qui anno C.
„ 387. Valentinianum iuniorem ex oc-
„ cidentis imperio fugaverat, anno ſe-
„ quente ab Imperatore Theodoſio de-
„ bellatus, & die 28. Iulii, vel 27. Au-
„ guſti, ſicut apud Socratem lib. 5. c.
„ 14. legitur, iuſſu victoris occiſus eſt,
„ ut exactiores chronologi ex antiquis
„ auctoribus oſtendunt. Cum itaque S.
„ Aug. lib. 3. contra litt. Petil. &c. re-
„ ditus ille circa menſem Octobrem,
„ vel Novembrem anni 388. probabiliter
„ collocandus eſt; etiamſi quidam ſcrip-
„ tores eundem anno C. 389. affigant.„

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56. Ad. XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

II. Et haec ex aliis. Ceterum cur Auguſtinus defuncta Matre, Africam non mox repetierit, nobis minime videtur arcanum; ſublatis enim coniecturis haud contemnendis, quas Benedictini excogitarunt; adhuc ratio ex ipſa, ut ita loquamur, rei natura peteretur. Potius arcanum nobis viſum fuiſſet, iuvenem ad plurima, ad omnia ſcienda natum, factum: & iam Eccleſiae Catholicae achillem: quive Religioſum inſtitutum mox prodendum tam anxie meditatus fuerat, recta Africam repetere, Urbe omiſſa totius orbis ſenſa compendio iungente, in qua univerſi qua late patet Chriſti gregis Oraculum ſedet, & omnis generis doctrina pietaſque, tum verbo, tum exemplo oſtenduntur. Iuſtum ergo erat, & vix non neceſſarium, Auguſtinum Matre ſolutum (cuius obſequio, ut arbitramur, regreſſum in patriam feſtinabat) Romae vel uno circiter anno ſubſiſtere.

III. Eſt populi fabula nimis faſtidioſa, & prorſus contemnenda: Monnicae animam corpore ſolutam non recta Caelum volaſſe, ſed aliquo tempore igne intermedio (vulgo, *purgatorio*) detentam, ut maculas nimio fletu, quo turpes Filii ſui ſcenas proſequuta eſt, contractas expiaret. Perperam omnino, & iniuria Monnicae, & Eccleſiae doctrinis, atque exemplis! Religioſum, & ſanctum eſt peccatorum, maxime vero haereticorum languores vel amariſſime deplorare. Recitat plauſu Eccleſia de S. Matre noſtra Tereſia die 15. Octobr. ei ſacra: *Infidelium, & Haereticorum tenebras perpetuis deflebat lacrymis, atque ad placandum divinae ultionis iram, voluntarios proprii corporis cruciatus Deo pro eorum ſalute dicabat* (2). De S. Maria Magdalena de Pazzis Sorore noſtra, die 25. Maii: *Haereticorum, ac Infidelium tenebras tam amare deflebas, ut cibum ſumere non poſſes; ſeque pro animarum ſalute ad quaelibet tormenta ſemper paratam profitebatur* (3). Quod de innumeris aliis eximiae ſanctitatis viris, & feminis legitur. Quid ergo timendum Monnicae lapſus erroreſque deploranti Filii, cuius

(1) Cod. Th. Goth. t. 5. p. 107. & 108.
(2) Lect. 5.
(3) Lect. 6.

Digitized by Google

A. Ch. 387. Aug. 33. Mon. 56 Ad XV. Siric. III. Val. XII. Theod. IX.

culus ut genuerat corpus terrae, ita reddere debebat animam Caelo?

IV. Ubi nunc ſit Monnicae corpus, vel ſaltem potior pars corporis, quaeſtio eſt inter Eruditos. Hiſtorici paſſim tradunt, apud Oſtia primo ſepultum, tandem anno D. 1430 a Martino V. Romam ſolemni pompa, & inſignium prodigiorum gloria translatum fuiſſe, & in Eccleſia Patrum Auguſtinian. Eremit reconditum, ubi etiam num adoratur. Eaque de re Pontificium diploma extare in regiſtro anni Pontificatus 13. Atqui ſubſumunt plures, iam quidam Monnicae corpus fuerat ſuffuratus, & ad Belgas detulerat &c. Parum abfuit, quin ea de re peculiarem diſputationem texeremus, immo iam fere texeramus, hac tantum de cauſſa mutato conſilio, quod videremus eam in maiorem molem excreſcere, quam quae poſſet hoſce inter commentarios locum habere; quae autem pro meritis diſputari, atque dilucidari non poſſunt, prudentius omittuntur. Sed nec eam diſputationem officii noſtri ratio admodum poſtulat; has quippe dilucidamus Confeſſiones, in quibus de Monnicae obitu; non de eo, quod ſequutis inde ſaeculis illius ſacris ex uviis contigerit. At eam quaeſtionem in Vita S. Monnicae Italica lingua ſcribendam, quam iam meditamur, & quae, ut coniicimus, ante hoc opus publicam lucem adſpiciet, late ac ſerio tractabimus.

CON-

Digitized by Google

CONFESSIONUM

LIBER X.

ARGUMENTUM.

QUi hucuſque de gravioribus, nunc de levibus ſe ad iudicium vocat; Quaerens ſcilicet, non quis olim fuerit: ſed ut modo labatur, aut labi poſſit. Et primo quidem Deum, quem amat, indicare cupiens, terram, mare, ſtellas, & ſimilia, ſe facta ſuis ipſorum vocibus mox clamantia concitato eloquio excurrit; Addens nec vegetativa, nec ſenſitiva facultate ad Deum perveniri poſſe. Inde ad memoriam, in cuius multiplicibus, atque ſtupendis celebrandis functionibus totus ſpatiatur; Habet enim ex illa, tumultu nullo emergente, atque rebus ipſis propulſatis, omnium ſenſibilium imagines, Praecepta Liberalium doctrinarum, Numeros Dimenſioneſque ſecundum veritatem, & prout iuxta propriam naturam conſiſtunt. Actus quoque & affectiones corporis & animi: non quidem eo modo, quo olim inſederunt, ſed alio plane diverſo. Ex memoria denique ipſius etiam oblivionis ſpeciem habet. Licet vero tam ſtupenda inſit memoriae vis, adhuc eam utpote hominibus, brutiſve communem tranſcendendam, ut ad Deum perveniamus, ſubſumit; Interim tamen libenter admittens, ad idem negotium eam utilem, ac etiam neceſſariam eſſe; maxime cum ſit Deus beata vita, quam non amaret quis, niſi in anteceſſum noviſſet. At quicunque ſint affectionum animi; & ſimilium ſplendores, adhuc talibus praeſtat Deus, illa enim mutationi ſubiacent, cuius Deus prorſus eſt expers. Nunc propius Auguſtinus ad animi ſui languores; quos antequam exponat, ingenue, & docte praefatur: ex eo quod Deo non exactiſſime adhaereat, variis humanae vitae fluctibus agi. Et primo quidem, carni ſe integra mente renuntiaſſe, non diffitetur: at ea ipſa, quam vigilans ſpernit, dormiens impetitur. Tum ubi ſit adhuc nonnihil infirmus, ubi prorſus ſanus; quid ſibi, quid omnibus periculoſum. Non ita conſtantiſſime ut ab ebrietate, a crapula alienus. Odorum, ſonumque non adeo, admodum vero rerum ad

vi-

Digitized by Google

viſionem ſpectantium illecebris, utpote late ſparſis, pellectus. Ad ſubtiliora procedens, nimis aptum ad mortales capiendos reticulum ſibi videri dicit oculorum curioſitatem, quatenus ea ſciendi pruritum intelligimus. Item: licet honeſte, ac etiam religioſe poſſis velle ab hominibus diligi, & pluris haberi: adhuc appetitum hunc malo, aut levi intercurrente fine faciliime poſſe inquinari; quos inter ſcopulos qualis ipſe incedat, definire non audet: illud tantum enuntians, ſe nonnihil laudibus, plurimum autem veritate delectari. Quam autem ex hac ipſa materia latens, atque ſubtilis animabus paratur laqueus! dum enim cum aliis poſiti, gloriae contemtum oſtentamus, non raro ipſam inanis gloriae auram ſequimur. Ab his etiam gloriam prenſantibus haud longe ſunt qui aliorum gratiam non admodum curant, ſed interim typho quodam ſibimetipſis blandiuntur. Poſt haec per digreſſionem redit momento ad antiqua, & fatetur Dei amicitiam nunquam ſe parvi feciſſe: at cum niteretur ipſum creaturis ſociatum tenere, merito amiſiſſe. Tot reticulis aut captus, aut deterritus, Chriſti ſubſidium invocat, hic enim verſus propriuſque Deum inter, hominesque mediator, cui prorſus fidere poſſis; multi enim Angelorum bonorum viſiones prenſantes, ab angelis malis decepti ſunt.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

De naevis, aut quos contraxit, aut quos contrahere poſſet dicturus, praefatur ſe a ſeipſo acerrimo ubique examine diſcuſſum iri. Interim ad aeternam Patriam anhelat, divinumque ſubſidium implorat: illius enim ſpes, huius praeſentia verum gaudium provocant. Cetera ſiquidem, quae ad praeſentem vitam ſpectant, aut minimi aeſtimanda, aut potius cavenda ſunt. Hocce autem ſuiipſius magnum iudicium & in cordis penetralibus coram Deo: & in publicis paginis coram multis hominibus quaſi teſtibus habiturus eſt.

COgnoſcam te genitor meus, cognoſcam, ſicut (*a*) & cognitus ſum. Virtus animae meae, intra in eam & coapta tibi, ut habeas & poſſideas ſine macula, & ruga (*b*). Haec eſt ſpes mea, ideo loquor, & in ea ſpe gaudeo, quando ſanum gaudeo. Cetera vero vitae huius tanto minus flenda, quanto (*c*) magis fletur; & tanto magis flenda, quanto minus fletur in eis. Ecce enim veritatem dilexiſti (*d*) quoniam qui facit eam, venit ad lucem. Volo eam facere in corde meo coram te in confeſſione; in ſtilo autem meo coram multis teſtibus.

(*a*) *Cognoſcam, ſicut &c.* = Ex illo Pauli loquitur 1. Cor. 13. 12. *Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.* Quod ne oſcitanter intelligas, admonet ipſe lib. 5. QQ in Deuteron. q. 9. n. 2. hiſce verbis. = Quod etiam ipſum caute accipiendum eſt, ne tantam putetur „ habiturus homo cognitionem Dei, „ quantam nunc habet hominis Deus, „ ſed pro ſuo modo ita perfectam, ut, „ ei nihil adhuc exſpectetur addendum: „ ut quam perfecte nunc Deus novit „ hominem, ſed tamen ſicut Deus ho„ minem, ita tunc perfecte noverit homo „ Deum, ſed tamen ſicut homo Deum.

„ Ne-

„ Neque enim quia dictum eſt, *Eſtote* „ *perfecti, ſicut Pater veſter caeleſtis per-* „ *fectus eſt, ideo &c.* (1). „

Ita autem hunc librum orditur Auguſtinus, tum ut divinam ſpem ſuam excitet: tum interim velut oblique prodens deſiderium ſuum cognoſcendi in hoc longo magno examine conſcientiam propriam ferme ſicut a Deo cognoſcitur; Ideo diximus in argumento huius capitis, *praefatur ſe a ſe ipſo acerrimo &c.* Libet enim ſaepe ad Lectoris commodum talia argumenta praefigere, quae & commentarium ſapiant, prodant ſcilicet ipſius textus & ſenſus reconditos.

(*b*) *Et poſſideas ſine macula, & ruga.* = Vix in hoc capite verbum eſt, quod non ſit ex S. Scripturis depromtum; at iuvat ſaltem peculiaria retegere. Epheſ. 5. 27. *Ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam &c.* = *Haec eſt ſpes mea.* = Pſal. 141. 6. *Tu es ſpes mea, portio mea in terra viventium.* = *Ideo loquor.* = Pſal. 115. v. 1., aut 10. & 2. Cor. 4. 13. *Credidi, propter quod loquutus ſum.* = *In ea ſpe gaudeo.* Lucae 10. 20. = *In hoc nolite gaudere, quia ſpiritus &c. gaudete autem quod nomina veſtra ſcripta ſunt in Caelis*. Rom. 12. v. 12. *Spe gaudentes.*

(*c*) *Tanto minus flenda, quanto &c.* = Sententia graviſſima: & acutiſſima: ſed & nonnihil obſcura, vel recondita. Henricus Wangnereck, qui diu ſiluit, hos verſus hic ad uſum adpoſuit: *Sola ſpes bonae conſcientiae ſperantis ſe eſſe ſine macula peccati mortalis verum gaudium parit. Res vero aliae cum ad ſalutem nihil ſine gratia Dei conferant, nec gaudium afferre poſſunt ſolidum cum habentur, nec dolorem debent cum amittuntur.* Non ſatisfacit; & planum eſt, pietatem velle religioſum hominem, non, exacte textui inhaerere. Arbitramur ergo hoc pacto aenigma illud complanandum; Temporalia bona tanto minus flenda, quum amittuntur: quanto maiorem luctum provocabant, quum habebantur; Et tanto magis flenda cum poſſidentur: quanto maiori quiete tenentur, ſeu, quanto minus pungunt: tunc ſiquidem animae magis periculoſa ſunt. Saluberrimum dictum ad temporalia bona contemnenda.

(*d*) *Ecce enim veritatem dilexiſti.* = Verba ſunt Pſalmi 50. v. 8. Sed potiſſimum intuetur illud Pſal. 4. v. 3. *Ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium.* Ubi ipſe. = *Ut quid vultis beati eſſe de infimis? Sola veritas facit beatos, ex qua vera ſunt omnia &c. Ut quid ergo temporalium rerum amore detinemini? Ut quid tamquam prima, extrema ſectamini, quod eſt vanitas, & mendacium? &c.* Cum ergo dixiſſet Auguſtinus, gaudendum ex ſola ſpe aeternorum, & puritate conſcientiae; temporalia vero aut una, aut altera ratione contemnenda; recte ſubſumit, id veritatem eſſe, non mendacium.

Quae ſequuntur, verba ſunt ex Salvatore depromta Ioan. 3. 21. *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem &c.* Itali traductores fere ex integro hoc caput corrumpunt; & forte etiam ſequentia; at piget nimis ſaepe temporis diſpendium facere.

(1) Matth. 5. 48.

C A P U T II.

A R G U M E N T U M.

Profitetur, ſi velimus ambages tollere, haud magnum eſſe Deo proprias culpas deponere: nobis enim prorſus obmuteſcentibus, adhuc ſecretiſſima quaeque pectoris noſtri arcana ipſi velut ſub meridiana luce expoſita eſſent. Ingenuae interim confeſſionis non leve commodum eſſe: ea ſiquidem nobis faſtidio ſumus, ad Dei autem amicitiam accedimus. Item: mali hominis confeſſionem nihil aliud eſſe, quam ſibi diſplicere; pii vero, gratiam, & reliqua bona in eumdem Deum largitorem refundere.

ET tibi quidem Domine, cuius oculis nuda eſt abyſſus (*a*) humanae conſcientiae, quid occultum eſſet in me, etiam ſi nollem confiteri tibi? Te enim mihi abſconderem, non me tibi. Nunc autem quod gemitus meus teſtis eſt diſplicere me mihi, tu refulges, & places, & amaris, & deſideraris, ut erubeſcam de me & abiiciam me, atque eligam te, & nec tibi nec mihi placeam niſi de te. Tibi ergo Domine manifeſtus ſum quicunque ſim, & quo fructu tibi confitear dixi. Neque enim id ago verbis carnis & vocibus, ſed verbis animae, & clamore cogitationis, quem novit auris tua. Cum enim malus ſum, nihil eſt aliud confiteri tibi, quam diſplicere mihi (*b*); cum vero pius, nihil eſt aliud confiteri tibi, quam hoc non tribuere mihi: quoniam tu Domine benedicis iuſtum, ſed prius eum iuſtificas impium. Confeſſio itaque mea, Deus meus in conſpectu tuo tibi tacite fit, & non tacite. Tacet enim ſtrepitu, clamat affectu. Neque dico recti aliquid hominibus, quod non a me tu prius audieris, aut etiam tu aliquid tale audis a me, quod non mihi tu prius dixeris.

(*a*) *Cuius oculis nuda eſt abyſſus &c.* = Ita Apoſtolus Hebr. 4. 13. *Et non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu eius, omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius.* David etiam Pſal. 68. 6. Pſ. 33. 16., & 17. & Eccleſiaſticus 15. 20. = *Te enim mihi abſconderem &c.* = Niſi enim ei confiteamur, ipſe praeſentiae ſuae, gratiae ſuae fulgores retraheret. Immo, eſſet non agnoſcere Deum, quem conſcientiae noſtrae ſecreta latere non poſſunt.

(*b*) *Quam diſplicere mihi.* = Id fuſe ediſſerit Tract. 12. in Ioan. ad v. 19. n. 13. At ſat erit pauca quaedam exſcribere. = *Cum autem coeperit tibi diſplicere quod feciſti, inde incipiunt bona opera tua, quia accuſas mala opera tua. Initium operum bonorum confeſſio eſt operum malorum. Facis veritatem, & venit ad lucem. Quid eſt, Facis veritatem? Non te palpas, non tibi blandiris &c.* Quae & alibi obſervat frequentiſſime. Sed adde propter ea, quae ſequuntur illud in Pſal. 29. Enarr. 2. ad v. 10. n. 19. = *Confeſſio gemina eſt, aut peccati, aut laudis. Quando nobis male eſt, in tribulationibus confiteamur peccata noſtra; quando nobis bene eſt, in exſultatione iuſtitiae confiteamur laudem Deo: ſine confeſſione tamen non ſimus.* Similia expendit Serm. 29. de primo v. Pſal. 117. (Alias, 3. de Diverſ.) c. 2. n. 4. 5., & 6.

Terminat autem caput in laudem divinae gratiae, ſine qua nec muſſitare quidquam boni poſſumus, iuxta illud 1. Cor. 12. 3. *Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu-Sancto.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Perſtringit leniter malum hominum genium ad alienarum rerum notitiam avide inhiantem ſuis vero in corrigendis tardum, ac deſidioſum. Ludit inde religioſe, quaerens, an non timeamus ab ipſo, ſuis de ſecretiſſimis dicente nos ſupplantari? at fatetur mox, vel caritate ad proximi verbis fidendum nos deportandos. Quaerens tandem publicae huius confeſſionis bonum, de vetuſtis non anxie diſputandum innuit: illa enim hominem culpis oppreſſum ad divinae gratiae, & novae vitae ſpem elevant; at obſcurum ſibi videri, quomodo praeſentium notitia Lectores iuvare poſſit.

I. QUid mihi ergo eſt cum hominibus ut audiant confeſſiones meas (*a*), quaſi ipſi ſanaturi ſint omnes languores meos? Curioſum genus ad cognoſcendam vitam alienam (*b*), deſidioſum ad corrigendam ſuam. Quid a me quaerunt audire qui ſim, qui nolunt a te audire qui ſint? Et unde ſciunt cum a me ipſo de me ipſo audiunt, an verum dicam, quando quidem nemo ſcit hominum quid agatur in homine, niſi Spiritus hominis qui in ipſo eſt (1)? Si autem a te audiant de ſe ipſis, non poterunt dicere, mentitur Dominus. Quid eſt enim a te audire de ſe, niſi cognoſcere ſe? Quis porro cognoſcit & dicit, falſum eſt, niſi ipſe mentiatur? Sed quia caritas omnia credit (2), inter eos utique quos connexos ſibimet unum facit, ego quoque Domine etiam ſic tibi confiteor, ut audiant homines, quibus demonſtrare non poſſum an vera confitear, ſed credunt mihi quorum mihi aures caritas aperit.

II. Verumtamen tu medice meus intime, quo fructu iſta faciam, eliqua mihi: nam confeſſiones praeteritorum malorum meorum, quae remiſiſti & texiſti (3), ut beares me in te, mutans animam meam fide & ſacramento tuo (*c*), cum leguntur & audiuntur, excitant cor ne dormiat in deſperatione & dicat, non poſſum: ſed evigilet in amore miſericordiae tuae, & dulcedine gratiae tuae, qua potens eſt omnis infirmus, qui ſibi per ipſam fit conſcius infirmitatis ſuae. Et delectat bonos audire praeterita mala eorum qui iam carent eis, nec ideo delectat quia mala ſunt, ſed quia fuerunt & non ſunt. Quo itaque fructu, Domine Deus meus, cui quotidie confitetur conſcientia mea, ſpe miſericordiae tuae ſecurior quam innocentia ſua; quo fructu quaeſo etiam hominibus coram te confiteor per has litteras adhuc quis ego ſim, non quis fuerim? Nam illum fructum vidi, & commemoravi. Sed quis adhuc ſim, ecce in ipſo tempore confeſſionum mearum, & multi hoc noſſe cupiunt qui me noverunt, & non me noverunt, qui ex me vel de me aliquid audierunt: ſed auris eorum non eſt ad cor meum; ubi ego ſum quicunque ſum. Volunt ergo audire confitentem me quid ipſe intus ſim, quo nec oculum, nec aurem, nec mentem poſſunt in-

(1) 1. Cor. 2. 11.
(2) 1. Cor. 13. 7.
(3) Pſal 31. 1.

tendere; credituri tamen volunt, numquid cognituri? Dicit enim eis caritas qua boni ſunt, non mentiri me de me confitentem, & ipſa in eis credit mihi.

(*a*) *Ut audiant confeſſiones meas.* = Congerit hic plures blaſphemias *Ioannes Phereponus*, quas tamen cum operis huius initio repulerimus (1), tantummodo priora earum verba recitamus. *Videtur haec ſcripſiſſe Auguſtinus, non tantum poſt ſcriptos, ſed etiam poſt editos priores libros Confeſſionum; quos avide videntur lectitaſſe ii, quibus notus erat, & quorum hominum nonnulli Auguſtinum ſemetipſum accuratius deſcribere optabant*. Non ut accuratius Auguſtinus ſemetipſum pingeret, ſed ut ſanctum ſuſpicerent, cui foedo condoluerant, ut cap. ſequenti obſervabimus ſigno A.

Hoc textu abutuntur haeretici (2) ſacramentalis Confeſſionis oſores. At perperam omnino; Auguſtinus enim loquitur de peccatis Baptiſma praecedentibus, quae Confeſſionis materia non ſunt. Aut de ſequentibus, ſed adeo minutis, ut ad ſummum venialia cenſeri poſſint; haec autem religioſe, at non neceſſario deponuntur in Confeſſione. Et quod gravius eſt: de confeſſione publica, omnibus hominibus facienda, non de ſecreta, & auriculari, quae fit Sacerdoti. Inſuper vertitur argumentum in ipſos haereticos; Videtur enim S. D. ambigere de Confeſſionis etiam bono, nedum neceſſitate; At ſacramentalem Confeſſionem, licet non neceſſariam, utilem haereticorum principes quoque fatentur. Lutherus lib. de Captivitate Babilonica, titulo, *de Sacram. Poenit.* tom. 2. edit. Wittemberg. 1561. fol. 8. p. 1. & diſput. cuius titulus, *Summa doctrina de poenitentia*, eodem tom. fol. 450. p. 1. col. adſtipulatur, vel ſaltem adſtipulata eſt aliquando integra ſynagoga, Confeſſio Auguſtana. Calvinus lib. 3. Inſtitut. c. 4. paragr. 12., & 14. & alii.

Ceterum ſacramentalis Confeſſionis neceſſitatem ſtatuit Auguſtinus ſaepe ſaepius. Serm. 392. ad Coniugatos (Alias, 49. inter 50. Homil.) c. 3. = Nemo „ ſibi dicat, Occulte ago, apud Deum „ ago, novit Deus, qui mihi ignoſcat, „ quia in corde meo ago. Ergo ſine „ cauſſa dictum eſt, *Quae ſolveritis in* „ *terra, ſoluta erunt in caelo* (3). Ergo ſine „ cauſſa ſunt claves datae Eccleſiae Dei? „ Fruſtramus Evangelium, fruſtramus „ verba Chriſti? Promittimus vobis, „ quod ille negat?] Et Serm. 393. de Poenitentibus (Alias, 41. ex 50. Homil.) poſt med. = Non ſolum poſt poenitentiam „ tiam ab iſtis vitiis (*gravibus nempe,* „ *& peſtiferis*) ſe homo ſervare debet, „ ſed & ante poenitentiam, dum ſanus „ eſt; quia ſi ad ultimum vitae ſteterit, „ neſcit ſi ipſam poenitentiam, ac Deo, „ & Sacerdoti peccata ſua confiteri po„ terit.] Qui plura deſiderat, videre poterit lib. 2. de Adulter. Coniug. 16. Epiſt. 98. olim 23. & Serm. 253. alias 12. ex 50. Homil. qui tamen in Appendice a Benedictinis ponitur, utpote qui ſtylum Caeſarii prorſus ſapiat, quive iam olim Lovanienſibus ambiguus, Verlino, & Vindingo falſus. Oſtendunt autem Polemiſtae Theologi idem ſacramentum ab Irenaeo, Origene, Athanaſio, Baſilio, Chryſoſtomo, Cypriano, Hilario, Ambroſio, Rufino &c. diſertis verbis commendatum, & ſtabilitum.

(*b*) *Curioſum genus ad cognoſcendam vitam alienam &c.* = Ad graviſſimum hocce dictum dilucidandum, accipe verba eiusdem lib. de Agone Chriſtiano, c. 4. n. 4. ſub finem: *Omnis anima indocta curioſa eſt*. Et lib. de Utilitate credendi, cap. 9. n. 22. = Sed „ ſcis etiam curioſum non nos ſolere „ appellare ſine convicio; ſtudioſum ve„ ro etiam cum laude. Quamobrem at„ tende ſi placet, etiam inter haec duo „ quid tibi diſtare videatur. Id certe „ reſpondes, quod quamvis uterque a„ gatur magna cupiditate noſcendi, cu„ rioſus tamen ea requirit, quae ni„ hil ad ſe attinent: ſtudioſus autem „ contra, quae ad ſeſe attinent requi„ rit.] Et ut omittam Zenonem de praecepto, *Attende tibi:* S. Ioan. Chryſoſtomus Homil. 9. in cap. 5. Epiſt. 1. ad Theſſ. initio. = Nihil ita, ut adparet, „ curioſum eſt, & avidum ad rerum „ obſcurarum, & reconditarum cogni„ tionem, ut humana natura. Hoc au„ tem illi contingere ſolet, quando te„ nuem, & nondum abſolutum intelle„ ctum habet. Qui enim rudiores ſunt „ inter pueros, non omittunt & nutri-

„ ces

(1) L. 1. c. 1. A. n. v.
(2) Albanenſes. Iacobitae. Lutherus Philippus Melan. Calvinus. Eraſmus (pro more) tergiverſatione. Brentius in Confeſſione Wittemberg. Kemnitius ibidem pag. 1019.
(3) Matth. 18. 18.

„ ces, & paedagogos, & patres crebris „ ſuis interrogationibus inturbare, in „ quibus nihil aliud eſt, quam quando „ hoc, quando illud fit. Evenit autem „ illud & ex deliciis, & ex eo quod „ nihil eſt operis, quod fiat.] Et Ho„ mil. 15. in cap. 5. Epiſt. 1. ad Tim. poſt init. *Cui ſua curae ſunt, alienorum nulla ratio ſubeſt, cura nulla alterius abſtrepit*. Notum Iambicum: *Aliena omittit - qui ſollicitus eſt ſui* ..... *Ignavia deterior curioſitas*. Terentius *Heautonti moramenos* 3. Sc. 1. *Dii veſtram fidem - Ita ne comparatam eſſe naturam - Hominum omnium - Aliena melius ut videant, & iudicent - Quam ſua?*

(*c*) *Mutans animam meam fide, & ſacramento tuo.* = Adludit ad illud Salvatoris Mar. 16. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit*. Sicut praecedentibus verbis, *quae remiſiſti, & texiſti*, ad v. 1. Pſal. 31. adluſerat: *Beati quorum remiſſae ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*. Quanquam vero hoc capite, & ſeq. agat Auguſtinus de piis Fratribus, qui bono animo confeſſiones ſuas audire volebant: adhuc ſaepe ad univerſi humani generis curioſitatem digreditur, unde & per declamationem loquitur.

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Statuit tandem, qua bono praeſentes animae ſuae aut dotes, aut naevos retegere poſſit: Pii enim Lectores de dotibus bonorum omnium largitori Deo gratias referent, eidemque preces fundent, ut eius virtute naevi tollantur. Fratres autem, quibus potiſſimum loquitur, gregis ſui oves ſunt, quibus Redemtoris iuſſu, & exemplo episcopus ipſe non tam imperat, quam famulatur.

I. SEd quo fructu id volunt? An congratulari mihi cupiunt, cum audierint quantum ad te accedam (*a*) munere tuo, & orare pro me, cum audierint quantum retarder pondere meo (*b*)? Indicabo me talibus. Non enim parvus eſt fructus, Domine Deus meus, ut a multis tibi gratiae agantur de nobis, & a multis rogeris pro nobis. Amet in me fraternus animus quod amandum doces, & doleat in me quod dolendum doces. Animus ille hoc faciat fraternus, non extraneus, non filiorum alienorum, quorum os loquutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis (1); ſed fraternus ille qui cum adprobat me, guadet de me; cum autem improbat me, contriſtatur pro me: quia ſive adprobet me, ſive improbet, diligit me. Indicabo me talibus, reſpirent in bonis meis, ſuſpirent in malis meis. Bona mea inſtituta tua ſunt & dona tua; mala mea delicta mea ſunt & iudicia tua. Reſpirent in illis, & ſuſpirent in his, & hymnus & fletus adſcendant in conſpectum tuum de fraternis cordibus thuribulis tuis (*c*). Tu autem Domine delectatus odore ſancti templi tui, miſerere mei ſecundum magnam miſericordiam tuam (2), propter nomen tuum, & nequaquam deſerens coepta tua, conſumma imperfecta mea.

II. Hic eſt fructus confeſſionum mearum, non qualis fuerim, ſed qualis ſim, ut hoc confitear non tantum coram te ſecreta ex-

(1) Pſal. 143. v. 7. & 8. — (2) Pſal. 50. 1.

exſultatione cum tremore & ſecreto moerore cum ſpe, ſed etiam in auribus credentium filiorum hominum ſociorum gaudii mei & conſortium mortalitatis meae, civium meorum & mecum peregrinorum, praecedentium, & conſequentium, & comitum vitae meae. Hi ſunt ſervi tui fratres mei, quos filios tuos eſſe voluiſti, dominos meos quibus iuſſiſti ut ſerviam (*d*), ſi volo tecum de te vivere. Et hoc mihi Verbum tuum parum erat, ſi loquendo praeciperet, niſi & faciendo praeiret (1). Et ego id ago factis & dictis, id ago ſub alis tuis nimis cum ingenti periculo; niſi quia ſub alis tuis tibi ſubdita eſt anima mea, & infirmitas mea tibi nota eſt. Parvulus ſum, ſed vivit ſemper Pater meus, & idoneus eſt mihi tutor meus. Idem ipſe eſt enim qui genuit me & tuetur me; & tu ipſe es omnia bona mea, tu omnipotens qui mecum es, & priuſquam tecum ſim Indicabo ergo talibus qualibus iubes ut ſerviam, non quis fuerim, ſed quis iam ſim, & quis adhuc ſim; ſed neque me ipſum diiudico; ſic itaque audiar (2).

(*a*) *Quantum ad te accedam &c.* = Hac velut potiſſima, & fere unica ratione pios Fratres Confeſſiones ab Auguſtino, non quidem nunc, ſed olim, & primo exegiſſe credendum eſt. Verum quum modeſtiſſimus Doctor mala omni orationis impetu ſcriberet, & amplificaret: bona vero aut ſileret, aut curſim, & a longe innueret, videor mihi videre pios Fratres conqueſtos quod ſuum ipſorum deſiderium eluderetur, dum divinorum chariſmatum hiſtoriam penſantes, nonniſi vetuſtos naevos intuerentur: unde & inſtaſſe, ut qualis nunc eſſet aperiret, nunc ſcilicet Dei factus domeſticus. Verum & exinceps deluſi ſunt: quid enim in ſequentibus habes, niſi acerrimum ſui ipſius iudicium? Hoc vero fuiſſe deſiderium Fratrum ratione, & exemplo ſuademur; Quis enim credat pios, graves, atque prudentes homines Epiſcopum ſanctiſſimum, ut prioris vitae foeditates orbi aperiret interpellaſſe? Ita etiam paſſim in ſimilibus: Cum ab aliquo Dei amico ſui ipſius hiſtoriam poſtulamus, non prioris vitae maculas, ſed poſterioris divina chariſmata adtendimus. Ita Paulinus Alypii: & non diſſimili deſiderio Paulinum, & reliquos Auguſtini hiſtoriam voluiſſe cenſendum eſt: *Cito ergo, ſi Dominus adiuverit, totum Alypium inſeram praecordiis tuis: nam hoc ſum ego maxime veritus, ne ille vereretur aperire omnia, quae in eum Dominus contulit &c.* Epiſt. 27. olim 32. ad Paulin. n. 5.

(*b*) *Quantum retardet pondere mea.* = Adludit ad illud Sap. 9. 15. *Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit &c.* Quod variis phraſibus ſaepe docuit Apoſtolus = *Animus .. fraternus, non extraneus.* = Non animus *Eraſmi*, minus autem *Pherepomi*, quibus non ſcriptae ſunt hae Confeſſiones. = *Mala mea, delicta mea ſunt, & iudicia tua.* = Hoc dictum ſic excipit Wangnereck: *Quia Deus iuſto iudicio amicos ſuos & filios permittit cadere* ſeepties (3), *haec enim infirmitas pars poenae eſt filiorum Adam, & ſimul humilitatis admonitio, ac exercitatio.* Niſi forte Auguſtinus loquatur de peccatis, quatenus ſunt materia iudicii, hoc eſt, in quibus iudicii ſui potentiam Deus oſtendit.

(*c*) *Thuribulis tuis.* = Quemadmodum enim in thuribulis aromata: ita in cordibus ſanctorum pii motus, atque adſectus Deo adolentur. Cor *Pherepomi* fuit thuribulum diaboli, cui mille blaſphemiis, & iniquis cogitationibus, maxime vero ſuperbia litavit. = *Conſumma imperfecta mea.* = Leves culpas, culparum reliquias, & malas inclinationes. Adludit vero ad illud Pſal. 138 15. *Imperfectum meum viderunt oculi tui.*

(*d*) *Quibus iuſſiſti ut ſerviam.* = Id vero ſaepe. 1. Petri, c. 5. v. 2., & 3. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei &c. neque ut dominantes in cleris.* Quod imperaverat Dei Filius Lucae 22. 26. & Ioann. 13. v. 14., & 15. Iam autem de Epiſcopatu, & omnibus Eccle-

(1) Act. 1. 1. Ioan. 13. & v. 13.
(2) 1. Cor. 4. 3.
(3) Prov. 24. 16.

eleſiaſticis dignitatibus id in proverbium abiit: *Sunt onera, non honores*. Quod forte depromtum eſt ex Auguſtino, qui lib. 19. de Civit. Dei, cap. 19. *Propter quod ait Apoſtolus*, Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. *Exponere voluit quid ſit epiſcopatus: quia nomen eſt operis, non honoris.*

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

Quanquam iamiam exaƈtiſſime conſcientiam ſuam diſcuſſurus ſit: profitetur tamen graviſſime, ubique lapſum timere, & ſuiipſius iudicio etiam de ſeipſo minime fidere. Etſi enim, iuxta Pauli oraculum, nemiſi ſpiritus hominis quae ipſius ſunt ſciat: adhuc talem eſſe Deum, ut & illa hominis ſciat, quae eumdem ipſum hominem latent. Interim tamen modeſte addit acutus Doƈtor, melius utcunque ſe Deum, quam ſeipſum deprehendere: certo enim, puta, novit Deum violari nullo modo poſſe: interim neſcius quas ipſe valeat tentationes depellere. At illud maxime ad Dei laudem ſpeƈtat, quidquid a nobis ſcitur, in eius luminis beneficium revocari.

TU enim Domine diiudicas me (*a*), quia & ſi nemo ſcit hominum quae ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt (1); tamen eſt aliquid hominis quod nec ipſe ſcit ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt; tu autem Domine ſcis eius omnia qui feciſti eum. Ego vero quamvis prae tuo conſpeƈtu me deſpiciam, & aeſtimem me terram & cinerem, tamen aliquid de te ſcio quod de me neſcio. Et certe nunc videmus per ſpeculum in aenigmate, nondum facie ad faciem (2); & ideo quamdiu peregrinor abs te (3), mihi ſum praeſentior quam tibi (*b*), & tamen te novi nullo modo poſſe violari; ego vero quibus tentationibus reſiſtere valeam, quibuſve non valeam, neſcio. Et ſpes eſt, quia fidelis es, qui nos non ſinis tentari ſupra quam poſſumus ferre, ſed facis cum tentatione etiam exitum, ut poſſimus ſuſtinere (4). Confitear ergo quid de me ſciam, confitear & quid de me neſciam. Quoniam & quod de me ſcio, te mihi lucente (5) ſcio; & quod de me neſcio, tamdiu neſcio, donec fiant tenebrae meae ſicut meridies (6) in vultu tuo (7).

(*a*) *Diiudicas me*. = Haec cum poſterioribus praeced. capitis connectuntur; & ſit integrum illud Pauli 1. Cor. 4. v. 3., & 4. *Sed neque meipſum iudico ... qui autem iudicat me Dominus eſt*. Plura autem de ſeipſo neſcit homo; puta, An odio, vel amore dignus ſit, ut Eccleſiaſtes teſtatur 9. 1. An vas irae, vel miſericordiae: Et ſuas etiam neſcit cogitationes: unde tot conſcientiae anxietates &c. At ipſe Auguſtinus explicat inferius, quid potiſſimum intueatur: *quibus tentatiooibus reſiſtere valeam &c.* Inquiens autem inferius, *& extimem me terram, & cinerem*, imitatur Abraham, qui Geneſ. 18. 27. *Quia ſemel coepi, loquar ad Dominum meum, cum ſim pluvis, & cinis.*

(*b*) *Mihi ſum praeſentior, quam tibi*. = Deus cum puriſſimus aƈtus ſit, ſe.

(1) 1. Cor. 2. 11.
(2) 1. Cor. 13. 12.
(3) 2. Cor. 5 6.
(4) 1. Cor. 10. 13.
(5) Et Pſal. 35. 10. *In lumine tuo Videbimus lumen.*
(6) Iſaiae 58. 10.
(7) Pſal. 66. 2. *Illumina vultum ſuum ſuper nos &c.* Pſal. 118. 135. *Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum &c.*

ſeſe quidem maxime praeſens eſſet: ſed creaturarum infirmitate adtenta, eſt velut in abſcondito. Adhuc vero primas naturales veritates plurimas de illo certo cognoſcimus; quae in nobis factae particulares, & contingentes ignorantur. Ut enim ad Auguſtini exemplum veniamus: nobis tentationibus aut ſuccumbentibus, aut reſiſtentibus nil eſſentiae, vel naturae detrahitur; At Deus vel minimum violatus, iam Deus non eſſet. Diceus in fine, *donec fiant tenebrae meae &c.* intuetur illud Iſaiae 58. 10. *Orietur in tenebris lux tua, & tenebrae tuae erunt ſicut meridies.*

C A P U T VI.

A R G U M E N T U M.

Colligit nunc humanas, divinaſque vires ſuas Auguſtinus: & ſummo orationis impetu in Divinae pulcritudinis laudes effunditur. Et quidem tantum bonum certa ſe amare conſcientia ſibi videri ingenue praefatur. Inde ad quaelibet creaturarum genera, quarum nulla Dei pulcritudinem ſilet. Nec cogites omnimodarum cantilenarum dulces melodias, florum, unguentorum, & aromatum ſuaveolentiam, & his ſimilia: non haec Deus, non haec ille, cui inhiat Auguſtinus; ſed bonum quoddam ſummum, illorum omnium dotes eminentiſſima ratione, & maieſtate in ſe uno continens. Nunc iterum alia ratione ad omnes creaturas per ſingula genera, quarum prorſus quaelibet & Auguſtino, & omni recte iudicanti ſe factam mox, Factorem autem altiſſimum thronum occupantem praedicat; Anima ſiquidem hominis creaturis omnibus (Angelis exceptis) eminet, eſt enim corporis vita; at Deus ipſam vitam inſpiravit, & regit.

I. NOn dubia, ſed certa (*a*) conſcientia Domine amo te. Percuſſiſti cor meum verbo tuo, & amavi te. Sed & caelum, & terra & omnia quae in eis ſunt, ecce undique mihi dicunt ut te amem, nec ceſſant dicere omnibus, ut ſint inexcuſabiles (*b*) (1). Altius autem tu miſereberis cui miſertus eris, & miſericordiam praeſtabis cui miſericors fueris (2): alioquin caelum & terra ſurdis loquuntur laudes tuas. Quid autem amo cum te amo? Non ſpeciem corporis, nec decus temporis, nec candorem lucis ecce iſtis amicum oculis, non dulces melodias cantilenarum omnimodarum, non florum & unguentorum & aromatum ſuaveolentiam, non manna & mella, non membra acceptabilia carnis amplexibus. Non haec amo cum amo Deum meum, & tamen amo quamdam lucem, & quamdam vocem, & quemdam odorem, & quemdam cibum, & quemdam amplexum cum amo Deum meum, lucem, vocem, odorem, cibum, amplexum interioris hominis mei; ubi fulget animae meae quod non capit locus, & ubi ſonat quod non rapit tempus, & ubi olet quod non ſpargit flatus, & ubi ſapit quod non minuit edacitas; & ubi haeret quod non divellit ſatietas. Hoc eſt quod amo cum Deum meum amo.

II. Et quid eſt hoc? Interrogavi terram, & dixit: Non ſum; & quaecumque in eadem ſunt, idem confeſſa ſunt. Interrogavi ma-

(1) Rom. 1. 20.

(2) Rom. 9. 15.

mare & abyſſos, & reptilia animarum vivarum, & reſponderunt: Non ſumus Deus tuus, quaere ſuper nos. Interrogavi auras flabiles, & inquit univerſus aer cum incolis ſuis: Fallitur Anaximenes (c), non ſum Deus. Interrogavi caelum, ſolem, lunam, ſtellas: Neque nos ſumus Deus quem quaeris, inquiunt. Et dixi omnibus iis quae circumſtant fores carnis meae: Dixiſtis mihi de Deo meo quod vos non eſtis, dicite mihi de illo aliquid. Et exclamaverunt voce magna: Ipſe fecit nos. Interrogatio mea, intentio mea, & reſponſio eorum, ſpecies eorum. Et direxi me ad me, & dixi mihi: Tu quis es? Et reſpondi, Homo. Et ecce corpus & anima in me mihi praeſto ſunt, unum exterius, & alterum interius. Quid horum eſt unde quaerere debui Deum meum, quem iam quaeſiveram per corpus a terra uſque ad caelum, quo uſque potui mittere nuntios, radios oculorum meorum? Sed melius quod interius. Et quippe renuntiabant omnes nuntii corporales praeſidenti & iudicanti de ſingulis reſponſionibus caeli & terrae, & omnium quae in eis ſunt dicentium: Non ſumus Deus, ſed ipſe fecit nos (d); homo interior cognovit haec per exterioris miniſterium, ego interior cognovi haec, ego, ego minus per ſenſus corporis mei. Interrogavi mundi molem de Deo meo, & reſpondit mihi, Non ego ſum, ſed ipſe me fecit.

III. Nonne omnibus quibus integer ſenſus eſt, adparet haec ſpecies? Cur non omnibus eadem loquitur? Animalia puſilla & magna vident eam, ſed interrogare nequeunt: non enim praepoſita eſt in eis nuntiantibus ſenſibus iudex ratio. Homines autem poſſunt interrogare ut inviſibilia Dei per ea quae facta ſunt intellecta conſpiciantur (1); ſed amore ſubduntur eis, & ſubditi iudicare non poſſunt (e). Nec reſpondent iſta interrogantibus niſi iudicantibus, nec vocem ſuam mutant, id eſt, ſpeciem ſuam, ſi alius tantum videat, alius autem videns interroget, ut aliter illi adpareat, aliter huic; ſed eodem modo utrique adparens, illi muta eſt, huic loquitur; immo vero omnibus loquitur; ſed illi intelligunt qui eius vocem acceptam foris intus cum veritate conferunt. Veritas enim dicit mihi: Non eſt Deus tuus caelum & terra, neque omne corpus. Hoc dicit eorum natura videnti: Moles eſt, moles minor eſt in parte, quam in toto. Iam tu melior es, tibi dico anima, quoniam tu vegetas molem corporis tui, praebens ei vitam, quod nullum corpus praeſtat corpori. Deus autem tuus etiam tibi vitae vita eſt (f).

(a) *Non dubia, ſed certa &c.* = Exeat nunc ex haereticis poſterioribus aliquis, & dicat: En Auguſtini pro errore noſtro ſuffragium; ſi enim Auguſtinus certa conſcientia Deum amare ſe dixit: cur non poterit & Chriſtianorum quicunque? Fere enim quotquot ſunt iuniores apoſtatae gratiae, & ſanctitatis certitudinem ſibi ſpondent. Lutherus Articul. 10. 11., & 12. Philippus Melanchton in Commentar. 1. ad Corinth. 3. Magdeburgenſes Centuria 2. c. 4. Petrus pſeudo-martyr Locorum communium claſſe 3. c. 4. paragr. 88., & 89 Calvinus lib. 3. Inſtit. c. 2. paragr. 16. & ſequent. & in Antidoto concil. Trident. ſeſſ. 6. Kemnitius in Examine eiusdem concil. Trident. & alii. Verum nihil Auguſtino, & haereticis. I. Certitudo ab haereticis iactata Fidei eſt; loquitur vero Auguſtinus de certitudine morali, ſeu quae ex coniecturis petitur, iuxta illud Pauli 1. Cor. 4. 4. *Nihil mibi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſti-*

(1) Rom. 1. 20.

iuſtificatus ſum. II. Haeretici volunt, nedum poſſe, ſed teneri quemlibet fidelem certum eſſe de ſua gratia: Ex hoc Auguſtini loco ad ſummum infertur, nos poſſe, at nullo modo, teneri. III. Quod potiſſimum improbavit Eccleſia eſt, omnes Fideles certitudine illa gaudere; at libenter fatetur, Dei domeſticum peculiari revelatione poſſe de ſua gratia certum fieri. Quanquam certitudo illa poſt Apoſtolorum tempora ad eam, quae Orthodoxae fidei eſt, nunquam poſſit pertingere. IV. At ſuſpicor ego vehementer Auguſtinum hic non adſenſum, ſed adſenſus obiectum intueri: non amoris ſui, ſed Divinae amabilitatis certitudinem praedicare; ut velit nempe amorem ſuum non fluctuare, cum Deum intueatur, cui nos prorſus fidere poſſe innumera, & fortiſſima argumenta ſuadent. Id & ex ipſis verbis diligenter diſcuſſis, & ex iis, quae ſequuntur coniici poteſt: mox enim creaturas omnes ad cauſſam vocat, & quamlibet Dei exſiſtentiae, pulcritudinis, potentiae, & amabilitatis teſtem facit.

Ceterum veritatem Catholicam ſtatuit, & etiam dilucidat Auguſtinus frequentiſſime: ut lib. QQ. 83. q. 59. lib. de Correptione, & Gratia, cap. 13. n. 4. In Pſal. 41. ad illud, *Ad meipſum anima mea conturbata eſt*. In Pſal. 50., & 149. &c. In quo adeo uniformes, & conſtantes ſunt Patres, ut Melanchton, Petrus, & Magdeburgenſes locis ſupra laudatis querantur, corruptam ab illis Evangelii doctrinam. Qui rem hanc ex Scripturis, Patribus, Conciliis, atque ratione diſcuſſam intueri ambit: conſulat Polemiſtas.

(*b*) *Ut ſint inexcuſabiles*. = Loquitur ex Apoſtolo, qui Rom. 1. 20. *Inviſibilia enim ipſius a creatura mundi per ea, quae facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus, & divinitas, ita ut ſint inexcuſabiles*. Voces caeli, terrae &c. ſunt ut Schola loquitur, obiectivae: ſcilicet nobis ad cognoſcendum, & amandum Deum materia ſunt. Hac ratione ſunt excipienda quae Pſal. 148. Daniel. 3. & Actor. 14. v. 16., & 17. habentur. Quod monitum integro hoc capite attendere debes.

Quod mox ſequitur, Paulinum eſt Rom. 9. 15. *Moyſi enim dicit: Miſerebor cuius miſereor, & miſericordiam praeſtabo cuius miſerebor* (1). Sequitur. = *Antiquin caelum, & terra ſurdis &c.* = Nempe, adeo facile ex creaturis in Dei notitiam venire poſſumus, ut iure inexcuſabiles dicantur qui &c.

(*c*) *Fallitur Anaximenes*. = Quod tradit etiam Epiſt. ad Dioſcorum 118. (Alias, 56.) cap. 4. n. 23. = Et utrum ,, refellendi cauſa tanquam Academicus ,, Anaximeni Cicero (2) obiecerit formam, ,, & pulcritudinem Deum habere oportere, quaſi corpoream ſpeciem cogitans, quia ille corporeum Deum eſſe ,, dixerat, aer enim corpus eſt &c. Quod ,, autem ait ille gigni aerem, quem tamen Deum eſſe cenſebat, nullo modo ,, movet hunc virum &c.] Item lib. 8. de Civit. Dei, cap. 2. = Ionici vero generis princeps fuit Thales Mileſius unus illorum ſeptem, qui appellati ſunt Sapientes &c. Huic ſucceſſit ,, Anaximander eius auditor &c. Iſte Anaximenem diſcipulum, & ſucceſſorem ,, reliquit: qui omnes rerum cauſſas infinito aeri dedit: nec deos negavit, ,, aut tacuit: non tamen ab ipſis aerem ,, factum, ſed ipſos ex aere ortos credidit. Anaxagoras vero eius auditor &c. ,, Diogenes (3) quoque Anaximenis alter ,, auditor &c.] Tandem lib. 18 cap. 25. in fine ſermonem habens de captivitate Hebraeorum, regnante apud eos Sedechia, apud Romanos Tarquinio Priſco: *Eo captivitatis Iudaicae tempore & Anaximander, & Anaximenes, & Xenophanes phyſici claruerunt. Tunc & Pythagoras, ex quo coeperunt appellari philoſophi*.

Hic Anaximenes Mileſius, ſeu Phoenix, nedum Anaximandri, ſed Parmenidis quoque diſcipulus, ſuſpenſae mentis philoſophus ille eſt, qui in domus atrio ſiderum inſpectionis totus intentus, in puteum, ſeu foveam praeceps ruit, ibique vitam finivit (4). Sunt qui lapſum hunc Thaleti tribuant (5); At exitus ſimilitudine decipiuntur: cenſentque unum, cum fuerit duplex; Thales enim ſimili abſtractione ad lapidem offendens, terram matrem praecipiti motu equidem ſalutavit: at vitam non amiſit, exceptuſque eſt hoc ancillae cachinno: *Iure & merito lapſus eſt qui ignarus ante pedes poſita, quae ſunt in caelis contemplabatur* (6). Anaximenes autem prorſus extinctus, amicorum lacrymas excitavit.

(*d*) *Ipſe*

(1) Exodi 33. 19.
(2) L. 1. de Natura Deor.
(3) Diogen hic, non Cynicus, ſed Appolloniates, de quo Cic. in l. de Nat. Deorum.
(4) Sabellius lib. 6. En. 2.
(5) Anton. in Meliſſ. p. 2. Serm. 97. Maximus Serm. 21.
(6) Bruſ. l. 27.

Digitized by Google

(d) *Ipſe fecit nos.* = Sumſit haec verba a Davide, qui Pſ. 99. *Et ſcitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.* = *Interrogatio mea, intentio mea.* = Mentis videlicet actus, qui creaturae originem, finem, & merita contemplatur. = *Reſponſio eorum, ſpecies eorum.* = Reſponſio obiectiva, ut lit. B. dicebamus. Sed quomodo ex creaturis colligatur Deus, lit. F. differemus.

(e) *Subditi iudicare non poſſunt.* = Dilucidat hunc locum Wangnereck. „ Iudicio ſufficiente ad amandum Deum, „ etſi ſufficiat ad eum cognoſcendum, & „ quaerendum, ideoque ad cultum. „ Nam etſi amor inordinatus creaturarum, „ quo homo illis ſe ſubiicit, liget af- „ fectum, ne aſſurgat in Deum: non ita „ tamen obſcurat intellectum, ut non „ videat Deum eſſe quaerendum, & „ amandum; quod quia non fecerunt „ Philoſophi, ideo ſunt inexcuſabiles, „ & evanuerunt in cogitationibus ſuis. „

Iatus cum veritate conferunt. = Cum primis veritatibus nobis inſitis. Immo cum Auguſtinus hos cum veritate conferentes hominibus malis opponat, arbitramur hic ſignificare mentem pectoris ingenuitate fociatam; non enim magnas veritates, maxime divinas, atque ſalutares deprehendimus, niſi animum malis adfectionibus exuamus.

(f) *Etiam tibi vitae vita eſt.* = Ita BB. cum ſuis MSS. nec non Arn. Som. Wangn. MSS. 2. S. Mar. Feſ. Car. As Vet. Am. Er. Lov. quibus ſuffragantur MS. Ricar. & optimus S. Cr. *tibi vita eſt.* Verum lectio noſtra & ſapit Auguſtini phraſim; remque volitam pref- ſius ſignificat; Duo enim diſtincta ſunt, corpus recipiens vitam, non ex ſe vivens: & anima propriis meritis (ut de creatura id praedicari poteſt) vivens, & corpori vitam participans; Rei huic ex propria natura viventi aptius & doctius adſcritur a Deo tribui vitae vitam: quam ſimpliciter, vitam, ut patet.

Ex creaturis autem plura argumenta ad Numen deprehendendum ſuppeditari, ſeu depromi oſtendunt late Philoſophi, tum Ethnici, tum Chriſtiani, maxime qui Metaphyſici appellantur. Quorum ſex erit ſeptem, & quidem ſummo compendio exhibere. I. Omnis creatura bene diſcuſſa, reſpondet ab alio ſe factam; in infinitum autem abibimus, niſi aliquando tandem veniat qui fecerit, & non ſit factus. II. Si creaturae iam factae ſunt, olim certe, & ſemper poſſibiles; hypotheſis autem haec cui, niſi enti neceſſario niti poterat? hoc vero ens Deum appellamus. III. Creatura quaelibet aut phyſico, aut metaphyſico motu agitur: haec ab illa, illa ab alia &c.; deveniendum eſt tandem ad ſummum praeſidem, a quo motus principium, ſeu, qui moveat, & non moveatur; quod movet, & non movetur, eſt ſimpliciſſimus actus; (moveri enim ex potentia, movere ex actu) ex actu autem perfectio &c. IV. Omnis creatura efficit, vel efficere poteſt; in mae cauſſae agunt ex mediis; hae diriguntur a prima &c. V. Ex creaturis una alia nobilior; cogimur proinde ſummum bonum ſtatuere, ad cuius analogiam, vel proportionem gradus iſti ſecernantur; Primum autem cuiuſcunque generis, eſt ceterorum, quae in tali genere repetiuntur, principium, & cauſſa; Unde habemus & bonum ſummum, & omnium bonorum principium, & cauſſam &c. VI. Non eſt creatura, quae iuxta propriae conditionis decentiam ad finem ſuum ad centrum non deferatur; Dic autem nobis quis eis talem genium indiderit? quis flexum hunc moderetur, & dirigat? Talem nos, Deum appellamus. VII. Nonnullae creaturae non eductione, ſed creatione ſe factas praedicant; haec autem actio cum ex nulla praeiacta re fiat, eius tantum eſt, qui infinita virtute pollet. Vide l. 11. c. 4.

C A P U T VII.

A R G U M E N T U M.

Edifferit adhuc Dei, quem amat, celſitudinem. Summum hoc bonum ſupra verticem ſuae animae elatum per ipſius animae rimas meditatur inſpicere. Vim tamen vegetativam, & ſenſitivam tranſeundam mox ſtatuit: utraque enim brutis etiam communis, quibus tamen non datur tantum bonum retegere.

QUid ergo amo cum Deum meum amo? Quis eſt ille ſuper caput animae meae (*a*)? Per ipſam animam meam adſcendam ad illum. Tranſibo vim meam qua haereo corpori & vitaliter compagem eius repleo. Non ea vi reperio Deum meum, nam reperiret & equus & mulus quibus non eſt intellectus (1), quia eſt eadem vis qua vivunt etiam eorum corpora. Eſt alia vis non ſolum qua vivifico, ſed etiam qua ſenſifico (*b*) carnem meam, quam mihi fabricavit Dominus, iubens oculo ut non audiat, & auri ut non videat; ſed illi per quem videam, huic per quam audiam: & propria ſingillatim ceteris ſenſibus ſedibus ſuis & officiis ſuis, quae diverſa per eos ago, unus ego animus. Tranſibo & iſtam vim meam: nam & hanc habet equus & mulus, ſentiunt enim etiam ipſi per corpus.

(*a*) *Super caput animae meae.* = Hoc eſt ſupra mentem, quae caput animae dicitur, quia illius ſuperior pars eſt. Per animam autem ad Deum duplici modo adſcendere poſſumus, & ſi mavis, etiam triplici I. Quatenus haec poſt Angelos, creaturarum omnium nobiliſſima eſt. II. Quia utcunque eſt ad imaginem Dei. III. Quia pollet ratione. Auguſtinus per animam hoc poſteriori modo acceptam ad Deum adſcendere vult.

(*b*) *Sed etiam qua ſenſifico &c.* = De anima ſenſitiva loquitur; ut ſupra illis verbis: *qua haereo corpori &c.* vegetativam expreſſerat. Accipe verba S. Doctoris lib. 5. de Civit. Dei, cap. 11. *Qui fecit hominem rationale animal ex anima, & corpore &c. qui bonis, & malis eſſentiam etiam cum lapidibus, vitam ſeminalem etiam cum arboribus, vitam ſenſualem etiam cum pecoribus, vitam intellectualem cum ſolis angelis dedit.*

Iubens oculo, ut non audiat. = Iuvat hic addere quae tradit lib. de Geſtis Pelagii ad Aurel. epiſc. cap. 14. n. 32. ſub finem. = Sunt enim quae„ dam communia omnibus membris, ſi„ cut ſanitas, ſicut vita; ſunt autem „ alia etiam ſingulis propria, unde nec „ auris ſentit colores, nec oculus vo„ ces; propter quod dicitur, ſi totum „ corpus oculus, ubi auditus? ſi totum „ auditus, ubi odoratus (2)? Quod quidem „ non ita dicitur, tamquam impoſſibile „ Deo ſit, & auribus praeſtare ſenſum „ videndi, & oculis audiendi. Quid ta„ men &c.] Ad quod propoſitum, & ſemper graviſſimum monitum eiusdem Auguſtini Epiſt. 137. (Alias, 3.) ad Voluſianum, cap. 2. n. 8. prae oculis habendum eſt: *Demus Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inveſtigare non poſſe.* Quae obſervavimus etiam l. 4. c. 11. F.

CA-

(1) Pſal. 31. 9.

(2) 1. Cor. 12. 17.

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

Gradibus adſcenſurus ad Deum: ad memoriam adcedit, longe maximum, miraculis abundantiſſimum; quorum primum illud vario ubique elegantiſſima orationis genere expendit. Senſibilibus rebus propulſatis, earum imagines ibi claſſibus thronisque ſeparatis diſpoſitas, quarum ſingulae vix expreſſo animi imperio, & mox in promtu ſunt. Etſi vero tot inſitae ſint nobis divitiae; ut ultimos earum ſinus nec animus noſter penetrare valeat: adhuc tanta eſt hominum oſcitantia, ut illis omiſſis oceani tractus, ſiderumque gyros, & alia exteriora libentius quaerant, & meditentur.

I. TRanſibo ergo & iſtam vim naturae meae gradibus adſcendens ad eum qui fecit me; Et venio in campos & lata praetoria memoriae, ubi ſunt theſauri innumerabilium imaginum de cuiuſcemodi rebus ſenſis invectarum. Ibi reconditum eſt quidquid etiam cogitamus, vel augendo vel minuendo (*a*), vel utcumque variando ea quae ſenſus adtigerit: & ſi quid aliud commendatum & repoſitum eſt, quod nondum abſorbuit & ſepelivit oblivio. Ibi quando ſum poſco ut proferatur quidquid volo, & quaedam ſtatim prodeunt; quaedam requiruntur diutius & tanquam de abſtruſioribus quibusdam receptaculis eruuntur; quaedam catervatim ſe proruunt, & dum aliud petitur & quaeritur, proſiliunt in medium quaſi dicentia: Ne forte nos ſumus? Et abigo ea manu cordis à facie recordationis meae, donec enubiletur quod volo, atque in conſpectum prodeat ex abditis. Alia faciliter atque imperturbata ſerie, ſicut poſcuntur ſuggeruntur; & cedunt praecedentia conſequentibus; & cedendo conduntur, iterum cum voluero proceſſura. Quod totum fit cum aliquid narro memoriter.

II. Ibi ſunt omnia diſtincte generatimque ſervata quae ſuo quaeque aditu ingeſta ſunt, ſicut lux atque omnes colores formaeque corporum per oculos; per aures autem omnia genera ſonorum; omnesque odores per aditum narium; omnes ſapores per oris aditum: a ſenſu autem totius corporis quid durum, quid molle, quid calidum frigidumve, lene aut aſperum, grave ſeu leve, ſive extrinſecus, ſive intrinſecus corpori; Haec omnia recipit recolenda cum opus eſt, & retractanda grandis memoriae receſſus: & neſcio, qui atque ineffabiles ſinus eius, quae omnia ſuis quaeque foribus intrant ad eam, & reponuntur in ea. Nec ipſa tamen intrant, ſed (*b*) rerum ſenſarum imagines illic praeſto ſunt cogitationi reminiſcenti eas. Quae quomodo fabricatae ſint, quis dicit, cum adpareat, quibus ſenſibus raptae ſint, interiusque reconditae? Nam & in tenebris atque in ſilentio dum habito, in memoria mea profero, ſi volo, colores, & diſcerno inter album & nigrum, & inter quos alios volo; nec incurrunt ſoni atque perturbant, quod per oculos hauſtum conſidero, cum & ipſi ibi ſint, & quaſi ſeorſum repoſiti lateant. Nam & ipſos poſco, ſi placet, atque adſunt illico. Et quieſcente lingua, ac ſilente gutture, canto quantum volo:

im-

Digitized by Google

imagineſque illae colorum, quae nihilominus ibi ſunt, non ſe interponunt, neque interrumpunt, cum theſaurus alius retractatur, qui influxit ab auribus. Ita cetera quae per ſenſus ceteros ingeſta atque congeſta ſunt, recordor prout libet: & auram liliorum diſcerno a violis, nihil olfaciens: & mel defruto (c), lene aſpero nihil tunc guſtando, neque contrectando; ſed reminiſcendo antepono.

III. Intus haec ego, in aula ingenti memoriae meae. Ibi enim mihi caelum & terra, & mare praeſto ſunt, cum omnibus quae in eis ſentire potui, praeter illa quae oblitus ſum. Ibi & ipſe mihi occurro, meque recolo, quid, quando, & ubi egerim, quoque modo, cum agerem, affectus fuerim. Ibi ſunt omnia, quae ſive experta a me, ſive credita memini. Ex eadem copia etiam ſimilitudines rerum, vel expertarum, vel ex eis, quas expertus ſum creditarum, alias atque alias, & ipſe contexo praeteritis, atque ex his etiam futuras actiones, & eventa, & ſpes, & haec omnia rurſus quaſi praeſentia meditor. Faciam hoc aut illud, dico apud me, in ipſo ingenti ſinu animi mei pleno tot & tantarum rerum imaginibus. Et hoc aut illud ſequetur. O ſi eſſet hoc, aut illud! Avertat Deus hoc aut illud. Dico apud me iſta: & cum dico, praeſto ſunt imagines omnium quae dico ex eodem theſauro memoriae, nec omnino aliquid eorum dicerem, ſi defuiſſent.

IV. Magna iſta vis eſt memoriae, magna nimis, Deus meus, penetrale amplum & infinitum; Quis ad fundum eius pervenit? Et vis eſt haec animi mei, atque ad meam naturam pertinet, nec ego ipſe capio totum quod ſum. Ergo animus ad habendum ſeipſum anguſtus eſt; Et ubi ſit, quod ſui non capit (d)? Numquid extra ipſum, ac non in ipſo? Quomodo ergo non capit? Multa mihi ſuper hoc oboritur admiratio, ſtupor adprehendit me. Et eunt homines admirari alta montium, & ingentes fluctus maris, & latiſſimos lapſus fluminum, & oceani ambitum, & gyros ſiderum, & relinquunt ſeipſos, nec mirantur. Quin haec omnia cum dicerem, non ea videbam oculis, nec tamen dicerem, niſi montes & fluctus, & flumina, & ſidera, quae vidi, & oceanum quem credidi, intus in memoria mea viderem, ſpatiis tam ingentibus, quaſi foris viderem. Nec ea tamen videndo abſorbui, quando vidi oculis: nec ipſa ſunt apud me, ſed imagines eorum. Et novi, quid ex quo ſenſu corporis impreſſum ſit mihi.

(a) ***Vel augendo, vel minuendo &c.*** = At inquies: Ubi illud Philoſophorum: *Nihil in intellectu, quod non prius in ſenſibus?* R. Augendo rem ipſam ſenſu adtactam ex aliis, quae pariter habemus a ſenſibus. Sic cum epiſcopum v. g. armatum concipio, augeo quidem receptam ſpeciem inermis epiſcopi, ſed tamen ex ſenſibus, qui etiam alia occaſione mihi hominem armatum, aut ipſa arma obiecere. De quo commentar. ſeq.

Eruditi quidam amici anxie me urgebant, ut memoriae prodigia cuncta, ab Auguſtino hic, & in ſequentibus commendata ſolvere & complanare niterer. Geminis rationibus id conſilii minime adriſit. Primo quippe nec vetuſta, nec iunior Philoſophia plene, ac tuto arcana illa ediſſerit; quot ſunt capita, tot etiam ſententiae: & unus alterius iudicium acerrime inſectatur, & etiam evertit. Inde, & potiſſimum: Auguſtini ſcopus anxias haſce quaeſtiones minime poſtulat; quemadmodum dicens, vel ſcribens aliquis, Dei providentiam in eo lucere, quod tot ab annis dies, & nox invariabili motu alternentur: haud exigeret, immo quaſi nollet (ut ſuae ecſtaſi pacatus inſiſteret) huiuſmodi motus, viciſſitudinis, conſtantiae cauſſas aperiri. Ceterum quum textus poſtulabit, libenter exſeram tenuis ingenii mei qualeſcunque vires.

De

De memoria ſermonem habet Auguſtinus lib. 1. de Ordine, c. 5. lib. 6. Muſicae, c. 4. 7. 8, & 12. lib. 2. Soliloq. c. 20. lib. 4. de Anima, & eius Origine, c. 17. lib. QQ. 83. q. 31. lib. 2. de Conſenſu Evangel. c. 21. & lib. 3. c. 13., & 25. Tract. 23. in Ioan. De Gen. ad litt. lib. 7. cap. 18. 19., & 20., & lib. 12. c. 2. De Trinit. lib. 11. c. 3., & 8 lib. 12. c. 14. lib. 14. c. 11. 12., & 13., & lib. 15 c. 23. In Pſal. 37. & Expoſit. 1. in Pſal 108 & tandem Serm 52. de Verb. Matth. 3. (Alias, 63. de Verb. Dom.) c. 7. n. 19.

(*b*) *Nec ipſa tamen intrant, ſed &c.* = Cum enim v. g. Romam olim viſam mediteris, non prorſus ipſam, ſed eius imaginem habes. His autem verbis, ſicut & illis, quae habentur ſub finem: *Nec ipſa ſunt apud me, ſed imagines eorum*: communiorem Auguſtinus ſententiam confirmat, aut ſaltem nonnihil fovet, neceſſarias eſſe ſpecies, ut ſenſus, vel intellectus in ſuas actiones erumpat. Quod volunt Ariſtoteles lib. 3. de Anima, tex. 3. 5. 6., & 38. & lib de Memoria c. 1. S. Anſelmus in Monologio, c. 36. S. Io. Damaſc. lib. 2. Fidei Orthod. S. Thomas ſaepe in Ariſtot. & 1. p. q. 12., ar. 2. q. 55. ar. 1. & q. 79. ar. 2., & 3. Cui ſententiae tamen licet adeo naturali, & aeque ſophiſticis obſcuris conceptibus utcunque repugnant nonnulli, Themiſtius, Theophraſtes, Plotinus, Avempace, Galenus lib. 7. de Placitis apud Gregorium Nyſſen. lib. de Viribus animae. Durandus in 2. diſtinct. 3. q. 6. Bachonius q. 2. Prologi. Gotofredus Quodlibeto 9. q. 19. & Quodlib. 13. q. 3. Henricus Quodlib. 4. q. 7. 8., & 21. & Quodlib 5., q. 14. Ceterum Auguſtinus idipſum alibi repetit, ut lib. de Quantitate Animae, c. 30. lib. 4. de Gen. ad litt. c. 6. lib. 9. de Trinit. c. 11. & lib. 11. c. 2. Iuniores Philoſophos paſſim in Commentariis hiſce omittimus, tum quod pinguius eorum diſputandi genus ad has abſtractas quaeſtiones parum conferat; tum & maxime vero, quod vix ſit reperire duos eiusdem prorſus ſyſtematis.

Ut autem extra ſpecies a ſenſibus inductas animus excurrere nequeat, explicat S. D. lib. 6. de Muſica, cap. 11. n. 32. = Aliter enim cogito patrem „ meum, quem ſaepe vidi, aliter avum, „ quem numquam vidi. Horum primum „ phantaſia eſt, alterum phantaſma. Il„ lud in memoria invenio, hoc in eo „ motu animi, qui ex iis ortus eſt, „ quos habet memoria. Quomodo autem „ oriantur haec, & invenire, & explicare „ difficile eſt. Arbitror tamen, quod ſi „ numquam humana corpora vidiſſem, „ nullo modo ea poſſem viſibili ſpecie „ cogitando figurare. Quod autem ex „ eo, quod vidi, facio, memoria facio: & tamen aliud eſt invenire phan„ taſiam, aliud de memoria facere phan„ taſma &c.] Epiſt. ad Nebrid. 7. (Alias, 72.) c. 3. n. 6. = Licet igitur „ animae imaginanti, ex his, quae illi „ ſenſus invexit, demendo, ut dictum „ eſt, & addendo ea gignere, quae nul„ lo ſenſu attingit tota: partes vero „ eorum, quae in aliis, atque aliis re„ bus attigerat. Ita nos pueri apud me„ diterraneos nati, atque nutriti, vel in „ parvo calice aqua viſa, iam imaginari „ maria poteramus; cum ſapor frago„ rum, & cornorum antequam in Italia „ guſtaremus, nullo modo veniret in „ mentem. Hinc eſt quod a prima ae„ tate caeci cum de luce, coloribuſque „ interrogantur, quid reſpondeant, non „ inveniunt. Non enim coloratas ullas „ patiuntur imagines, qui ſenſerunt nul„ las.] Latiſſime vero lib. 12. de Trinitate, a cap. 7. uſque ad finem. At ſat erit exſcribere quae habet cap. 10. n. 17. = At enim ſi non meminimus, „ niſi quod ſenſimus, neque cogitamus, „ niſi quod meminimus, cur plerumque „ falſa cogitamus, cum ea, quae ſen„ ſimus, non utique falſo meminerimus, „ niſi quia voluntas illa, quam coniun„ ctricem, ac ſeparatricem huiuſcemodi „ rerum iam quantum potui demonſtra„ re curavi &c. Quis enim vidit cy„ gnum nigrum? & propterea nemo me„ minit: cogitare tamen quis non po„ teſt? Facile eſt enim illam figuram, „ quam videndo cognovimus nigro co„ lore perfundere, quem nihilominus in „ aliis corporibus vidimus, & quia u„ trumque ſenſimus, utrumque memi„ nimus &c. „

(*c*) *Mel defruto.* = Defrutum vinum coctum ſignificare adſentiuntur libenter Eruditi; at non uno exacto modo coctionem explicant. Nonnulli ita coctum volunt, ut mediam partem amittat. Alii ut ex tribus partibus, una tantum ſuperſit &c. De eius etymologia minus, pro more, conveniunt. At quaeſtiones hae minimi ſunt ponderis: ad Auguſtini vero ſcopum nullius. Arbitramur tamen Auguſtinum de vino loquutum quod vulgo *muſtum coctum* appellamus. Dicit autem initio n. 4. *Magna iſta vis eſt memoriae.* Equidem: Adeo ut non perperam Afranius lib. Noctium Acticarum ma-

matrem ſapientiae appellaverit: *Uſus me genuit, mater peperit memoria. Sophiam me vocant Graii: vos Sapientiam.*

(d) Et ubi ſit, quod ſoi non tupit? = Ita BB. & ante ipſos Vet. Er. MSS. 2. S Mar. Feſ. Ricar. Car. optimus S. Cr. & MSS. 4. a Lov. laudati; niſi quod plures horum codicum pro, *&*, habent, *ut*. At ipſi Lov. Som. & Wangn. *Ut ubi ſit, quid ſit, non capiat?* Quae lectio, ni ſallimur, irrepſit quod facilior videatur. Utriuſque tamen lectionis idem eſt ſenſus. Miratur enim Auguſtinus tot in animo ſuo deliteſcere, ut eorum ſinus nec ipſe animus, facile ſaltem, expedite, & mox penetrare valeat. Sic ver. gr. anima noſtra ſpiritualis eſt: & tamen ſpiritum imaginari nequit. Quod paulo poſt ſequitur: *ſtupor adprehendit me*, ex Ieremia eſt, qui c. 8. v. 21. *Stupor obtinuit me.*

Et eunt homines admirari &c. = Sic Romani petunt Pariſios, ibique antiqua monumenta avide perſerutantur: qui tamen Romae adſervata tum ſacra, tum profana longe ampliora, & nobiliora negligunt. Cuius rei plura ſeſe exempla offerunt. Talis eſt hominis mala, aut fatua indoles, ut longe poſita, & etiam vetita maxime expetat: domeſtica autem, quaeque facile, & honeſte in uſum trahi poſſent non curat, faſtidit. Et hic autem Mayro textum exſcribit, & nihil addit.

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Alterum memoriae prodigium edifferit, & miratur; Quae enim ſenſibilium imagines: Liberalium artium praecepta non in diſtinctis ſpeciebus, ſed vere prout ſunt, & in ſeipſis conſervat.

SEd non ea ſola geſtat immenſa iſta capacitas memoriae meae. Hic ſunt & illa omnia, quae de doctrinis liberalibus percepta nondum exciderunt, quaſi remota interiore loco, non loco, nec (*a*) eorum imagines, ſed res ipſas gero. Nam quid ſit litteratura, quid peritia diſputandi (*b*), quot genera quaeſtionum, quidquid horum ſcio, ſic eſt in memoria mea, ut non retenta imagine rem foris reliquerim, aut ſonuerit & praeterierit, ſicut vox impreſſa per aures veſtigio, quo recoleretur quaſi ſonaret, cum iam non ſonaret; aut ſicut odor dum tranſit & evaneſcit in ventos, olfactum afficit, unde traiicit in memoriam imaginem ſui, quam reminiſcendo repetamus: aut ſicut cibus, qui certe in ventre iam non ſapit, & tamen in memoria quaſi ſapit: aut ſicut aliquid, quod corpore tangendo ſentitur, quod etiam ſeparatum a nobis imaginatur memoria. Iſtae quippe res non intromittuntur ad eam, ſed earum ſolae imagines mira celeritate capiuntur, & miris tanquam cellis reponuntur, & mirabiliter recordando proferuntur.

(*a*) *Interiore loca, non loco, nec &c.* = Ita BB. & ante ipſos Vet. Som. & MSS. decem ex noſtris. At Er. Lov. & Wangn. *non loca*. Quaſi nempe velit Auguſtinus non rerum loca teneri in memoria. Cum tamen loquatur de loco, in quo adſervari credi poſſent Liberalium diſciplinarum praecepta: ut patet ex iis, quae ſub finem de ſenſibilium rerum ſpeciebus ait: *& miris tanquam cellis reponuntur*. Dicit ergo, adeo bene a memoria noſtra liberalium artium praecepta teneri: ut ipſa prorſus ſint, non ſpecies: & ſponte quodammodo fluant, non tanquam in cellis poſita recludantur. *Litteratura* vocabulum Graecum eſt, ſignificans idem, ac apud Latinos, *Grammatica*, *ex Aug. in Pſal. 70. Serm. 1 ad v.* 15. *n.* 19. & ex l. 1. contra Creſconium, c. 14. n. 17.

(*b*) *Quid*

(*h*) *Quid peritia diſputandi* . = Proſequitur argumentum , & adſertum confirmat ; quod docet & Epiſt. 147. (Alias , 112.) ſeu lib. de Videndo Deo ad Paulinam , c. 17. De Gen. ad litt. lib. 12. c. 3. 24. , & 31. & lib. 11. de Civ. Dei , c. 27. Henricus Wangnereck pro integro hoc cap. haec obſervet , „ Etſi S. D. admiſerit ſpecies intentionales rerum corporearum tum in ſenſu externo , tum interno : ſpecies tamen intelligibiles ſcientiarum , & diſciplinarum nullas agnovit , ut clare ex hoc capite colligitur . Cenſuit enim doctrinas liberales animo noſtro inſitas , & quaſi naturaliter congenitas , ut de primis principiis aliqui philoſophantur (1). Unde concluſit eas nullis imaginibus egere , cum per ſeipſas intellectui praeſto ſint .] Et ad cap. 17. Cenſuit S. D. artes , ipſamque animam , aliaque ipſi inhaerentia ſine ſpeciebus ab intellectu cognoſci , eo videlicet , quod ſufficienter ſint ipſi unita : imagines vero ſolum requiri putabat ad ſupplendam obiecti abſentis , aut non exiſtentis praeſentiam . Communiter tamen Theologi , ac Philoſophi docent ſpecies intelligibiles ad horum quoque cognitionem eſſe neceſſarias (2) , quod non eſt noſtri Inſtituti examinare . „

Franciſcus Mayro ſeq. cap. nonnullis verbis tranſcriptis , & ſequelis poſitis . = Oritur dubium , ſi teneatur communis via , pro eo quod Doctores communiter declinant ab Auguſtino , non ponentes aliquid in noſtra mente additum , ſed omnia acquiſita per ſenſum , quomodo poterit ſolvi ratio Auguſtini , qui dicit quod rationes numerorum , vel figurarum non percipiuntur ſenſibus . Dicitur autem , quod ſpecies intelligibiles , per quas cognoſcimus iſtarum rerum habitudines , non hauriuntur per ſenſus , quaſi primo ſpecies in ſenſibus fuerint , cum ſint intellectuales , & nullum tale in ſenſu eſſe : ſed cauſantur aequivoce ab illis , quae ſunt in imaginatione concurrente intellectu agente . „

O commentatorem emeritum , & humaniſſimum ! Doctoris ſui ſententias improbat , a communi ſenſu dicit alienas , earumque fundamenta , ut poteſt , convellit ! Et quod mirabilius eſt : non qualemcunque expoſitorem , ſed *ſtaſtutarum , & principalium veritatum* ſe collectorem ſpondet ! Vidimus cap. praeced. B. quot magni nominis auctores ſpecies tollant , unde iam quantum ad auctoritatem ſpectat , in tuto eſt Auguſtinus . At exactius res iſta enucleanda eſt . Specierum munus iuxta quinque combinationes ſpectari poteſt : Externis enim , & internis ſenſibus potentiae qualicunque , vel alteri intellectiva cognitione praeditae ſemulari poteſt ; Huic autem poſteriori pro obiectis aut corporeis , aut incorporeis . Senſui interno neceſſitatem ſpecierum tollunt Durandus , Ocham , Gabriel , & alii . Externo praeter illos Galenus , Plotinus , & plures Platonici apud Toletum 2. de Anima , q. 35. Potentiae utcunque cognoſcenti adhuc plures . Si autem de intellectu loquaris , turbam Scriptorum praecedentibus addere poſſumus , Themiſtium , Theophraſtem , Avempace , Ioannem Bacconum , vel Bachonium &c. Quid ergo Auguſtino timere poſſumus , qui , ut diligenter ſermonem eius adtendenti liquet , de poſteriori hac hypotheſi loquitur : & ulterius doctrinam hanc ſubdiviſit , eam coarctans ad liberalium facultatum praecepta ?

Et haec quidem Auguſtino ſufficiunt . Adhuc vero quidquam de ipſa doctrina videndum eſt ; ſuſpicamur enim vix quaeſtionem non eſſe de nomine . Liberalium doctrinarum praecepta , & ſimilia quibus ſpeciebus menti noſtrae obiiciuntur ? Reſpondet Mayro : *Cauſantur aequivoce ab illis , quae ſunt in imaginatione* . Ieſuitae Conimbricenſes in 3. de Anima , q. 3. ar. 3. ad 5. = *Eſto omnis intellectio ab aliqua ſpecie intelligibili oriatur , non omnis tamen elicitur ab ſpecie propria eius rei , quam intelligimus , ſaepe enim ex imagine , & notitia unius ad conceptionem , conceptumque alterius progredimur : ut cum per res ſenſibiles Dei , & ſubſtantiarum ſeparatarum intelligentiam aſſequimur , quae cognitio etſi non proxime , remote tamen a ſenſu petitur* . Patres noſtri Complutenſes veteres de Anima , diſput. 18. de Specieb. intellig. & ſenſib. q. 1. in ſolut. 2. argum. ſec. ſententiae : *Licet demus relationes , & alia ibi enumerata* (ſpiritualia obiecta ab Adverſariis propoſita) *non cognoſci per proprias ſpecies , attinguntur tamen per ſpecies intelligibiles aliorum obiectorum , cum quibus habent ali-*

Rrrr

(1) Durand. 3. d. 11. q. 1. ad 2. Dom. Soto l. 1. de Iuſt. & iure q. 6. 1. 1.

(2) V. S. Th. 1. p. q. 55. a. 5. Moſ. ibid. a 2. d. 1. con. 3. de anima c. 5. q. 3. a. 2.

aliquam connexionem. Nam ſicut &c. ita etiam pateſt per ſpeciem praedicti obiecti cognoſcere arguitive alia &c. Quibus ſimilia concinunt Complutenſes noviſſimi l. 3. de Anima, diſp. 17. de Speciebus intellig. q. 1. in ſolut. ad 5. & ultim. argum. Iacobus Caſimirus Guerinois Dominicanus t. 5. p. 4. Phyſicae, q. 3. de An. ar. 3. paragr. 3. argum. 14. *Etſi ſenſus directe non poſſit percipere relationes, privationes, negationes, & ſubſtantias angelicas: bene tamen indirecte, perſpiciendo nempe illius relationis fundamentum, mutuam nempe albedinem in ambobus illis parietibus exiſtentem.* Idem obſervant ceteri ſententiae pro ſpeciebus liberalis patroni.

Nunc erudite Lector mecum vigila; *Aequivoce* ergo a ſpirituali obiecto ſpecies immittitur; Species illa non eſt rei, quam cogitamus, ſed *alterius*; Adeo ut ea cognitio non proxime, ſed *remote* a ſenſu veniat; Non in eadem ſpecie, ſed ab ea *arguitive* cognoſcimus; Non eſt ſpecies ipſius puta relationis, ſed *fundamenti*, ut eſſent, *duo corpora alba*. Iam vero: Aequivoca haud propria ſunt. Auguſtinus autem proprie loquitur; De ſpecie, quae ipſius rei ſit, non alterius; Adeo ut cognitio proxime, non utcunque remote a ſenſu petatur; Negat ſpiritualia in ſpecie agnoſci, quod nempe eſt velut in ſpeculo hominem meditari; quod autem *arguitive* agnoſcimus, non meditamur: aliud eſt enim ex aliqua re alterius exiſtentiam deducere, & aliud longe diverſum hanc in illa meditari; Nec loquitur Auguſtinus v. gr. de duobus corporibus albis, ſed prorſus de illorum relatione exacte, & nude ſpectata: cuius veram, propriamque ſpeciem non dari, ut ex dictis liquet, adverſarii ipſi poſt tot tergiverſationes, fateri coguntur.

Ceterum, & ſpiritualia obiecta, ſeu Liberalium etiam diſciplinarum iura per ſpecies indirectas, alienas, remotas, aequivocas, improprias adtingi non admodum diffitetur Auguſtinus: inquit enim cap. 11. *Niſi ea, quae paſſim, atque indiſpoſite memoria continebat cogitando quaſi colligere, atque animadvertendo curare, ut &c.* & cap. 12. *Senſi etiam numeros omnibus corporis ſenſibus, quos numeramus: ſed illi alii ſunt &c.* Aut igitur de nihil, aut de hilo diſputamus.

C A P U T X.

A R G U M E N T U M.

Pergit ſuum, & commune placitum ſtabilire: Liberalium nempe artium praecepta, non ſpecierum proprie talium miniſterio, ſed per ſeſe inſpici, ac teneri. Cum enim puta audimus, tria eſſe quaeſtionum genera: An ſit? Quid ſit? Quale ſit? ſoni quidem: at non doctrinae in ſono involutae imaginem, ſpeciem tenemus. Neque enim in eam ſcientiam pergimus alieno iudicio fidentes, ſed proprii animi teſtimonio, quo illam probamus. Adeoque concluditur, omnia liberalium facultatum iura ipſi noſtro animo inſita: at ita remota, & retruſa quaſi in abditioribus caveis, ut opus ſit magiſterio, quo utcunque excitentur, & eruantur.

AT vero cum audio tria genera eſſe quaeſtionum, An ſit? Quid ſit? Quale ſit? ſonorum quidem, quibus haec verba confecta ſunt, imagines teneo, & eos per auras (*a*) cum ſtrepitu tranſiiſſe ac iam non eſſe ſcio: res vero ipſas, quae illis ſignificantur ſonis, neque ullo ſenſu corporis adtigi, nec uſpiam vidi praeter animum meum, & in memoria mea recondidi, non imagines earum, ſed ipſas; quae unde ad me intraverint, dicant, ſi poſſunt; Nam percurro ianuas omnes carnis meae, nec invenio, qua earum ingreſſae ſint. Quippe oculi dicunt: Si

co-

Digitized by Google

coloratae ſunt, nos eas nuntiavimus. Aures dicunt: Si ſonuerunt, a nobis indicatae ſunt. Nares dicunt: Si oluerunt, per nos tranſierunt. Dicit etiam ſenſus guſtandi: Si ſapor non eſt, nihil me interroges. Tactus dicit: Si corpulentum non eſt, non contrectavi: Si non contrectavi, non indicavi. Unde, & qua haec intraverunt in memoriam meam? Neſcio quomodo; nam cum ea didici, non credidi alieno cordi, ſed in meo recognovi (*b*), & vera eſſe adprobavi, & commendavi ei, tanquam reponens, unde proferrem, cum vellem. Ibi ergo erant, & antequam ea didiciſſem, ſed in memoria non erant. Ubi ergo? aut quare cum dicerentur agnovi, & dixi: Ita eſt; verum eſt; niſi quia iam erant in memoria (*c*), ſed tam remota & retruſa; quaſi in caveis abditioribus: ut niſi admonente aliquo eruerentur, ea fortaſſe cogitare non poſſem?

(*a*) *Et eos per aures &c.* = Ita BB. cum ſuis MSS. & Arn. quibus addimus Vet. Som. Wangn. MSS. ſex. Sed Bad. Am. Er. Lov. MSS. tres *per nares*. Neutra lectio contemnenda eſt. Wangnereck pro integro hoc cap. iſtos verſiculos dedit: *Doctrinas cum ſub nullum cadant ſenſum, ante in animo latuiſſe concludit, quia vero obruuntur aliarum rerum cogitationibus, & imaginibus egere aliquo monitore, ut eruantur, ſive in actum prodeant.* Quae tamen verba non tam commentarium, quam capitis argumentum dicere poſſumus.

(*b*) *Sed in meo recognovi* = Utique in hac parte libri relucet nonnihil ſyſtema Platonis: verum ita caſtigatum, ut niſi de quisquiliis, & verbis ſit quaeſtio, hac ratione me Platonicum profiteri non dubitem. Ideo in capitis argumento dixi, *ſuum, & commune placitum*. Haec enim ſublatis ambagibus, quibus nimis teruntur, & ludunt quidam Peripateticae ſcholae, eo tandem collimant, ut oſtendant: nos quidem non (ut nonnulli fingentes hoſtem, quem feriant, dicunt) ab utero matris eruditos eſſe, ac ſapientes: ſed tali ratione & luce Numinis beneficio praeditos, quae omnium naturalium generaliumque veritatum foeta, nonnihil admonita, & excitata, iuſita ſibi virtute eas recta, non peculiaris & propriae ſpeciei vehiculo intueatur & teneat. Id vero a nullius ſcholae ſano Philoſopho iure carpi poſſe mihi videtur. Ut omittam iuniores plures ab aetate Carteſii ad noſtrum hunc uſque annum 1755. qui ſimile ſyſtema non quidem ita caſtigatum, ſed longe durius & adauctum (dum Auguſtinum, etſi perperam, ſequi ſe ſibimetipſis blandiuntur) omni argumentorum genere propugnare conantur.

(*c*) *Niſi quia iam erant in memoria.* = Hic memoria amplitudine ſumitur pro quocunque animi noſtri receptaculo; Et ſit ſenſus: Propoſita Liberalium facultatum praecepta ita naturali, quadam animi luce adtingi, & probari, ac ſi iam olim cognita audiremus. Sed vide infra, cap. nempe ſeq. Quod paulo poſt habet, *niſi admonente aliquo &c.* aequivocae, ſi bene adtendis, & remotae ſpeciei miniſterium utcunque involvit.

C A P U T XI.

A R G U M E N T U M.

Concludit ex diſputatis Liberales artes diſcere, id unum eſſe: indiſpoſita quaedam per memoriae campos diſperſa quaſi monito advertere, & cogitatione colligere. Miratur inde quam multa ſic obſervata, & collecta ſua memoria gerat: quae tamen ſi longo tempore negligat, ita rurſus demerguntur, ut quaſi nunquam ſcita, novo conatu ab iis ipſis, a quibus olim fodinis eruenda ſint.

QUo circa invenimus, nihil eſſe aliud diſcere iſta, quorum non per ſenſus haurimus imagines, ſed ſine imaginibus, ſicuti ſunt per ſeipſa intus cernimus, niſi ea quae paſſim atque indiſpoſite memoria continebat, cogitando quaſi colligere (*a*), atque animadvertendo curare, ut tanquam ad manum poſita in ipſa memoria, ubi ſparſa prius & neglecta latitabant, iam familiari intentioni facile occurrant. Et quam multa huiuſmodi geſtat memoria mea, quae iam inventa ſunt, & ſicut dixi, quaſi ad manum poſita, quae didiciſſe & noſſe dicimur! Quae ſi modeſtis temporum intervallis recolere deſivero, ita rurſus demerguntur, & quaſi in remotiora penetralia dilabuntur, ut denuo velut nova excogitando ſint indidem iterum (*b*), (neque enim eſt alia regio eorum) & eogendo rurſus, ut ſciri poſſint, id eſt, veluti ex quadam diſperſione colligenda, unde dictum eſt, cogitare. Nam cogo & cogito, ſic eſt ut, ago & actito (*c*), facio & factito. Verumtamen ſibi animus hoc verbum proprie vindicavit, ut non quod alibi, ſed quod in animo colligitur, id eſt cogitur, cogitari proprie iam dicatur.

(*a*) *Cogitando quaſi colligere &c.* = Talis eſt nobis ratio, ut naturales veritates abſtracte acceptas quaſi inſitas habeamus; ſtudio autem vel magiſterio congenitos lucis radios illos dum prodimus, colligimus, ordinamus, naturalium facultatum praecepta tenemus. Adeo ut mens noſtra ſeminibus, & ovis comparari poſſit, ex quibus, nonnullis additis, plantae, & animalia educuntur.

(*b*) *Velut nova excogitanda ſint indidem iterum.* = Omnino ita legendum eſt cum diligentiſſimis Benedictinis, qui iure & merito admonent. = Ita melio„ res MSS. & ſic legendum eſſe probat „ quod ſequitur, *neque enim eſt alia* „ *regio earum*, ex qua ſcilicet cogi poſ„ ſint. Quare emendandi editi, qui ha„ bent, *& in idem*, vel, & ibidem.] Ita etiam MS. S. Mar. & Car. Habent vero *in idem*, Vet. Er. Lov. Som. Wangn. quibus ſuffragantur Ricar. optim. S. Cr. & MS. S. Mar. niſi quod poſterior hic bis habet, *idem* Feſ. *in eadem*. At, *indidem*, Ciceronianum eſt (pro Roſc. Amer.) & eſt ab, *Inde*, & *Idem*: & ſignificat: *Ab eodem ipſo loco*. Integri autem ſermonis ſenſus ex capitis ſummario liquet. Revera aliqua ita obliviſcimur, ut novo aut ſtudio, aut magiſterio indigeamus, ac ſi nunquam agnoviſſemus; licet quia iam olim excitata, facilius recuperentur. Sicut evulſa arbor ſi terrae matri nimis commode relinquatur, multo elapſo tempore, nonniſi novo conatu eruitur: non ita tamen acri, quod non bene ut primo illa radices fixerit.

(*c*) *Ut ago, & actito &c.* = Sic *lego*, & *lectito*, & plura alia. Niſi quod poſteriora haec *frequentativa* appellata de crebri actione dicuntur; actitat qui ſaepe agit, lectitat qui ſaepe legit. Et quia meditari eſt pluribus, & frequentibus modis agere ideo dicitur, *cogitare*: hoc eſt plura, vel frequenter

co-

Digitized by Google

cogere. Qui enim v. g. Caeſarem Bruti ictibus confoſſum meditatur, non cogit animum ad ſola vulnera, ſed ad ferrum, ad Brurum, ad Caeſarem &c. adeo ut niſi plures conceptus uoias, cogitans vix dici poſſis.

C A P U T XII.

A R G U M E N T U M.

Traditam hucuſque doctrinam exponit, & amplificat. Fatetur enim ſe numerorum, dimenſionumque innumerabiles rationes, & leges memoria tenere, quarum tamen nullam in ſenſuum beneficium revocare poſſit. Nec enim ad rem ſuam ſpectant verborum ſoni, quibus eaedem leges ſignificantur; aut etiam res, quas numeramus.

ITem continet memoria numerorum dimenſionumque rationes & leges innumerabiles, quarum nullam corporis ſenſus impreſſit; quia nec ipſae coloratae ſunt, aut ſonant, aut olent, aut guſtatae, aut contrectatae ſunt. Audivi ſonos verborum, quibus ſignificantur, cum de his diſſeritur: ſed illi alii, iſtae autem aliae ſunt. Nam illi aliter Graece, aliter Latine ſonant: iſtae vero nec Graecae, nec Latinae ſunt, nec aliud eloquiorum genus. Vidi lineas fabrorum, vel etiam tenuiſſimas, ſicut filum araneae, ſed illae aliae ſunt; non ſunt imagines earum, quas mihi nuntiavit carnis oculus. Novit eas quiſquis ſine ulla cogitatione qualiſcunque corporis intus agnovit eas. Senſi etiam numeros omnibus corporis ſenſibus, quos numeramus: ſed illi alii ſunt (*a*) quibus numeramus, nec imagines iſtorum ſunt; & ideo valde ſunt (*b*). Rideat me iſta dicentem qui eos non videt; & ego doleam ridentem me.

(*a*) *Sed illi alii ſunt.* = Diſtinguit Schola *numerum numerantem, & numerum numeratum*. Scilicet diſtinguendus eſt v.g. numerus denarius ab ipſis decem hominibus, quos numeramus. Loquitur ergo Auguſtinus de numeris, ac dimenſionibus, ſeu de Arithmeticae, & Geometriae praeceptis abſtracte ſumitis: & merito contendit abſque propriarum ſpecierum miniſterio haec & ſimilia ſe percepiſſe, ac retinere. Inſuper & in numero, quem Schola numerantem appellat, duas rationes diſtinguendas eſſe, innuit hic Auguſtinus; Oculis puta numeramus decem alba: Non loquitur excellentiſſimus metaphyſicus de actione oculorum, aut etiam phantaſiae, qua tunc numeramus: ſed de numeris, quos abſtracte mens novit.

(*b*) *Et ideo valde ſunt.* = Forte in ita dilucidari poteſt hic locus nonnihil abſtruſus. Imago, utpote mentis idolum, vertigini ſubiecta eſt: oculi autem, quibus decem alba numeramus, quum phyſice exſiſtant, numerorum imagines eſſe non poſſunt. Sed potius dicendum eſt, loqui S. D. de veris & propriis mentis numeris, quibus illa alba decem eſſe deprehendimus. Qui numeri valde ſunt: & decem enim albis ſublatis, ipſi adhuc conſiſtunt. Unde ipſe Auguſtinus lib. 2. de libero Arbitrio, cap. 8. n. 21. „ Recte „ ſane, ſed video te tamquam non rudem „ harum rerum cito inveniſſe quod di- „ ceres: tametſi tibi aliquis diceret nu- „ meros iſtos non ex aliqua ſua natura, „ ſed ex iis rebus, quas ſenſu corporis „ adtingimus impreſſos eſſe animo noſtro „ quaſi quaſdam imagines quorumque „ viſibilium, quid reſponderes? an tu „ quoque id putas? (*Evod.*) Nullo mo- „ do id putaverim: non enim ſi ſenſu „ corporis percepi numeros, idcirco e- „ tiam rationem partitionis numerorum, „ vel copulationis ſenſu corporis perci- „ pere potui. Hac enim luce mentis „ refello eum quiſquis vel in addendo „ vel in retrahendo dum computat falſam ſum-

Digitized by Google

„ ſummam renuntiaverit. Et quidquid „ ſenſu corporis tango, veluti eſt hoc „ caelum, & haec terra, & quaecum„ que in eis alia corpora ſentio, quam„ diu futura ſint neſcio: ſeptem autem, „ & tria decem ſunt; & non ſolum nunc, „ ſed etiam ſemper; neque ullo modo „ aliquando ſeptem & tria non erunt „ decem.] Quem integrum Evodii ab Auguſtino probatum, magiſque inde dilucidatum ſermonem reddere placuit, quod hocce caput nonnihil aperiat, & ſtabiliat. Idem autem obſervat Auguſtinus eius lib. 2. c. 11. n. 30. & lib. 2. de moribus Manichaeorum, c. 11. n. 24.

C A P U T XIII.

A R G U M E N T U M.

Auget memoriae laudes, eiuſque nova miracula ediſſerit. Et intellexiſſe enim, & meminiſſe quoque ſe meminit. Retinet item vetuſtas animi adfectiones: & non quidem eo modo, quo olim ipſi animo inſidebant, ſed alio omnino diverſo; & non laeti enim puta, immo triſtitia oppreſſi vetuſti gaudii recordamur.

I. HAec omnia memoria teneo; & quomodo ea didicerim, memoria teneo. Multa etiam, quae adverſus haec falſiſſime diſputantur audivi, & memoria teneo: quae tametſi falſa ſunt, tamen ea meminiſſe me non eſt falſum, & diſcreviſſe me inter illa vera, & haec falſa, quae contradicuntur; Et hoc memini. Aliterque nunc video diſcernere me iſta, aliter autem memini ſaepe me diſcreviſſe, cum ea ſaepe cogitarem. Ergo & intellexiſſe me ſaepius iſta memini; & quod nunc diſcerno & intelligo, recondo in memoria, ut poſtea me nunc intellexiſſe meminerim. Ergo & meminiſſe me memini (*a*), ſicut poſtea quod haec reminiſci nunc potui, ſi recordabor, utique per vim memoriae recordabor.

II. Affectiones quoque animi mei eadem memoria continet, non illo modo quo eas habet ipſe animus, cum patitur eas: ſed alio multum diverſo: ſicut ſeſe habet vis memoriae. Nam & laetatum me fuiſſe reminiſcor non laetus: & triſtitiam meam praeteritam recordor non triſtis: & me aliquando timuiſſe recolo ſine timore: & priſtinae cupiditatis ſine cupiditate ſum memor, aliquando e contrario triſtitiam meam tranſactam laetus reminiſcor, & triſtis laetitiam.

(*a*) *Et meminiſſe me memini.* = Haec & ſimilia non ſimplicis memoriae ſunt, ſed reminiſcentiae, ſeu memoriae, quam nonnulli, maxime ex Peripatetica ſchola *intellectivam* appellant; nempe, ut mihi videtur, memoriae ratione illuſtratae; exigunt enim, aut involvunt talia actum reflexum, qui memoriae omnino ſenſitivae ineſſe non poteſt. Unde bruta hac ſola memoria praedita non recordantur ſe meminiſſe.

Quoniam vero in hoc capite non aliud diluc̣idandam occurrit: placet quidquam de Platonis ſyſtemate dicere ex S. Auguſtino: quidque de illo idem ſenſerit. Lib. 12. de Trinit. c. 15. n. 24. „ Unde Plato ille philoſophus nobilis „ perſuadere conatus eſt vixiſſe hic a„ nimas hominum, & antequam iſta „ corpora gererent: & hinc eſſe quod „ ea, quae diſcuntur, reminiſcuntur po„ tius cognita, quam cognoſcuntur no„ va.

„ va. Retulit enim puerum quemdam neſcio quae de Geometria (1) interrogatum ſic reſpondiſſe tamquam eſſet illius peritiſſimus diſciplinae. Gradatim quippe, atque artificioſe interrogatus, videbat quod videndum erat, dicebatque quod viderat. Sed ſi recordatio haec eſſet rerum antea cognitarum, non utique omnes vel pene omnes, cum illo modo interrogantur, hoc poſſent. Non enim omnes in priore vita geometrae fuerunt, cum tam rari ſint in genere humano, ut vix poſſit aliquis inveniri: ſed potius credendum eſt mentis intellectualis ita conditam eſſe naturam, ut rebus intelligibilibus naturali ordine, diſponente Conditore, ſubiuncta ſic iſta videat in quadam luce ſui generis incorporea, quemadmodum oculus carnis videt quae in hac corporali luce circumadiacent, cuius lucis capax, eique congruens eſt creatus. Non enim & ipſe ideo ſine magiſtro alba, & nigra diſcernit quia iſta iam noverat antequam in hac carne crearetur. Denique cur de ſolis rebus intelligibilibus id fieri poteſt, ut bene interrogatus quiſque reſpondeat quod ad quamque pertinet diſciplinam, etiamſi eius ignarus eſt? Cur hoc facere de rebus ſenſibilibus nullus poteſt, niſi quas vidit iſto in corpore conſtitutus, aut eis quae noverant indicantibus credidit, ſeu litteris cuiuſque, ſeu verbis &c.] & proſequitur. Vide etiam, ſi vacat, quid dixiſſet S. D. lib. 2 Soliloq. c. 20. n. 35. & quomodo illud improbavit lib. 1. Retract. c. 4. n. 4. Item quid dixiſſet lib. de Quantitate animae, c. 20. n. 34. & quomodo illud explicavit lib. 1. Retract. c. 8. n. 4.

C A P U T XIV.

A R G U M E N T U M.

Incoeptum argumentum, quod adfectionum animi meminerimus non eo modo quo olim animo inſederunt, amplificat. Neque enim hic de corporis rebus: aliud quippe corpus, & aliud animus: adeoque nil mirum ſi gaudens quiſpiam praeteriti doloris corporis recordetur. At vero cum animus ſit etiam ipſa memoria, & haec ſit illius quaſi venter, prodigium videtur, animo gaudium, memoriae triſtitiam ineſſe; ſeu, animo gaudente, in memoria praeteritam triſtitiam adſervari; & quidem non in nominum imaginibus, ſed per ipſas rerum notiones.

I. Quod mirandum non eſt de corpore: aliud enim animus, aliud corpus. Itaque ſi praeteritum dolorem corporis gaudens memini, non ita mirum eſt. Hic vero cum animus ſit etiam ipſa memoria (a). Nam & cum mandamus aliquid, ut memoriter habeatur, dicimus: Vide ut illud in animo habeas. Et cum obliviſcimur, dicimus: Non fuit in animo: Et elapſum eſt animo: ipſam memoriam vocantes animum. Cum ergo ita ſit, quid eſt hoc, quod cum triſtitiam meam praeteritam laetus memini, animus habet laetitiam, & memoria triſtitiam; laetuſque eſt animus ex eo quod ineſt ei laetitia, memoria vero, ex quo ineſt ei triſtitia, triſtis non eſt? Num forte non pertinet ad animum? Quis hoc dixerit? Nimirum ergo memoria quaſi venter eſt animi, laetitia vero atque triſtitia quaſi cibus dulcis & amarus, cum memoriae commendantur, quaſi traiecta in ventrem, recondi illic poſſunt, ſapere non poſſunt. Ridicu-

(1) Sic MSS. editi vero, *de Geometria*.

culum eſt haec illis ſimilia putare, nec tamen ſunt omnimodo diſſimilia.

II. Sed ecce de memoria profero, cum dico quatuor eſſe perturbationes animi, cupiditatem, laetitiam, metum, triſtitiam: & quidquid de his diſputare potuero, dividendo ſingula per ſpecies ſui cuiuſque generis, & definiendo, ibi invenio quid dicam, atque inde profero: nec tamen ulla earum perturbatione perturbor, cum eas reminiſcendo commemoro, & ante quam recolerentur a me & retractarentur ibi erant, propterea inde per recordationem potuere depromi. Forte ergo, ſicut de ventre cibus ruminando, ſic iſta de memoria recordando proferuntur. Cur igitur in ore cogitationis non ſentitur a diſputante, hoc eſt, a reminiſcente, laetitiae dulcedo vel amaritudo moeſtitiae? An in hoc diſſimile eſt, quod non undique ſimile eſt? Quis enim talia volens loqueretur, ſi quoties triſtitiam metumve nominamus, toties moerere vel timere cogeremur? Et tamen non ea loqueremur, niſi in memoria noſtra non tantum ſonos nominum ſecundum imagines impreſſas a ſenſibus corporis (b), ſed etiam rerum ipſarum notiones inveniremus, quas nulla ianua carnis accepimus, ſed eas ipſe animus per experientiam paſſionum ſuarum ſentiens memoriae commendavit, aut ipſa ſibi haec etiam non commendata retinuit.

(a) *Cum animus ſit etiam ipſa memoria.* = Henr. Wangnereck ad locum iſtum haec obſervat: *Senſit S. D. potentias realiter ab animo non diſtingui, ut alibi clare docet. Quam ſententiam SS. Patrum eſſe communem alibi oſtendimus.* Innuit autem in margine lib. 9. de Trinit. c. 11.

Nobis vero non adeo praecipiti iudicio, & ex vulgi opinione loqui placet. Et primo quidem: id ſi daretur, quid inde? Patres omnes, aut fere omnes cum Auguſtino ſentirent, Henrico teſte. Qui vero praeeuntes, aut ſocios, etiam haeredes, & adſtipulatores haberet, ſcilicet S. Bonaventuram in 1. diſt. 3. q. 3. Durand. in 1. diſt. 3. q. 2. Scotum in 2. diſt. 16. q. unic. Ocham. diſt. 16. q. 24. & 26. Gabriel ibidem, q. 1. Marſil. in 1. q. 7. ar. 3. Marcell. lib. 3. de Anima, c. 75. & communiter Nominales. Adeo ut vero prioribus tribus exceptis, reliqui omnes & formalem diſtinctionem tollant, quam tamen non inficiatum Auguſtinum, nimis certum eſt.

Sed longe aequiore iudicio dabimus Auguſtinum S. Thomae 1. p. q. 77. ar. 1. Caietano ibidem. Aleenſi 2. p. q. 65. memb. 1. Alberto M. diſt. 3. ar. ultimo: & lib. 2. de Anima, tract. 1. c. 11. Aegid. Quodlib. 3. q. 10. Capreolo in 2. diſt. 3. q. 3. ar. 2. Appollinar. l. 2. de Anima, q. 7. Ianduno q. 9. Hervaeo quodlib. 1. q. 9. Conimbric. lib. 2. de Anima, q. 4. ar. 2. & aliis, qui potentias invicem, & ab anima diſtinctas arbitrantur. Quod quidem ex hoc ipſo loco oſtendi poteſt; inquit enim inferius: *Num forte non pertinet ad animum? &c. nimirum ergo memoria quaſi venter eſt animi.* Excitatur ne quaeſtio, an idem ad ſeipſum pertineat? Eſt haec quaedam relatio: non niſi autem diſtinctorum relatio eſt. Nec eadem res ſui ipſius venter eſſe poteſt; miles, & pharetra, in qua ipſe ſagittas adſervat, duo quaedam diverſa ſunt. At longe manifeſtius loquitur alibi. Epiſt. ad Evod. 169. (Olim, 102.) cap. 1. n. 2. *Sicut diſcernitur in animo noſtro, memoria, intellectus, voluntas.* Et cap. 3. n. 6. *Primo ergo in hoc invenitur in iſta ſimilitudo diſſimilis, quod tria haec, memoria, intelligentia, voluntas animae inſunt, non eadem tria eſt anima: illa vero Trinitas non ineſt, ſed ipſa Deus eſt.* Sed conſulat qui plura deſiderat lib. 6. de Trinit. c. 6. poſt med. lib. 5. de Civit. Dei, c. 11. In Ioan. Tract. 15. & lib. de Peccatorum merit. & remiſſ. c. 15. Ceterum lib. 9. de Trinit. c. 11. nihil prorſus de hac re, quod aut nobis, aut Wangnereck faveat habet Auguſtinus. Bene vero lib. 9. c. 4. n. 4., & 5. ubi „ Recte igitur diximus, haec tria (*mens, notitia, & amor*) cum perfecta ſunt, „ eſſe conſequenter aequalia. Simul etiam „ admonemur, ſi utcumque videre poſ„ ſumus, haec in anima exſiſtere, & tam„ quam involuta evolvi, ut ſentiantur, „ & dinumerentur ſubſtantialiter, vel, „ ut ita dicam, eſſentialiter, non tan„ quam in ſubiecto, ut color &c. Qua„ mo-

,, mobrem non amor, & cognitio tamquam in ſubiecto inſunt menti; ſed ſubſtaotialiter etiam iſta ſunt, ſicut ipſa mens &c.] Et lib. 10. cap. 11. n. 18. *Haec igitur tria, memoria, intelligentia, voluntas quoniam non ſunt tres vitae, ſed una vita; non tres mentes, ſed una mens, conſequenter utique nec tres ſubſtantiae ſunt, ſed una ſubſtantia*. Quae tamen iam viderat, & dilucidaverat fidos eius diſcipulus S. Thomas 1. p. q. 77. ar. 1. cuius ipſa verba dare placuit ,, Ad primom dicendum quod Augoſtinus loquitur de mente ſecundum quod noſcit ſe, & amat ſe. Sic ergo noticia, & amor in quantum referuntur ad ipſam ut cognitam, & amatam, ſubſtantialiter, vel eſſentialiter ſunt in anima; qoia ipſa ſubſtantia, vel eſſentia animae cognoſcitur, & amatur. Et ſimiliter intelligendum eſt quod alibi dicit, quod ſont una vita, una mens, una eſſentia. Vel, ſicut quidam dicunt, haec locutio verificatur ſecondum modum, qoo totum poteſtativum praedicatur de ſuis partibus, quod medium eſt inter totum univerſale, & totum integrale. Totum enim univerſale adeſt cuilibet parti ſecundum totam ſuam eſſentiam, & virtutem, ut animal homini, & equo, & ideo proprie de ſingulis partibus praedicatur. Totum vero integrale non eſt in qualibet parte, neque ſecundum totam eſſentiam, neque ſecundum totam virtutem. Et ideo nullo modo de ſingulis partibus praedicatur. Sed aliquo modo licet improprie de omnibus ſimul, ut ſi dicamus, quod paries, tectom, & fundamentum ſont domus. Totum vero potentiale adeſt ſingulis partibus ſecondum totam ſuam eſſentiam, ſed non ſecundum totam virtutem; & ideo quodammodo poteſt praedicari de qualibet parte, ſed non ita proprie, ſicut totum univerſale. Et per hunc modum Auguſtinus dicit qood memoria, intelligentia, & voluntas ſunt animae eſſentia.] Sunt qui addant, loquutiones illas in ſenſu, ut inquiant, cauſali veras, & iuſtas eſſe; quatenus videlicet proprietates ab anima, vel eſſentia profluunt, & eadem qua ipſa generantis actione producuntur. Vide, ſi placet, S. Thomam 1 p. q. 77. ar. 1. ad 2., & 3. & ar. 7. in corp. Fonſec. 5. Metaphyſic. c. 2. q. 6. ſect. 5. Conimbric. lib. 2. de Anima, c. 3. q. 3. ar. 3. ad 1. Complut. noviſſ. lib. 2. Phyſic. diſput. 10. q. 5. Addimus tandem nos: Sobſtantiae potentias velut inſtrumenta eſſe, quibus ipſa a longe actiones inſpiciens, proxime, &, ut loquuntur, de facto operator. Haud quidem nos latet aliter de potentiis, ac de virtotibus, quas inſtromentarias appellant, ſeotire Philoſophos: & harum actus proprie, non ſic vero illarum in ſobſtantiam revocare. Sed quod tanta amplitudine de virtutibus docent, coguntur non nihil de potentiis etiam praedicare; neque enim improbant haſce loquendi formulas: *Anima hominis amat, intelligit, meminit*; etſi intelligat intellectu &c. Hinc etiam Thomiſtae propoſitionem hanc *Baptiſmatis, Chriſmatis, & Ordinis caracteres a Deo in anima imprimuntur*, non improbant, immo abſit ut improbent, quum ad verbum in SS. Conciliis habeatur: & tamen in intellectu, non ipſius animae ſobſtantia omnem caracterem immediate recipi illi contendunt. Adeo nempe potentiarum munia in ipſam ſubſtantiam velut in primom fontem revocantur. Qoibus praeiactis, dicimus, Augoſtinum animam a ſuis potentiis ſaepe haud ſecernere, quod de his loquatur, ut agunt, vel agere poſſunt. De qoo iterum infra l. 13. c. 11. E.

(*b*) *Impreſſas a ſenſibus corporis*. = Ita BB. qui fatentur. = In prius editis, *impreſſas ſenſibus*. At in MSS. *a ſenſibus*] Ita etiam MSS. S. Mar. Feſ. & Car. Licet Ricar. & optim. ,, S. Cr. editis ſuffragetur. Cum utraque lectio conceptum ex aequo ſignificet; ſelectae ratio (ultra codicum auctoritatem) ex contextu tantummodo peti poteſt. Sequitur enim, *quas nulla ianua carnis &c.* quaerit igitur, quis animo ſpecies impreſſerit: adeoque potius legendum eſt, *impreſſas a ſenſibus*. Memoria autem ventri, ſtomaco, cellario, capſulae & a Platonicis, & ab aliis quoque Philoſophis ſaepe comparatur.

Ss ss. CA-

(1) S. Th. 3. p. q. 63. ar. 4. ad 3. & in 4. diſt. 4. q. 1. ar. 3. Capreol. Caietan. Sotus Ioan. a S. Th. &c. Et forte etiam Aleſ. & S. Bonavent.

C A P U T XV.

A R G U M E N T U M.

Adfectiones animi in ſpeciebus a memoria teneri concludit: becte vero potiſſimum argumento: Ad vocem enim doloris, eius naturam deprebendimus, & a voluptate diſtinguimus; Licet autem quod nobis ineſt, aliquoties nominetur, adbuc ſpecie ſublata, rem tenentes vocis ſignificatum lateret. Curſim inde aliud prodigium miratur: ad nomen quippe memoriae, memoriam ex ipſius beneficio agnoſcimus; Dubium vero utrum & bic ſpeciei miniſterium occurrat.

SEd utrum per imagines, an non, quis facile dixerit? Nomino quippe lapidem, nomino ſolem, cum res ipſae non adſunt ſenſibus meis, in memoria ſane mea praeſto ſunt imagines earum. Nomino dolorem corporis, nec mihi adeſt dum nihil dolet, niſi tamen adeſſet imago eius (*a*) in memoria mea; neſcirem quid dicerem, nec cum in diſputando a voluptate diſcernerem. Nomino ſalutem corporis, cum ſalvus ſum corpore: adeſt mihi quidem res ipſa; Verumtamen niſi & imago eius ineſſet in memoria mea, nullo modo recordarer quid huius nominis ſignificaret ſonus. Nec aegrotantes agnoſcerent ſalute nominata, quid eſſet dictum, niſi eadem imago vi memoriae teneretur, quamvis ipſa res abeſſet a corpore. Nomino numeros quibus numeramus, & adſunt in memoria mea non imagines eorum, ſed ipſi. Nomino imagines ſolis, & haec adeſt in memoria mea: neque enim imaginem imaginis eius, ſed ipſam recolo: ipſa mihi reminiſcenti praeſto eſt. Nomino memoriam, & agnoſco quod nomino. Et ubi agnoſco niſi in ipſa memoria? Num & ipſa per imaginem (*b*) ſuam ſibi adeſt, ac non per ſe ipſam?

(*a*) *Niſi tamen adeſſet imago eius &c.* = Si igitur gaudium, atque triſtitia: dolor, & ſanitas per imagines nobis obiiciuntur: nil mirum quod laeti triſtitiae recordemur: & e converſo &c. neque enim imago ignis conſumit, ſed ipſe ignis: nec invicem pugnant imagines ignis, & aquae, veneni & antidoti. Ex quibus iterum coniicere potes, quod ſaepe inculcavimus, Auguſtinum in his Confeſſionibus frequentiſſime non ſerio, ſed ad ſermonis leporem, & ingenii exercitium dubitare: quaeſtionum enim, quibus videbatur oppreſſus, libenter inde ſolutionem indicat.

(*b*) *Num & ipſa per imaginem eius &c.* = Ita profecto dicendum eſt. Licet enim vere propriaque memoria meminerimus: quod tamen meminimus, non ipſa memoria, ſed eius imago eſt. Et quidem cavendum eſt, ne fallacia nos involvat; cum meminimus memoriam, haec praeſto eſt utique: ſed quod proxime vereque noſtros intuitus habet, ipſa eſt memoriae imago vel ſpecies.

Digitized by Google

C A P U T XVI.

A R G U M E N T U M.

Poſtremum ſummumque omnium memoriae prodigium expendit. Et ipſam enim oblivionem meminimus. Id vero arcanum ſublime: memoriae enim & oblivionis praeſentia poſtulatur, cum tamen oblivio ſit memoriae defectus: nec facile occurat quo pacto oblivio memoriam pellat, ac reddat. Erit qui ad imaginum miniſterium confugiat: at illae a re praeſenti immittuntur, oblivio autem cum acceſſit, etiam quod impreſſum erat delevit. Tale denique hocce arcanum eſt, ut videatur, bene & exacte complanari non poſſe.

I. QUid cum oblivionem nomino, atque itidem agnoſco quod nomino, unde agnoſcerem niſi meminiſſem? Non eumdem ſonum nominis dico, ſed rem quam ſignificat, quam ſi oblitus eſſem, quid ille valeret ſonus, agnoſcere utique non valerem. Ergo cum memoriam memini, per ſe ipſam ſibi praeſto eſt ipſa memoria (*a*): cum vero memini oblivionem, & memoria praeſto eſt & oblivio, memoria qua meminerim, oblivio quam meminerim. Sed quid eſt oblivio, niſi privatio memoriae? Quomodo ergo adeſt ut eam meminerim, quando cum adeſt meminiſſe non poſſum? At ſi quod meminimus memoria retinemus; oblivionem autem niſi meminiſſemus, nequaquam poſſemus audito iſto nomine, rem quae illo ſignificatur agnoſcere, memoria retinetur oblivo. Adeſt ergo ne obliviſcamur, quae cum adeſt obliviſcimur. An ex hoc intelligitur non per ſe ipſam ineſſe memoria cum eam meminimus, ſed per imaginem ſuam? quia ſi per ſe ipſam praeſto eſſet oblivio, non ut meminiſſemus, ſed ut obliviſceremur efficeret. Et hoc quis tandem indigabit, quis comprehendet quomodo ſit?

II. Ego certe, Domine, laboro hic, & laboro in me ipſo; factus ſum mihi terra difficultatis, & ſudoris nimii. Neque enim nunc ſcrutamur plagas caeli, aut ſiderum intervalla demetimur, vel terrae libramenta quaerimus, ego ſum qui memini, ego animus. Non ita mirum, ſi a me longe eſt quidquid ego non ſum? Quid autem propinquius me ipſo mihi? Et ecce memoriae meae vis non comprehenditur a me, cum ipſum me non dicam praeter illam. Quid enim dicturus ſum quando mihi certum eſt meminiſſe me oblivionem? An dicturus ſum non eſſe in memoria mea? quod memini? An dicturus ſum ad hoc ineſſe oblivionem in memoria mea, ut non obliviſcar? utrumque abſurdiſſimum eſt. Quid illud tertium, quo pacto dicam imaginem oblivionis teneri memoria mea, non ipſam oblivionem, cum eam memini? Quo pacto & hoc dicam, quando quidem cum imprimitur rei cuiuſque imago in memoria, prius neceſſe eſt ut adſit res ipſa, unde illa imago poſſit imprimi? Sic enim Carthaginis memini, ſic omnium locorum quibus interfui, ſic facies hominum quas vidi, & ceterorum ſenſuum nuntiata, ſic ipſius corporis ſalutem, ſive dolorem. Cum praeſto eſſent iſta, cepit ab eis imagines memoria, quas intuerer praeſentes, & retractarem animo cum illa & abſentia reminiſcerer. Si ergo per imaginem ſuam,

non per ſe ipſam in memoria tenetur oblivio, ipſa utique aderat ut eius imago caperetur. Cum autem adeſſet, quomodo imaginem ſuam in memoria conſcribebat, quando id etiam quod iam notatum invenit, praeſentia ſua delet oblivio? Et tamen quocumque modo, licet ſit modus iſte incomprehenſibilis & inexplicabilis, etiam ipſam oblivionem meminiſſe me certus ſum, quia id quod meminerimus obruitur.

(a) *Per ſeipſam ſibi praeſto eſt ipſa memoria.* = Loquitur de memoria, qua meminimus, non, quam meminimus: ut ex ſequentibus patet: ea enim ratione praeſto eſt memoria, cum oblivionis recordamur. Recole dicta ultimo commentar. cap. praeced. Potiſſimum autem cap. huius dubium Wangnereck ſic docte ediſſerit. = Oblivionis, ut eſt privatio, „ meminiſſe non poſſumus, quia non „ entis ut ſic nec imago eſſe poteſt, „ nec conceptus, ut recte concludit „ S. D. In quantum vero recordamur „ actus memorativi, quem hic, & nunc „ habere debuimus, aut voluimus (ut „ cum quis meminit, ſibi in concione non „ occurriſſe conceptum ſententiae, quam „ edidicerat) ſic meminit oblivioni ſuae „ per imaginem non ipſius oblivionis, „ ſed actus obliti: quem dum concipimus non adfuiſſe, quando debebat, „ hoc ipſo oblivionem meminimus. Quae „ etſi deleat actum oppoſitum, non tollit tamen memorationem illius actus, „ qua meminimus illum non adfuiſſe, „ quia iſti recordationi non opponitur. Et ſic videtur explicari poſſe „ memoriam oblivionis.] Huius doctrinae compendium eſt, oblivionis reminiſci nos in actu oppoſito, ſeu, qui defecit; quomodo caecitatem in viſione, & tenebras in luce deficiente agnoſcimus; Quod ipſe S. Doctor obſervat in Expoſitione propoſit. Epiſt. ad Rom. c. 7. v. 15. q. ſeu n. 43. Ceterum & in his Confeſſionibus, & alibi philoſophica quaedam incomprehenſibilia dicit Auguſtinus, quod non adeo bene, & ad unguem oſtendi poſſint; quem Auguſtini morem in ultimis argumenti verbis inſpeximus. Et quidem data aenigmatis ſolutio tanta non eſt, ut impeti nequeat. Ut autem quilibet utcunque ſagax poteſt advertere, non ita rem expedit, ut omnino commode videamus, quid ſit oblivionis recordari, eamque velut intueri. Quae ſat Auguſtino ſunt, ut id incomprehenſibile, & inexplicabile dicat. Vide c. 19. A.

C A P U T XVII.

A R G U M E N T U M.

Etſi memoriae, cuius hucuſque digeſta prodigia nunc compendio reddit, tanta ſit vis, & amplitudo; adhuc eam utpote pecoribus, & volucribus, etiam communem, tranſeundam dicit, ut ad Altiſſimum perveniamus, qui nos ab eiſdem brutis ſecrevit.

MAgna vis eſt memoriae, neſcio quid horrendum, Deus meus, profunda & infinita multiplicitas; & hoc animus eſt, & hoc ego ipſe ſum. Quid ergo ſum, Deus meus? Quae natura ſum? Varia, multimoda vita, & immenſa vehementer. Ecce in memoriae meae campis & antris & cavernis innumerabilibus, atque innumerabiliter plenis innumerabilium rerum generibus, ſive per imagines, ſicut omnium corporum; ſive per praeſentiam, ſicut artium; ſive per neſcio quas notiones (a) vel notationes, ſicut affectionum animi, quas & cum animus non pa-

patitur, memoria tenet, cum in animo ſit quidquid eſt in memoria. Per haec omnia diſcutro & volito; hac illac penetro etiam quantum poſſum, & finis nuſquam; tanta vis eſt memotiae, tanta vitae vis eſt in homine vivente mortaliter. Quid igitur agam, tu vera mea vita Deus meus? Ttanſibo & hanc vim meam quae memoria vocatur, tranſibo eam ut pertendam ad te dulce lumen. Quid dicis mihi? Ecce ego adſcendens per animum meum ad te qui deſuper mihi manes. Tranſibo & iſtam vim meam, quae memoria vocatur, volens te adtingere unde adtingi potes, & inhaerere tibi unde inhaereri tibi poteſt. Habent enim memoriam & pecora & aves, alioquin non cubilia nidoſve repeterent, non alia multa quibus adſueſcunt, neque enim & adſueſcere valerent ullis rebus niſi per memotiam. Tranſibo ergo & memoriam, ut adtingam eum qui (*b*) ſeparavit me a quadrupedibus, & volatilibus caeli ſapientiorem me fecit. Tranſibo & memoriam; Et ubi te inveniam vere bona & ſecura ſuavitas? Et ubi te inveniam?

(*a*) *Per neſcio quas notiones &c.* = Et hunc locum Wangnereck dilucidare cunatur. = Species affectuum, & conceptuum notiones potius vel notationes appellat, quam imagines: ad diſtinctionem credu ſpecierum aliarum, nam, reipſa iſtae notiones, quibus affectus, actuſque noſtrus cugnoſcimus, & notamus, non minus ſunt imagines, quam ſpecies rerum aliarum.] Ad diſtinctionem aliarum ſpecierum loqui Auguſtinum, patet ex ipſis verbis, unde non eſt haec ſuſpicio, vel coniectura: *ad diſtinctionem credo*. Et ſi iſtae notiunes reipſa non minus ſunt imagines, quam ſpecies rerum aliarum, quaenam eſt haec diſtinctio, quidque ſit hoc commentario?

Notio ergo, ut ex contextu conicitur, ponitur hic pro quodam praeteritae rei veſtigio, quo eam etiam nunc in memoria habemus, & uteunque intuemur. Cumque nunniſi rei protenſae, & determinatos certaſque fines habentis humana imagu dari poſſit; equi puta olim viſi: at nun infirmitatis, quam paſſi ſumus, veram prupriamque imaginem habere poſſumus; En inquam cur Auguſtinus corporum ſpecies imagines, adfectionum animi vero, notiones appellet.

(*b*) *Ut adtingam eum, qui &c.* = Per intellectum enim, quo brutis praeſtamus, Deum adtingimus. Similc quid protulit Auguſtinus lib. 8. de Civit. Dei, cap. 4. ſub finem: *Si enim homo ita creatus eſt, ut per id quod in eo praecellit, adtingat illud, quod cuncta praecedit, unum verum optimum Deum, ſine quo &c.* Igitur Deum quaerens, ad dicendum de memoria Auguſtinus digreſſus eſt.

CA-

CAPUT XVIII.

ARGUMENTUM.

Quanquam a memoriae abyſſo emergendum ſit, ut adſcenſus fiat ad Deum; adhuc non eſt illa prorſus abiicienda; quis enim Deum invenit, eiusdem inſimul haud memor? Quidquam non invenimus, niſi agnoſcamus: id autem tantum agnoſcimus, quod ex imagine intus adſervata meminimus.

SI praeter memoriam meam te invenio, immemor tui ſum. Et quomodo iam inveniam te, ſi memor non ſum tui? Perdiderat enim mulier drachmam, & quaeſivit eam cum lucerna (1), & niſi memor eius eſſet, non inveniret eam. Cum enim eſſet inventa, unde ſciret utrum ipſa eſſet, ſi memor eius non eſſet? Multa memini me perdita quaeſiſſe atque inveniſſe. Inde iſtud ſcio, quia cum quaererem aliquid eorum, & diceretur mihi, Num forte hoc eſt, num forte illud? Tamdiu dicebam, Non eſt, donec id offerretur quod quaerebam. Cuius niſi memor eſſem, quidquid illud eſſet, etiam ſi mihi offerretur non invenirem, quia non agnoſcerem. Et ſemper ita fit, cum aliquid perditum quaerimus & invenimus. Verumtamen ſi forte aliquid ab oculis perit, non a memoria, veluti corpus quodlibet viſibile, tenetur intus imago eius, & quaeritur donec reddatur adſpectui. Quod cum inventum fuerit, ex imagine quae intus eſt recognoſcitur. Nec inveniſſe nos dicimus, quod perierat (a), ſi non agnoſcimus; nec agnoſcere poſſumus, ſi non meminimus: ſed hoc perierat quidem oculis, memoria tenebatur.

(1) *Nec inveniſſe nos dicimus, quod perierat &c.* = Ludit hic nonnihil Auguſtinus: qui enim Deum agnoſcit, non eum invenit, quem amiſerat, ſed quem nunquam habuerat. Adhuc vero quidquam in memoria poſtulatur, ut Deus inveniri poſſit; ſed ea imago, quae, iuxta dicta ſuperius, potius notio appellanda eſt. Sed de hoc, & ſimilibus opportunius in ſequentibus.

CA-

(1) Lucae 15. v. 8. & 9.

C A P U T XIX.

A R G U M E N T U M.

Adeo manifeſtum eſt, quaelibet memoriae beneficio deprehendi, ut a memoria quoque lapſa, ex ipſa memoria repetantur. Si enim ſuſcitata memoria falſum prodens repellitur, verum autem, probatur: manifeſtum eſt, rem quaeſitam nobis cognitam, adeoque in memoria adſervatam. In qua hypotheſi credendum eſt, rem non prorſus excidiſſe, ſed ex adſervata parte, ſicut etiam ex uſu, vel ſimilitudine poſtulatam, integram ſanamque redire. Quod enim penitus ex animo aboletur nec admoniti reminiſcimur, nec etiam quaerere poſſumus.

QUid cum ipſa memoria perdit aliquid, ſicut fit cum obliviſcimur, & quaerimus ut recordemur? Ubi tandem quaerimus, niſi in ipſa memoria? Et ibi ſi aliud pro alio forte offeratur, reſpuimus, donec illud occurrat quod quaerimus; & cum occurrit dicimus, Hoc eſt: quod non diceremus, niſi agnoſceremus, nec agnoſceremus, niſi meminiſſemus. Certe ergo obliti fueramus. An non totum exciderat, ſed ex parte, qua tenebatur (*a*), pars alia quaerebatur, quia ſentiebat ſe memoria non ſimul volvere quod ſimul ſolebat, & quaſi detruncata conſuetudine claudicans (*b*), reddi quod deerat flagitabat? Tanquam ſi homo notus ſive conſpiciatur oculis, ſive cogitetur, & nomen eius obliti requiramus, quidquid aliud occurrerit non connectitur: quia non cum illo cogitari conſuevit, ideoque reſpuitur, donec illud adſit, ubi ſimul adſuefacta notitia non inaequaliter adquieſcat. Et unde adeſt, niſi ex ipſa memoria? Nam & cum ab alio commoniti recognoſcimus, inde adeſt. Non enim quaſi novum credimus, ſed recordantes adprobamus hoc eſſe quod dictum eſt. Si autem penitus aboleatur ex animo, nec admoniti reminiſcimur. Neque enim omnimodo adhuc obliti ſumus, quod vel oblitos nos eſſe meminimus. Hoc ergo nec amiſſum quaerere poterimus, quod omnino obliti fuerimus.

(*a*) *Sed ex parte, que tenebatur &c.* = Si v. g teneamus plures partes orationis, ex iis lapſam nobis periodum recuperamus, ut ſaepe contingit. Sicut etiam ex trita Romae voce, facile eius parentis Romuli nomen, meminimus. Ex his autem, quae in hocce cap. Auguſtinus obſervat, ſimul iunctis, diligenter expenſis, & nonnihil pro forma variatis, capita 16. aenigma facile ſolvi poteſt. Adeo verum eſt quod monuimus, Auguſtinum non ubique ſerio dubitare: aut incomprehenſibilia dicere quae non exactiſſime ediſſeri poſſunt.

(*b*) *Et quaſi detruncata conſuetudine claudicans.* = Adeo ut fere carne, & ſenſu aliquando nos oblivionem paſſos deprehendamus. Ut cum res longo uſu tritas memoria repetimus, quarum ſi quidquam omittimus, claudicationem quamdam experimur. En plures res, plures actus, quos memoria oblivionem recolens inſpicere poteſt: ex quibus inquam *indirecte*, ut Schola loquitur, & & *per reſultantiam* oblivionem utcunque intuetur.

At inquiet quiſpiam: Licet manifeſtum ſit, penitus deletum ex animo, nec amplius quaeri, non autem ita, quod & admoniti, non reminiſcamur; Saepe enim contingit ita quaedam nobis excidere, ut nec de illis quidquam poſtulemus: de quibus tamen aut volumine, aut magiſterio, aut ſigno, vel caſu admoniti, mox velut in iam olim cognitae rei notitiam venimus.

R. Species rerum ita aliquando obruuntur, ut nihil pungentes, videantur

tur prorſus deletae; at vel externo aliquo ſigno, vel magno ſpirituum conflixu excitatae, produnt rem, quam nunquam prorſus amiſerant, ſed languidae nonniſi novo ſubſidio exſerere poterant.

CAPUT XX.

ARGUMENTUM.

Ad Deum beatitudinis fontem, & centrum anhelans: unde emergat beatae vitae deſiderium vel amor quaerit; non quippe unius, vel duorum, ſed omnium prorſus nobilis ille genius eſt. Nihil autem expetitur quod non agnoſcatur. Concludit, quidquam beatae vitae in memoria adſervari.

QUomodo ergo te quaero, Domine? Cum enim te Deum meum quaero, vitam beatam quaero. Quaeram te, ut vivat anima mea. Vivit enim corpus meum, de anima mea, & vivit anima mea de te. Quomodo ergo quaero vitam beatam? quia non eſt mihi donec dicam: Sat eſt; illic ubi oportet ut dicam? Quomodo eam quaero? Utrum per recordationem tanquam eam oblitus ſim, oblitumque me eſſe adhuc teneam; an per appetitum diſcendi incognitam ſive quam nunquam ſcierim, ſive quam ſic oblitus fuerim, ut me nec oblitum eſſe meminerim? Nonne ipſa eſt beata vita, quam omnes volunt (*a*), & omnino qui nolit nemo eſt? Ubi noverunt eam, quod ſic volunt eam? Ubi viderunt; ut amarent eam? Nimirum habemus eam neſcio quomodo. Et eſt aliud quidam modus, quo quiſque cum haber eam, tunc bearus eſt: & ſunt qui ſpe beati ſunt. Inferiore modo iſti habent eam quam illi qui iam re ipſa beati ſunt, ſed tamen meliores quam illi; qui nec re, nec ſpe beati ſunt. Qui tamen etiam ipſi niſi aliquo modo haberent eam, non ita vellent beati eſſe, quod eos velle, certiſſimum eſt. Neſcio quomodo noverunt eam, ideoque habent eam in neſcio qua notitia, de qua ſatago utrum in memoria ſit: quia ſi ibi eſt, iam beati fuimus aliquando; utrum ſingillatim omnes, an in illo homine qui primus peccavit, in quo & omnes mortui ſumus (1), & de quo omnes cum miſeria nati ſumus, non quaero nunc, ſed quaero utrium in memoria ſit beata vita. Neque enim amaremus eam niſi noſſemus. Audimus nomen hoc, & rem ipſam omnes nos appetere fatemur, non enim ſono delectamur. Nam hoc cum Latine audit Graecus, non delectatur, quia ignorat quid dictum ſit; nos autem delectamur, ſicut etiam ille ſi Graece hoc audierit: quoniam res ipſa nec Graeca nec Latina eſt, cui adiſpicendae Graeci Latinique inhiant, ceterarumque linguarum homines. Nota eſt igitur omnibus, qui una voce ſi interrogari poſſent, utrum beati eſſe vellent, ſine ulla dubitatione, velle reſponderent. Quod non fieret, niſi res ipſa (*b*) cuius hoc nomen eſt eorum memoria teneretur.

(*a*) *Quam omnes volunt.* = Inconcuſſam veritatem hanc, totius orbis & Chriſtiani, & ethnici firmatam calculis repetit, & ediſſerit frequentiſſime Auguſtinus: ut lib. 10. de Civit. Dei, c. 1. & 23., 3. de Trinit. lib. 13. c. 5. In Pſal. 32.

(1) Rom. 5. 12.

32. tract. 2. & in 83. & in 118. tract. 1. &c. Immo malum in nulla hypotheſi experiri poſſe expertum habent Theologi, atque Philoſophi nobiliſſimi cum ipſo S. Doctore. Dionyſius Areopagita, vel quicunque ſcripſerit lib. 4. de Divin. Nomin. S. Thomas 1. 2. q. 1. ar. 1. 3. & 4. & communiter Scholaſtici in 2. diſt. 46. Quibus praeluſit Ariſtoteles 2. Phyſic. c. 3. textu 31. Cuius graviſſimae ſententiae ea eſt inexpugnabilis ratio: Bonum ſiquidem eſt voluntatis obiectum: nulla vero potentia extra ſui obiecti limites excurrere poteſt. Unde voluntas aut recta ad bonum tendit: aut declinat a malo, ut bonum adſequatur, vel iam captum non amittat.

Quaeres tamen: Unde igitur quidam peccatis inhiant, quae mala ſunt? Unde alii ut non ſint, ſemetipſos perdunt: qui enim non eſt, omne bonum amittit?

R. Peccatum morale malum eſt, phyſicum bonum involvens. voluptatem, gloriam, divitias &c. his perverſi homines inhiant. Etſi vero qui non eſt, omne bonum amittat, eligunt tamen quidam non eſſe, ut ingentia mala fugiant: videtur quippe illis maius bonum, aut minus malum, non eſſe, quam eſſe in anguſtia, & dolore: iuxta illud Salvatoris de Iuda Matth. 26. 24. *Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*. Adeoque aut verum, aut fictum, & adparens bonum ſequuntur. Recole dicta l. 1. c. 13. n. & l. 2. c. 4. D.

(*b*) *Niſi res ipſa &c.* = Non eſt qui aliquod bonum non experiatur, ex quo beatitudinis idea concepta, & in memoria adſervata, pungimur inceſſanter ad eam in culmine poſitam expetendam. Et ita quidem ſi de beata vita vera electione inſpecta, de qua Auguſtinus, loquamur. Deſiderium enim eiuſdem non expreſſum, ſed ponderi, & inclinationi ſimile ab ipſo utero matris, videlicet cum primo ſumus, mox nobis ineſt. Unaquaeque immo res etiam ratione, etiam ſenſu carens naturali quodam pondere expetit ſuum bonum, & centrum.

C A P U T XXI.

A R G U M E N T U M.

Cum ex dictis conſtet, ex beatitudinis memoria in illius nos deſiderium ferri: quaerit nunc qualis ſit haec memoria? An puta ita beatam vitam meminerimus, ut aliquam civitatem, vel numeros, vel eloquentiam? Potius dicendum arbitratur, fere ea ratione, qua meminimus gaudium. Quemadmodum vero nemo eſt, qui nec paululum gaudium aliquando expertus ſit, beatam vitam, quam dicimus gaudium, per huius ſpecies adtingimus.

I. NUmquid ita ut meminit Carthaginem qui vidit? Non. Vita enim beata non videtur oculis, quia non eſt corpus. Nunquid ſicut meminimus numeros? Non. Hos enim qui habet in notitia, non adhuc quaerit adipiſci (*a*): vitam vero beatam habemus in notitia, ideoque amamus eam, & tamen adhuc adipiſci eam volumus, ut beati ſimus. Numquid ſicut meminimus eloquentiam? Non. Quamvis enim hoc nomine audito, recordentur ipſam rem, qui etiam nondum ſunt eloquentes, multique eſſe cupiant, unde adparet eam eſſe in eorum notitia; tamen per corporis ſenſus alios eloquentes animadverterunt & delectati ſunt, & hoc eſſe deſierant: (quanquam niſi ex interiore notitia (*b*) non delectarentur, neque hoc eſſe vellent, niſi delectarentur:) beatam vero vitam nullo ſenſu corporis in aliis experimur. Numquid ſicut meminimus gaudium? Fortaſſe ita. Nam gaudium meum etiam triſtis memini, ſicut vitam beatam miſer: neque unquam corporis ſenſu gaudium meum vel vidi, vel audivi, vel odoratus ſum, vel gu-

guſtavi, vel tetigi, ſed expertus ſum in animo meo quando laetatus ſum, & adhaeſit eius notitia memoriae meae, ut id reminiſci valeam aliquando cum aſpernatione, aliquando cum deſiderio, pro earum rerum diverſitate de quibus me gavíſum eſſe memini. Nam & de turpibus gaudio quodam perſuſus ſum, quod nunc recordans deteſtor atque exſecror; aliquando de bonis & honeſtis, quod deſiderans recolo, tametſi forte non adſunt, & ideo triſtis gaudium priſtinum recolo.

II. Ubi ergo quando expertus ſum vitam meam beatam, ut recorder eam, & amem, & deſiderem? Nec ego tantum, aut cum paucis, ſed beati prorſus omnes eſſe volumus. Quod niſi certa notitia noſſemus, non tam certa voluntate vellemus. Sed quid eſt hoc, quod ſi quaeratur a duobus, utrum militare velint, fieri poſſit ut alter eorum velle ſe, alter nolle reſpondeat? Si autem ab eis quaeratur, utrum beati eſſe velint, fieri poſſit, ut uterque ſtatim ſe ſine ulla dubitatione dicat optare; nec ob aliud, velit ille militare, nec ob aliud iſte nolit, niſi ut beati ſint? Nam forte quoniam alius hinc, alius inde gaudet: ita ſe omnes beatos eſſe velle conſonant, quemadmodum conſonarent ſi hoc interrogarentur ſe velle gaudere, atque ipſum gaudium vitam beatam vocant. Quod & ſi alius hinc, alius illinc adſequitur, unum eſt tamen quo pervenire omnes nituntur ut gaudeant. Quae quoniam res eſt, quam ſe expertum non eſſe (c) nemo poteſt dicere, propterea reperta in memoria recognoſcitur, quando beatae vitae nomen auditur.

(a) *Non adhuc quaeris adipiſci.* = Numeros enim, & res Liberalium facultatum naturali luce adſequimur, ut in praecedentibus dictum eſt. Aritmetica, ut quaelibet Mathematica res abſtractas expendit: puta numerum denarium, nihil curans, utrum ſit equorum, vel hominum. Medicus vero ſuae facultatis iuribus acceptis, quaerit adhuc experientiam, vel praxim, exhibens infirmo medicinam.

(b) *Niſi ex interiore notitia.* = Ita BB. cum Am. Arn. & MSS. ſuis & optim. S Cr. At Er. Lov. Som. Wangn. quibus ſuffragatur MS. Car. *niſi ie exteriore notitia.* MS. Ricar. *niſi exteriora notitia.* Mala: exteriorum quippe notitiam iam exegerat Auguſtinus. Nunc ergo putare debemus addere notitiam interiorem, ex qua delectatio, & gaudium; Neque enim ſat rem egregie pingere, & obijcere, niſi intus lateat cognitio, qua expetatur, vel ametur.

(c) *Quam ſe expertum non eſſe &c.* = Sic enim ex fumo ignis, & ex fructibus arbor. Beata vita per gaudium nobis innoteſcit, ſeu, per gaudium eam ſentimus, cum igitur in omnibus alicuius gaudii veſtigium ſit: inde & beatae vitae memoria. At vero unius boni voluptate guſtata, facile plurium, & etiam omnium ſimul iunctorum deſiderium incenditur; & en ſummae divinaeque beatitudinis Idea. Haec autem aut in intellectu prorſus excellentiſſimo, & ſaniſſimo eſt? iam nullum timetur malum; cum enim hoc ſit abſentia boni, quale malum illi, qui undique omnis generis bonis ſtipatur? Aut in intellectu eſt infirmo, quique ſpectra & phantaſmata pati poſſit? & cum ſuſcitat fugam a malo: habeſque beatae vitae deſiderium duo concernens, omnium bonorum aggregationem, & cuiuſcunque mali abſentiam. Haec iunge dictis poſteriore commentario cap. praecedentis.

Digitized by Google

C A P U T XXII.

A R G U M E N T U M.

Etſi non renuat beatam vitam gaudium dicere, admonet tamen non omne a ſe gaudium inſpici: ſed illud tantum ſanctorum proprium, quod nempe ad Deum, de Deo, & propter Deum eſt. Licet & qui ignobilius, & etiam infimum gaudium expetunt, aliquam gaudii umbram ſequantur.

ABſit Domine, abſit a corde ſervi tui, qui confitetur tibi: abſit ut quocumque gaudio gaudeam, beatum me putem. Eſt enim gaudium quod non datur impiis (1), ſed eis qui te gratis colunt (*a*), quorum gaudium tu ipſe es. Et ipſa eſt beata vita, gaudere ad te, de te, propter te, ipſa eſt, & non eſt altera. Qui autem aliam putant eſſe, aliud ſectantur gaudium neque ipſum verum. Ab aliqua tamen imagine gaudii (*b*) voluntas eorum non avertitur.

(*a*) *Qui te gratis colunt.* = Loquitur de gaudio, vel ſerenitate conſcientiae ſanctorum: qui divinam ſummamque beatitudinem etiam in hac vita utcunque delibant. Ex intimo enim conſortio Domini ſuavitatis eius portiunculas quaſdam experiuntur, & futurae perfectae poſſeſſionis non levi ſpe geſtiunt: iuxta illud Rom 12. 12 *Spe gaudentes.* = *Gaudere ad te, de te, propter te.* = Gaudemus ad Deum per ſpem, ſeu ipſi inhiantes. De Deo, hoc eſt ex participatione divinorum bonorum. Propter Deum, cum temporalia omnia ad ipſum dirigimus, ſeu eius gloriae ſubiicimus.

(*b*) *Ab aliqua tamen imagine gaudii &c.* = Ut in tuto ponat ſuam, & communem doctrinam: omnes gaudium, ſeu beatam vitam adpetere, ſequi. Hinc inconcuſſum, ratione & exemplo digeſtum illud vetuſtae Scholae: *Finis finalizat prout apprehenditur*; Scilicet, bonum nos adlicit, non prout eſt, ſed ut adparet. Quod iam obſervatum eſt comment. primo cap. 20.

(1) Iſaiae 48. 22. *Non eſt pax impiis.* Et iterum 57. 21. ubi [illegible] gaudium.

Digitized by Google

C A P U T XXIII.

A R G U M E N T U M.

Oſtendit ut inconcuſſum ſtet illud, Omnes beatam vitam adpetere, licet plures gaudium caſtum, & divinum contemnant; Id enim ex lucta, qua Adae filii quatiuntur, & cui frequenter ſuccumbunt. Ceterum hi quoque de veritate malunt gaudere, quam de falſitate, plures enim volunt fallere, nullus autem falli; cumque beata vita ſit gaudium de veritate, iam & iſti beatitudini inhiant. Nec mireris quandoque veritatem odioſam eſſe: & tum enim utcunque regnat, etſi laeſa, & violata, quam nimirum genio noſtro optare volumus. At vero iſtis, ſimilibuſque ſublatis ambagibus: concludendum eſt, illum ſerio beatum eſſe, qui nulla interpellante moleſtia, de ipſa, per quam vera ſunt omnia, ſola veritate gaudet.

I. NOn ergo certum eſt quod omnes eſſe beati volunt, quoniam qui non de te gaudere volunt, quae ſola vita beata eſt, non utique vitam beatam volunt. An omnes hoc volunt? Sed quoniam caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem, ut non faciant quod volunt (1), cadunt in id quod valent, eoque contenti ſunt: quia illud quod non valent, non tantum volunt, quantum ſat eſt ut valeant. Nam quaero ab omnibus, utrum malint de veritate, quam de falſitate gaudere? Tam non dubitant dicere de veritate ſe malle, quam non dubitant dicere beatos eſſe ſe velle. Beata quippe vita eſt gaudium de veritate (*a*). Hoc eſt enim gaudium de te, qui veritas es (2), Deus illuminatio mea, ſalus faciei meae Deus meus (3). Hanc vitam beatam omnes volunt, hanc vitam quae ſola beata eſt omnes volunt, gaudium de veritate omnes volunt. Multos expertus ſum qui vellent fallere, qui autem falli neminem (*b*). Ubi ergo noverunt hanc vitam beatam, niſi ubi noverunt etiam veritatem? Amant enim & ipſam quia falli nolunt. Et cum amant beatam vitam, quod non eſt aliud quam de veritate gaudium, utique amant etiam veritatem; nec amarent niſi eſſet aliqua notitia eius in memoria eorum. Cur ergo non de illa gaudent? Cur non beati ſunt? Quia fortius occupantur in aliis, quae potius eos faciunt miſeros, quam illud beatos quod tenuiter meminerunt. Adhuc enim modicum lumen eſt in hominibus, ambulent, ambulent, ne eos tenebrae comprehendant (4).

II. Cur autem veritas parit odium, & inimicus eis factus eſt homo tuus verum praedicans, cum ametur beata vita, quae non eſt niſi gaudium de veritate: niſi quia ſic amatur veritas, ut quicunque aliud amant, hoc quod amant velint eſſe veritatem (*c*): & qui falli nolunt, nolunt convinci quod falſi ſint? Itaque propter eam rem oderunt veritatem quam pro veritate amant. Amant eam lucentem, oderunt eam redarguentem. Quia enim falli nolunt, & fallere volunt; amant eam cum ſe ipſa indicat, & oderunt eam, cum eos ipſos indicat (*d*). Inde retribuet eis, ut qui ſe ab ea manifeſtari nolunt, & eos nolentes manifeſtet, & eis ipſa non ſit

ma-

(1) Galat. 5. 17.
(2) Ioan. 14. 6.
(3) Pſal. 26. 1.
(4) Ioan. 12. 35.

manifeſta. Sic ſic etiam, ſic animus humanus etiam, ſic caecus & languidus, turpis atque indecens latere vult, ſe autem ut lateat aliquid non vult. Contra illi redditur ut ipſe non lateat veritatem, ipſum autem veritas lateat. Tamen etiam ſic dum miſer eſt, veris mavult gaudere, quam falſis. Beatus ergo erit ſi nulla interpellante moleſtia, de ipſa perquam vera ſunt omnia, ſola veritate gaudebit.

(a) *Gaudium de veritate*. = Ex omnibus ſimul iunctis liquet, Auguſtinum non omnino preſſe, & ad Scholae formam de beatitudine hoc libro diſputare. Beatitudinis eſſentia iuxta Auguſtini principia, cui videntur divinae Scripturae favere, adſtipulantur vero] magnis diſputationibus graviores Theologi, in actu intellectus reponenda eſt, qui manifeſte Deum intuetur, ac tenent; Gaudium vero beatitudinis fructus, germen, ſeu conſectarium eſt. Quoniam vero, ut vel ſemper, vel frequenter contingit, effectus ſua cauſſa notior eſt, ad ſubtilem rem hanc, omnes homines beatos eſſe velle (conſequenter ex dictis in memoria aliquam beatitudinis ſpeciem latere) explicandam, & ſtabiliendam gaudium adſumſit. Verum, ut initio dicebamus, ipſe Auguſtinus, ſi integrum contextum adtendas, tibi fatetur de eo ſe loqui, quod ipſam beatitudinem ſequitur; Unde opus non eſt, in plura verba ſermonem trahere.

(b) *Qui autem falli neminem*. = Ianſenius Ypreuſis antiſtes tom. 2. lib. 2. de Statu naturae purae, c. 5. pag. 334. col. 2. agens de tribus ad naturalem beatitudinem neceſſariis, Non falli, Non offendi, Non mori, ita loquitur. = In „ primis igitur natura rationalis vehementiſſime non falli cupit. Unde illud frequenter in Auguſtini monumentis repetitum: *Multos expertus ſum &c.*. Ex quo naturali impetu naſcitur, ut qui alienata mente in phraeneſi rident, plorentur a ſanis. Tantum enim praevalet invictiſſima veritas, ut potius eligat homo ſana mente flere, quam alienata ridere, Quid vero eius rei cauſae eſt, niſi ille profundiſſime inſculptus beatitudinis appetitus? Cum enim Deus ſit veritas: & beatitudo nulla ſit, vel eſſe poſſit, niſi de Deo: hinc omnes affectant veritatem noſcere, ac de veritate gaudere,]. Laudat autem in margine Serm. 112. de diverſ. qui nunc eſt 306. in natali Maſſae candidae Martyrum, in quo S. D. de hoc argumento copioſiſſime diſputat (1). Editio oper. Ianſenii, quam ad manus habemus, eſt Rotomag. an. 1643. cum inedito opere e vivis ille exceſſerit die 6. Maii an. 1638.

(c) *Hoc, quod amant, velint eſſe veritatem*. = id vero ſummum malorum, aeque turpe, ac frequentiſſimum: quod totius humanae reipublicae ordinem quietem, honeſtatem, atque beatam vitam invertit, deturbat, maculat, depopulatur: Non ſcilicet veritati noſtrum genium aptare, ſed genio veritatem. Suppeditat amplum eius delirii exemplum impius Achab rex Iſrael Michaeam prophetam filium Iemla interpellans: an expediat Ramoth Galaad indicendi certaminis cauſſa petere (2). Innumera vero exempla in Iudaeis conſpiciuntur hoc vitio Chriſtum infamantibus, & humana divinaque omnia corrumpentibus. Ut veritatem proprio genio aptaret Aerius v. gr. Epiſcopum ſimplici Sacerdoti non praetulit. Lotherus Monachis nuptias indulſit. Molinos divinae contemplationis animas nunquam reluctantes, ubique patientes, ſeu paſſivas voluit. Et *Ioannes Pheroponus*, alios, *Ioannes Clericus* Auguſtinum tot blaſphemiis, atque calumniis laceſſivit. At ſcena haec nonniſi integro, magnoque volumine ediſſeri poſſet. Percurre orbem a ſolis ortu uſque ad occaſum, & meditare humani generis monſtra: fateberis mihi, quaelibet hoc vitio aut genita, aut nutrita. Unde non Hebraeis, non Chriſtianis, ſed integro qua late patet inferiori orbi praedicet nunc è Caelis, quod vivus olim ſuae genti Iſaias: *Vae vobis, qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum* (3).

(d) *Cum eos ipſus indicat*. = Haec communis eſt lectio, cui ſuffragantur MS. Ricar. optim. S. Gr. & Car. At Lov. *indicat*. Perperam omnino; praeceſſerat enim, *cum ſeipſam indicat* & ſequitur, *ut qui ſe ab ea manifeſtari nolunt &c.* Eſt autem ſenſus: Omnes utcunque amare veritatem, (adeoque gaudium,

(1) Vide tamen & Serm. 182. n. 2.
(2) 3. Reg. 22. & 2. Paralipp. 18.
(3) Cap. 5. v. 20.

dium, ſeu beatam vitam) & hac ratione cum illam propio genio aptant, nolle erroris convinci. = *Per quam vera ſunt omnia &c.* = Loquitur de Creatore, vel aeterna veritate, qua peculiare hoc, & illud verum eſt.

C A P U T XXIV.

A R G U M E N T U M.

Tam fuſa diſputatione per memoriae campos ſpatiatus, concludit tandem: Deum, cui inhiabat, ab eadem minime abeſſe. Adeo enim Deus, & veritas unum ſunt, ut hac retecta, & ille inveniatur.

ECce quantum ſpatiatus ſum in memoria mea (*a*), quaerens te Domine, & non te inveni extra eam (*b*); Neque enim aliquid de te inveni quod non meminiſſem ex quo didici te. Nam ex quo didici te, non ſum oblitus tui. Ubi enim inveni veritatem, ibi inveni Deum meum ipſam veritatem, quam ex quo didici non ſum oblitus. Itaque ex quo didici te, manes in memoria mea, & illic te invenio, cum reminiſcor tui & delector in te. Hac ſunt ſanctae delitiae meae, quas donaſti mihi miſericordia tua reſpiciens paupertatem meam.

(*a*) *In memoria mea.* = Iam vero tot ab Auguſtino expenſis commonibus memoriae portentis, haud ingratam rem faciam Lectori, ſi peculiaria quaedam narravero. M. Annaeus Seneca (1) Lucii Annaei Senecae philoſophi notiſſimi pater, Rhetor inſignis Declamatione 1. ſeu Controverſ. lib. 1. cuius titulus: *Seneca Novato, Senecae Melae filiis ſalutem.* paulo poſt Initium haec de ſuae memoriae portentis ſcribit. = Sed cum „ multa iam mihi ex me deſideranda „ ſenectus fecerit, oculorum aciem re„ tuderit, aurium ſenſum hebetaverit, „ nervorum firmitatem fatigaverit: in„ ter ea, quae retuli, memoria eſt, res „ ex omnibus partibus animi maxime „ delicata, & fragilis, in quam pri„ mum ſenectus incurrit. Hanc aliquan„ do in me floruiſſe, ut non tantum „ ad uſum ſufficeret, ſed in miracu„ lum uſque procederet, non nego; „ nam & duo millia nominum recitata „ quo ordine erant dicta reddebam: & „ & ab his, qui ad audiendum prae„ ceptorem noſtrum convenerant, ſin„ gulos verſus a ſingulis datos, cum „ plures quam ducenti efficerentur, ab „ ultimo incipiens uſque ad primum re„ citabam. Nec ad complectenda tan„ tum quae vellem velox erat mihi „ memoria, ſed etiam ad continenda „ quae acceperat. Nunc autem & ae„ tate quaſſata &c.] Addens, nunc quae puer, aut iuvenis, exactiſſime praeſentia habere: quae autem ſenex legit, quaſi nunquam lecta ſibi videri, cum iterum legit.

Similis portenti teſtis eſt Auguſtinus lib. 4. de Anima, & eius Origine ad Vincentium Victorem, c. 7. n. 9. = „ Amicus quidam meus iam inde ab „ adoleſcentia Simplicius nomine, homo „ excellentis, mirabiliſque memoriae „ cum interrogatus eſſet a nobis, quos „ verſus Virgilius in omnibus libris ſu„ pra ultimos dixerit, continuo, celo„ riter, memoriterque reſpondit. Quae„ ſivimus etiam ſuperiores ut diceret, „ dixit. Et credidimus eum poſſe re„ trorſum recitare Virgilium. De quo„ cunque loco voluimus, petivimus ut „ faceret; fecit. De proſa etiam de „ quacunque oratione Ciceronis, quam „ memoriae commendaverat, id eum fa„ cere voluimus, quantum voluimus ſur„ ſum verſus ſecutus eſt. Cum admira„ remur, teſtatus eſt Deum, neſciſſe „ ſe hoc poſſe ante illud experimen„ tum &c.

De

(1) Floruit an. D. 20.

De S. Thoma Aquinate S. Antoninus 3. p. Hiſt. tit. 23. paragr. 10. poſt laudatum ingenium. = Fuit quoque „ idem Doctor magnae memoriae, tan„ taeque capacitatis, ac retentivae vir„ tutis, ut id quod ſemel legendo ca„ peret, perpetuo retineret, quod evi„ denter patuit in illo mirabili opere, „ quod ad praeceptum Domini Urbani „ Papae ſuper quatuor Evangelia de di„ ctis Sanctorum memoriter compoſuit, „ & texuit. „

Adoleſcens Corſicus Caeſarei iuris Patavii ſtudioſus triginta ſex millia nominum ſemel audita fideliter reddebat: Si M. Antonio Mureto credimus qui lib. 3. Variarum lectionum ſe experientiae teſtem prodit; Addens, eumdem adoleſcentem candide profeſſum, ſe ad tantam ſortem veniſſe ſecreto quodam a Gallo paedagogo ſuo in paterna domo recepto. Cyrus Magnus Perſarum rex copioſiſſimi exercitus ſui quemquam nomine proprio vocabat. Plinius lib. 7. c. 24. Valer. Max. l. 8. c. 7. Fabius l. 10. c. 2. Sabell. l. 10. c. 9.

At ſi plura deſideret curioſus Lector, videat de Pronotario Ludovici iuriſta peritiſſimo, qui vix tricenaria aetate expleta obiit in Baſileenſi concil. Aeneam Sylvium lib. 1. de Geſtis eiuſdem concil. De Ioan. Pico Mirandul. Franciſcum in eius vita. De Franciſco Tigri Piſano I. C. Baldum, & Ficardum in vita Bartoli. De Adriano Imper. Sveton. & Dion. De Auguſtini noſtri memoria, ex ſcriptis eius ſatis elucente, & de qua, etſi velut aliud agentes ſaepe diximus, nimis otioſe ſcriberemus.

Sed & fuere quibus uſque ad horrorem memoria defecit; Adeo ut nec magnae propria manu patratae tragoediae: nec domeſticorum, nec proprii nominis recordarentur. Vide Caelium lib. 13. c. 31. Antiquar. lect. Sveton. & Gaſpar. Alver.

De rebus autem memoriae aut propitiis, aut contrariis brevitatis cauſſa ſilemus. At vero meminerint adoleſcentes, longam exercitationem, experientia teſte, memoriam etſi natura labilem maxime fovere.

(*b*) *Non te inveni extram eam.* = Quanquam intellectu, quo brutis praeſtamus, Dei exiſtentiam perſcrutemur: adhuc vero a memoria ſpecies ſuppeditantur. Dextera quidem iaculamur, ſed ex pharetra iacula habemus. = *Ex qua didici te &c.* = Hoc eſt: a primo momento uſus rationis. Unde ſequitur, *Ubi enim &c.* Deum quippe eſſe veritatem & Patres, & Scripturae praedicant: a primo autem rationis uſu veritatem didicimus. Itemque primae veritates nobis inſitae bene diſcuſſae, atque in unam formam iunctae in Dei nos cognitionem deducunt.

C A P U T XXV.

A R G U M E N T U M.

Deum a memoria non abeſſe concluſum eſt; Nunc ergo diſputat quomodo, ſeu, in qua illius parte conſiſtat. Et quidem a corporum adfectionumque animi ſpeciebus ſemovendum mox liquet: nec enim eſt aut corporalis imago, aut viventis adfectio. Nec item ipſe animus cenſendus eſt, quandoquidem eius eſt Dominus. Praeterquamquod omnia illa mutationi ſubiacent, cuius tamen Deus eſt expers.

SEd ubi manes in memoria mea, Domine; Ubi illic manes? Quale cubile fabricaſti illic tibi? Quale ſanctuarium (*a*) aedificaſti tibi? Tu dediſti hanc dignationem memoriae meae ut maneas in ea; ſed in qua eius parte maneas hoc conſidero. Traſcendi enim partes eius, quas habent & beſtiae, cum te recordarer; quia non ibi te inveniebam inter imagines rerum corporalium: & veni ad partes eius, ubi commendavi actiones animi mei; nec illic inveni te; & intravi ad ipſius animi mei ſedem, quae illic eſt in memoria mea, quoniam ſui quo-

que

que meminit animus; nec ibi tu eras: quia ſicut non es imago corporalis, nec affectio viventis, qualis eſt cum laetamur, contriſtamur, cupimus, metuimus, meminimus, obliviſcimur, & quidquid huiuſmodi eſt: ita nec ipſe animus es; quia Dominus Deus animi tu es, & commutantur haec omnia, tu autem incommutabilis manes ſuper omnia, & dignatus es habitare in memoria mea ex quo te didici. Et quid quaero quo loco eius habites? quaſi vero loca ibi ſint. Habitas certe in ea, quoniam tui memini ex quo te didici, & in ea te invenio, cum recordor te.

(a) *Quale ſanctuarium*. = In MSS. aliquot a BB. viſis, ut etiam in MS. Ricar. *ſacrarium*. Diſcrepantia eſt, ut vides, minimi ponderis. Sequentibus verbis: *Tranſcendi partes eius, quas habent & beſtiae*, manifeſte adſtruit aliam a ſenſitiva memoriam, quam *intellectivam* appellant. Ut etiam lib. 15. de Trinit. c. 23. n. 43. *Quamvis enim memoria hominis, & maxime illa, quam pecora non habent &c.* Pro qua memoria certant Ariſtoteles lib. 3. de Anima textu 8. S. Thomas ibi lect. 8. 1. p. q. 79. ar. 6. & alibi. S. Anſelmus in Monolog. c. 36. S. Ioan. Damaſc. lib. 2. Fidei orthod. Capreolus in 2. diſt. 3. q. 2. ar. 2. & reliqui Scriptores, maxime Peripateticae ſcholae.

Ne autem hac in re decipiaris: adtende S. Thomam q. 10. de Verit. ar. 2. ita diſſerentem. = Memoria ſecun- ,, dum communem uſum loquentium ac- ,, cipitur pro notitia praeteritorum: co- ,, gnoſcere autem praeteritum, ut prae- ,, teritum eſt ejus, cuius eſt cognoſce- ,, re praeſens, ut praeſens, vel nunc, ,, ut nunc, hoc autem eſt ſenſus. Sicut ,, enim intellectus non cognoſcit ſingu- ,, lare, ut eſt hoc, ſecundum commu- ,, nem quamdam rationem, ut in quantum ,, eſt homo vel albus, vel etiam particu- ,, lare: non in quantum eſt hic homo, vel ,, particulare hoc; Ita etiam intellectus ,, cognoſcit praeſens, & praeteritum, in ,, quantum eſt nunc, & praeteritum. Un- ,, de cum memoria ſecundum propriam ,, ſui acceptionem reſpiciat ad id, quod ,, eſt praeteritum, reſpectu huius nunc: ,, conſtat quod memoria proprie loquendo ,, non eſt in parte intellectiva, ſed ſenſi- ,, tiva tantum, ut Philoſophus probat (1). ,, Sed quia intellectus non ſolum intel- ,, ligit intelligibilia, ſed etiam intelligit ,, ſe intelligere tale intelligibile: ideo ,, nomen memoriae poteſt extendi ad no- ,, titiam, qua etſi non cognoſcatur obie- ,, ctum ut in praeteritione modo prae- ,, dicto, cognoſcitur tamen obiectum, ,, de quo etiam prius eſt notitia habita, ,, in quantum aliquis ſcit ſe eam prius ,, habuiſſe.] Qui rem hanc amplius diſcuſſam exoptet, videat Ariſtot. lib. 3. de Anima, tex. 7., & 8. S. Thom. loco ſupra laudato, & ulterius in 1. diſt. 3. q. 4. ar. 1. item 1. contra Gent. c. 72. in fine, & de Veritate q. 7. ar. 3. ad 3.

CA-

(1) Lib. de Memor. & Reminiſc.

C A P U T XXVI.

A R G U M E N T U M.

Coepto argumento inſiſtens, quaerit adhuc ubi Deum invenerit, ſeu, quo pacto illum didicerit? Profitetur inveniri, atque diſci in ipſo ſupra nos, dum ingenue ab eo veritatem quaerimus; ut eſt enim liberalis, & clementiſſimus, omnibus etiam diverſa conſulentibus lucem indulget: etſi non omnes eam liquide excipiant: Frequenter enim praeiudiciis occupati, oraculis eius noſtro genio adverſis obſiſtimus. Optimus ille, qui proprium genium divinis oraculis, non eadem oracula proprio genio adcommodat.

UBi ergo te inveni ut diſcerem te? Neque enim iam eras in memoria mea priuſquam te diſcerem (*a*). Ubi ergo inveni te ut diſcerem te, niſi in te ſupra me (*b*)? Et nuſquam locus (*c*), & recedimus, & accedimus, & nuſquam locus. Ubique veritas praeſides omnibus (*d*) conſulentibus te, ſimulque reſpondes omnibus etiam diverſa conſulentibus. Liquide tu reſpondes, ſed non liquide omnes audiunt. Omnes unde volunt conſulunt; ſed non ſemper quod volunt audiunt (*e*). Optimus miniſter tuus eſt, qui non magis intuetur hoc a te audire quod ipſe voluerit, ſed potius hoc velle quod a te audierit.

(*a*) *Priuſquam te diſcerem.* = Si de perfecta cognitione Dei habita ex Fide loquaris: antequam illum diſceres, nihil certe in memoria habebas: quid enim Fidei Spiritus-Sancti eximii doni in hominis memoria, ſola natura ſpectata? Si autem de qualicunque cognitione, naturali mereutio genita ſermo ſit, adhuc idem, licet non amplitudine tanta doceri poteſt; quamvis enim ſemina divinae exiſtentiae tibi indulta ſint: tamen non illa mox, ſed iuncta, & expolita in Numinis te cognitionem ducunt: unde priuſquam aeri ſermone, vel argumento illud retegeres, in memoria proprie non habebas.

(*b*) *Niſi in te ſupra me.* = Iuxta dicta id exponendum eſt. In theologica fide, Spiritus Sancti dono ſupra noſtram naturam, ſupra noſtra merita poſito; in rationibus naturalibus, quae non proxime ipſum Deum adtingunt, ſed nos ad eumdem adtollunt; ex creaturis enim Creator, ex motis Motor, ex ſervis Dominus inveſtigatur. Niſi mavis ſuſpicari, loqui Auguſtinum de eterna Veritate, quae ipſe Deus eſt, in qua Deum nobis eminentem detegimus.

(*c*) *Nuſquam locus.* = Quandoquidem Deus non tam eſt in loco: quam locum omnem continet, & abſorbet. Utcunque autem ſit in loco, nunquam tamen finitur, ſed extra eius latera, & fines excurrit: iuxta illud 3. Reg. 8. 27. *Si Caeli Caelorum te capere non poſſunt &c.* = *Et recedimus, & accedimus.* = Recedimus per peccata, & uteunque etiam per diſtractiones, teporem &c. Accedimus autem per fidem, ſpem, gratiam, caritatem.

(*d*) *Veritas praeſides omnibus &c.* = Ex aeterna quippe veritate cuncta deprehendimus. Inſuper peculiaria lumina ad aeternam ſalutem neceſſaria omnibus Deus indulget: dummodo iuſtis modis, & conditionibus poſtulentur; & lumina etiam practica, inſpirat enim mali fugam boni amorem &c. = *Liquide tu reſpondes, ſed &c.* Liquide enim ſynteresis te dum peccas pungit, atque deterret. At nonnulli praeiudiciis, vel paſſionum ferocia dementati, eus terrores non adtendunt, vel diſſimulant: iuxta illud Pſal. 35. 4. *Noluit intelligere, ut bene ageret.* Liquidum erit grande crimen eſſe, Auguſtinum hominem caelis, ac terris, cariſſimum calumniari: at liquidam hanc vocem noluit audire *Pherepanus*, & conatus eſt ſibi ſuadere id bonum, vel non malum eſſe. At quoniam liquidae voci reluctatus eſt, nunc tantae obſtinationis poenas luit.

Digitized by Google

(*e*) *Non ſemper quod volunt au-* [illegible] . = Vellent quidam licitum eſſe [illegible] iniuria propulſare.: & audiunt [illegible] licere. Volebat audire Lutherus & [illegible] chis nuptias permiſſas: ſed audivit [illegible] ereſi (nedum a Scripturis, Patri- [illegible] atque Theologis) non poſſe permitti. [illegible] ut ad ſubtiliora veniamus; Vellent [illegible] quidam, & ipſis in ſaeculo [illegible] viam patere: ſed audiunt ſuam ipſorum praedeſtinationem, alto Dei decreto ſolitudini, clauſtro, eremo colligatam. Vellent utcunque piae mulierculae, ſanctum eſſe potiorem diei partem in Templis conſumere, & longis quotidianis ſermonibus Dei Sacerdotes detinere: ſed audiunt, nonnunqaam tutius, & etiam neceſſarium eſſe, non verbis, ſed actione diſtendi, & rei domeſticae curam habere. Recole dicta ad cap. 23. C.

C A P U T XXVII.

A R G U M E N T U M.

Torquetur religioſiſſime, ſero Dei ſe pulcritudine raptum. Quum enim illum medullis ſuis haberet praeſentem, interim ipſe per exteriora vagabatur: ita vero quaſi ex his poſſet ſuum bonum emergere: cum re vera exterioribus pigmentis ab intus latente Deo ſemoveretur. Geſtis inde quod eiusdem Dei clementia e laberynthis illis exemtus ſit.

Sero te amavi, pulcritudo tam antiqua & tam nova (*a*), ſero te amavi. Et ecce intus eras, & ego foris (*b*), & ibi te quaerebam; & in iſta formoſa quae feciſti deformis irruebam. Mecum eras, & tecum non eram. Ea me tenebant longe a te, quae ſi in te non eſſent, non eſſent. Vocaſti, & clamaſti (*c*), & rupiſti ſurditatem meam. Coruſcaſti, ſplenduiſti, & fugaſti caecitatem meam. Flagraſti & duxi ſpiritum, & anhelo tibi. Guſtavi, & eſurio, & ſitio. Tetigiſti me, & exarſi in pacem tuam.

(*a*) *Pulcritudo tam antiqua, & tam nova.* = Aeternorum haec merita ſunt. Sic v. gr. dicimus, Verbum generatum, generari, & genitum iri. Quum enim aeternitas extenſione careat, ſitque tota ſimul, cuncta illi inſidentia antiqua, & nova ſunt. Recole dicta l. 1. c. 4. V. Hanc pulcritudinem nonniſi ſero coepit amare Auguſtinus; nempe ſi de perfecto ardente amore loquaris, in hortulo ſub arbore fici, anno D. 386. aetatis ſuae 32.

(*b*) *Intus eras, & ego foris.* = Eras intus per eſſentiam, praeſentiam, potentiam. Item per naturalia lumina, quibus me illuſtrabas, per ſynteresim, ſanctaſque inſpirationes, quibus me avertere volebas a malo, convertere ad bonum. Ego autem foris, amans exteriora, ſenſibilia bona creata: concubitum, honores, divitias &c. = *Mecum eras, & tecum non eram.* = Eras mecum per eſſentiam, *praeſentiam &c.* & maxime per ſancta inſpirationes: iuxta teſtimonium Apocalypſ. 3. 20. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo.* At ego non eram tecum per fidem, & caritatem: voci tuae reluctabar.

(*c*) *Vocaſti, & clamaſti.* = Vocaſti ſanctis inſpirationibus, monitis Matris, colloquio Simpliciani, & aliis, quae in Confeſſionibus hiſce narrata ſunt. Clamaſti ſecretis vocibus, id eſt gratiis; & ſolemnibus: *Tolle lege, tolle lege.* = *Et rupiſti ſurditatem meam.* = Et efficaci tua gratia rupiſti duritiem, obſtinationem meam. Et vocibus tuis obedivi. Fortean intuetur illud Pſal. 115. 17. *Dirupiſti vincula mea:* ubi ipſe: *Non in me, ſed in te Domino meo gloriabor, qui diſrupiſti vincula mea, ut a fuga redieas religarer tibi.*

(*d*) *Guſtavi, & eſurio, & ſitio.* = Obtemperavi conſilio Davidis Pſ. 33. 9. *Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus.* Adhuc vero eſurio, & ſitio, quoniam ſuavitas tua perfectiſſima & infinita famem ſitimque & exſtinguit, & etiam ſemper provocat. Vide S. Grego-

gorium Homil. 36. in Evangel. = *Tetigiſti me &c.* = Humana ſapientia nonnihil inflatus, illis montibus ſimilis factus erat, de quibus David Pſal. 103. 32. *Qui tangit montes, & fumigant*; quod ipſe ſic exponit Serm. 4. in eumdem Pſ. n. 16. *Montes ſuperbi erant, iactabant ſe, non eos tetigeras Deus: tangit illos, & fumigabunt. Quid eſt fumigare montes? Preces Domino reddere.*

C A P U T XXVIII.

A R G U M E N T U M.

Etſi iam Numinis clementia ſarcinam terrenarum cupiditatum abiecerit: adbuc vero quoniam non prorſus eo plenus eſt, bumanarum tentationum fluctibus agitur. Hinc enim mala gaudia cum bonis moeroribus: illinc mali moerores cum bonis gaudiis dubia victoria certant. Proſpera in adverſis ambit, adverſa in proſperis timet. Tot nobis pugnis in diverſas partes diſtractis, ac tolerantia naufragii periculo expoſita: quis non videt, praeſentem vitam tentationem eſſe nunquam intermittentem?

CUm inhaeſero tibi ex omni me, nuſquam erit (*a*) mihi dolor, & labor; & viva erit vita mea, tota plena te. Nunc autem quoniam quem tu imples, ſublevas eum, quoniam tui plenus non ſum, oneri mihi ſum. Contendunt laetitiae meae flendae cum (*b*) laetandis maeroribus, & ex qua parte ſtet victoria neſcio. Hei mihi, Domine, miſerere mei. Contendunt moerores mei mali cum gaudiis bonis; & ex qua parte ſtet victoria neſcio. Hei mihi Domine miſerere mei: hei mihi. Ecce vulnera mea non abſcondo. Medicus es, aeger ſum: miſericors es, miſer ſum. Numquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram [1]? Quis velit moleſtias & difficultates? Tolerari iubes eas, non amari (*c*). Nemo quod tolerat amat, & ſi tolerare amat. Quamvis enim gaudeat ſe tolerare, mavult tamen non eſſe quod toleret. Proſpera in adverſis deſidero, adverſa in proſperis timeo. Quis inter haec medius locus ubi non ſit humana vita tentatio (*d*)? Vae proſperitatibus ſaeculi, & ſemel, & iterum, a timore adverſitatis, & a corruptione laetitiae. Vae adverſitatibus ſaeculi, ſemel & iterum; & tertio a deſiderio proſperitatis, & quia ipſa adverſitas dura eſt, & naufragat tolerantia; numquid (*e*) non tentatio eſt vita humana ſuper terram ſine ullo interſtitio?

(*a*) *Nuſquam erit &c.* = Ita profecto; Iſaiae enim 51. 11. *Laetitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium, & laetitiam tenebunt, fugiet dolor, & gemitus*. Et manifeſtius Apocalypſ. 21. 4. *Et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt*. Similia habentur Apocal. 7. 17. & Iſ. 25. 8. Loquitur nempe de altera vita, in qua (ut contigit) ſe Deo perfectiſſime iunctum iri ſperabat. = *Quoniam quem tu imples, ſublevas eum.* = Fide, & caritate imples: ſublevas a terrenis & temporalibus, ad caeleſtia & aeterna. = *Quoniam tui plenus non ſum &c.* = Nonniſi enim Beati (Deipara excepta) Deo prorſus ſunt pleni. Unde ſemper quidquam eſt vitioſi habitus, vel huma-

 nae

[1] Iob. 7. 1. iuxta Lxx. & veter. Vulgatam.

nae concupiſcentiae, deorſum nos trahentis; iuxa illud Sap. 9. 15. *Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animum, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.*

(*b*) *Contendunt laetitiae meae flendae cum &c.* = Memineris Lector hic agi de naevis Sanctorum. Contendunt laetitiae meae humana concupiſcentia, vel proſperitate genitae (quas communes Chriſtiani honeſtas, vel indifferentes vocant, Sancti vero improbant) cum moeroribus, qui ſpiritum poenitentiae vel mortificationis conſequuntur. *Quoniam etſi contriſtavi in epiſtola, non me poenitet &c. nunc autem gaudeo: non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad poenitentiam, contriſtati enim eſtis ſecundum Deum &c.* 2. Cor. 7. v. 8., & 9. De triſtitiae, bono, honeſtate, fructu vide S. Thomam 1. 2. q. 39. art. 1. 2. & 3. = *Contendunt moerores mei mali cum &c.* = Moerores, quos humana natura commodis, divitiis, & voluptatibus inhians, & paupertate, ſilentio, mortificatione, & virtutum difficultate concipit: cum gaudiis ex ſimilibus, ex multa ſanctitate, ex ſpe aeternae vitae manantibus: *Quae enim ſecundum Deum triſtitia eſt, poenitentiam in ſalutem ſtabilem operatur; ſaeculi autem triſtitia mortem operatur.* 2. Cor. 7. 10. = *Ex qua parte ſtet victoria, neſcio.* = Dixit Salomon Eccleſiaſtes 9. 1. *Sunt iuſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo, utrum amore, an odio dignus ſit.* Potiori ergo ratione dubius eſt de minutiſſimis hiſce, quae animae eximiae ſanctitatis meditantur.

(*c*) *Tolerari iubes ea, non, amari.* = Neque enim poenae bonae ſunt: ſed bonum eſt propter Deum illas tolerare. Hinc docent Theologi poenitentiam carnalem non ſeſe proprie virtutem eſſe, ſed quatenus animo ad Deum dirigitur, vel, ſenſus rationi ſubiicitur. Quod & in naturalibus; Stultus eſt enim qui proprii corporis membrum abſcindit, ipſam abſciſſionem amans; at vero prudens qui id, ne ex infecto membro totum corpus computreſcat.

(*d*) *Ubi non ſit humana vita tentatio?* = Ita cum BB. legendum antecedentia, & ſequentia verba ſuadent, *Numquid non &c.* Licet tum auctoritate, tum ratione ſpectata, haud contemnenda ſit alia lectio rediens in eumdem ſenſum, *humanae vitae tentatio:* quam praeſerunt Bad. Am. Er. Lov. Som. Wang. MSS. a. S. Mar. Ricar. Feſ. optim. S. Cr. & Car. & vetuſtiſſima editio an. 1484.

Semel, & iterum, & tertio a deſiderio proſperitatis. = Iure meritiſſimo duplex timori adverſitatis, triplex autem vae proſperitatis deſiderio intentat. Etſi enim adverſitas nonnihil noceat, longe autem foedius proſperitas: Unde Pſal. 90. v. 7. *Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis.* Nimirum, ut exponunt aliqui, a ſiniſtris adverſitatis cadent mille, a dextris vero proſperitatis decem millia. Vide, ſi placet, S. D. in Pſal 85. n. 16. ad v. 11. & lib. 5. de Civit. Dei, cap. 30.

(*e*) *Et naufragat tolerantia, numquid &c.* = Ita Vet. Er. Som. BB. & communiter editi: nec non MS. Ricar. At plures e vetuſtioribus MSS. a BB. viſi cum Bad. quibus ſuffragantur MSS. a. S. Mar. Feſ. optim S. Cr. & Car. *Et ne frangat tolerantium.* BB. autem communem lectionem retinentes, tum in *Pherepouiana* tum in Veneta editione ſic eam ſcribunt: *tolerantia. Numquid &c.* Male: neque enim ſic acceptis Auguſtini verbis, facile integer ſermonis ſenſus habetur.

Iuxta lectionem, & orthographiam noſtram facilis, & naturalis redditur ſenſus; Dixerat enim viam crucis altera gaudiorum longe tutiorem eſſe; Potius eligendos dolores, & triſtes caſus. Nunc ergo concludit, cum adverſitas dura ſit, cum ſaepe naufraget tolerantia: iure dictum a Iob c. 7. v. 1. *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* Quod ipſe etiam proprio loco legit, *Numquid non tentatio eſt &c.* ſic vero exponit: *Hic iam apertius oſtendit, ex cuius ſignificatione ſuperius loqueretur. Tentationem vero dicit tamquam ſtadium certaminis, ubi vincit homo, vel vincitur.* Lib. Annot. in Iob.

Sine ulla interſtitio. = Sine ullo ſpatio, aut diſtantia. Interſtitium quaſi, *ſto inter duo.* Ad rem praeſentem, ſto inter bellum, & pacem. Hinc apud Eccleſiaſticos *interſtitia* tempora illa, quae inter unam alteramve ordinationem interponi debent, paſſim, ac trita phraſi appellantur. Congruum eſt enim, ut uno recepto ordine, non mox ad alium tranſeas, ſed pauſa facta, quod ſuſcepiſti, alte mediteris, plures exerceas & benedicas, ad novum te diſponas, oſtendaſque Praeſuli, tam religioſum te v. g. fuiſſe Diaconum, ut poſſis decenter etiam Sacerdotii maieſtatem ſubſtinere.

CA-

Digitized by Google

C A P U T XXIX.

A R G U M E N T U M.

Tot inter tentationum fluctus poſitus, Dei ſubſidium, cui integrum negotium fidit, implorat. Equidem novit continentiam magna amplitudine ſibi iuſſam, ſed & profitetur efficaci lubentis auxilio ſubſultum, nullo ſe praecepto quantumvis graviſſimo deterritum iri. Aequum interim iudicat amplum illud continentiae praeceptum: poſtulat enim integerrimus Dei amor, ut reliqua nonniſi eius intuitu diligas.

ET tota ſpes mea non niſi in magna valde miſericordia tua. Da quod iubes, & iube quod vis (*a*). Imperas nobis continentiam. Et cum ſcirem ait quidam, quia nemo poteſt eſſe continens; niſi Deus det: & hoc ipſum erat ſapientiae ſcire cuius eſſet hoc donum (1). Per continentiam quippe colligimur (*b*), & redigimur in unum a quo in multa defluximus. Minus enim te amat qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor qui ſemper ardes, & nunquam extingueris, caritas Deus meus accende me. Continentiam iubes. Da quod iubes, & iube quod vis.

(*a*) *Da quod iubes, & iube quod vis* = De graviſſima ingenioſiſſima, hac ſententia plura dicenda ſeſe nobis offerunt. Ea nedum in his Confeſſionibus, (ut infra cap. 37.) ſed & alibi frequenter occurrit. Lib. 1. Soliloq. cap. 1. n. 5. *Iube quaeſo, atque impera quiquid vis, ſed ſana, & aperi aures meas, quibus voces tuas audiam*. Lib. De Gratia, & Libero Arbitrio, cap. 15. n. 31. *Quare iubet ſi ipſe daturus eſt? Quare dat, ſi homo facturus eſt; niſi quia dat quod iubet, cum adiuvat, ut faciat cui iubet*. Idem habet in Pſal. 36 Serm. 2. v. 20. Eamdem ſententiam edifferit ſaepe Auguſtinus, at maxime t. 6 lib. vel Epiſt. ad Iulianam viduam, de Bono Viduitatis, cap. 17. n. 21.

Omnino praeſentis ſententiae meminit S. Doctor lib. de Bono, vel Dono perſeverantiae, cap. 20. n. 53. ubi = „ Quid autem meorum opuſculorum „ frequentius, & delectabilius innoteſce„ re potuit, quam libri Confeſſionum „ mearum? Cum & ipſos ediderim an„ tequam Pelagiana haereſis extitiſſet; „ in eis certe dixi Deo noſtro, & ſae„ pe dixi: Da quod iubes, & iube „ quod vis. Quae mea verba Pelagius „ Romae cum a quodam fratre, & „ coepiſcopo meo fuiſſent eo praeſen„ te commemorata ferre non potuit „ & contradicens aliquanto commotius, „ pene cum eo, qui illa commemoraverat, litigavit. Quid vero primitus, „ & maxime Deus iubet, niſi ut creda„ mus in eum? Et hoc ergo ipſe dat, ſi „ bene illi dictum eſt, Da quod iubes „

Verum ea facto narrato calumniam congarit *Ioannes Pherepoenus* Pelagii patronus in Auguſtinum, dum huius expoſitionem Epiſtolae ad Romanos pag. 536 ad infame iudicium, pro more deducit. En eius verba. = In eo (*in* „ *opere expoſitionis laudatae*) multa ha„ bet, quae mere Pelagiana ſunt, ut „ vel ex Retractationum loco praefixo „ intelligere eſt. Mirum eſt hominem, „ qui numquam a quoquam propterea „ damnatus fuerat quaſi haereticus, immo „ vero ab omnibus laudatus, poſtea in „ eadem dogmata invectum eſſe, quaſi „ cum Religione Chriſtiana conſiſtere non „ poſſent. Si numquam tamen exortae „ fuiſſent rixae Pelagianae, in iis ſenten„ tiis mortuus eſſet. Immo vero fortaſ„ ſe numquam ita invectus in eas fuiſ„ ſet, niſi Pelagius aliquid in eius ſcri„ ptis carpſiſſet. In Libro de Dono per„ ſeverantiae narrat his verbis primam „ in-

(1) Sap. 8. 21.

„ indignandi in Pelagium occaſionem : „ *Quid meorum opuſculorum &c.* Hinc „ prima origo mali, nam nihil magis ir„ ritabile eſt ſcriptoribus, qui pro ſcri„ ptis poſtea, tamquam pro aris, ac fo„ cis pugnant. „

B. Antequam de ſermone hocce livore patre, & inſcitia matre genito quidquam dicamus, dignetur *Pherepones* ſua facere Plauti verba Comoed. 1. *Amphitrui*, Act. 1. Sc. 1. v. 1. *Quis me alter eſt audacior homo, aut quis confidentior?* Item: dicat quid in ipſum deduci poſſit ex illis verbis, quae protulit tom. 1. *Operum Philoſophicor.* in Praefat. ad *Veritatis ſtudioſos*, ſub finem: *Acerbos homines non moror, indignos quippe qui haec ſtudia tractent, aut quorum iudicii ulla ratio habeatur.* Erit ne acerbus homo *Ioannes Clericus* dignus qui haec, non Philoſophica, ſed Theologica ſtudia tractet; eiuſque iudicii ulla ratio habebitur in hiſce tam eximiis, atque religioſis rebus? Nunc ad ſingula.

I *Quae mere Pelagiana ſunt, ut vel ex &c.* = Aut non legiſti Retractationum locum etſi praefixum; aut legens, non intellexiſti; aut lecto, & intellecto, voluiſti pro more mentiri. Cum argumentum *ab Invidia ductum*, cui texendo natus, factus eras, egregie tom. 1. *Operum Philoſophic.* a pag. 253. uſque ad 288. pertractaveris, atque in varias ſpecies, nempe 16. diviſeris, hoc tamen argumentum, ſeu hanc argumenti ſpeciem, qua imperiti in innocentes homines MENDACIO incenduntur, omiſiſti. Non Pelagiani ſunt errores, ſed Semi-Pelagiani: quos nec Auguſtino e vivis abeunte, ultimo peremtorio iudicio Eccleſia improbavit. Totum id notum eſt Eruditis.

II. *Mirum eſt hominem, qui numquam &c.* = Si nec ſtatim ab Auguſtini obitu Semi-Pelagiani prorſus haeretici habiti ſunt; quid miraris quod Auguſtinus iuvenis Semi-Pelagiano errore captus haereticus non ſit appellatus? At vero emendare poſſumus, & debemus, nedum quae e diametro, & manifeſtiſſime Catholica dogmata impetunt, ſed & quae impetere acerrimis argumentis coniicimus; Talis fuit Auguſtino graviorem aetatem agenti Semi-Pelagianorum ſententia, puta vel Fidei initium in noſtram indolem, in noſtra merita revocari.

III. *Ab omnibus laudatus.* = An non vides, quid in te ex his verbis exſurgat? Doctor ab omnibus laudatus, a te uno deridetur? Auguſtinus igitur deridetur a te: tu ab omnibus; Vide cuius tutior ſit cauſſa: *Quod omnes, aut fere omnes docent, hoc verum eſt. Nec unus omnes fallit, nec omnes unum* (1). Ceterum quoad Semi Pelagianam ſententiam quomodo fuit Auguſtinus laudatus ab omnibus, ſi eam exſecratus, fuit laudatus a plurimis?

IV. *Si numquam tamen exortae &c.* = Si tibi darem iuſtum hac in re te vatem fuiſſe, quid inde? = Haec „ eſt praedeſtinatio manifeſta, & certa „ ſanctorum; quam poſtea diligentius, & „ operoſius, cum iam contra Pelagianos diſputaremus, defendere neceſſi„ tas compulit. Didicimus enim ſingu„ las quaſque haereſes intuliſſe Eccleſiae „ proprias quaeſtiones, contra quas di„ diligentius defenderetur Scriptura di„ vina, quam ſi nulla talis neceſſitas „ cogeret.] Lib. de Dono perſeverantiae cap. 20. n. 53. & lib. 16. de Civit. Dei, c. 2. n. 1. = Sed haec in uſum „ cedunt proficientium, iuxta illud A„ poſtoli: *Oportet & haereſes eſſe, ut* „ *probati manifeſti fiant in vobis* (2). Un„ de etiam ſcriptum eſt: *Filius erudi*„ *tus ſapiens erit, imprudente autem* „ *miniſtro utetur* (3). Multa quippe ad fi„ dem catholicam pertinentia, dum hae„ reticorum calida (4) inquietudine exa„ gitantur, ut adverſus eos defendi „ poſſint, & conſiderantur diligentius, „ & intelliguntur clarius, & inſtantius „ praedicantur: & ab adverſario mota „ quaeſtio diſcendi exſiſtit occaſio.] Quae docet & lib. 18. c. 51. n. 1. De Gen. contra Manich. lib. 1. c. 1. n. 2. lib. de Vera Relig. c. 8. n. 15. lib. de Catechiz. rudibus, c. 24. n. 44. & etiam ſi bene meminiſti lib. 7. harum Confeſſ. c. 19. D. Haec *Pherepone* ad abundantiam vaticinio tuo permiſſio. At eſt illud putida calumnia, quam aut in re Auguſtiniana nimis hoſpes, aut mendaciorum nimis foecundus conſarcinaſti. Tu ipſe agnoſcis, & profeſſus es, poſt libros Confeſſionum ſcriptos haereſim Pelagianam exortam; ſed iam ante id temporis probatos olim Semi-Pelagianos errores Auguſtinus abiecerat. Id ipſe S. D. non uno loco teſtatur: at maxime lib. de Praedeſtinat. Sanctorum, c. 3. & 4. ex quibus ſat erit pauca quaedam ex-

(1) Recole dicta in Eruditione praevia ad hoc opus, ubi de Auguſtini fama, & de famae vi late diſſeruimus.

(2) 1. Cor. 11. 19.

(3) Prov. 10. 4. apud LXX.

(4) Sic Er. Editi vero alii cum MSS. plerique *callida*.

Digitized by Google

exſcerpere . = Non ſic pius , atque
„ humilis doctor ille ſapiebat : Cyprianum
„ beatiſſimum loquor, qui dixit, *In nullo gloriandum &c.*(1) Quod ut oſtende-
„ ret, adhibuit Apoſtolum teſtem dicen-
„ tem, *Quid autem habes , quod &c.*(2)
„ Quo praecipue teſtimonio etiam ipſe
„ convictus ſum , cum ſimiliter erra-
„ rem , putans fidem , qua in Deum
„ credimus , non eſſe donum Dei , ſed
„ a nobis eſſe in nobis , & per illam
„ nos impetrare Dei dona , quibus tem-
„ peranter, & iuſte, & pie vivamus in
„ hoc ſaeculo &c. Quem meum erro-
„ rem nonnulla opuſcula mea ſatis indi-
„ cant (*hic obſerva*) ante epiſcopatum
„ meum ſcripta. In quibus eſt illud, quod
„ commemoraſtis in litteris veſtris (3).
„ ubi eſt expoſitio quarumdam propo-
„ ſitionum ex epiſtola, quae eſt ad Ro-
„ manos &c. Videtis certe quid tunc de
„ ſide, atque operibus ſentiebam, quam-
„ vis de commendanda gratia Dei la-
„ borarem : in qua ſententia iſtos fra-
„ tres noſtros eſſe nunc video ; quia
„ non ſicut legere libros meos, ita etiam
„ in eis curaverunt proficere mecum :
„ Nam ſi curaſſent , inveniſſent iſtam
„ quaeſtionem ſecundum veritatem di-
„ vinarum Scripturarum ſolutam (*hic iterum vigila*) in primo libro duo-
„ rum, quos ad beatae memoriae Sim-
„ plicianum ſcripſi , Epiſcopum Medio-
„ lanenſis Eccleſiae , Sancti Ambroſii
„ ſucceſſorem , in ipſo exordio epiſco-
„ patus mei.] Cum autem Confeſſio-
nes ſcripſit S. D. iam fere quinquennio Epiſcopatum geſſerat : Nec credendum eſt , laudatam Romae ſententiam illam, & commotum Pelagium eodem , ut ita loquamur momento quo ſcriptae ſunt hae Confeſſiones. Haec cur diſſimulavit *Pherepoenus* ? Diſcemus ex ipſo. *Sexto cum nihil aptius ſit ad leniendam invidiam , quae in ſententiam quampiam accenditur , quam rationes aut firmae, aut veriſimiles , quibus ſolet defendi ; rationes omnes illae ſtudioſiſſime occultantur, quo fit, ut imperiti &c.* Et iterum : *Octavo, cum multa poſſint invidiam amoliri a ſententia , & hominum animos ei conciliare, aut placere ; illa alto ſilentio obvolvuntur , dum contraria omnia multis deducuntur .*

V. *Immo fortaſſe &c. niſi Pelagius &c.* = Quam mordicus argumento ab invidia ducto haeres ! Ut enim brevior ſim : dum n. 3. pag. 256. illud partiris , has ſpecies etiam inſinuas. IX. *Invidioſa conſectaria deducuntur ex ſententia eorum , qui oppugnantur . X. Malignis ſuſpicionibus premuntur.* At non eſt eius argumenti ſpecies , quam ut Auguſtinum carperet , in uſum non traxerit *Ioannes Pherepoenus* maligni , infamis laboris patientiſſimus . Quin immo ut ſupra n. 1. inſinuabamus , aliquot argumenta ab invidia in Auguſtinum duxit , quae in eiusdem infamis argumenti partitione non obſervaverat . Iram autem (ut obiter quidquam pro alio doctrina , & ſanctitate Auguſtino ſimili dicamus) & riſum movet *Ioannes Clericus*, dum ſtudens in Hieronymi , viri doctiſſimi , candidiſſimi , & ſanctiſſimi ſcriptis contra diverſos , puta Iovinianum, at maxime Vigilantium omnes deteſtabilis argumenti ſpecies expiſcari, incidit ipſe in idem argumentum ; Conatur inquam *Clericus* imperitis lectoribus argumentis ab invidia ductis ſuadere , Hieronymum argumentis ab invidia ductis contra Vigilantium certaſſe. At ad cauſſam praeſentem redeamus . Quibus , *Pherepoene* , iniquas ſuſpiciones tuas, & calumnias vendis? Cucurbitis ne, & ſtipitibus? Quanto tempore poſt Confeſſiones ſcriptas conticuit Auguſtinus ? Illis annus Dom. 400. conſignatur ; Circa annum vero 412. humaniſſimam epiſtolam , quae eſt 146. ad Pelagium dedit Auguſtinus : *Gratias ago plurimas , quod me litteris tuis exhilarare dignatus , & certum facere de ſalute veſtra . Retribuat tibi Dominus bona &c.* Qua epiſtola adeo triumphavit Pelagius, ut eam velut integerrimae ſuae fidei teſſeram Dioſpolitanae Synodo , anno 415. labente celebratae obiecerit : & coactus ſit Auguſtinus an. 417. commentariis eiuſdem epiſtolae arcana , fratrem leniter lucrari, non in praeconceptis erroribus obfirmare ſtudentia retegere : *Quid enim ei proſunt tantae eius laudes in epiſtolis epiſcoporum , quas pro ſe commemorandas , vel etiam legendas , atque allegandas putavit , quaſi &c. Et ego quidem in epiſtola mea , quam protulit , non ſolum ab eius laudibus temperavi , ſed etiam quantum potui (4), ſine eius commotione quaeſtionis de Dei gratia recte ſapere admonui.* Dixi eum quippe &c.

(1) Lib. 3. ad Quirinum c. 4.
(2) 1. Cor. 4. 7.
(3) Epiſt. Hilarii n. 3.

(4) Romanus MS. *ullius* Colbertinus . *illius commemoratione*. Alius quidam codex , *commonitione*.

&c. De Geſtis Pelagii, cap. 25., & 26. Quum vero in Pelagium calamum primo arripuit, adeo modeſtiae, & lenitati conſuluit, ut errorem impugnavarit, non commemorata, immo laudata perſona; quod teſtatur lib. 2. Retract. c. 33. = Venit etiam neceſſitas, „ quae me cogeret adverſus novam Pe„ lagianam haereſim ſcribere, contre„ quam prius cum opus erat, non ſcri„ ptis ſed ſermonibus, & conlocutio„ nibus agebamus, ut quiſque noſtrum „ poterat, aut debebat. Miſſis ergo „ mihi a Carthagine quaeſtionibus eo„ rum, quas reſcribendo diſſolverem (1), „ ſcripſi primum libros tres, quorum „ titulus eſt, *de Peccatorum meritis*, „ *& remiſſione &c.* In his autem libris „ tacenda adhuc arbitratus ſum nomi„ na eorum, ſic eos facilius poſſe cor„ rigi ſperans; immo etiam in tertio li„ bro, quae eſt epiſtola &c. Pelagii „ ipſius nomen non ſine aliqua laude „ poſui: quia vita eius a multis prae„ dicabatur: & eius illa redargui, quae „ in ſuis ſcriptis non ex perſona ſua „ poſuit, ſed quid ab aliis diceretur „ expoſuit: quae tamen poſtea iam hae„ reticus pertinaciſſima animoſitate de„ fendit.] Iſte ne Auguſtinus, qui privatis praeiudiciis ira, & furore in Pelagium debacchatus eſt? Immo vero quum impie exardeſceret Pelagius, religioſiſſime ſe continebat Auguſtinus, ut integra fere Pelagiana hiſtoria reſtatur. Sat nunc erit pauca quaedam ex lib. de Geſtis eiuſdem haeretici, cap. 25. & 26. Lectori exhibere = At nunc ſi „ Pelagius Deum cogitat, ſi non eſt in„ gratus eius miſericordiae &c. gratius „ accipiet litteras noſtras, quando ex„ preſſo nomine ulcus ſanandum potius „ aperuimus, quam illas (2), ubi cum „ dolorem facere timeremus, tumo„ rem, quod nos poenitet, augeba„ mus. Si autem mihi fuerit iratus, „ quam inique iraſcatur adtendat, & „ ut vincat iram tandem aliquando Dei „ poſtulet gratiam &c. Dixi dilectiſſi„ mum, (*in epiſt. de qua ſupra*) quod „ & nunc dico, & ſi iratus fuerit, ad„ huc dicam; quoniam niſi erga eum „ dilectionem tenuero, illa iraſcente, „ ipſe mihi magis nocebo.

Et haec ut ſingula diſcureremus. Nunc amplioribus argumentis integra calumnia repellanda eſt. Totus Catholicus orbis in Pelagium arma ſumſit; non ergo Auguſtinus privato amore praeconceptas ſententias vindicavit. Iam ante Auguſtinum ſcribentem Pelagii doctrina improbata eſt. Retractationum libris, & aliquot aliis ſparſis locis teſtibus, laboravit, ut ita loquamur, Auguſtinus ut quidquam in ſcriptis ſuis retegeret, quod cenſoria virga ſignare poſſet: Quali igitur zelo, & maieſtate ſi quos ſcripſiſſet in re tam gravi errores emendaſſet? Et tandem: quae Pelagii doctrina? Vera ne? Alio igitur modo *Pherepanus* diſputare debebat, eamque contra totius Catholici orbis ſenſa propugnare. Falſa? Cur ergo peccavit Auguſtinus, qui eam impugnavit, adtrivit? Quam vero prudenter, & modeſte in eo negotio ſe geſſerit, notum eſt Eruditis: adeo ut ex ea re maxime Catholicorum, & etiam haereticorum iudicio dicendus ſit, *Doctorum modeſtiſſimus*.

At voluit imitari ni fallimur, *Ioannes Pherepanus* Hugonem Grotium (3), cuius crebrum illud dictum eſt: *Auguſtinum nimia diſputationis aeſtu exegiſſe gratiam ad fidem*. Qui tamen longe temperatius ſuos conceptus aperuit: v. gr. in Annalibus Belgicis referens Ariminiana diſſidia. = Per occidentem „ magnum Auguſtini nomen multos tra„ xit. At per Graeciam quidem Aſiam„ que retenta vetus, & ſimplicior; Et „ poſterioribus ſaeculis cum ſchola non „ alio magis, quam Auguſtino doctore „ uteretur, quis ipſi ſenſus quis dexter „ pugnare viſa (*ſcilicet*, *libertatem*, *&* „ *gratiam*) conciliandi modus, diu in„ ter Franciſci, & Dominici familiam „ diſputato &c.] Perperam tamen, & ad libitum: ultra hiſtoricos enim, Theologi in tract. de Gratia exacte oſtendunt, & occidentem, & orientem in Auguſtini ſententiam abiiſſe; Immo ei praeluſiſſe, etſi, ut loquitur Ianſenius, *imperfectis phraſibus* ſummos Graeciae Patres. Vide ſaltem P. Serry Ordin. Praedicat. doctorem Sorbonicum in opuſculo contra Launoium, theologum Pariſienſem. Hugo Grotius autem cum in Criticis eſſet verſatiſſimus, & Orientales linguas apprime calleret: in Theologicis tamen vix, & forte ne vix quidem mediocritatem adtigerat.

VI. Nunc iterum ad Auguſtini ſententiam, *Da quod iubet &c.* Dices, eam Queſnellianae, *In vanum praecipis Domi-*

(1) Editi ferunt, *diſſolverem*. Verius MSS. *diſſolverem*.

(2) Subaud. *accepit*.
(3) Obiit an. 1645.

mine, niſi det ipſe quod praecipit, videri ſimillimam.

℞. Equidem Queſnellus tam ſubtiliter errores ſuos propinavit, quam vix alius quiſpiam. At vero, orat Deum Auguſtinus, ut praecepto efficax ſubſidium addat; at non docet, eodem efficaci ſubſid o deficiente, *in vanum* praeceptum imponi. Ultra quippe efficacem gratiam actum prorſus inducentem: alia dantur divina ſubſidia, quibus ita vires noſtrae elevantur, corroborantur, ut dum non operamur poſſimus tamen operari, taleſque ſimus, quibus non *in vanum* praeceptum imponatur.

Obiiciunt Queſnelliſtae v. 1. Pſal. 126. *Niſi Dominus aedificaverit domum &c.* At viris Auguſtini auctoritate iactantibus ſat eſſe debet eiusdem Doctoris reſponſio, n. 2. = Qui ſunt qui laborant
„ aedificantes? Omnes qui in Eccleſia
„ praedicant verbum Dei, miniſtri ſa-
„ cramentorum Dei. Omnes currimus,
„ omnes laboramus, omnes aedificamus
„ modo: & ante nos cucurrerunt, la-
„ boraverunt, aedificarunt; ſed niſi
„ Dominus &c. Nos ergo loquimur fo-
„ ris, ille aedificat intus. Quomodo
„ audiatis, nos advertimus: quid cogi-
„ tetis, ille ſolus novit, qui cogita-
„ tiones veſtras videt. Ipſe aedificat,
„ ipſe monet, ipſe terret, ipſe intellectum
„ aperit, ipſe ad fidem applicat intelle-
„ ctum veſtrum: & tamen laboramus &
„ nos tanquam operarii, ſed niſi &c. „

Idem Queſnelli error continetur in 55. propoſitione Baii: *Definitiva haec ſententia, Deum homini nihil praecepiſſe impoſſibile falſo tribuitur Auguſtino, cum ſit Pelagii*; Si enim Deus aliqua praecipit vere impoſſibilia, utique aliquando in vanum praecipit. Quem errorem facile expugnant Theologi in tract. de Gratia. Sat nobis brevi hocce monito Lectorem dimittere, quo & multiplex fallacia evitetur, & genuina S. Doctoris ſententia teneatur: Plura equidem, ſi naturam ſpectes, nobis impoſſibilia dici poſſunt, at cum praecipiuntur, mox divina ſubſidia praeſto ſunt, quibus poſſibilia fiant. At Baium Ianſenio, Ianſenium Queſnello venenum propinaſſe, notum eſt Eruditis. De Paſchaſii Queſnelli cum Ianſenio conſenſu plures: fuſe vero peculiari volumine Epiſcopi Lucionenſis, & Rupellenſis &c.

VII. De minutioribus pluribus ad Gratiam, vel Praedeſtinationem ſpectantibus nos adhuc ſuſpenſi ſumus; nulli Scholae admodum addicti: nulli etiam prorſus adverſi. Utpote qui Auguſtini, ſummi, poſt Eccleſiam, magiſtri mentem in de controverſiis poſt tot annos, nondum ſatis coniicere potuerimus, & forte nunquam coniiciemus. Ceterum de magnis duobus illis earum controverſiarum ſummis cardinibus: Gratiam nempe efficacem, ſeſe, ſcilicet ab intrinſeco talem eſſe; Praedeſtinationemque aeternam ad coronas factam eſſe gratuito, nempe Electorum meritis nec datis, nec praeviſis, nihil prorſus dubitamus, iam ab adoleſcentia omnis generis argumentis convicti, & ſemper inde confirmati. Qui autem talem aut Gratiam, aut Praedeſtinationem inficiatur: is certe (ſ iudicio noſtro) Auguſtini ſcripta vel nunquam legit, vel legit & non intellexit: vel ſi legit, & intellexit, renuit ingenue prodere quid intellexerit.

DIGRESSIO.

VIII. Faxit vero utinam ſors, ne commentarius hic omnium litterarum oraculi, Ludovici nimirum Anton. Muratorii iram provocaverit; Sic quippe ille in libello, cuius titulus, *Delle forze dell' intendimento umano, o ſia il Pirroniſmo confutato*, cap. 24. *de i Dogmatici &c.* pag. 325. ſic inquam comminatur. = Perciò ſarebbe da vedere,
„ ſe mai poteſſimo eſſere accuſati d' ol-
„ trepaſſare i confini delle forze umane,
„ allo che volendo entrare nella tanto
„ aſtruſe Quiſtioni della Predeſtinazione,
„ e della Grazia di Dio, diviſe, e ſud-
„ diviſe in moltiſſime altre, ci figuriam
„ d' eſſere tanto ſaccenti da poter co i
„ noſtri ſiſtemi, tuttochè ſi viſtoſi, vin-
„ cere tutte le tenebre, e difficultà,
„ che s' incontrano in sì ſcabroſe mate-
„ rie. Dappoichè l' Apoſtolo, che pur
„ era illuminato da una celeſte luce,
„ abbaſſando il capo, riconobbe per in-
„ comprenſibili i giudizj di Dio, e noi
„ innabili a comprendere le vie del Signo-
„ re in ciò che riguarda l' elezione, e
„ volontà ſua: poſſiam temere che a
„ noi uomicciatoli mal convenga il vo-
„ lerne ſapere più di lui. „

℞. Vel ex hoc ſermone colligi poteſt, quod pluribus & gravioribus aliis argumentis prorſus ſuaſum nobis eſt, virum hunc Theologicis ſtudiis minime incubuiſſe. II. Hic ſermo non uni, vel alteri, ſed omnibus Theologis, univerſae ſcilicet Theologiae ſaltem Scholaſticae iniurioſus eſt: immo Patribus, maxime Auguſtino: Quis enim Theologus eſt, qui plura de Praedeſtinatione, & Gratia non quaerat: & quot in Patribus,

maxime Auguſtino de eiſdem rebus dubia occurrunt? omnes ergo hi praeſtantiſſimi, & ſummi Eccleſiae homines unius ſcribillatoris in rebus Theologicis hoſpitis gladii rotatu uno abſcindentur? III. Quid eſt autem Theologia omnis, at maxime Scholaſtica, niſi facultas quaedam ex divinis & humanis ſimul unctis confecta luminibus, qua ex primis quibusdam veritatibus a Scriptura, & Traditione ſuppeditatis plura nunc argumentatione certa, nunc veroſimili & congrua conjicimus (1)? in Scriptura nempe, & Traditione iacta ſunt Divinarum veritatum ſemina, quae Eccleſiae filii, non quidem temere, ſed congruis animis inſtructi, nunc poſſint, nunc etiam debeant evolvere, aperire: quod dum facimus, ſtatim diſtinguimus, ſubdiſtinguimus &c. IV. Equidem incomprehenſibilia ſunt Dei iudicia; ſed quid inde? ergo ne de iis nihil aut quaerere, aut ſtatuere poſſumus? Quot alia ſunt incomprehenſibilia? Myſterium Trinitatis, Incarnationis &c., & tamen quot de iis a Fidelibus quaeruntur, & docentur? Ipſe Paulus, qui Dei iudicia incomprehenſibilia dixit, plura de illis edocuit. V. Denique, adtendat Muratorius, & cum eo quiſquis ſupra eas res magiſterium exercere geſtit, quibus nec ut diſcipulus incubuit: Auguſtinus, & alii ſani Theologi licet plura quaerant, & ſtatuant de Praedeſtinatione, & Gratia, licet diſtinguant, & ſubdiſtinguant: id tamen quod in eiſdem rebus arcanum eſt, nunquam prorſus complanare, & ad unguem oſtendere geſtiunt. Fatentur pota exacte reſciri non poſſe, Cur ex duobus in eodem lecto dormientibus unum adſumat, alium relinquat, hunc trahat, illum non trahat; adeo quod ſi de iis requirantur, humiliter, & ſerio ſtatim reponant: *Noli investigare, ſi non vis errare*. Item cur ab aeterno Petrum elegerit, Iudam reprobaverit? Cur hunc ad magnam, alium ad maximam ſanctitatem praeparaverit &c. ſic etiam ſe gerunt dum de SS. Trinitatis, & aliis Divinis arcanis diſputant; Unde licet adeo *diſtinguant*, & *ſubdiſtinguant*, ſubciunt Paulo, poſt plura de Praedeſtinatione, & Gratia dicta, Rom. 11. a v. 33. clamanti: *O altitudo divitiarum ſapientiae, & ſcientiae Dei! quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius &c.* Aug. lib de Spiritu & Littera ad Marcellinum, cap. 3., in fine, poſtquam plura dixiſſet. = Iam ſi ad illam profunditatem ſcrutandam quiſquam nos coarctet, Cur illi ita (2) ſuadetur, ut perſuadeatur, illi autem non ita: Duo ſola occurrunt interim quae reſpondere mihi placet: *O altitudo divitiarum!* (3) & *Numquid iniquitas apud Deum* (4)? Cui reſponſio iſta diſplicet quaerat doctiores, ſed caveat ne inveniat praeſumtores.] Lib. de Bono, vel Dono Perſever. cap. 8. n. 18. „Sed ſi ... cur in eadem cauſſa me „quam illum potius punies, aut illum „quam me potius liberabis? Hoc non „dico: ſi quaeris quare? quia fateor „me non invenire quid dicam. Si & „hoc quaeris quare? quia in hac re „ſicut iuſta eſt ira eius, ſicut magna „eſt miſericordia eius, ita inſcrutabilia „iudicia eius.] Cap. 9. v. 21. initio. „Ex duobus itaque parvulis originali „peccato pariter obſtrictis, cur iſte aſ„ſumatur, ille relinquatur: & ex duo„bus aetate iam grandibus impiis iſte „vocetur, ut vocantem ſequatur, ille „autem aut non vocetur, aut non ita „vocetur: inſcrutabilia ſunt iudicia Dei. „Ex duobus autem piis cur huic done„tur perſeverantia uſque in finem, illi „non donetur: inſcrutabiliora ſunt iu„dicia Dei.] Vide etiam eiusdem lib. cap. 12. n. 39. in fine. Serm. 165. de Verb. Apoſt. Epheſ. 3. (Olim. 7. de Verb. Apoſt.) cap. 5. Epiſt. 194 (Olim 105.) ad Sixtum, cap. 2 n. 5. & cap. 7. n. 15. Lib. de Correpr. & Gratia, cap. 8., & cap. 13. in fine. Lib. de Praedeſt. Sanctorum cap. 8. n. 14., & 16. Lib. 1. Oper. Imperf. n. vel arg. 36., & 37. S. Proſperum lib. 1. de Vocatione Gent. cap. ultimo. & in reſponſ. ad 14. obiect. Vincent. Vide infra l. 11. c. 10. B. n. 3. & 7.

Per continentiam quippe colligimur &c. = Ex his verbis manifeſtum eſt, continentiam hic non ut lib. 6. c. 11. l. ſed late ab Auguſtino ſumtam, pro quadam nempe generali virtute, qua a creatis rebus immodicum amorem retrahimus, ſeu, qua temporalibus bonis prudenter, & ſobrie utimur. Vide Ariſtotelem 7. Ethic. & S. Thom. 22. q. 155. ar. 1. = *Et colligimur in unum.* = Similes phraſes, ſi bene meminiſti, frequentes ſunt apud Auguſtinum, etiam in his Confeſſionibus. Eſt autem ſenſus: in Deo quaelibet bona, quae imaginari, & ſin-

(1) Recole dicta l. 3. c. 3. B.
(2) Plures MSS. *Ita ſuadetur*; omiſſo, *ut perſuadeatur*, ſit quidam, *ita ſuadeat, ut perſuadeat*.
(3) Rom. 11. 33.
(4) Rom. 9. 14.

Digitized by Google

& fingere poſſis perfectiſſimo modo aduſari. Unde & Naturae Philoſophi: *Quae ſunt diſperſa inferioribus, unita ſunt in ſuperioribus.*

A quo in multa &c. = Relicto Deo, quo omnia bona iunguntur, inhiavimus creaturis, bonis diſperſis. Phraſis haec „ Defluxiſſe hominem, orbem a Deo „ in S. Litteris frequenter occurrit. = *O amor, qui ſemper ardes.* = Semper enim ardet, ut Schola loquitur, *ad intra*; dum una Perſona divina alteram amat, & amatur; & ſemper ardet, quia creaturas, (etiam antequam fierent, aeternitati praeſentes) nunquam non amavit. Deum autem caritatem eſſe, quod addit, teſtatur non ſemel Ioannes Apoſtolus.

C A P U T XXX.

A R G U M E N T U M.

A continentia late ſumta, ad eam, quae rem veneream intuetur adcedens: profitetur ſe nondum in Epiſcopum, vel Sacerdotem initiatum, honeſtas etiam coniugii delicias abiecisse. Addens tamen ingenue, eiusdem rei lutulentis imaginibus a conſuetudine impreſſis nonnunquam ſe angi: ita vero, ut vigilans facile ſuperet, dormiens aliquoties ſuccumbat. Quod admiratione dignum ratus, diſputat quomodo id fiat, ut idem ipſe homo quaſi in duos diviſus, vigilans, ac dormiens tam diverſas oppoſitas ſcenas agat. Optat inde prece ad Deum fuſa, & ab his vetuſtae infirmitatis veſtigiis liberari.

I. IUbes certe ut contineam a concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ambitione ſaeculi (1). Iuſſiſti a concubitu; & de ipſo coniugio melius aliquid, quam (*a*) conceſſiſti monuiſti. Et quoniam dediſti, factum eſt & antequam diſpenſator Sacramenti tui fierem. Sed adhuc vivunt in memoria mea, de qua multa loquutus ſum, talium rerum imagines, quas ibi conſuetudo mea fixit; & occurſant mihi vigilanti quidem carentes viribus, in ſomnis autem (*b*) non ſolum uſque ad delectationem, ſed etiam uſque ad conſenſionem factumque ſimillimum. Et tantum valet imaginis illuſio in anima mea & in carne mea, ut dormienti falſa viſa perſuadeant quod vigilanti vera non poſſunt. Numquid tunc ego non ſum, Domine Deus meus? Et tamen tantum intereſt inter me ipſum & me ipſum, intra momentum quo hinc ad ſoporem tranſeo, vel huc inde retranſeo. Ubi eſt tunc ratio quae talibus ſuggeſtionibus reſiſtit vigilans? Et ſi res ipſae ingerantur, inconcuſſus manet (*c*). Numquid clauditur cum oculis? numquid ſopitur cum ſenſibus corporis? Et unde ſaepe etiam in ſomnis reſiſtimus, noſtrique propoſiti memores (*d*), atque in eo caſtiſſime permanentes, nullum talibus illecebris adhibemus adſenſum? Et tamen tantum intereſt, ut cum aliter accidit, evigilantes ad conſcientiae requiem redeamus; ipſaque diſtantia reperiamus nos non feciſſe, quod tamen in nobis quoquo modo factum eſſe doleamus.

II. Numquid non potens eſt manus tua, Deus omnipotens, ſanare omnes languores animae meae, atque abundantiore gratia tua laſcivos motus etiam mei ſaporis exſtinguere? Augebis, Domine, magis magiſque in me munera tua, ut anima mea ſequatur

(1) Ioann. 2, 16.

me ad te concupiſcentiae viſco expedita, ut non ſit rebellis ſibi, atque ut in ſomnis etiam non ſolum non perpetret iſtas corruptelarum turpitudines per imagines animales uſque ad carnis fluxum, ſed ne conſentiat quidem. Nam ut nihil tale vel tantillum libeat quantulum poſſit nutu cohiberi etiam in caſto dormientis affectu, non tantum in hac vita, ſed etiam in hac aetate, non magnum eſt omnipotenti, qui vales facere ſupra quam petimus & intelligimus (1). Nunc tamen quid adhuc ſim in hoc genere mali mei, dixi Domino bono meo, exultans cum tremore (2) in eo quod donaſti mihi, & lugens in eo quod inconſummatus ſum, ſperans perfecturum te in me miſericordias tuas uſque ad pacem plenariam, quam tecum habebunt interiora & exteriora mea, cum abſorpta fuerit mors in victoriam (3).

(a) *Melius aliquid, quam &c.* = Conceſſit quippe nuptias, at monuit, ſeu conſuluit caelibatum. = *Poſtquam diſpenſator &c.* = Sacerdos, vel Epiſcopus. At poſterior ſenſus Auguſtini phraſi videtur aptior. Maxime quoniam lib 6. c. 9 in fine illis verbis, *futurus diſpenſator verbi tui*, Alypii Epiſcopatum expreſſit, ut ibi obſervavimus. Sed Auguſtinus vix ad Deum ſub arbore ficei perfecte converſus, mox, ſi bene meminiſti, coniugii deſiderium abiecit.

(b) *In ſomnis autem &c.* = Quod & vix converſus expertus eſt: loquitur enim ſibi lib. 1. Soliloq. cap. 14. n. 25. = Nonne vides quam veluti ſecuri heſterno die pronuntiaveramus, nulla iam nos peſte detineri: nihilque amare, niſi ſapientiam: cetera vero nonniſi propter iſtam quaerere, aut velle? Quam tibi ſordidus, quam foedus, quam exſecrabilis, quam horribilis complexus femineus videbatur, quando inter nos de uxoris cupiditate quaeſitum eſt. Certe iſta nocte vigilantes, cum rurſus eadem nobiſcum ageremus, ſenſiſti quam te aliter, quam praeſumſeras, imaginatae illae blanditiae, & amara ſuavitas titillaverit; longe quidem longe minus quam ſolet, ſed item longe aliter quam putaveras: ut ſic tibi ſecretiſſimus ille medicus utrumque demonſtraret, & unde cura eius evaſeris, & quid curandum remanear.] Sed haec non prorſus ſimillima iis, quae praeſenti capite narrat. Ceterum *titillationes intimas ipſum ſubvertere volentis*, cum quibus *conflictationem diuturnam, & prope continuam habebat*, retexit Auguſtinus orbi miro candore in Pſal. 36. Serm. 3. n. 50. Nocturnae titillationes autem & alii ſummis Dei domeſticis ad exercitium virtutis contigere. De S. Bernardo nobrum eſt, qui tamen pluribus virtutibus, at maxime pudicitia refulſit.

(c) *Etſi res ipſae ingerantur, inconcuſſus manet.* = BB. (qui nihil hic admonent) cum Er. & aliis: *inconcuſſus maneo*. Qui tamen in *Syllabo codicum, ad quos de novo &c.* = MSS. ſeptem: *etſi res ipſae ingerantur, inconcuſſa manet.* Recte: referendum ad rationem.] Recte quidem, ſi praecedentia verba, *quas vigilans animus*, cum ipſis, & Er. omittamus; at habentur illa in bonis codicibus, & merito, ut diſtinguatur ratio illuminans, & animus eligens, vel deliberans. Adiectivum ergo, *inconcuſſus*, ad animum refertur: qui in vigilia fuedis imaginibus inconcuſſus, alacer, generoſus reſiſtit. Et forte legendum eſt, *manes*: ut habet MS. Car. Cui fere ſuffragantur MS. Peſſ. & omnis S. Mar praeferentes: *manes*. Alter tamen S. Mar. ut in texto ſcriptum eſt, *manet*. Ricar. & optim. S. Cr. *maneo*.

De ratione in ſomnis agunt paſſim Philoſophi, & Theologi Myſtici. Cum ſenſibus miniſtris ſuis conſopita ſomni tempore illa eſt: adeo ut vel conticeſcat, vel ſuis in phantaſmatibus laeſa, huc, & illuc non ad ſuum, ſed ad aliorum arbitrium rapiatur.

(d) *Noſtrique propoſiti memores &c.* = Haec nempe ſunt non prorſus rationis, vel arbitrii, ſed utriuſque veſtigia. Si enim rem accerrime, & conſtantiſſime volumus, aut propulſamus vigilantes: quadam velut reſidua virtute, conſuetudine, propenſione etiam in ſomnis plerumque vel amamus, vel repellimus. Hinc aliquando etiam nocturna pollutio Deum irritat: non quidem, ut loquuntur, in ſe, ſed in cauſſa: ex eo

quod

(1) Ephes. 3. 20.
(2) Pſal. 2. 11.
(3) 1. Cor. 15. 54.

quod ſcilicet magna diurna negligentia in pugnis venereis noctis phantaſmata induxerit; ut docent etiam de iniquis actionibus in voluntaria ebrietate patratis.

Franciſcus Mayro a capite 23. ſolitum expoſitorem egit, textum nempe repetens, & nihil addens. Hic vero textu pariter ab illis verbis, *Et unde ſaepe etiam in ſomnis &c.* repetito, inſigne monitum addit: *Unde accipitur documentum, quod illa, quae fiunt dormiendo, ſi peccata diſpliceant, non ſunt noxiva, quia non ſunt facta*, inquit, *a nobis*. Id vero notum eſt etiam mulierculis; quod proinde haud opus erat ex Auguſtini verbis velut arcanum educere. De ea re vide S. D. de Gen. ad litt. lib. 12. c. 14., & 15.

C A P U T XXXI.

A R G U M E N T U M.

Expendit aliud non quidem teterrimum, ſed admodum ſubtile, & latens humanae converſationi paratum reticulum. Novit enim ad menſam velut ad medicinam accedendum; At cum ea & neceſſitati conſulat, & etiam, pelliciat; periculum nimis urgens eſt, ne potius voluptatem, quam medicinam prenſemus. Interim fatetur ab ebrietate ſe prorſus liberum: crapula autem aliquoties minus vigilantem nonnihil tingi. Iterum praedicat, menſam haud vetitam, ſed nimium tantum in ea pruritum: Portento tamen ſimile arbitratur, hocce in negotio nec paululum extra neceſſitatis metas excurrere; utve contentionem fugiat, dicit hominem in tanto continentiae culmine poſitum, magnum praedicandum: ſe vero talem non eſſe, cui eximia laus haec debeatur.

I. ESt alia malitia diei, quae utinam ſufficiat ei (*a*). Reficimus enim quotidianas ruinas corporis edendo, & bibendo, prius quam eſcas & ventrem deſtruas (1), cum occideris indigentiam meam ſatietate mirifica, & corruptibile hoc indueris incorruptione (2) ſempiterna. Nunc autem ſuavis eſt mihi neceſſitas; & adverſus iſtam ſuavitatem pugno ne capiar; & quotidianum bellum gero in ieiuniis ſaepius in ſervitutem redigens corpus meum (3); & dolores mei voluptate pelluntur. Nam fames & ſitis quidam dolores ſunt: urunt & ſicut febris necant, niſi alimentorum medicina ſuccurrat. Quae quoniam praeſto eſt, ex conſolatione munerum tuorum, in quibus noſtrae infirmitati terra, & aqua & caelum ſerviunt; calamitas deliciae vocantur (*b*).

II. Hoc me docuiſti, ut quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumturus accedam. Sed dum ad quietem ſatietatis ex indigentiae moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu mihi inſidiatur laqueus concupiſcentiae. Ipſe enim tranſitus voluptas eſt, & non eſt alius qua tranſeatur, quo tranſire (*c*) cogit neceſſitas. Et cum ſalus ſit cauſſa edendi, & bibendi, adiungit ſe tanquam pediſequa periculoſa iucunditas, & plerumque praeire conatur, ut eius cauſſa fiat, quod ſalutis cauſſa me facere vel dico, vel volo; nec idem modus utriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. Et ſaepe incertum fit, utrum adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia miniſterium

ſup-

(1) 1. Cor. 6. 13.
(2) 1. Cor. 15. 53.
(3) 1. Cor. 9. 27.

ſuppetat. Ad hoc incertum hilareſcit infelix anima, & in eo praeparat excuſationis patrocinium, gaudens non adparere quid ſatis ſit moderationi valetudinis, ut obtentu ſalutis obumbret negotium voluptatis. His tentationibus quotidie conor reſiſtere, & invoco dexteram tuam ad ſalutem meam, & ad te refero aeſtus meos, quia conſilium mihi de hac te nondum ſtat.

III. Audio vocem iubentis Dei mei: Non graventur corda veſtra in crapula & ebrietate (1). Ebrietas longe eſt a me; miſereberis ne appropinquet mihi: Crapula autem nonnunquam ſubrepit (*d*) ſervo tuo: miſereberis ut longe fiat a me. Nemo enim poteſt eſſe continens, niſi tu des (2). Multa nobis orantibus tribuis; & quidquid boni antequam oraremus accepimus, a te accepimus; & ut hoc poſtea cognoſceremus, a te accepimus. Ebrioſus nunquam fui, ſed ebrioſos a te ſobrios factos, ego novi. Ergo a te factum eſt ut hoc non eſſent qui nunquam fuerunt, a quo factum eſt ut hoc non ſemper eſſent, qui fuerunt, a quo etiam factum eſt ut ſcirent utrique a quo factum eſt. Audivi aliam vocem tuam: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere (3). Audivi & illam ex munere tuo, quam multum amavi: Neque ſi manducaverimus, abundabimus; neque ſi non manducaverimus, deerit nobis (4). Hoc eſt dicere; nec illa res me copioſum faciet, nec illa aerumnoſum. Audivi & alteram: Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe; & abundare novi, & penuriam pati novi. Omnia poſſum in eo qui me confortat (5). Ecce miles caſtrorum caeleſtium, non pulvis quod nos ſumus. Sed memento, Domine, quia pulvis ſumus (6), & de pulvere feciſti hominem (7), & perierat, & inventus eſt (8). Nec ille in ſe potuit quia idem pulvis fuit, quem talia dicentem afflatu tuae inſpirationis adamavi. Omnia poſſumus, inquit, in eo qui me confortat. Conforta me ut poſſim. Da quod iubes, & iube quod vis. Iſte ſe accepiſſe (9) confitetur, & quod gloriatur, in Domino gloriatur (10). Audivi alium rogantem ut accipiat; Aufer a me, inquit, concupiſcentias ventris (11). Unde adparet, ſancte Deus meus; te dare, cum fit quod imperas fieri.

IV. Docuiſti me, Pater bone, Omnia munda mundis; Sed malum eſſe homini qui per offenſionem manducat (12); & omnem creaturam tuam bonam eſſe, nihilque abiiciendum quo cum gratiarum actione percipitur (13); & quia eſca nos non commendat Deo (14); & ut nemo nos iudicet in cibo, aut in potu (15); & ut qui manducat non manducantem non ſpernat; & qui non manducat, manducantem non iudicet (16). Didici haec, gratias tibi, laudes tibi Deo meo, magiſtro meo, pulſatori aurium mearum, illuſtratori cordis mei; eripe me ab omni tentatione. Non ego immunditiam obſonii timeo, ſed (*e*) immunditiam cupiditatis. Scio Noe (17) omne carnis genus quod cibo eſſet uſui manducare permiſſum; Eliam (18) cibo carnis re-

(1) Lucae 21. 34.
(2) Sap. 8. 21.
(3) Eccleſ. 18. 30.
(4) 1. Cor. 8. 8.
(5) Philipp. 4. 13.
(6) Pſal. 102. 14.
(7) Gen. 3. 19.
(8) Lucae 15. 32.
(9) 1. Cor. 4. 7.
(10) 1. Cor. 1. 31. & 2. 10. 17.
(11) Eccleſ. 23. 6.
(12) Tit. 1. 15. Rom. 14. 20.
(13) 1. Timoth. 4. 4.
(14) 1. Cor. 8. 8.
(15) Coloſſ. 2. 16.
(16) Rom. 14. 3.
(17) Gen. 9. v. 2., & 3.
(18) 3. Reg. 17. 6.

refectum; Ioannem (1) mirabili abſtinentia praeditum, animalibus, hoc eſt locuſtis, in eſcam cedentibus non fuiſſe pollutum. Et ſcio Eſau (2) lenticulae concupiſcentia deceptum; & David (3) propter aquae deſiderium a ſe ipſo reprehenſum; & Regem noſtrum (4) non de carne, ſed de pane eſſe tentatum. Ideoque & populus (5) in eremo, non quia carnes deſideravit, ſed quia eſcae deſiderio adverſus Dominum murmuravit, meruit improbari.

V. In his ergo tentationibus poſitus, certo quotidie adverſus concupiſcentiam manducandi & bibendi. Non enim eſt quod ſemel praecidere, & ulterius non adtingere decernam: ſicut de concubitu potui. Itaque freni gutturis temperata relaſſatione & conſtrictione tenendi ſunt. Et quis eſt, Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas neceſſitatis? Quiſquis eſt, magnus eſt, magnificet nomen tuum. Ego autem non ſum, quia peccator homo ſum. Sed & ego magnifico nomen tuum; & interpellat te (6) pro peccatis meis qui vicit ſaeculum (7), numerans me inter infirma membra corporis ſui, quia & imperfectum eius (*f*) viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur (8).

(*a*) *Quae utinam ſufficiat ei.* = Ex Salvatoris oraculo loquitur Matth. 6. 34. *Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi: ſufficit diei malitia ſua.* Forte vero hoc oraculo utitur Auguſtinus ſimpliciter ad divinum ornatum ſermonis. Aut ſi quid peculiare vult, dupliciter exponi poteſt: Ut nempe oportet ſufficere humano diei hunc naevum, abſque eo quod alios contrahat; Vel, ita tuſta menſa frui, ut opiparam non ambiat. = *Dolores mei voluptate pelluntur.* = Dolores famis & ſitis, cibi & potus voluptate pelluntur. Ut individuum conſervaremus menſae: ut ſpeciem, carnali congreſſui voluptatem indidit Deus. Haec igitur cum ſit medium, haud praeferenda eſt: ut inde S. D. monet; adeoque peccat qui in menſa, vel concubitu potiſſimam voluptatem quaerit.

Urget &c. = Boheravius celeberrimus medicus, & Allee eius commentator in parag. *Famis*, & *Sitis*. = Ii ipſi adeo diri ſenſus a benigno Creatore ſapientiſſime dati ſunt, „ mortalibus, ut eos moneret de imminente periculo ex putredine alcalina, „ quam humores noſtri repetito motu „ concipiunt, cito deſtructuri corpus „ humanum, niſi recente chilo, & minus alcaleſcente diluti mitigentur.] At vide etiam, ſi vacat, S. D. in Pſal. 37. ad v. 4. n. 5. In 104. ad v. 15, n. 11. In 126. n. 11. ſeq., ante finem. Et l. 20. contra Fauſtum, c. 44.

(*b*) *Calamitas deliciae vocantur.* = Ita BB. qui hic ſilent: at in *Syllabo codicum ad quos de novo &c.* = Am. Er. „ & Lov. *calamitates deliciae vocantur.* „ At MSS. plerique, & Arn. *calamitas*.] Nobiſcum ſunt etiam MSS. 2. S. Mar. Feſ. optim. S. Cr. & Car. Praeferunt vero, *calamitates*, etiam Ver. Som. & MS. Ricar. Quod autem ſequitur, *at quemadmodum medicamenta &c.* alte expendit Ianſenius Iprenſis antiſtes t. 2. lib. de Statu naturae lapſae, cap. 9. pag. 136. col. 2. In idem item iudicium (adeo iuſtum eſt) fere naturae Philoſophi. Plinius iunior lib. 3. Epiſt. 12. *Veniam ad coenam; ſed iam nunc paciſcor: ſit expedita, ſit parca.* Philoſtrat. lib. 6. Apoll. c. 5. (9) *Si iuxta Herculis iudicium electionem feceris, frugalitatem nunquam contemnes, & eam quae ſecundum naturam eſt, parſimoniam non reiicient &c.* Conſule tamen, ſi vacat, S. D. in Pſal. 37. ad n. 4. *Non eſt ſanitas in carne mea &c.* n. 5. ubi fuſe hanc rem ediſſerit.

(*c*) *Qua tranſeatur, quo tranſire &c* = Sequimur BB. qui admonent. = In omnibus editis ante Arn. legebatur, *quam* „ *quo tranſire*. Expunctum eſt *quam*, „ auctoritate MSS. & ſenſu exigente.] Ita etiam MSS. 2. S. Mar. 2. Med. Feſ. Car. & optim. S. Cr. Editis, ſemper Am. Er. Lov.

(Som.

(1) Matth. 3. 4.
(2) Gen. 25. 34.
(3) 2. Reg. 23. 17.
(4) Matth. 4. 3.
(5) Numer. 11.
(6) Rom. 8. 34.
(7) Ioan. 16. 33.
(8) Pſal. 138. 16.
(9) Vide S. Hieronym. l. 2. adverſus Iovinian. poſt initium.

Som. Wangn, ſuffragantur Vet. & MS. Ricar. Ad hunc vero locum dilucidandum iuvat ex ſcribere quae habet S. D. lib. 4. contra Iulianum, cap. 14. n. 67. = Alimentorum ſubſtentaculis indigemus: ſi „ ſuavia non ſunt, quae ore ſumuntur, „ nec ſumi poſſunt, & nauſeando ſaepe „ reſpuuntur: & pernicioſa ſunt cavenda faſtidia: non ſolum ergo cibo, ſed „ etiam cibi ſapore indiget infirmitas „ corporis noſtri: non propter exſaturandam libidinem, ſed propter tuendam ſalutem. Cum ergo natura quodam modo poſcit ſupplementa, quae „ deſunt, non vocatur libido, ſed fames, aut ſitis: cum vero ſuppleta neceſſitate amor edendi animum ſollicitat, iam libido eſt, iam malum eſt, „ cui cedendum non eſt, ſed reſiſtendum. „

Delectationi porum eſt. Et hic dare libet quae obſervat Auguſtinus eodem cap. n. 70. = Iam vero cum ad uſum „ ventum fuerit neceſſariae voluptatis, „ per quam reficimus corpora, quis „ verbis explicet quemadmodum nos „ modum neceſſitatis ſentire non ſinat, „ & ipſum limitem procurandae ſalutis io quaeque (1) ſi adſunt, delectabilia rapiendo, abſcondat, & tranſeat; putantibus nobis ſatis non eſſe, quod ſatis „ eſt, dum libenter eius provocationibus utimur, exiſtimantibus nos adbuc „ agere negotium valetudinis, cum agamus potius cruditatis? Quid enim „ mali fecerimus, crapula poenitenda „ teſtatur; quod metuentes plerumque „ minus, quam eximendae fami ſufficit, „ veſcimur: ita neſcit cupiditas, ubi finitur neceſſitas. „

(*d*) *Crapula autem nonnunquam ſubrepit &c.* = Triomphat hic ſycophanta excellentiſſimus *Ioannes Pherepoeus*, & Auguſtino ſui ipſius teſtimonio ita calumniari poſſe ſibi ſuadet. = Non erat „ quidem ebrioſus, ita ut vino eſſet deditus, ſed aliquando tamen ſatis vini „ bibebat, ut crapula ei eſſet moleſta. „ Nam crapula idem eſt Latine, quod „ Graece κραιπάλη hoc eſt, dolor capitis, qui ex heſterna compotatione „ ſupereſt &c. „

R. Quid tibi dicam *Pherepoee*, cum innumera dicere poſſim? I. Cur ex eruditione Graeca exprobras Auguſtino, quem in illa prorſus hoſpitem (etſi perperam) praedicas? Dicet Auguſtinus, Graecae ſe linguae ignorantia deceptum, crapulae vocem alio ſenſu uſurpaſſe. II. Fateor apud nonnullos, crapulam id quod dixiſti ſonare; ſed & ab aliis latius, immo communiter a Moralibus pro opipara menſa ſumitur; ut crapula tinctus dici poſſit quicunque in menſa nonnihil exceſſit. Unde S. Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus, cuius volumina fuere Auguſtino familiariſſima Epiſt. 64. ad *Epictetum, & plebem &c.* circa med. ita loquitur. = *Coenis, atque epulis etiam nunc inhiant, quorum crapulam ſuperſtite nuper in dies cruditate ructabant, nunc manifeſtiſſime comprobantes nec ante ſe religioni, ſed ventri potius, & quaeſtui profana cupiditate ſervireres*. Iſidorus lib. 20. Etymolog. vel Orig. c. 2. *de Eſcis*, poſt init. = Crapula eſt „ immoderata voracitas, quaſi cruda e„ pula, cuius cruditate gravatur cor „ &c. „ Et lib. 2. Sentent. c. 43. *de Ebrietate*, initio. *Eſca crapulam, potius ebrietatem generas*. Obiit autem Iſid. an. 636. Denique in Vitis Patrum Emeritenſium initio ſaeculi 7. ſcriptis, Monachus quidam a Paulo diacono Emeritenſi dicitur. *Cibo iam nimio crapulatus*; uti ex Aguirre Cardinali Concil. Hiſpan. t. 2. pag. 641. referunt Bollandiſtae ad diem 28. Aug. paragr. 23. n. 327. III. Adeo in re Auguſtiniana hoſpes es, ut neſcias en errore tecum iam alios captos, a doctioribus illuminatos: & ita S. D. alibi loqoutum, ut ſit huius loci nempe ſuiipſius interpres? Benedictini in imo margine lib. 4. contra Iulianum, cap 14. ante calumniam tuam ſic docte ſcripſerant. = Crapulae nomi„ ne ſic uti ſolent interpretes Evangelii „ Lucae 21. 34. & Eccleſiaſtici ſcripto„ res, ipſeque inter alios Benedictus in „ regula, cap. 39. de menſura ciborum, „ ſcilicet pro ſtomachi noxa, & indige„ ſtie, non a vino, a quo eſt ebrietas, „ ſed a cibo immodico creata. Huius „ rei ignoratione turpiter hallucinatur „ Petrus Petitus (2) in diſſertatione, quae „ his diebus prodiit de Homeri nepen„ the, cap. 15. obi *Auguſtinum non invalidam potorem fuiſſe* perperam col„ ligit ex eo loco confeſſ. lib. 10. cap. „ 31. *Ebrietas longe eſt a me &c. Crapula autem &c.* Eſt autem crapula „ ex cibo alia gravior, quae facile a „ temperantibus vitatur. alia levior, „ qualis viro cuique ſobrio ſubrepit in„ ter-

(1) Edit. Am. & Er. *in quae ſi adſunt*. Lov. *ſi quae adſunt*: omiſſo *in quaeque*. Caſtigantur ex MSS.

(2) Medicus Pariſinus, lib. impreſſ. an. 1689. Vide Dictionar. Hiſtor. & Criticum inſign. Petri Baylii, qui natus 17. Nov. an. 1647. Ob. 28. Dec. an. 1706.

„ terdum vel invito : cum is *in modo* „ *neceſſitati congruo fallitur*. Huius le„ vioris peccati cauſſa Dei miſericor„ diam implorat Auguſtinus.] Videlicet n. 73. cap. 14 lib. 4. contra Iulian. ita loquitur Auguſtinus: *Nec vinum ebrietas, nec cibum condemnet crapula, nec concupiſcentiam infames obſcoenitas*. Quibus adde verba n. 70. eiusdem cap. *Quid enim mali fecerimus, crapula poenitenda* (1) *reſtatur; quod &c.* quae ex integro data ſunt in fine comment. praeced. IV. Cum dicat Auguſtinus, *ſubrepit*. Et ſub finem : *Quis eſt qui non rapiatur &c.* dictis hucuſque etiam ſublatis, quiſque videre poſſet, de cibo, non de potu loqui: in hoc enim ſubitus ille exceſſus non adeo difficile recidi poteſt. V. Denique etſi (quod tantum ad abundantiam addimus) de vino ſermo eſſet : eaedem phraſes minimum, non qualem pingit iniquus *Pherepones* in potu exceſſum inſinuarent. Fuiſſe vero S. D. menſam frugaliſſimam, teſtatur Poſſidius in eius Vita, cap. 22.

(e) *Non ego immunditiam obſonii timeo, ſed &c.* = Ut timuerunt Severiani, quos damnavit Eleutherius I. Pontifex. Priſcillaniſtae, Manichaei, & alii. Vide S. D. lib. de Haereſ. 24., & 46. & contra Fauſtum lib. 6. cap. 8. Volaterr. l. 22. & Platinam an. 179. Gentes autem maxime ea ſuperſtitione captae ſunt, aut huius, aut illius obſonii immunditiam timentes. Celebrantur potiſſimum Aegyptii. Paſtores Afri, Tritonidem lacum, & Aegyptum inter conſiſtentes. Mulieres Barcae. Britanni. Athenienſes. Anaximander. & etiam Pythagoras : cuius tamen in hoc, ſicut & in aliis dogmata inſtar oraculorum fuſa aliqui ad metaphoricos ſenſus transferunt. Qui multa de hac ſuperſtitione ſcire deſiderat, conſulat Athenaeum, Herodotum lib. 2. Sabell. lib. 6. Coelium lib. 3. Antiq. lect. c. 23. Plutarchum lib. 8. Conviv. quaeſt. de utilit. ex inimicis, & de Iſide. & Apulei. in Magia. Plura in priori Divina lege immunda dicta, & habita ſunt : at quod intercederet tunc allegoria. Iam vero allegoriis, & umbris ſublatis, abſit ut quidquam immundum arbitremur.

Adverſus tentationes menſae ſe pugnare ieiuniis dixit n. 1. Auguſtinus, *Quotidianam bellum gero ieiuniis* : iuxta monitum lib. 4. adverſus Iulianum, c. 14. n. 71. datum. = Et haec quidem „ veſcendi atque potandi tolerabilis eſſi „ voluptas, quanta poſſumus intentione „ vigilantibus nobis, ut facilius non im„ pleat, quam modum aliquando victus „ ſufficientis excedat : contra cuius con„ cupiſcentiam & ieiunando, & parcius „ alimenta ſumendo pugnamus : eoque „ malo bene tunc utimur, quando per „ illam nonniſi quod ſaluti conducibile „ eſt agimus.] Ieiunium ergo laudatur, conſulitur, praecipitur ab Auguſtino. Quod haeretici Centuriatores fateri coacti ſunt cent. 5. col. 586. *Invaluerunt paulatim opiniones de traditionibus humanis; nam ieiuniorum Quadrageſimae non tantum mentionem fecit obiter Auguſtinus; ſed etiam auctoritatem habere aſſerit in veteribus libris & ieiuniis Moyſis, & Eliae, tum in Evangelio ex ieiunio Chriſti*. Addendum eſt laudatum ieiunium ad praxim reductum : & quidem non tantum praeceptis temporibus, ſed & ad arbitrium.

(f) *Et imperfectum eius &c.* = Omnino ita legendum cum BB. qui admonent. = Bad. Am. Er. & Lov. *imper*„ *fectum meum*. Sed MSS. cum Arn. „ *imperfectum eius*, ſcilicet Chriſti, ex „ cuius perſona verſiculum iſtum inter„ pretatur Auguſtinus in Pſal. 138.] Bad. Am. &c. ſuffragantur etiam Som. Wangn. & MS. Ricar. At praeferunt genuinam lectionem MS. S. Mar. Feſ. optimus S. Cr. (licet inde manu forte aliena, *noſtrum*) 2. Med. & Cor. Senſus tamen in utraque lectione una eſt. Docet enim Auguſtinus eo loci, utique Chriſti, ſed Eccleſiam, ſeu membra ſua reſpicientis ea verba eſſe; Adeoque, *imperfectum eius* hic erit idem ac, *imperfectum meum*, ſeu, imperfectum noſtrum.

(1) Sic MSS. At edit., *poenitendo*.

CAPUT XXXII.

ARGUMENTUM.

A guſtu, ad olfactum tranſit; & profitetur de odorum illecebra ſe haud nimis ſatagere; quandoquidem cum abſunt, non requirit: cum adſunt, non reſpuit: paratus etiam iis ſemper carere. Verum cum aliis in praeſenti ſtatu opprimamur tenebris, ut ſaepe propriae etiam facultatis nos placita lateant, & nonniſi experientia occultae adfectiones quaedam prodantur: nec in re iſta adeo tutus eſt, ut prorſus conquieſcat. Unde religioſe concludit, ubique ſoli divinae clementiae fidendum.

DE illecebra odorum non ſatago nimis (*a*). Cum abſunt non requiro, cum adſunt non reſpuo, paratus etiam eis ſemper carere. Ita mihi videor; fortaſſe fallor. Sunt enim & iſtae plangendae tenebrae, in quibus me latet facultas mea quae in me eſt, ut animus meus de viribus ſuis ipſe ſe interrogans non facile ſibi credendum exiſtimet, quia & quod ineſt, plerumque occultum eſt, niſi experientia manifeſtetur (*b*). Et nemo ſecurus eſſe debet in iſta vita, quae tota tentatio (1) nominatur, utrum qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam ex meliore deterior. Una ſpes, una fiducia, una firma promiſſio, miſericordia tua.

(*a*) *Non ſatago nimis.* = Re vera ex quinque ſenſibus olfactus minus nos pungit, utpote qui leviter agat, nec adeo crebris inſerviat functionibus. Unde non in magno pretio habetur, amittiturque minori dolore. Obſerva interim ſeriem orationis; Dixerat latiſſime Auguſtinus de tactu, non vage inſpecto, ſed ad res venereas determinato; Inde de guſtu; Modo de olfactu; In ſequentibus de auditu; Tandem de viſu, qui inter omnes ſenſus princeps eſt. Libenter quippe natura, & ars ab infimis ad media, ab his ad ſumma adcedunt. Numerat quinque ſenſus Auguſtinus frequenter; at maxime lib. 2. de Libero Arbitrio, cap. 3. n. 8. ubi, = Dic mihi iam utrum illos volgatiſſimos corporis ſenſus habere te noveris, videndi, & audiendi, & olfaciendi, & guſtandi, & tangendi. Novi. Quid putas pertinere ad videndi ſenſum, ideſt, quid putas nos videndo ſentire? Quaecumque corporalia. Num etiam dura, & mollia videndo ſentimus? Non. Quid ergo proprie ad oculos pertinet, quod per eos ſentimus? Color. Quid ad aures? Sonus. Quid ad olfactum? Odor. Quid ad guſtum? Sapor. Quid ad tactum? Molle, vel durum, lene, vel aſperum, & multa talia.] Et inde deſcendit ad ſenſum, paſſim a Philoſophis communem appellatum, quem acerrima diſputatione adſtruit, & exponit. Vide infra c. 3. 4. A.

(*b*) *Niſi experientia manifeſtetur.* = Id vero alta mente tenendum eſt. Deliteſcunt quippe in nobis adfectiones nonnullae, quas nonniſi beneficio experientiae detegimus. Accipe graviſſimam, & ſubtiliſſimam S. D. ſententiam lib. de Vera Religione, cap 47. n. 91. = Homo qui proſperis rebus proficit, aſperis quid profecerit diſcit. Cum enim mutabilium bonorum adeſt copia, non eis confidit: ſed cum ſubtrahuntur, agnoſcit utrum eum non ceperint. Quia plerumque cum adſunt nobis, putamus quod non ea diligamus ſed cum abeſſe ceperint, invenimus qui ſimus. Hoc enim ſine amore noſtro aderat, quod ſine dolore diſcedit &c.

Longe ſecede a femina, ut videas, an forte lutulento glutino ei adhaereres, cui innocentem ſanctumque amorem te litaſſe hucuſque credidiſti. Non te patien-

(1) Iob. 7. 1.

tientem dicam, niſi emergente adverſa forte immotum inſpexero &c. quid ad haec iuniores haeretici tanta praeſidentia ſibi gratiam, ſanctitatem ſpondentes?

En quam timeat vir ſanctiſſimus, atque doctiſſimus, in manifeſtioribus quoque ſe decipi rebus, & in meridiana luce caecutire.

CAPUT XXXIII.

ARGUMENTUM.

Aurium reticulis tenacius ſe aliquando detentum non diffitetur: at iam divina gratia expeditus: Quaeris an forte nunc Eccleſiaſticarum rerum melodia nimis pelliciatur: quo in iudicio aliquoties nimis ſeverus, melos omne a ſuis, & ipſius etiam Eccleſiae auribus ſemoveri cuperet. At vero animo obvolvens, ut melodiae beneficio vix ad Deum converſus Davidica verba guſtaverit, & etiam nunc quaelibet Divinorum eloquiorum guſtare ſoleat, eius inſtituti fructum non levem fateri cogitur. Ita oppoſitis fluctibus agitur: interim vel propter infirmiores animos melodiam praeferendam ratus; Adeo tamen ut potius ea, quam rebus in eadem involutis raptus, poenaliter labi ſe haud inficiari velit.

I. VOluptates aurium tenacius me implicaverant & ſubiugaverant; ſed reſolviſti, & liberaſti me. Nunc in ſonis quos animant eloquia tua, cum ſuavi & artificioſa voce cantantur, fateor aliquantulum adquieſco, non quidem ut haeream, ſed ut ſurgam cum volo. Attamen cum ipſis ſententiis quibus vivunt, ut admittantur ad me quaerunt in corde meo nonnullius dignitatis locum, & vix eis praebeo congruentem. Aliquando enim plus mihi videor honoris eis tribuere quam decet, dum ipſis ſanctis dictis religioſius & ardentius ſentio moveri animos noſtros in flammam pietatis, cum ita cantantur, quam ſi non ita cantarentur; & omnes affectus ſpiritus noſtri pro ſui diverſitate habere proprios modos in voce atque cantu, quorum neſcio qua occulta familiaritate excitentur. Sed delectatio carnis meae, cui mentem enervandam non oportet dari, ſaepe me fallit, dum rationem ſenſus non ita comitatur, ut patienter ſit poſterior; ſed tantum quia propter illam meruit admitti, etiam praecurrere ac ducere conatur. Ita in his pecco non ſentiens, ſed poſtea ſentio.

II. Aliquando autem hanc ipſam fallaciam immoderatius cavens, erro nimia ſeveritate: ſed valde interdum, ut melos omne cantilenarum ſuavium, quibus Davidicum Pſalterium frequentatur, ab auribus meis removeri velim, atque ipſius Eccleſiae; tutiuſque mihi videtur quod de Alexandrino Epiſcopo Athanaſio ſaepe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis (*a*) faciebat ſonare lectorem pſalmi, ut pronuntianti vicinior eſſet, quam canenti. Verumtamen cum reminiſcor lacrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiae tuae in primordiis recuperatae fidei meae, & nunc ipſo quod moveor, non cantu, ſed rebus quae cantantur, cum liquida voce & convenientiſſima modulatione cantantur, magnam inſtituti huius utilitatem, rurſus agnoſco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis, & experimentum ſalubritatis; magiſque adducor,

non quidem irretractabilem ſententiam proferens, cantandi conſuetudinem adprobare in Eccleſia; ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum (*b*) pietatis adſurgat. Tamen cum mihi accidit, ut me amplius cantus, quam res quae canitur moveat; poenaliter me peccare confiteor (*c*) & tunc mallem non audire cantantem. Ecce ubi ſum, flete mecum, & pro me flete, qui aliquid boni vobiſcum intus agitis unde facta procedunt. Nam qui non agitis, non vos haec movent. Tu autem, Domine Deus meus, exaudi, reſpice, & vide, & miſerere, & ſana me, in cuius oculis mihi quaeſtio factus ſum; & ipſe eſt languor meus.

(*a*) *Qui tam modica flexu vocis &c.* = Id & nobis adcidet; magnus enim vehemens cantus ita aures rapit, & etiam laedit: ut circa rem, quae canitur, cordis adfectiones facile praepediat, vel abſorbeat. Quaelibet res temperate condienda eſt, ne potius condimentum, quam ipſa ſapiat. Nec id ſequentibus verbis, *Veruntamen cum &c.* Auguſtinus improbat; ſed potius quod paullo ante dixerat, *ut melos omnes &c.* Nec enim melos omne, ſed vehemens, & immodicum caſtiſſimas animarum ſanctarum delicias nonnunquam inficit. Huic cap. iunge dicta cap. 4. 6. & 7. lib. 9.

(*b*) *Infirmior animus in affectum &c.* = Cum enim non ſolo ſpiritu conſtes, ſed etiam corpore; illeque in praeſenti ſtatu pendeat ab huius functionibus; niſi altioribus divinis chariſmatibus corroboreris, quam difficile erit, ut torpente corpore, animo ad divina rapiaris? Iam vero cum nemo ſe herculem arbitretur, immo qui arbitratur, talis eſſe nequeat, cum celſiores in Chriſti regno modici ſibi videantur; qua fronte tu quicumque ſis, omne melos ab Eccleſia tollendum iudicabis? At ſis tu hercules, & talis etiam tibi videaris; ſcis certe, maiorem hominum partem infirmam eſſe: & communia inſtituta potiorem ſubditorum numerum intueri; unde & hac ratione fateri cogeris, prudenter, & ſancte in Eccleſia cantum inſtitutum.

(*c*) *Poenaliter me peccare confiteor.* = Quod obſervat etiam lib. 4. adverſus Iulianum, cap. 14. n. 66. *Movetur certe animus ad pietatis affectum, divino cantico audito; tamen etiam illic ſi ſonum, non ſenſum libido audiendi deſideret, improbatur; quanto magis ſi cantiunculis inanibus &c.* Cum autem dicat Auguſtinus, *poenaliter*, manifeſtum videtur de concupiſcentiae motu loqui, qui ad veri, & proprii peccati rationem non pertingit; iuxta illud Rom. 7. a v. 14. „ Scimus quia lex ſpiritualis eſt; ego „ autem carnalis ſum venumdatus ſub „ peccato. Quod enim operor, non intelli„ go, non enim quod volo bonum, hoc ago, „ ſed quod odi malum, illud facio; ſi au„ tem quod nolo illud facio, conſentio „ legi, quoniam bona eſt. Nunc autem „ iam non ego operor illud, ſed quod „ habitat in me peccatum.] Vide etiam, ſi placet Trident. Concil. Seſſ. 5. decr. de Peccato Orig. circa finem. & ipſum Auguſt. lib. 1. de Lib. Arbitr. cap. 25. & lib. 2. cap. 17. & 18. & libro de Duabus Animabus, cap. 10.

Inquies tamen: ſolum peccatum lethale voluntatis arbitrium poſtulat: non item veniale, quod ex ſolo appetitu ſenſitivo exſurgere poteſt: ut docent Magiſter in 2. diſt. 25. S. Thomas 1. 2. q. 74 art. 3. & q. 7. de Malo, ar 6. in 2. diſt. 24. q. 3. ar. 2. ad 3. q 25. de Verit. ar. 5. ad 5. Caietanus in Summa, Gregorius Martinez dub. 1. & alii.

R. Opinio illa ſuos patronos habet, ſed & adverſarios plures: Suar. diſput. 5. ſect. 5. Vazq. diſp. 94. c. 1 Valent q. 4. pun. 2. Salas tract. 13 diſp. 6 ſect. 1 Alvar. diſp. 139. Curiel dub. 1. Monteſ. diſput. 5. q. 3. Medin. & plures alios etiam, ex ſchola S. Thomae; hic enim ea de re non manifeſte loquitur; Quin immo in 2. diſt. 24. q. 3. ar. 2. & 1. 2 q. 34. ar 1. q. 74. ar 1. & 2. talia protulit, quae poſteriori opinioni potius favere videntur. Ut ut autem ea controverſia ſe habeat; certiſſimum eſt ex ſolo appetitu voluntate nedum haud plaudente, ſed & reluctante, nec minimum peccatum exſurgere poſſe: at Auguſtinus ſi quando potius cantu, quam re pellectus eſt, aegre tulit, ut liquet ex integro capite: adeoque nihil in ipſum argumentari poſſumus.

Ex quibus etiam conſtat, haud bene loquutum Franciſcum Maronem, cuius haec ſunt verba. = *Secundum documentum quod peccant illi, qui plus in cantu, quam in ipſa re devota, quae canitur, delectantur, quia Auguſtinus in hoc ſe peccaſſe fatetur.* Inſuper non adeo

ſeria

Digitized by Google

ſerio de ſe ipſo, ſed potius de omnibus, ſeu ex hypotheſi loqui videtur Auguſtinus, ac ſi diceret: *Tamen ſi contingeret, ut me &c.* De inſtituto Melodiae vide Odoricum Rinaldum in Annal. Eccleſ. ad an. D. 60. n. 33. pag. 189.

CAPUT XXXIV.

ARGUMENTUM.

Ad ſenſuum tandem nobiliſſimum oculis inſidentem accedit. Hic vero multiplex tentatio obſidet; Pulcrae ſiquidem formae, atque variae, nitidi amoenique colores oculis grati. Lux vero regina colorum ita ſe nobis inſinuat, ut aliud etiam agentes, & non advertentes rapiat, & ſi diu abſit, contriſtat. Haec haud magni facit Auguſtinus: ſed illam ſuſpicit, expetitque lucem, quae Tobiae, Iſaacci, & Iacobi mentes perfudit; Cui homines minus inhiantes, naturae pigmentis artificioſa plura addiderunt; quanquam & ex his ad Deum poſſimus aſſurgere, cuius pulcritudinem pulcra quaelibet utcunque imitantur. Expendit inde Auguſtinus qualis inter has oculorum tentationes incedat, & ut divina manu regatur.

I. REſtat voluptas oculorum iſtorum (*a*) carnis meae de qua loquar confeſſiones, quas audiant aures templi tui, aures fraternae ac piae, ut concludamus tentationes concupiſcentiae carnis, quae me adhuc pulſant ingemiſcentem, & habitaculum meum, quod de caelo eſt, ſuperindui cupientem (1). Pulcras formas & varias, nitidos & amoenos colores amant oculi. Non teneant haec animam meam; teneat eam Deus qui fecit haec, bona quidem valde (2); ſed ipſe eſt bonum meum, non haec. Et tangunt me vigilantem totis diebus, nec requies ab eis datur mihi, ſicut datur a vocibus canoris, aliquando ab omnibus, in ſilentio. Ipſa enim regina (*b*) colorum lux iſta perfundens cuncta quae cernimus, ubi per diem fuero, multimodo allapſu blanditur mihi aliud agenti, & eam non advertenti. Inſinuat autem ſe ita vehementer, ut ſi repente ſubtrahatur, cum deſiderio requiratur; & ſi diu abſit, contriſtat animum.

II. O lux quam videbat Tobias (3), cum clauſis oculis iſtis filium docebat vitae viam, & ei praeibat pede caritatis nuſquam errans. Aut quam videbat Iſaac (4) praegravatis & opertis ſenectute carneis luminibus, cum filios non agnoſcendo benedicere, ſed benedicendo agnoſcere meruit (*c*). Aut quam videbat Iacob (5) cum & ipſe prae grandi aetate captus oculis, in filiis preſignata futuri populi genera luminoſo corde radiavit; & nepotibus ſuis ex Ioſeph divexas myſtice manus, non ſicut pater eorum foris corrigebat, ſed ſicut ipſe intus diſcernebat impoſuit. Ipſa eſt lux, una eſt, & unum omnes qui vident & amant eam. At iſta corporalis de qua loquebar, illecebroſa ac periculoſa dulcedine condit vitam ſaeculi caecis amatoribus. Qui autem & de ipſa laudare te norunt, Deus Creator omnium, adſumunt eam in hymno tuo, non abſumuntur

ab

(1) 2. Cor 5. 2.
(2) Gen. 1. 31.
(3) Tob 4.
(4) Gen. 27. 28. & 40.
(5) Gen. 48.

ab ea in ſomno ſuo: ſic eſſe cupio. Reſiſto ſeductionibus oculorum, ne implicentur (1) pedes mei quibus ingredior viam tuam; & erigo ad te inviſibiles oculos, ut tu evellas de laqueo pedes meos (2). Tu ſubinde evellis eos, nam illaqueantur. Tu non ceſſas evellere, ego autem crebro haereo in ubique ſparſis inſidiis; quoniam non dormies, neque dormitabis, qui cuſtodis Iſrael (3).

III. Quam innumerabilia variis artibus & opificiis, in veſtibus, calceamentis, vaſis, & cuiuſcemodi fabricationibus, picturis etiam, diverſiſque figmentis, atque his uſum neceſſarium atque moderatum, & piam ſignificationem longe tranſgredientibus, addiderunt homines ad illecebras oculorum; foras ſequentes quod faciunt, intus relinquentes a quo facti ſunt, & exterminantes quod facti ſunt. At ego Deus meus & decus meum, etiam hinc dico tibi hymnum, & ſacrifico laudem Sacrificatori meo (*d*): quoniam pulcra traiecta per animas in manus artificioſas ab illa pulcritudine veniunt, quae ſuper animas eſt cui ſuſpirat anima mea die ac nocte. Sed pulcritudinum exteriorum operatores & ſectatores inde trahunt adprobandi modum, non autem inde trahunt utendi modum. Et ibi eſt, & non vident eum, ut non eant longius, & fortitudinem ſuam ad te cuſtodiant (4), nec eam ſpargant in deliciosas laſſitudines. Ego autem haec loquens atque diſcernens etiam iſtis pulcris greſſum innecto; ſed tu evellis, Domine, evellis tu, quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt (5). Nam & ego capior miſerabiliter, & tu evellis miſericorditer; aliquando non ſentientem, quia ſuſpenſius incideram; aliquando cum dolore, quia iam inhaeſeram.

(*a*) *Voluptas oculorum iſtorum &c.* = Ultimo loco voluptatem oculorum ponit, quia viſus, ut omnes Philoſophi compertum habent, inter omnes ſenſus principem locum tenet. Quum autem S. D. frequenter ſenſus enumaret: lib. 3. de Gen. ad litt. c. 4., & 5. doctiſſime. ,, Ideoque ſunt etiam qui ſubtiliſſima ,, conſideratione quinque iſtos manifeſtiſſimos corporis ſenſus ſecundum quatuor ,, uſitata elementa ita diſtinguant, ut ,, oculos ad ignem, aures ad aerem dicant pertinere. Olfaciendi autem, guſtandique ſenſum naturae humidae adtribuunt; & olfactum quidem iſtis exhalationibus humidis, quibus craſſatur hoc ſpatium, in quo aves volitant; ,, guſtatum vero iſtis fluxibilibus, & corpulentis humoribus. Nam quaecumque ,, in ore ſapiunt, ipſius oris humori ,, commiſcentur, ut ſapiant, etiamſi arida cum acciperentur fuiſſe videantur. ,, Ignis tamen omnia penetrat, ut motum in eis faciat. Nam & humor ,, privatione caloris congelaſcit, & cum ,, poſſint fervaſcere (6) cetera elementa, ,, ignis frigeſcere non poteſt: facilius ,, quippe exſtinguitur, ut ignis non ſit, ,, quam frigidus maneat, aut ſit alicuius ,, frigidi contactu tepidior. Tactus autem, qui eſt quintus in ſenſibus terreno elemento magis congruit; proinde per totum corpus animantis, quod ,, maxime ex terra eſt quaeque tacta ,, ſentiuntur. Dicunt etiam nec videri ,, ſine igne poſſe aliquid, nec tangi ſine ,, terra. Ac per hoc elementa omnia ,, in omnibus ineſſe; ſed unumquodque ,, eorum ex eo, quod amplius habet ,, accepiſſe vocabulum. Ideo autem ,, caloris privatione cum corpus nimie ,, frigeſcit, obtundi ſenſum, quia motus ,, pigreſcit, qui ex calore ineſt corpori, ,, dum ignis aerem, & aer humida, & ,, humor terrena quaeque afficit, ſubtilioribus ſcilicet craſſiora penetrantibus ,, &c. Inchoat itaque (*anima*) motum ,, in omnibus ſenſibus a ſubtilitate ignis, ,, ſed non in omnibus ad idem pervenit. ,, In viſu enim pervenit repreſſo calore ,, uſque ad eius lucem. In auditu uſque ,, ad liquidiorem aerem calore ignis

,, pe-

(1) ... *ravtrunt pedibus meis*. Pſal. 56. 7.
(2)
(3)
(4) Pſal. 58. 10.
(5) Pſal. 25. 3.
(6) Editi *frigeſcere*. At MSS. plerique, *ferveſcere*.

,, penetrat, In olfactu autem tranſit
,, aerem purum, & pervenit ad humi-
,, dam exhalationem, unde craſſior haec
,, aura ſubſiſtit. In guſtatu & hanc tran-
,, ſit, & pervenit uſque ad humorem
,, corpulentiorem, quo etiam penetra-
,, to, atque traiecto, cum ad terrenam
,, gravitatem pervenit, tangendi ulti-
,, mum ſenſum agit.,,

(*b*) *Ipſa enim regina &c.* = Non quod ipſa lux ſit color, ſed quia colores retegit, ſeu, nobis obiicit; Non eſt quod videtur, ſed medium, quo cuncta videntur. Quo ſenſu loquitur etiam Serm. 120. de verb. Ioann. 1. *In principio &c.* (Alias, de Diverſ. 84. n. 2. & Serm. 341. adverſus Arianos (Alias, de Tempore 40.) c. 6. n. 8. Ut etiam intelligendum eſt quod canit Eccleſia in Hymno ad Laudes fer. 2. *Rebuſque iam color redit - vultu nitentis ſideris.* & Virgilius Aeneid 6. *Rebus nox abſtulit atra colores.*

Ceterum colores ex ipſo corpore eſſe innuit S. D. lib. de Moribus Manich. cap. 16. & lib. 11. de Trinit. cap. 5. & 9. quod docet, & propugnat potior Philoſophorum pars, Ariſtot. lib. 2. de Anima, textu 69. S. Thomas ſuper eumdem lect. 14. de Senſu, & Senſat. lect. lib. 2 de Anima, c. 7. & 1. p. q. 67. ar. 3. Quibus adſtipulantur eorum diſcipuli, & alii. Non diſſimulamus tamen plures ex noviſſimis Philoſophis oppoſitam ſententiam inveniſſe vel renovaſſe: colores nempe haud ex ipſo corpore, ſed potius a luce variis modis refracta cauſſari. Quibus parentes forte dari poſſunt Plato in Timaeo, Avempaces, Alpharabius, Averroes comment. 65. Avicenna lib. 6. p. 3. c. 1. Verum ſi & illi, & hi exactiſſime diſcutiantur, & adamuſſim prodant, quid velint; concludendum erit, niſi mea me fallat opinio, de verbis, aut ut multum, de rebus nimis ſophiſticis, atque minutis contentionem eſſe.

(*c*) *Sed benedicendo agnoſcere meruit.* = Benedixit enim Iacobum, qui vere iuxta Dei placitum primogenitus erat. Qui tamen has ſacras hiſtorias Geneſeos non exacte meminit, recolere poterit. Inquiens infra S. D. *Deus creator omnium* alludit ad hymnum Ambroſii, de quo cap. 12. libri praeced.

Vaſis, & cuiuſcemodi &c. = Sequimur BB. qui & lectionis huius rationem reddunt ,, Lov. *huiuſcemodi*. Sed
,, MSS. habent, *cuiuſcemodi*, quo voca-
,, bulo frequens utitur Auguſtinus pro,
,, *qualibuſcumque*, idque iam reſtitui-
,, mus in huius libri cap. 8 n. 12.]
Cum Lov. ſunt Er. Som. Wangn. MS. S. Mar. Ricar. Feſ. Gar. & optim. S. Cr.

Foras ſequentes &c. = Senſus enim illecebris hiſce paſcunt; cumque propriis figmentis inhiant, cor a Deo, a quo ipſi facti ſunt, diſtrahunt; & exterminant propriam animam, qua facti ſunt ad imaginem Dei. Phraſis eſt quippe Auguſtini, & omnium Patrum, hominem peccantem utcunque delere latentem in ſe Creatoris imaginem,

(*d*) *Et ſacrifico laudem Sacrificatori meo* =. Et hic cum BB. ſumus, qui tamen fatentur: ,, MSS. & plures editi, ,, *ſantificatori meo*.] Placuit lectio, cui ſuffragatur MS. Ricar. & cui apponuntur Er. Lov. Som. MSS. 2. S. Mar. Feſ. optim. S. Cr. & forte etiam Car. quod Auguſtini, libenter ex ſimilitudine verborum ludentis, phraſim ſapiat. De qua tamen diſcrepantia nihil anxii ſumus: Chriſtus enim ſantificavit nos ſacrificio crucis.

Non autem inde trahunt. &c. = Iubet quippe divina pulcritudo, ut creatas ipſi ſubiiciamus, & ad ipſam ordinemus; Quod facere dedignantur mundi amatores ſaltem, ut loquuntur Theologi, practice, & interpretative.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXXV.

ARGUMENTUM.

Senſuum reticulis aliud addit longe implicatiſſimum: vanam ſcilicet, & curioſam cupiditatem, nomine cognitionis, & ſcientiae contectam, metaphorica ratione oculorum concupiſcentia *in Divino eloquio appellatam. Huius ipſe facile multos ictus eludit; illum tamen, quo ad petendum ſignum a Deo incitamur, nonniſi inſigni conatu repellit. Verum & iſtum hucuſque vicit. Timet potius minutiſſimarum rerum curioſitatibus trahi: hae quippe nimis frequentes, atque ſubtiles ſunt; nec leve damnum inducunt, divina enim ſecretiora colloquia frangunt, laeduntque magnarum rerum ſtudia.*

I. HUc accedit alia forma tentationis multiplicius periculoſa. Praetereram enim concupiſcentiam carnis quae ineſt in delectatione omnium ſenſuum & voluptatum, cui ſervientes depereunt, qui longe ſe faciunt a te, ineſt animae per eoſdem ſenſus corporis quaedam non ſe oblectandi in carne, ſed experiendi per carnem vana, & curioſa cupiditas nomine cognitionis & ſcientiae palliata. Quae quoniam in appetitu noſcendi eſt, oculi autem ſunt ad cognoſcendum in ſenſibus principes, concupiſcentia (1) oculorum (*a*) eloquio divino appellata eſt. Ad oculos enim proprie videre pertinet. Utimur autem hoc verbo (*b*) etiam in ceteris ſenſibus, cum eos ad cognoſcendum intendimus. Neque enim dicimus: Audi quid rutilet; aut, Olfac quam niteat; aut, Guſta quam ſplendeat; aut Palpa quam fulgeat: videri enim dicuntur haec omnia. Dicimus autem non ſolum, Vide quid luceat, quod ſoli oculi ſentire poſſunt: ſed etiam, Vide quid ſonet; Vide quid oleat; Vide quid ſapiat; Vide quam durum ſit. Ideoque generalis experientia ſenſuum concupiſcentia (ſicut dictum eſt) oculorum vocatur, quia videndi officium in quo primatum oculi tenent, etiam ceteri ſenſus ſibi de ſimilitudine uſurpant, cum aliquid cognitionis explorant.

II. Ex hoc autem evidentius diſcernitur quid voluptatis, quid curioſitatis agatur per ſenſus; quod voluptas pulcra, canora, ſuavia, ſapida, lenia ſectatur: curioſitas autem etiam his contraria tentandi cauſſa, non ad ſubeundam moleſtiam, ſed experiendi noſcendique libidine. Quid enim voluptatis habet videre in laniato cadavere quod exhorreas; & tamen ſicubi iaceret, concurrunt ut contriſtentur, ut palleant. Timent etiam ne in ſomnis hoc videant; quaſi quiſquam eos vigilantes videre coegerit, aut pulcritudinis ulla fama perſuaſerit. Ita & in ceteris ſenſibus, quae perſequi longum eſt. Ex hoc morbo cupiditatis in ſpectaculis exhibentur quaeque miracula. Hinc ad perſcrutanda naturae (quae praeter nos eſt) opera proceditur, quae ſcire nihil prodeſt, & nihil aliud quam ſcire homines cupiunt. Hinc etiam, ſi quid eodem perverſae ſcientiae

(1) 1. Ioan. 2. 16.

Digitized by Google

tiae ſine per artes magicas quaeritur (c). Hinc etiam in ipſa religione Deus tentatur, cum ſigna & prodigia flagitantur, non ad aliquam ſalutem, ſed ad ſolam experientiam deſiderata.

III. In hac tam immenſa ſilva plena inſidiarum & periculorum, ecce multa praeciderim, & a meo corde diſpulerim, ſicuti donaſti me facere, Deus ſalutis meae: attamen quando audeo dicere, cum circumquaque quotidianam vitam noſtram tam multa huius generis rerum circumſtrepant, quando audeo dicere nulla re tali me intentum fieri ad ſpectandum & vana cura capiendum? Sane me iam theatra non rapiunt, nec curo noſſe tranſitus ſiderum, nec anima mea unquam reſponſa quaeſivit umbrarum, omnia ſacrilega ſacramenta deteſtor. A te Domine Deus meus cui humilem famulatum ac ſimplicem debeo, quantis mecum ſuggeſtionum machinationibus agit inimicus ut ſignum aliquod petam (d)? Sed obſecro te per Regem noſtrum, & patriam Ieruſalem, ſimplicem, caſtam, ut quemadmodum a me longe eſt iſta conſenſio, ita ſit ſemper longe atque longius. Pro ſalute autem cuiuſquam cum te (e) rogo, alius multum differens finis eſt intentionis meae, & te facientem quod vis, das mihi, & dabis libenter ſequi.

IV. Verumtamen in quam multis minutiſſimis & contemtibilibus rebus curioſitas quotidie noſtra tentatur (*f*), & quam ſaepe labamur, quis enumerat? Quoties narrantes inania, primo quaſi toleramus ne offendamus infirmos, deinde paulatim libenter advertimus. Canem currentem poſt leporem iam non ſpecto, cum in circo fit: at vero in agro ſi caſu tranſeam, avertit me fortaſſis, & ab aliqua magna cogitatione, atque ad ſe convertit illa venatio, non deviare cogens corpore iumenti, ſed cordis inclinatione. Et niſi iam mihi demonſtrata infirmitate mea, cito admoneas, aut ex ipſa viſione per aliquam conſiderationem in te adſurgere, aut totum contemnere atque tranſire, vanus hebeſco. Quid cum me domi ſedentem ſtellio muſcas captans, vel aranea retibus ſuis irruentes implicans, ſaepe intentum facit. Num quia parva ſunt animalia, ideo non res eadem geritur? Pergo inde ad laudandum te creatorem mirificum atque ordinatorem rerum omnium, ſed non inde intentus eſſe incipio. Aliud eſt cito ſurgere, aliud eſt non cadere. Et talibus vita mea plena eſt, & una ſpes mea magna valde miſericordia tua. Cum enim huiuſcemodi rerum conceptaculum fit cor noſtrum, & portat copioſae vanitatis catervas, hinc, & orationes noſtrae ſaepe interrumpuntur atque turbantur, & ante conſpectum tuum dum ad aures tuas vocem cordis intendimus, neſcio unde irruentibus nugatoriis cogitationibus res tanta praeciditur.

(a) *Concupiſcentia oculorum.* = Henricus Wangnereck ita hunc locum diluceidat. = Alii per concupiſcentiam oculorum avaritiam intelligunt. S. D. curioſitatem, ſive inordinatum quaſcunque res cognoſcendi deſiderium deſignari exiſtimat, non improbabiliter. Optime S. Thomas ait intelligi tum *Concupiſcentiam inordinatae cognitionis, tum ipſarum rerum, quae exterius oculis proponuntur* (1).] Id ipſum vero docet Auguſtinus in cap. 2. Epiſt. Ioan. Tract. 2. a n. 11. Lib. de vera Relig. c. 38. n 70. in Pſal. 8. n. 13. & utcunque lib. 4. Oper. Imperf. contra Iul. 22.

(b) *Utimur autem hoc verbo &c.* =

 Ita

(1) 2a. q. 77. a. 5.

Ita etiam Serm. 112. de verb. Lucae 14. (Alias, de Verb. Dom. 33.) c. 6. n. 7.
„ Ideo autem a parte totum, per ſolos
„ oculos commemorati ſunt iſti ſenſus,
„ quia oculorum eſt in quinque ſenſibus
„ principatus. Propterea cum proprie ad
„ oculos pertineat viſus, ipſum videre
„ per omnes quinque ſenſus ſolemus ap-
„ pellare. Quomodo? Primo quod ad
„ ipſos oculos pertinet, dicis: Vide
„ quam candidum eſt &c. Audi, & vi-
„ de quam canorum eſt. Numquid con-
„ verſim potes dicere, Audi, & vide
„ quam candidum eſt. Hoc, quod di-
„ citur, Vide per omnes ſenſus currit;
„ ceterorum autem ſenſuum proprietas
„ non per ſe recurrit &c.] Quod ob-
ſervat & lib. de Moribus Manich. c. 20. Epiſt. 147. (Alias, 112.) ad Paulinam, c. 2. n. 7. & in Ioan. Tract. 121. n. 5.

Ad perſcrutanda naturae, quae praeter nos eſt, operta proceditur. = Haec lectio, quam BB. cum Arn. & MSS. reſtituerunt, gravior, & concinnior videtur alia, quae habetur apud Am. Bad. Er. Lov. Som. & MS. Ricar. (qui tamen loco vocis, *ſecreta*, habet, *opera*) *ad perſcrutanda naturae ſecreta, quae praeter nos eſt operata, proceditur*. Fere autem nobis adſentitur MS. optim. S. Cr.

(c) *Per artes magicas quaeritur.* = De quo ipſe alibi ſaepe; et potiſſimum lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, c. 23. n. 53. ubi. = Hinc etiam fit, ut oc-
„ culto quodam iudicio divino cupidi
„ malarum rerum homines tradantur il-
„ ludendi, & decipiendi pro meritis vo-
„ luntatum ſuarum, illudentibus eos at-
„ que decipientibus praevaricatoribus
„ angelis &c. Quibus illuſionibus, & dece-
„ ptionibus evenit, ut iſtis ſuperſtitioſis,
„ & perniciosis divinationum generibus
„ multa praeterita, & futura dicantur, nec
„ aliter accidant, quam dicuntur; multa-
„ que obſervantibus ſecundum obſerva-
„ tiones ſuas eveniant, quibus implicati,
„ curioſiores fiant, & ſeſe magis magiſ-
„ que inſerant multiplicibus laqueis per-
„ nicioſiſſimi erroris. „

In hac tam immenſa . . . . ecce multa. = Ita BB. cum editis, & MSS. nec non tribus e noſtris Lov. *In hac tamen immenſa . . . ecce quam multa*. Er. Som. Wangn. in prima parte nobiſcum, in poſteriori cum Lov. eſt. Ricar. *In hac tam &c. ecce tam &c.* Liquet praeferendam eſſe lectionem noſtram, neque enim hucuſque dixerat Auguſtinus recenſitas tentationes ſe viciſſe.

(d) *Ut Signum aliquod petam.* = Quale ſignum? quo fine? Ex iis, quae habet in cap. 2. Epiſt. Ioan. Tract. 2. n. 13. & 14. conficere poſſumus = De-
„ ſiderium oculorum dicit omnem cu-
„ rioſitatem. Iam quam late patet cu-
„ rioſitas? Ipſa in ſpectaculis, in theatris,
„ in ſacramentis diaboli, in magicis arti-
„ bus, in maleficiis ipſa eſt curioſitas.
„ Aliquando tentat etiam ſervos Dei, ut
„ velint quaſi miraculum facere, tentare
„ utrum exaudiat illos Deus in miracu-
„ lis; curioſitas eſt, hoc eſt deſiderium
„ oculorum; non eſt a Patre. Si de-
„ dit Deus fac: obtulit enim ut facias:
„ non enim qui non fecerunt, ad re-
„ gnum Dei non pertinebant. Cum gau-
„ derent Apoſtoli, quia daemonia eius
„ ſubiecta erant, quid eis dixit Do-
„ minus? *Nolite in hoc gaudere: Sed*
„ *gaudete quoniam nomina veſtra ſcri-*
„ *pta ſunt in caelo &c.* (1) Per iſta tria
„ tentatus eſt Dominus a diabolo &c.
„ Tentatus eſt & deſiderio oculorum
„ de miraculo, quando ei dixit, *Mit-*
„ *te te deorſum &c.* (2) Ille reſtitit tenta-
„ tori, ſi enim faceret miraculum, non
„ videretur niſi aut ceſſiſſe, aut curio-
„ ſitate feciſſe: fecit enim quando vo-
„ luit tamquam Deus, ſed tamquam
„ infirmos curans. Nam ſi tunc face-
„ ret, quaſi tantummodo miraculum
„ voluiſſe facere putaretur &c. Hoc
„ dixit, quod te voluit dicere. Quan-
„ do tibi ſuggerit inimicus, Qualis ho-
„ mo, qualis Chriſtianus? modo vel u-
„ num miraculum feciſti, aut oratio-
„ nibus tuis mortui ſurrexerunt, aut
„ febrientes ſanaſti? Si vere eſſes ali-
„ cuius momenti (3), faceres aliquod
„ miraculum. Reſponde, & dic, ſcri-
„ ptum eſt, *Non tentabis Dominum*
„ *Deum tuum &c.* (4)] Et lib. 1. Quaeſt. in Gen. q. 63 „ Sed hoc ipſum etiam,
„ quod mirum aliquod poſtulatur, quo
„ ſignificetur, quod quiſque vult noſ-
„ ſe, utrum audendum ſit, non parva
„ quaeſtio eſt. Eo namque pertinet
„ quod dicuntur qui hoc non recte
„ faciunt, tentare Dominum. Nam ipſe
„ Dominus cum a diabolo tentaretur,
„ teſtimonium de Scripturis adhibuit,
„ *Non tentabis &c.* Suggerebatur enim
„ tamquam homini, ut ſigno aliquo ex-
„ plo

(1) Lucae 10. 20.
(2) Matth. 4.
(3) Theodoricenſis vetus Cod. meriti.
(4) Deuter. 6. 16.

Digitized by Google

„ ploraret ipſe quantus eſſet, ideſt quam „ multum apud Deum poſſet: quod vi„ tioſe ſit, cum ſit. Ab hoc autem di„ ſcernitur quod Gedeon(1) fecit pugnae „ imminente periculo: conſultatio quip„ pe illa magis, quam tentatio Dei „ fuit. Unde & Achaz apud Iſaiam (2) „ timet ſignum petere, ne Deum ten„ tare videatur, cum hoc eum Domi„ nus admoneat per Prophetam: credo „ exiſtimans quod ab ipſo Propheta ex„ ploraretur, utrum praecepti memor „ eſſet, quo tentare Deum prohibe„ mur.] Vide etiam, ſi placet, in Pſal. 130. n. 6. & lib. de Vera Relig. c. 38. n. 71. En igitur qua ratione tentaretur Auguſtinus ad petendum ſignum a Deo: puta, ad ſedandas anxietates; an Deo gratus eſſet; & in piorum hominum ſocietatem veniſſet? Haec eſt tentatio, qua & Dei ſervi aliquoties panguntur. Petere vero ſignum a Deo ad eius bonitatem, ſapientiam, potentiam explorandam prorſus impium eſt & perditorum hominum proprium(3). Sed hucuſque dictis Myſticae Theologiae doctrina quaedam maiorem lucem conciliabit; Noſter Antonius a Spiritu-Sancto, epiſcopus Angolenſis 2. par. t. 2. de Conſultis variis, Theologicis, Iuridicis &c. de Vit. Illuminativa, tract. 3. diſput. 5. ſect. 10. n. 402. haec habet „ Ad diſtinguendas veras viſiones, & „ revelationes a falſis, maxime atten„ dendum eſt, an perſona, quae viſio„ nes, & revelationes habet, deſide„ ret illas habere? Tale enim deſide„ rium, ut docet S. Vincentius Ferrei„ ra, oritur ex ſuperbia: idem docet „ N. M. S. Tereſia manſione 6. cap. 9. „ Idem docet S. Auguſtinus, qui cum „ de hoc deſiderio eſſet tentatus, nun„ quam ei acquievit, ut ipſe fatetur „ lib. confeſſion. &c. Si ergo Auguſti„ nus non eſt auſus admittere hoc de„ ſiderium; quis illud admittet abſque „ ſuperbia? Sed de hoc vide latius N. „ P. Fr. Ioannem a Cruce in Adſcenſu „ Carmeli cap. 21. &c.

(c) *Pro ſalute autem cuiuſquam cum &c.* = Id honeſtum, & ſanctum eſſe patet ex dictis. Oravit pro ſe Auguſtinus dolore Dentium correptus, ut viſum eſt lib. 9. harum Conf. c. 4. n. 6. Oravit Africam repetens pro viro illuſtri Innocentio, ut ipſe teſtatur lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8. n. 3. & forte ſequuta ſalus in ipſius Auguſtini preces revocanda eſt. Vide Benedictinos lib. 3. Vitae S. D. cap. 1. n. 2. Orabat, poſtulatus, pro omni aegrotante, teſte Poſſidio in eius Vita, cap. 27. Denique idem Poſſidius cap. 29. de Auguſtini precum frequentia, & efficacia haec teſtatur. = Et ecce tertio illius obſidio„ nis menſe decubuit febribus fatigatus, „ & illa ultima exercebatur aegritudi„ ne. Nec ſuum ſane Dominus famu„ lum fructu ſuae precis fraudavit. „ Nam & ſibi ipſi, & eidem civitati, „ quod lacrymoſis depopoſcit precibus „ in tempore impetravit. Novi quoque „ eumdem & presbyterum, & epiſco„ pum Deum pro quibuſdam energu„ menis patientibus ut rogaret rogatum „ eumque in oratione lacrymas fundan„ tem Deum rogaſſe, & daemones ab „ hominibus receſſiſſe. Itemque ad ae„ grotantem, & lecto vacantem quem„ dam cum ſuo aegroto veniſſe, & ro„ gaviſſe ut eidem manum imponeret „ quo ſanus eſſe poſſet, eumque re„ ſpondiſſe, ſi aliquid in his poſſet, ſi„ bi hoc utique primitus praeſtitiſſet: „ & illum dixiſſe viſitatum ſe fuiſſe, „ ſibique per ſomnium dictum eſſe; Va„ de ad Auguſtinum epiſcopum, ut „ eidem manum imponat, & ſalvus e„ rit. Quod cum comperiſſet, facere „ non diſtulit, & illum infirmum con„ tinuo Dominus ſanum ab eodem di„ ſcedere fecit.

DIGRESSIO.

Sunt ſciuli quidam, Theologia pauperes, audacia ditiſſimi (qualibus ſaeculum noſtrum abundat) qui nati ad improbandum quidquid integer Doctorum chorus probavit, energumenorum hypotheſim, ex utriuſque foederis, maxime novi, paginis, ex omnium Patrum atque Sanctorum vel doctrinis, vel factis, Eccleſiae Catholicae ſolemnibus ritibus, totius orbis Chriſtiani, Hebraei, & Ethnici ſenſibus ſumptam, rident, voluntque nullum mortalium vere aliquando a daemone invaſum, aut invadi potuiſſe. Vide Auguſtinum Calmet Benedictinum, qui t. 3. *Antiquitat. ſacrar. & profan.* peculiari fuſa diſſertatione in articulos duos, bonae ſcilicet, & malae ſententiae diviſa te in re hac plene eruditum facere poteſt. Ea autem nova

(1) Iud. 6. 17.
(2) Iſ. 7. 12.
(3) Vide. S. Thom. 22. q. 97. ar. 2.
(4) In Append. t. 10.

audaciſſima opinio, iudicio noſtro prorſus improbabilis eſt, nullo modo propugnari poteſt, & certiſſime Catholicam religionem, & Fidem laedit; momenta autem, quibus ſtatuitur, aut vindicatur, ſunt deliriis, atque ſomniis ſimillima.

(*f*) *Curioſitas quotidie noſtra tentatur &c.* = Ab hiſce tamen anxietatibus nos expediet *Pherepo*nus, cui, utpote Auguſtino, & etiam Pallade longe doctiori, morum autem honeſtate fulgentiſſimo probatiſſimo quis non adquieſcet? En quale, cenſoriam virgam impugnans, & in cathedra peſtilentiae ſedens oraculum evomat. = Nemo eſt „ qui haec peccata habeat, ſi modo ceteris officiis ſuis non deſit. Corpus enim, & animus relaxatione quadam indigent; neque ſemper ſeria agitare, ac meditari animus poteſt, aut corpus labori incumbere. Si quis hodie talia inter delicta numeraret, crederetur, dum humilitatem prae ſe fert, ſuperbe ſe gerere, ac diſſimulare maiora. Diceretur muſcas percolare, & deglutire camelos. Quod tamen de Auguſtino ſuſpicari nefas habetur. „

8. Quoties te commonui vir imperite, ac ſceleſtiſſime, Confeſſiones haſce tibi ſcriptas non eſſe? Sed & ipſe Auguſtinus velut futurorum praeſcius n. 1. cap. 33. ingenue profeſſus fuerat: *Flete mecum, & pro me flete qui aliquid boni vobiſcum intus agitis, unde facta procedunt. Nam qui non agitis, non vos haec movent.* Tu ergo non ex illis es, quos Auguſtinus adloquitur. Adhuc vero quidquam ad urbanitatem dicendum eſt. Si hic Auguſtinus vel hebetis ingenii homini obſcurus eſt: maniſeſtiſſime & parvulos inſtruit hoc prorſus argumentum agens Tract. 2. in cap. 2. Epiſt. 1. Ioann. 2. n. 11. = Intendat „ Caritas Veſtra. Similitudinibus enim poteſtis inſtrui: ne ſubrepat vobis ſatanas dicens quod ſolet dicere, Bene vobis ſit in creaturis Dei: quare illa fecit niſi ut bene vobis ſit &c. Non te prohibet Deus amare iſta, ſed non diligere ad beatitudinem: ſed approbare, & laudare ut ames Creatorem. Quemadmodum, Fratres, ſi ſponſus faceret ſponſae ſuae anulum, & illa acceptum anulum plus diligeret quam ſponſum qui illi fecit anulum: nonne in ipſo dono ſponſi adulterina anima deprehenderetur? &c. Ad hoc utique arrham dat ſponſus, ut in arrha ſua ipſe ametur. Ergo dedit tibi Deus omnia iſta, ama illum, qui fecit te. Plus eſt quod tibi vult dare, ideſt, ſeipſum qui iſta fecit. „ Poſſumus igitur creaturarum uſu corpus animumque nonnihil relaxare: dummodo totum referatur ad Deum, a quo prima voluptas, & cui integer amor noſter debetur. Quaecunque autem ſit ex creaturis ſumma voluptas, cavendum eſt, ne menſuram excedat, neve a divinis actionibus, ſeriiſque negotiis nos diſtrahat. Haec omnia ex integro textu diligenter inſpecto homo a praeiudiciis liber, & minime laeſus cerebro conicere poteſt. Immo, non omnia illa, ut diligenter adtendenti conſtabit, peccata cenſet Auguſtinus, ſed tentationes, ſeu peccatorum occaſiones, materias. Sancti vero peccata exhorrent quam maxime: & nonnihil etiam ea, quibus niſi inſigni ſobrietate utamur, facile inquinabimur. Fingit autem hoſtem, quem feriat, *Pherepon*us inquiens, *Si quis talia inter delicta &c.* non agit Auguſtinus de delictis, magnis ſcilicet iniquitatibus *Pherepon*i, & ſimilium: ſed de leviſſimis culpis ſanctorum. Ceterum prorſus iniqua, & impia ſunt quae ſequuntur: *Dum humilitatem praeſefert &c.* Ut enim ingenuitatem a *Pherepon*o, ita mendacium ab Auguſtino poſtulare non poſſumus: veriſſime quippe, & acutiſſime loquutus eſt. Plautus in Prologo Comoediae primae ex viginti, hoc eſt Amphitrui, verſ. 35. 36., & 37. *Nam iniuſta ab iuſtis impetrare non decet - Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia eſt. Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent.* Petere non poſſumus a viro ſanctiſſimo, ut peccata proderet, quae non habebat. Nec mirum quod percolaret muſcas, qui poſt Baptiſma nunquam camelos deglutierat. At vero debuit contemnere muſcas *Pherepon*us, cui cameli muſcae videbantur.

Interim accipe hominum graviſſimorum ſententias, quae in hanc *Pherepon*i calumniam optime quadrant. Libanius Declam. 11. *Verum eſt quod dicitur, invidiam pulcris rebus adſiſtere.* S. Valerianus Homil. 13. *Felicem plane illum, cuius glorioſam vitam torvis oculis alter aſpicit: nam ſatis bona loca eſt illius cauſa, qui aliena laborat invidia: quia non livet homo niſi melioribus, nec invidiae ſubiacet niſi quem ad celſiora melior vitae provectus evexerit.* S. Iſidorus Peluſiota Epiſt. 194. ad Eutomium dia-

(3) 2. Part. t. 3.

Digitized by Google

diaconum; *Gloriae invidia comes: Videris mihi ignorare opera, & facturas maxime eximias invidiae ſubiacere, & obnoxia eſſe ſolere; & praeclaros, & illuſtres viros banc minime effugere poſſe &c. Praeſtat namque virtutis ſtudioſos, & cultores ab iis, qui neminem probum eſſe volunt, carpi, quam &c.* Et Epiſt. 298. ad Eutonium diaconum: *Virtus calumniae obnoxia. Noli putare per virtutis exercitium te calumniam poſſe propulſare, & impedire. Nam ipſi virtutis cultores prae ceteris, & maxime inſidiis appetuntur ab his, qui nec ipſi quidquam honoris habent; quia virtuti non incumbunt, & iis, qui propter virtutem honorantur, invident.* E tandem idem Peluſiota Epiſt. 541. ad Herminum comitem: *Boni invidiae obnoxii.* = Multi ei invidere „ ſolent, qui virtute quam maxime in„ clareſcit; rati namque eum, qui non „ eadem quae ipſi faciat, ſed honeſtiſ„ ſimis, & optimis dotibus, ac praero„ gativis ſit inſignitus gravem, & intole„ rabilem eſſe, tamquam ſi ipſorum is „ vitam tacite carperet ſua, maledictis „ eum, atque inſidiis identidem petunt, „ quem tamen & imitari, & collaudare „ par erat.] Quae ipſe Auguſtinus centies obſervat. Vide etiam, ſi placet, Symmachum lib. 9. Epiſt. 92. & lib. 10. Epiſt. 34. Calpurnium Flaccum Declam. 22. Chryſoſtom. in cap. 3. Epiſt. ad Galat. & Homil. 20. in 2. ad Cor. poſt med. Baſil. Seleuc. Orat. 142. & Nazianz. Orat. 13.

C A P U T XXXVI.

A R G U M E N T U M.

Nunc ad ſuperbiae laqueum, quem vel praecedentes contemnens non exhorreſcere nequeat. Hic omnibus paratus: at maxime illis, quibus propter aliqua humanae ſocietatis officia cum neceſſarium ſit ab omnibus amari, ac timeri, gloriae amor ſubrepere poteſt: adeo ut ſcilicet plauſus optent, & colligant non ad Numinis bonum, ſed ut maieſtatem eius cum angelo apoſtata aemulentur. Id vero nedum impium, ſed & fatuum eſt; nec enim cuncti hominum plauſus irritati Numinis iudicium vel flagellum a nobis queunt avertere.

I. Nunquid etiam hoc inter contemnenda deputabimus, aut aliquid nos reducet in ſpem, niſi tota miſericordia tua (*a*), quoniam coepiſti mutare nos? Et tu ſcis quanta ex parte mutaveris, qui me primitus ſanas a libidine vindicandi me, ut propitius fias etiam ceteris omnibus iniquitatibus meis, & ſanes omnes languores meos, & redimas de corruptione vitam meam, & corones me in miſeratione & miſericordia, & ſaties in bonis deſiderium meum (1): qui compreſſiſti a timore tuo ſuperbiam meam, & manſuefeciſti iugo tuo cervicem meam (2). Et nunc porto illud, & leve eſt mihi; quoniam ſic promiſiſti, & feciſti, & vere ſic erat, & neſciebam quando id ſubire metuebam. Sed numquid, Domine qui ſolus ſine typho dominaris, quia ſolus verus Dominus es (3), qui non habes dominum; numquid hoc quoque tertium tentationis genus ceſſavit a me, aut ceſſare in hac tota vita poteſt?

II. Timeri & amari velle ab hominibus, non propter aliud, ſed inde ſit gaudium quod non eſt gaudium, miſera vita eſt, & foeda iactantia. Hinc fit vel maxime non amare te, nec caſte

(1) Pſal. 102. v. 3.
(2) Matth. 11. v. 29, & 30.
(3) *Soli Deo &c.* 1. Tim. 6. 17.

Digitized by Google

non quidem irretractabilem ſententiam proferens, cantandi conſuetudinem adprobare in Eccleſia; ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum (*b*) pietatis adſurgat. Tamen cum mihi accidit, ut me amplius cantus, quam res quae canitur moveat; poenaliter me peccare confiteor (*c*) & tunc mallem non audire cantantem. Ecce ubi ſum, flete mecum, & pro me flete, qui aliquid boni vobiſcum intus agitis unde facta procedunt. Nam qui non agitis, non vos haec movent. Tu autem, Domine Deus meus, exaudi, reſpice, & vide, & miſerere, & ſana me, in cuius oculis mihi quaeſtio factus ſum; & ipſe eſt languor meus.

(*a*) *Qui tam modico flexu vocis &c.* = Id & nobis adridet; magnus enim vehemens cantus ita aures rapit, & etiam laedit; ut circa rem, quae canitur, cordis adfectiones facile praepediat, vel abſurbeat. Quaelibet res temperate condienda eſt, ne potius condimentum, quam ipſa ſapiat. Nec id ſequentibus verbis, *Veruntamen cum &c.* Auguſtinus improbat; ſed potius quod paullo ante dixerat, *ut melos omnes &c.* Nec enim melus omne, ſed vehemens, & immodicum caſtiſſimas animarum ſanctarum delicias nonnunquam inficit. Huic cap. junge dicta cap. 4. 6. & 7. lib. 9.

(*b*) *Infirmior animus in affectum &c.* = Cum enim non ſolo ſpiritu conſtes, ſed etiam corpore; illeque in praeſenti ſtatu pendeat ab huius functionibus; niſi altioribus divinis chariſmatibus corroboreris, quam difficile erit, ut turpente corpore, animo ad divina rapiaris? Iam vero cum nemo ſe herculem arbitretur, immo qui arbitratur, talis eſſe nequeat, cum celſiores in Chriſti regno modici ſibi videantur; qua fronte tu quicumque ſis, omne melos ab Eccleſia tollendum iudicabis? At ſis tu hercules, & talis etiam tibi videaris; ſcis certe, maiorem hominum partem infirmam eſſe: & communia inſtituta potiorem ſubditorum numerum intueri; unde & hac ratione fateri cogeris, prudenter, & ſancte in Eccleſia cantum inſtitutum.

(*c*) *Poenaliter me peccare confiteor.* = Quod obſervat etiam lib. 4. adverſus Iulianum, cap. 14. n. 66. *Movetur certe animus ad pietatis affectum, divino cantico audito; tamen etiam illic ſi ſonum, non ſenſum libido audiendi deſideret, improbatur; quanto magis ſi canticulis inanibus &c.* Cum autem dicat Auguſtinus, *poenaliter*, manifeſtum videtur de concupiſcentiae motu loqui, qui ad vetiti & proprii peccati rationem non pertingat, iuxta illud Rom. 7. v. 14. „Scimus quia lex ſpiritualis eſt: ego „autem carnalis ſum venumdatus ſub „ peccatu. Quod enim operor, non intelligo, non enim quod volo bonum, hoc ago, „ ſed quod odi malum, illud facio; ſi autem quod nolo illud facio, conſentio „ legi, quoniam bona eſt. Nunc autem „ iam non ego operor illud, ſed quod „ habitat in me peccatum.] Vide etiam, ſi placet Trident. Concil. Seſſ. 5. decr. de Peccato Orig. circa finem, & ipſum Auguſt. lib. 1. de Lib. Arbitr. cap. 25. & lib. 2. cap. 17. & 18. & libro de Duabus Animabus, cap. 10.

Inquies tamen: ſolum peccatum lethale voluntatis arbitrium poſtulat: non item veniale, quod ex ſolo appetitu ſenſitivo exſurgere poteſt: ut docent Magiſter in 2. diſt. 25. S. Thomas 1. 2. q. 74 art. 3. & q. 7. de Malo, ar 6. in 2. diſt. 24. q. 3. ar. 2. ad 3. q 25. de Verit. ar. 5. ad 5. Caietanus in Summa, Gregorius Martinez dub. 5. & alii.

R. Opinio illa ſuus patronus habet, ſed & adverſarius plures: Suar. diſput. 5. ſect. 5. Vaxq. diſp. 104. c. 1. Valent q. 4. pun. 2. Salas tract. 13. diſp. 6 ſect. 1. Alvar. diſp. 139. Curiel dub. 1. Monteſ. diſpur. 5. q. 3. Medin. & plures alius etiam, ex ſchola S. Thomae; hic enim ea de re non manifeſte loquitur; Quin immo in 2. diſt. 24. q. 3. ar. 2. & 1. 2 q. 24. ar 1. q. 74 ar. 1., & 2. talia protulit, quae poſteriori opinioni potius favere videntur. Ut ut autem ea controverſia ſe habeat; certiſſimum eſt ex ſolo appetitu voluntate nedum haud plaudente, ſed & reluctante, nec minimum peccatum exſurgere poſſe: at Auguſtinus ſi quando potius cantu, quam re pellectus eſt, aegre tulit, ut liquet ex integro capite: adeoque nihil in ipſum argumentari poſſumus.

Ex quibus etiam conſtat, haud bene loquutum Franciſcum Maronem, cuius haec ſunt verba. = *Secundum documentum quod peccant illi, qui plus in cantu, quam in ipſa re devota, quae canitur, delectantur, quia Auguſtinus in hoc ſe peccaſſe fatetur.* Inſuper non adeo ſerio

Digitized by Google

ſerio de ſe ipſo, ſed potius de omnibus, ſeu ex hypotheſi loqui videtur Auguſtinus, ac ſi diceret: *Tamen ſi contingeret, ut me &c.* De inſtituto Melodiae vide Odoricum Rinaldum in Annal. Eccleſ. ad an. D. 60. n. 33. pag. 189.

CAPUT XXXIV.

ARGUMENTUM.

Ad ſenſuum tandem nobiliſſimum oculis inſidentem accedit. Hic vero multiplex tentatio obſidet; Pulcrae ſiquidem formae, atque variae, nitidi amoenique colores oculis grati. Lux vero regina colorum ita ſe nobis inſinuat, ut aliud etiam agentes, & non advertentes rapiat, & ſi diu abſit contriſtat. Haec haud magni facit Auguſtinus: ſed illam ſuſpicit, expetitque lucem, quae Tobiae, Iſaacci, & Iacobi mentes perfudit; Cui homines minus inhiantes, naturae pigmentis artificioſa plura addiderunt; quanquam & ex his ad Deum poſſimus aſſurgere, cuius pulcritudinem pulcra quaelibet utcunque imitantur. Expendit inde Auguſtinus qualis, inter has oculorum tentationes incedat, & ut divina manu regatur.

I. REſtat voluptas oculorum iſtorum (*a*) carnis meae de qua loquar confeſſiones, quas audiant aures templi tui, aures fraternae ac piae, ut concludamus tentationes concupiſcentiae carnis, quae me adhuc pulſant ingemiſcentem, & habitaculum meum, quod de caelo eſt, ſuperindui cupientem (1). Pulcras formas & varias, nitidos & amoenos colores amant oculi. Non teneant haec animam meam: teneat eam Deus qui fecit haec, bona quidem valde (2); ſed ipſe eſt bonum meum, non haec. Et tangunt me vigilantem totis diebus, nec requies ab eis datur mihi, ſicut datur a vocibus canoris, aliquando ab omnibus, in ſilentio. Ipſa enim regina (*b*) colorum lux iſta perfundens cuncta quae cernimus, ubi per diem fuero, multimodo allapſu blanditur mihi aliud agenti, & eam non advertenti. Inſinuat autem ſe ita vehementer, ut ſi repente ſubtrahatur, cum deſiderio requiratur; & ſi diu abſit, contriſtat animum.

II. O lux quam videbat Tobias (3), cum clauſis oculis iſtis filium docebat vitae viam, & ei praeibat pede caritatis nuſquam errans. Aut quam videbat Iſaac (4) praegravatis & opertis ſenectute carneis luminibus, cum filios non agnoſcendo benedicere, ſed benedicendo agnoſcere meruit (*c*). Aut quam videbat Iacob (5) cum & ipſe prae grandi aetate captus oculis, in filiis preſignata futuri populi genera luminoſo corde radiavit; & nepotibus ſuis ex Ioſeph divexas myſtice manus, non ſicut pater eorum foris corrigebat, ſed ſicut ipſe intus diſcernebat impoſuit. Ipſa eſt lux, una eſt, & unum omnes qui vident & amant eam. At iſta corporalis de qua loquebar, illecebroſa ac periculoſa dulcedine condit vitam ſaeculi caecis amatoribus. Qui autem & de ipſa laudare te norunt, Deus Creator omnium, adſumunt eam in hymno tuo, non abſumuntur

ab

(1) 2. Cor. 5. 2.
(2) Gen. 1. 31.
(3) Tob. 4.
(4) Gen. 27. 28. & 40.
(5) Gen. 48.

ab ea in ſomno ſuo: ſic eſſe cupio. Reſiſto ſeductionibus oculorum, ne implicentur (1) pedes mei quibus ingredior viam tuam; & erigo ad te inviſibiles oculos, ut tu evellas de laqueo pedes meos (2). Tu ſubinde evellis eos, nam illaqueantur. Tu non ceſſas evellere, ego autem crebro haereo in ubique ſparſis inſidiis; quoniam non dormies, neque dormitabis, qui cuſtodis Iſrael (3).

III. Quam innumerabilia variis artibus & opificiis, in veſtibus, calceamentis, vaſis, & cuiuſcemodi fabricationibus, picturis etiam, diverſiſque figmentis, atque his uſum neceſſarium atque moderatum, & piam ſignificationem longe tranſgredientibus, addiderunt homines ad illecebras oculorum, foras ſequentes quod faciunt, intus relinquentes a quo facti ſunt, & exterminantes quod facti ſunt. At ego Deus meus & decus meum, etiam hinc dico tibi hymnum, & ſacrifico laudem Sacrificatori meo (*d*): quoniam pulcra traiecta per animas in manus artificioſas ab illa pulcritudine veniunt, quae ſuper animas eſt cui ſuſpirat anima mea die ac nocte. Sed pulcritudinum exteriorum operatores & ſectatores inde trahunt adprobandi modum, non autem inde trahunt utendi modum. Et ibi eſt, & non vident eum, ut non eant longius, & fortitudinem ſuam ad te cuſtodiant (4), nec eam ſpargant in deliciosas laſſitudines. Ego autem haec loquens atque diſcernens etiam iſtis pulcris greſſum innecto; ſed tu evellis, Domine, evellis tu, quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt (5). Nam & ego capior miſerabiliter, & tu evellis miſericorditer; aliquando non ſentientem, quia ſuſpenſius incideram; aliquando cum dolore, quia iam inhaeſeram.

(*a*) *Voluptas oculorum iſtorum &c.* = Ultimo loco voluptatem oculorum ponit, quia viſus, ut omnes Philoſophi compertum habent, inter omnes ſenſus principem locum tenet. Quum autem S. D. frequenter ſenſus enumeret: lib. 3. de Gen. ad litt. c. 4., & 5. doctiſſime. „ Ideoque ſunt etiam qui ſubtiliſſima „ conſideratione quinque iſtos manifeſtiſ„ſimos corporis ſenſus ſecundum quatuor „ uſitata elementa ita diſtinguant, ut „ oculos ad ignem, aures ad aerem di„cant pertinere. Olfaciendi autem, gu„ſtandique ſenſum naturae humidae ad„tribuunt: & olfactum quidem iſtis e„xhalationibus humidis, quibus craſſa„tur hoc ſpatium, in quo aves volitant; „ guſtatum vero iſtis fluxibilibus, & cor„pulentis humoribus. Nam quaecumque „ in ore ſapiunt, ipſius oris humori „ commiſcentur, ut ſapiant, etiamſi ari„da cum acciperentur fuiſſe videantur. „ Ignis tamen omnia penetrat, ut mo„tum in eis faciat. Nam & humor „ privatione caloris congelaſcit, & cum „ poſſint ferveſcere (6) cetera elementa, „ ignis frigeſcere non poteſt: facilius „ quippe exſtinguitur, ut ignis non ſit, „ quam frigidus maneat, aut ſit alicuius „ frigidi contactu tepidior. Tactus au„tem, qui eſt quintus in ſenſibus terre„no elemento magis congruit; pro„inde per totum corpus animantis, quod „ maxime ex terra eſt quaeque tacta „ ſentiuntur. Dicunt etiam nec videri „ ſine igne poſſe aliquid, nec tangi ſine „ terra. Ac per hoc elementa omnia „ in omnibus ineſſe; ſed unumquodque „ eorum ex eo, quod amplius habet „ accepiſſe vocabulum. Ideo autem „ caloris privatione cum corpus nimis „ frigeſcit, obtundi ſenſum, quia motus „ pigreſcit, qui ex calore ineſt corpori, „ dum ignis aerem, & aer humida, & „ humor terrena quaeque afficit, ſubti„lioribus ſcilicet craſſiora penetrantibus „ &c. Inchoat itaque (*anima*) motum „ in omnibus ſenſibus a ſubtilitate ignis, „ ſed non in omnibus ad idem pervenit. „ In viſu enim pervenit repreſſo calore „ uſque ad eius lucem. In auditu uſque „ ad liquidiorem aerem calore ignis „ pe-

(1) *Laqueum paraverunt pedibus meis.* Pſal. 56. 7. & alibi.
(2) Pſal. 24. 15.
(3) Pſal. 120. 4.
(4) Pſal. 58. 10.
(5) Pſal. 25. 3.
(6) Editi *frigeſcere*. At MSS. plerique, *ferveſcere*.

„ penetrat. In olfactu autem tranſit „ aerem purum, & pervenit ad humi- „ dam exhalationem, unde craſſior haec „ aura ſubſiſtit. In guſtatu & hanc tran- „ ſit, & pervenit uſque ad humorem „ corpulentiorem, quo etiam penetra- „ to, atque traiecto, cum ad terrenam „ gravitatem pervenit, tangendi ulti- „ mum ſenſum agit. „

(*b*) *Ipſa enim regina &c.* = Non quod ipſa lux ſit color, ſed quia colores retegit, ſeu, nobis obiicit; Non eſt quod videtur, ſed medium, quo cuncta videntur. Quo ſenſu loquitur etiam Serm. 120. de verb. Ioann. 1. *In principio &c.* (Alias, de Diverſ. 84. n. 2. & Serm. 341. adverſus Arianos (Alias, de Tempore 40.) c. 6. n. 8. Ut etiam intelligendum eſt quod canit Eccleſia in Hymno ad Laudes fer. 2, *Rebuſque iam color redit - vultu nitentis ſideris.* & Virgilius Aeneid 6. *Rebus nox abſtulit atra colores.*

Ceterum colores ex ipſo corpore eſſe innuit S. D. lib. de Moribus Manich. cap. 16. & lib. 11. de Trinit. cap. 5. & 9. quod docet, & propugnat potior Philoſophorum pars, Ariſtot. lib. 2. de Anima, textu 69. S. Thomas ſuper eumdem lect. 14. de Senſu. & Senſat. lect. lib. 2 de Anima, c. 7. & 1. p. q. 67. ar. 3. Quibus adſtipulantur eorum diſcipuli, & alii. Non diſſimulamus tamen plures ex noviſſimis Philoſophis oppoſitam ſententiam inveniſſe vel renovaſſe: colores nempe haud ex ipſo corpore, ſed potius a luce variis modis refracta cauſſari. Quibus pareontes forte dari poſſunt Plato in Timaeo, Avempaces, Alpharabius, Averroes comment. 65. Avicenna lib. 6. p. 3. c. 1. Verum ſi & illi, & hi exactiſſime diſcutiantur, & adamuſſim prodant, quid velint: concludendum erit, niſi mea me fallat opinio, de verbis, aut ut multum, de rebus nimis ſophiſticis, atque minutis contentionem eſſe.

(*c*) *Sed benedicenda agnoſcere meruit.* = Benedixit enim Iacobum, qui vere iuxta Dei placitum primogenitus erat. Qui tamen has ſacras hiſtorias Geneſeos non exacte meminit, recolere poterit. Inquiens infra S. D. *Deus creator omnium* alludit ad hymnum Ambroſii, de quo cap. 12. libri praeced.

Vaſis, & cuiuſcemodi &c. = Sequimur BB. qui & lectionis huius rationem reddunt „ Lov. *huiuſcemodi*. Sed „ MSS. habent, *cuiuſcemodi*. quo voca- „ bulo frequens utitur Auguſtinus pro, „ *qualibuſcumque*, idque iam reſtitui- „ mus in huius libri cap. 8 n. 12.] Cum Lov. ſunt Er. Som. Wangn. MS. S. Mar. Ricar. Feſ. Gar. & optim. S. Cr.

Foras ſequentes &c. = Senſus enim illecebris hiſce paſcunt; cumque propriis figmentis inhiant, cor a Deo, a quo ipſi facti ſunt, diſtrahunt; & exterminant propriam animam, qua facti ſunt ad imaginem Dei. Phraſis eſt quippe Auguſtini, & omnium Patrum, hominem peccantem utcunque delere latentem in ſe Creatoris imaginem.

(*d*) *Et ſacrifica laudem Sacrificatori meo* =. Et hic eum BB. ſumus, qui tamen fatentur: „ MSS. & plures editi, „ *ſantificatori meo*.] Placuit lectio, cui ſuffragatur MS. Ricar. & cui apponuntur Er. Lov. Som. MSS. 3. S. Mar. Feſ. optim. S. Cr. & forte etiam Car. quod Auguſtini, libenter ex ſimilitudine verborum ludentis, phraſim ſapiat. De qua tamen diſcrepantia nihil anxii ſumus: Chriſtus enim ſantificavit nos ſacrificio crucis.

Non autem inde trahunt &c. = Iubet quippe divina pulcritudo, ut creatas ipſi ſubiiciamus, & ad ipſam ordinemus; Quod facere dedignantur mundi amatores ſaltem, ut loquuntur Theologi, practice, & interpretative.

Digitized by Google

CAPUT XXXV.

ARGUMENTUM.

Senſuum reticulis aliud addit longe implicatiſſimum: vanam ſcilicet, & curioſam cupiditatem, nomine cognitionis, & ſcientiae contectam, metaphorica ratione oculorum concupiſcentia *in Divino eloquio appellatam. Huius ipſe facile multos ictus eludit; illum tamen, quo ad petendum ſignum a Deo incitamur, nonniſi inſigni conatu repellit. Verum & iſtum hucuſque vicit. Timet potius minutiſſimarum rerum curioſitatibus trahi: hae quippe nimis frequentes, atque ſubtiles ſunt; nec leve damnum inducunt, divina enim ſecretiora colloquia frangunt, laeduntque magnarum rerum ſtudia.*

I. HUc accedit alia forma tentationis multiplicius periculoſa. Praeteream enim concupiſcentiam carnis quae ineſt in delectatione omnium ſenſuum & voluptatum, cui ſervientes depereunt, qui longe ſe faciunt a te, ineſt animae per eoſdem ſenſus corporis quaedam non ſe oblectandi in carne, ſed experiendi per carnem vana, & curioſa cupiditas nomine cognitionis & ſcientiae palliata. Quae quoniam in appetitu noſcendi eſt, oculi autem ſunt ad cognoſcendum in ſenſibus principes, concupiſcentia (1) oculorum (*a*) eloquio divino appellata eſt. Ad oculos enim proprie videre pertinet. Utimur autem hoc verbo (*b*) etiam in ceteris ſenſibus, cum eos ad cognoſcendum intendimus. Neque enim dicimus: Audi quid rutilet; aut, Olfac quam niteat; aut, Guſta quam ſplendeat; aut Palpa quam fulgeat: videri enim dicuntur haec omnia. Dicimus autem non ſolum, Vide quid luceat, quod ſoli oculi ſentire poſſunt: ſed etiam, Vide quid ſonet; Vide quid oleat; Vide quid ſapiat; Vide quam durum ſit. Ideoque generalis experientia ſenſuum concupiſcentia (ſicut dictum eſt) oculorum vocatur, quia videndi officium in quo primatum oculi tenent, etiam ceteri ſenſus ſibi de ſimilitudine uſurpant, cum aliquid cognitionis explorant.

II. Ex hoc autem evidentius diſcernitur quid voluptatis, quid curioſitatis agatur per ſenſus; quod voluptas pulcra, canora, ſuavia, ſapida, lenia ſectatur: curioſitas autem etiam his contraria tentandi cauſſa, non ad ſubeundam moleſtiam, ſed experiendi noſcendique libidine. Quid enim voluptatis habet videre in laniato cadavere quod exhorreas; & tamen ſicubi iaceret, concurrunt ut contriſtentur, ut palleant. Timent etiam ne in ſomnis hoc videant; quaſi quiſquam eos vigilantes videre coegerit, aut pulcritudinis ulla fama perſuaſerit. Ita & in ceteris ſenſibus, quae perſequi longum eſt. Ex hoc morbo cupiditatis in ſpectaculis exhibentur quaeque miracula. Hinc ad perſcrutanda naturae (quae praeter nos eſt) opera proceditur, quae ſcire nihil prodeſt, & nihil aliud quam ſcire homines cupiunt. Hinc etiam, ſi quid eodem perverſae ſcientiae

(1) 1. Ioan. 2. 16.

Digitized by Google

tiae fine per artes magicas quaeritur (*c*). Hinc etiam in ipſa religione Deus tentatur, cum ſigna & prodigia flagitantur, non ad aliquam ſalutem, ſed ad ſolam experientiam deſiderata.

III. In hac tam immenſa ſilva plena inſidiarum & periculorum, ecce multa praeciderim, & a meo corde diſpulerim, ſicuti donaſti me facere, Deus ſalutis meae: attamen quando audeo dicere, cum circumquaque quotidianam vitam noſtram tam multa huius generis rerum circumſtrepant, quando audeo dicere nulla re tali me intentum fieri ad ſpectandum & vana cura capiendum? Sane me iam theatra non rapiunt, nec curo noſſe tranſitus ſiderum, nec anima mea unquam reſponſa quaeſivit umbrarum, omnia ſacrilega ſacramenta deteſtor. A te Domine Deus meus cui humilem famulatum ac ſimplicem debeo, quantis mecum ſuggeſtionum machinationibus agit inimicus ut ſignum aliquod petam (*d*)? Sed obſecro te per Regem noſtrum, & patriam Ieruſalem, ſimplicem, caſtam, ut quemadmodum a me longe eſt iſta conſenſio, ita ſit ſemper longe atque longius. Pro ſalute autem cuiuſquam cum te (*e*) rogo, alius multum differens finis eſt intentionis meae, & te facientem quod vis, das mihi, & dabis libenter ſequi.

IV. Verumtamen in quam multis minutiſſimis & contemtibilibus rebus curioſitas quotidie noſtra tentatur (*f*), & quam ſaepe labamur, quis enumerat? Quoties narrantes inania, primo quaſi toleramus ne offendamus infirmos, deinde paulatim libenter advertimus. Canem currentem poſt leporem iam non ſpecto, cum in circo fit: at vero in agro ſi caſu tranſeam, avertit me fortaſſis, & ab aliqua magna cogitatione, atque ad ſe convertit illa venatio, non deviare cogens corpore iumenti, ſed cordis inclinatione. Et niſi iam mihi demonſtrata infirmitate mea, cito admoneas, aut ex ipſa viſione per aliquam conſiderationem in te adſurgere, aut totum contemnere atque tranſire, vanus hebeſco. Quid cum me domi ſedentem ſtellio muſcas captans, vel aranea retibus ſuis irruentes implicans, ſaepe intentum facit. Num quia parva ſunt animalia, ideo non res eadem geritur? Pergo inde ad laudandum te creatorem mirificum atque ordinatorem rerum omnium, ſed non inde intentus eſſe incipio. Aliud eſt cito ſurgere, aliud eſt non cadere. Et talibus vita mea plena eſt, & una ſpes mea magna valde miſericordia tua. Cum enim huiuſcemodi rerum conceptaculum fit cor noſtrum, & portat copioſae vanitatis catervas, hinc, & orationes noſtrae ſaepe interrumpuntur atque turbantur, & ante conſpectum tuum dum ad aures tuas vocem cordis intendimus, neſcio unde irruentibus nugatoriis cogitationibus res tanta praeciditur.

(*a*) *Concupiſcentia oculorum.* = Henricus Wangnereck ita hunc locum diluc idat. = Alii per concupiſcentiam oculorum avaritiam intelligunt. S. D. curioſitatem, ſive inordinatum quaſcunque res cognoſcendi deſiderium deſignari exiſtimat, non improbabiliter. Optime S. Thomas ait intelligi tum *Concupiſcentiam inordinatae cognitionis, tum ipſarum rerum, quae exterius oculis proponuntur* (1).] Id ipſum vero docet Auguſtinus in cap. 2. Epiſt. Ioan. Tract. 2. a n. 11. Lib. de vera Relig. c. 38. n 70. in Pſal. 8. n. 13. & utcunque lib. 4. Oper. Imperf. contra Iul. 22.

(*b*) *Utimur autem hoc verbo &c.* =

(1) 2a. q. 77. a. 5.

Ita etiam Serm. 112. de verb. Lucae 14.
(Alias, de Verb. Dom. 33.) c. 6. n. 7.
„ Ideo autem a parte totum, per ſolos
„ oculos commemorati ſunt iſti ſenſus,
„ quia oculorum eſt in quinque ſenſibus
„ principatus. Propterea cum proprie ad
„ oculos pertineat viſos, ipſum videre
„ per omnes quinque ſenſus ſolemus ap-
„ pellare. Quomodo? Primo quod ad
„ ipſos oculos pertinet, dic s: Vide
„ quam candidum eſt &c. Audi, & vi-
„ de quam canorum eſt. Numquid con-
„ verſim potes dicero, Audi, & vide
„ quam candidum eſt. Hoc, quod di-
„ citur, Vide per omnes ſenſus currit;
„ ceterorum autem ſenſuum proprietas
„ non per ſe recurrit &c.] Quod ob-
ſervat & lib. de Moribus Manich. c. 20.
Epiſt. 147. (Alias, 112.) ad Paulinam,
c. 2. n. 7. & in Ioan. Tract. 121. n. 5.

Ad perſcrutanda naturae, quae praeter nos eſt, operta proceditur. = Haec lectio, quam BB. cum Arn. & MSS. reſtituerunt, gravior, & concinnior videtur alia, quae habetur apud Am. Bad. Er. Lov. Som. & MS. Ricar. (qui tamen loco vocis, *ſecreta*, habet, *opera*) *ad perſcrutanda naturae ſecreta, quae praeter nos eſt operata, proceditur*. Fere autem nobis adſentitur MS. optim. S. Cr.

(c) *Per artes magicas quaeritur.* = De quo ipſe alibi ſaepe; at potiſſimum lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, c. 23. n. 53. ubi. = Hinc etiam fit, ut oc-
„ culto quodam iudicio divino cupidi
„ malarum rerum homines tradantur il-
„ ludendi, & decipiendi pro meritis vo-
„ luntatum ſuarum, illudentibus eos at-
„ que decipientibus praevaricatoribus
„ angelis &c. Quibus illuſionibus, & dece-
„ ptionibus evenit, ut iſtis ſuperſtitioſis,
„ & perniciosis divinationum generibus
„ multa praeterita, & futura dicantur, nec
„ aliter accidant, quam dicuntur; multa-
„ que obſervantibus ſecundum obſerva-
„ tiones ſuas eveniant, quibus implicati,
„ curioſiores fiant, & ſeſe magis magiſ-
„ que inſerant multiplicibus laqueis per-
„ nicioſiſſimi erroris. „

In hac tam immenſa .... ecce multa. = Ita BB. cum editis, & MSS. nec non tribus e noſtris Lov. *In hac tamen immenſa ... ecce quam multa.* Er. Som. Wangn. in prima parte nobiſcum, in poſteriori cum Lov. eſt. Ricar. *In hac tam &c. ecce tam &c.* Liquet praeferendam
eſſe lectionem noſtram, neque enim hucuſque dixerat Auguſtinus recenſitas tentationes ſe viciſſe.

(d) *Ut Signum aliquod petam.* = Quale ſignum? quo fine? Ex iis, quae habet in cap. 2. Epiſt. Ioan. Tract. 2. n. 13. & 14. coniicere poſſumus = De-
„ ſiderium oculorum dicit omnem cu-
„ rioſitatem. Iam quam late patet cu-
„ rioſitas? Ipſa in ſpectaculis, in theatris,
„ in ſacramentis diaboli, in magicis arti-
„ bus, in maleficiis ipſa eſt curioſitas.
„ Aliquando tentat etiam ſervos Dei, ut
„ velint quaſi miraculum facere, tentare
„ utrum exaudiat illos Deus in miracu-
„ lis; curioſitas eſt, hoc eſt deſiderium
„ oculorum; non eſt a Patre. Si de-
„ dit Deus fac: obtulit enim ut facias:
„ non enim qui non fecerunt, ad re-
„ gnum Dei non pertinebant. Cum gau-
„ derent Apoſtoli, quia daemonia eis
„ ſubiecta erant, quid eis dixit Do-
„ minus? *Nolite in hoc gaudere: Sed*
„ *gaudete quoniam nomina veſtra ſcri-*
„ *pta ſunt in caelo &c.* (1) Per iſta tria
„ tentatus eſt Dominus a diabolo &c.
„ Tentatus eſt & deſiderio oculorum
„ de miraculo, quando ei dixit, *Mit-*
„ *te te deorſum &c.* (2) Ille reſtitit tenta-
„ tori, ſi enim faceret miraculum, non
„ videretur niſi aut ceſſiſſe, aut curio-
„ ſitate feciſſe: fecit enim quando vo-
„ luit tamquam Deus, ſed tamquam
„ infirmos curans. Nam ſi tunc face-
„ ret, quaſi tantummodo miraculum
„ voluiſſe facere putaretur &c. Hoc
„ dixit, quod te voluit dicere. Quan-
„ do tibi ſuggerit inimicus, Qualis ho-
„ mo, qualis Chriſtianus? modo vel u-
„ num miraculum feciſti, aut oratio-
„ nibus tuis mortui ſurrexerunt, aut
„ febrientes ſanaſti? Si vere eſſes ali-
„ cuius momenti (3), faceres aliquod
„ miraculum. Reſponde, & dic, ſcri-
„ ptum eſt, *Non tentabis Dominum*
„ *Deum tuum &c.* (4)] Et lib. 1. Quaeſt.
in Gen. q. 63 „ Sed hoc ipſum etiam,
„ quod mirum aliquod poſtulatur, quo
„ ſignificetur, quod quiſque vult noſ-
„ ſe, utrum audendum ſit, non parva
„ quaeſtio eſt. Eo namque pertinet
„ quod dicuntur qui hoc non recte
„ faciunt, tentare Dominum. Nam ipſe
„ Dominus cum a diabolo tentaretur,
„ teſtimonium de Scripturis adhibuit,
„ *Non tentabis &c.* Suggerebatur enim
„ tamquam homini, ut ſigno aliquo ex-
„ plo

(1) Lucae 10. 20.
(2) Matth. 4.
(3) Theodoricenſis vetus Cod. *meriti*.
(4) Deuter. 6. 16.

„ ploraret ipſe quantus eſſet, ideſt quam
„ multum apud Deum poſſet: quod vi-
„ tiuſe ſit, cum ſit. Ab hoc autem di-
„ ſcernitur quod Gedeon(1) fecit pugnae
„ imminente periculo: conſultatio quip-
„ pe illa magis, quam tentatio Dei
„ fuit. Unde & Achaz apud Iſaiam (2)
„ timet ſignum petere, ne Deum ten-
„ tare videatur, cum hoc eum Domi-
„ nus admoneat per Prophetam: credo
„ exiſtimans quod ab ipſo Propheta ex-
„ ploraretur, utrum praecepti memor
„ eſſet, quo tentare Deum prohibe-
„ mur.] Vide etiam, ſi placet, in Pſal. 130. n. 6. & lib. de Vera Relig. c. 38. n. 71. En igitur qua ratione tentaretur Auguſtinus ad petendum ſignum a Deo: puta, ad ſedandas anxietates, an Deo gratus eſſet, & in piorum hominum ſocietatem veniſſet? Haec eſt tentatio, qua & Dei ſervi aliquoties pulſantur. Petere vero ſignum a Deo ad eius bonitatem, ſapientiam, potentiam explorandam prorſus impium eſt & perditorum hominum proprium (3). Sed hucuſque dictis Myſticae Theologiae doctrina quaedam maiorem lucem conciliabit; Noſter Antonius a Spiritu-Sancto, epiſcopus Angolenſis 2. par. t. 2. de Conſultis variis, Theologicis, Iuridicis &c. de Vit. Illuminativa, tract. 3. diſput. 5. ſect. 10. n. 402. haec habet
„ Ad diſtinguendas veras viſiones, &
„ revelationes a falſis, maxime atten-
„ dendum eſt, an perſona, quae viſio-
„ nes, & revelationes habet, deſide-
„ ret illas habere? Tale enim deſide-
„ rium, ut docet S. Vincentius Ferre-
„ ra, oritur ex ſuperbia: idem docet
„ N. M. S. Tereſia manſione 6. cap. 9.
„ Idem docet S. Auguſtinus, qui cum
„ de hoc deſiderio eſſet tentatus, nun-
„ quam ei acquievit, ut ipſe fatetur
„ lib. confeſſion. &c. Si ergo Auguſti-
„ nus non eſt auſus admittere hoc de-
„ ſiderium; quis illud admittet abſque
„ ſuperbia? Sed de hoc vide latius N.
„ P. Fr. Ioannem a Cruce in Adſcenſu
„ Carmeli cap. 21. &c.

(c) *Pro ſalute autem cuiuſquam cum &c.* = Id honeſtum, & ſanctum eſſe patet ex dictis. Oravit pro ſe Auguſtinus dolore Dentium correptus, ut viſum eſt lib. 9. harum Conf. c. 4. n. 6. Oravit Africam repetens pro viro illuſtri Innocentio, ut ipſe teſtatur lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8. n. 3. & forte ſequota ſalus in ipſius Auguſtini preces revocanda eſt. Vide Benedictinos lib. 3. Vitae S. D. cap. 5. n. 2. Orabat, poſtulatus, pro omni aegrotante, teſte Poſſidio in eius Vita, cap. 27. Denique idem Poſſidius cap. 29. de Auguſtini precum frequentia, & efficacia haec teſtatur. = Et ecce tertio illius obſidio-
„ nis menſe decubuit febribus fatigatus,
„ & illa ultima exercebatur aegritudi-
„ ne. Nec ſuum ſane Dominus famo-
„ lum fructo ſuae precis fraudavit.
„ Nam & ſibi ipſi, & eidem civitati,
„ quod lacrymoſis depopoſcit precibus
„ in tempore impetravit. Novi quoque
„ eumdem & presbyterum, & epiſco-
„ pum Deum pro quibuſdam energu-
„ menis patientibus ut rogaret rogatum
„ eumque in oratione lacrymas fuden-
„ tem Deum rogaſſe, & daemones ab
„ hominibus receſſiſſe. Itemque ad ae-
„ grotantem, & lecto vacantem quem-
„ dam cum ſuo aegroto veniſſe, & ro-
„ gaviſſe ut eidem manum imponeret
„ quo ſanus eſſe poſſet, eumque re-
„ ſpondiſſe, ſi aliquid in his poſſet, ſi-
„ bi hoc utique primitus praeſtitiſſet:
„ & illum dixiſſe viſitatum ſe fuiſſe,
„ ſibique per ſomnium dictum eſſe; Va-
„ de ad Auguſtinum epiſcopum, ut
„ eidem manum imponat, & ſalvus e-
„ rit. Quod cum comperiſſet, facere
„ non diſtulit, & illum infirmum con-
„ tinuo Dominus ſanum ab eodem di-
„ ſcedere fecit.

DIGRESSIO.

Sunt ſcioli quidam, Theologia pauperes, audacia ditiſſimi (qualibus ſaeculum noſtrum abundat) qui nati ad improbandum quidquid integer Doctorum choros probavit, energumenorum hypotheſim, ex utriuſque foederis, maxime novi, paginis, ex omnium Patrum atque Sanctorum vel doctrinis, vel factis, Eccleſiae Catholicae ſolemnibus ritibus, totius orbis Chriſtiani, Hebraei, & Ethnici ſenſibus ſumptam, rident, voluntque nullum mortalium vere aliquando a daemone invaſum, aut invadi potuiſſe. Vide Auguſtinum Calmet Benedictinum, qui t. 3. *Antiquitat. ſacrar. & profan.* peculiari fuſa diſſertatione in articulos duos, bonae ſcilicet, & malae ſententiae diviſa te in re hac plene eruditum facere poteſt. Ea autem nova

Zzzz 2 au-

(1) Iud. 6. 37.
(2) Iſ. 7. 12.
(3) Vide S. Thom. 22. q. 97. ar. 2.
(4) In Append. t. 10.

audaciſſima opinio, iudicio noſtro prorſus improbabilis eſt, nullo modo propugnari poteſt, & certiſſime Catholicam religionem, & Fidem laedit; momenta autem, quibus ſtatuitur, aut vindicatur, ſunt deliriis, atque ſomniis ſimillima.

(*f*) *Curioſitas quotidie noſtro tentatur &c.* = Ab hiſce tamen anxietatibus nos expediet *Pherepomus*, cui, utpote Auguſtino, & etiam Pallade longe doctiori, morum autem honeſtate fulgentiſſimo probatiſſimo quis non adquieſcet? En quale, cenſoriam virgam impugnans, & in cathedra peſtilentiae ſedens oraculum evomat. = Nemo eſt
„ qui haec peccata habeat, ſi modo
„ ceteris officiis ſuis non deſit. Corpus
„ enim, & animus relaxatione quadam
„ indigent; neque ſemper ſeria agitare,
„ ac meditari animus poteſt, aut corpus
„ labori incumbere. Si quis hodie talia
„ inter delicta numeraret, crederetur,
„ dum humilitatem prae ſe fert, ſuper-
„ be ſe gerere, ac diſſimulare maiora.
„ Diceretur muſcas percolare, & de-
„ glutire camelos. Quod tamen de Au-
„ guſtino ſuſpicari nefas habetur. „

℞. Quoties te commonui vir imperite, ac ſceleſtiſſime, Confeſſiones haſce tibi ſcriptas non eſſe? Sed & ipſe Auguſtinus velut futurorum praeſcius n. 2. cap. 33. ingenue profeſſus fuerat: *Flete mecum, & pro me flete qui aliquid boni vobiſcum intus agitis, unde facta procedunt. Nam qui non agitis, non vos haec movent.* Tu ergo non ex illis es, quos Auguſtinus adloquitur. Adhuc vero quidquam ad urbanitatem dicendum eſt. Si hic Auguſtinus vel hebetis ingenii homini obſcurus eſt: maniſeſtiſſime & parvulos inſtruit hoc prorſus argumentum agens Tract. 2. in cap. 2. Epiſt. 1. Ioann. 2. n. 11. = Intendat
„ Caritas Veſtra. Similitudinibus enim po-
„ teſtis inſtrui: ne ſubrepat vobis ſatanas
„ dicens quod ſolet dicere, Bene vo-
„ bis ſit in creaturis Dei: quare illa
„ facit niſi ut bene vobis ſit &c. Non
„ te prohibet Deus amare iſta, ſed non
„ diligere ad beatitudinem: ſed ap-
„ probare, & laudare ut ames Crea-
„ torem. Quemadmodum, Fratres, ſi
„ ſponſus faceret ſponſae ſuae anu-
„ lum, & illa acceptum anulum plus
„ diligeret quam ſponſum qui illi fecit
„ anulum: nonne in ipſo dono ſpon-
„ ſi adulterina anima deprehenderetur?
„ &c. Ad hoc utique arrham dat ſpon-
„ ſus, ut in arrha ſua ipſe ametur.
„ Ergo dedit tibi Deus omnia iſta, a-
„ ma illum, qui fecit te. Plus eſt
„ quod tibi vult dare, ideſt, ſaipſum
„ qui iſta fecit. „ Poſſumus igitur creaturarum uſu corpus animumque nonnihil relaxare: dummodo totum referatur ad Deum, a quo prima voluptas, & cui integer amor noſter debetur. Quaecunque autem ſit ex creaturis ſumma voluptas, cavendum eſt, ne menſuram excedat, neve a divinis actionibus, ſeriiſque negotiis nos diſtrahat. Haec omnia ex integro textu diligenter inſpecto homo a praeiudiciis liber, & minime laeſus cerebro conicere poteſt. Immo, non omnia illa, ut diligenter adtendenti conſtabit, peccata cenſet Auguſtinus, ſed tentationes, ſeu peccatorum occaſiones, materias. Sancti vero peccata exhorrent quam maxime: & nonnihil etiam ea, quibus niſi inſigni ſobrietate utamur, facile inquinabimur. Fingit autem hoſtem, quem feriat, *Pherepomus* inquiens, *Si quis talia inter delicta &c.* non agit Auguſtinus de delictis, magnis ſcilicet iniquitatibus *Pherepomi*, & ſimilium: ſed de leviſſimis culpis ſanctorum. Ceterum prorſus iniqua, & impia ſunt quae ſequuntur: *Dum humilitatem praeſefert &c.* Ut enim ingenuitatem a *Pherepomo*, ita mendacium ab Auguſtino poſtulare non poſſumus: veriſſime quippe, & acutiſſime loquutus eſt Plautus in Prologo Comoediae primae ex viginti, hoc eſt Amphitrui, verſ. 35. 36., & 37. *Nam iniuſta ob iuſtis impetrari non decet. Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia eſt. Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent.* Petere non poſſumus a viro ſanctiſſimo, ut peccata proderet, quae non habebat. Nec mirum quod percolaret muſcas, qui poſt Baptiſma nunquam camelos deglutierat. At vero debuit contemnere muſcas *Pherepomus*, cui cameli muſcae videbantur.

Interim accipe hominum graviſſimorum ſententias, quae in hanc *Pherepomi* calumniam optime quadrant. Libanius Declam. 11. *Verum eſt quod dicitur, invidiam potiris rebus obſiſtere.* S. Valerianus Homil. 13. *Felicem plane illum, cuius glorioſam vitam torvis oculis alter aſpicit: non ſatis bono loco eſt illius cauſa, qui aliena laborat invidia: quia non livet homo niſi melioribus, nec invidiae ſubiacet niſi quem ad celſiora melior vitae provectus evexerit.* S. Iſidorus Peluſiota Epiſt. 294. ad Eutomium dia-

(3) 2. Part. 1. 3.

diaconum, *Gloriae invidia comes: Videris mihi ignorare opera, & factura maxime eximia invidiae ſubiacere, & obnoxia eſſe ſolere; & praeclaros, & illuſtres viros hanc minime effugere poſſe &c. Praeſtat namque virtutis ſtudioſos, & cultores ab iis, qui neminem probum eſſe volunt, carpi, quam &c.* Et Epiſt. 298. ad Eutonium diaconum: *Virtus calumniae obnoxia. Noli putare per virtutis exercitium te calumniam poſſe propulſare, & impedire. Nam ipſi virtutis cultores prae ceteris, & maxime inſidiis appetuntur ab his, qui nec ipſi quidquam honoris habent; quia virtuti non incumbunt, & iis, qui propter virtutem honorantur, invident.* E tandem idem Peluſiota Epiſt. 541. ad Herminum comitem: *Boni invidiae obnoxii.* = Multi ei invidere ,, ſolent, qui virtute quam maxime in- ,, clareſcit; rati namque eum, qui non ,, eadem quae ipſi faciat, ſed honeſtiſ- ,, ſimis, & optimis dotibus, ac praero- ,, gativis ſit inſignitus gravem, & intole- ,, rabilem eſſe, tamquam ſi ipſorum ,, vitam tacite carperet ſua, maledictis ,, eum, atque inſidiis identidem petunt, ,, quem tamen & imitari, & collaudare ,, par erat.] Quae ipſe Auguſtinus centies obſervat. Vide etiam, ſi placet, Symmachum lib. 9. Epiſt. 92. & lib. 10. Epiſt. 34. Calpurnium Flaccum Declam. 22. Chryſoſtom. in cap. 3. Epiſt. ad Galat. & Homil. 10. in 2. ad Cor. poſt med. Baſil. Seleuc. Orat. 242. & Nazianz. Orat. 13.

CAPUT XXXVI.

ARGUMENTUM.

Nunc ad ſuperbiae laqueum, quem vel praecedentes contemnens non exhorreſcere nequeat. Hic omnibus paratus: at maxime illis, quibus propter aliqua humanae ſocietatis officia cum neceſſarium ſit ab omnibus amari, ac timeri, gloriae amor ſubrepere poteſt: adeo ut ſcilicet plauſus optent, & colligant non ad Numinis bonum, ſed ut maieſtatem eius cum angelo apoſtata aemulentur. Id vero nedum impium, ſed & fatuum eſt; nec enim cuncti hominum plauſus irritati Numinis iudicium vel flagellum a nobis queunt avertere.

I. Nunquid etiam hoc inter contemnenda deputabimus, aut aliquid nos reducet in ſpem, niſi tota miſericordia tua (*a*), quoniam coepiſti mutare nos? Et tu ſcis quanta ex parte mutaveris, qui me primitus ſanas a libidine vindicandi me, ut propitius ſias etiam ceteris omnibus iniquitatibus meis, & ſanes omnes languores meos, & redimas de corruptione vitam meam, & corones me in miſeratione & miſericordia, & ſaties in bonis deſiderium meum (1): qui compreſſiſti a timore tuo ſuperbiam meam, & manſuefeciſti iugo tuo cervicem meam (2). Et nunc porto illud, & leve eſt mihi; quoniam ſic promiſiſti, & feciſti, & vere ſic erat, & neſciebam quando id ſubire metuebam. Sed numquid, Domine qui ſolus ſine typho dominaris, quia ſolus verus Dominus es (3), qui non habes dominum; numquid hoc quoque tertium tentationis genus ceſſavit a me, aut ceſſare in hac tota vita poteſt?

II. Timeri & amari velle ab hominibus, non propter aliud, ſed inde ſit gaudium quod non eſt gaudium, miſera vita eſt, & foeda iactantia. Hinc ſit vel maxime non amare te, nec ca-

ſte

(1) Pſal. 102. v. 3.
(2) Matth. 11. v. 29. & 30.
(3) *Soli Deo &c.* 1. Tim. 1. 17.

ſte timere te. Ideoque tu ſuperbis reſiſtis, humilibus autem das gratiam, (1) & intonas ſuper ambitiones ſaeculi, & contremunt fundamenta montium (2). Itaque nobis, quoniam propter quaedam humanae ſocietatis officia (*b*) neceſſarium eſt amari & timeri ab hominibus, inſtat adverſarius verae beatitudinis noſtrae, ubique ſpargens in laqueis: euge euge: ut dum avide colligimus, incaute capiamur, & a veritate tua gaudium noſtrum deponamus; atque in hominum fallacia ponamus; libeatque nos amari & timeri non propter te, ſed pro te (*c*); atque iſto modo ſui ſimiles factos ſecum habeat, non ad concordiam caritatis, ſed ad conſortium ſupplicii, qui ſtatuit ſedem ſuam ponere in aquilone (3), ut te perverſa & diſtorta via imitanti, tenebroſi frigidique ſervirent (*d*). Nos autem Domine, puſillus grex tuus (4) ecce ſumus: tu nos poſſide. Praetende alas tuas, & fugiamus ſub eas. Gloria noſtra tu eſto; propter te amemur, & verbum tuum timeatur in nobis. Qui laudari vult ab hominibus vituperante te, non defendetur ab hominibus iudicante te, nec eripietur damnante te. Cum autem non peccator laudatur in deſideriis animae ſuae, nec qui iniqua gerit benedicitur (5); ſed laudatur homo propter aliquod donum quod dediſti ei, at ille plus gaudet ſibi laudari ſe, quam ipſum donum habere unde laudatur: etiam iſte, te vituperante laudatur; & melior iam ille, qui laudavit, quam iſte, qui laudatus eſt. Illi enim placuit in homine donum Dei, huic amplius placuit donum hominis, quam Dei.

(*a*) *Niſi tota miſericordia tua.* = Ita cum ſuis MSS. BB & ante ipſos Vet. Er. Lov. Som. optim. S Cr. & Car. Sed Arn. cum nonnullis MSS. a BB. viſis, & duobus, quos laudant Lov. quibus ſuffragantur MSS. 2. S. Mar. 2. Med. Peſ. & Ricar. *niſi nota*. Liquet legendum eſſe, *tota*, ex mox ſequentibus verbis, *quoniam coepiſti &c.* Et forte dixit, *tota*, Auguſtinus, ut inſinuaret tentationem huiuſmodi nonniſi magno Dei ſubſidio vinci poſſe. Dicit autem, ſi fuerit qui praecedentium minutiarum examen contemneret: non futurum tamen qui hoc ad taeterrimum ſuperbiae vitium ſpectans poſſit non ſerio intueri. At certe & huc riſum movebit *Pherepono*, homini ſupra modum turgido, quem ſi naturam tollas, a Lucifero vix ſecernere poteris.

A libidine vindicandi me. = Fuiſſe Auguſtinum a prurito vindictae alieniſſimum; etiam ſupra ceteros Eccleſiae Doctores obſervarunt iamdudum viri Eruditi tum Catholici, tum haeretici. Vide Epiſt. 100. olim 127. ad Donatum proconſulem Africae Lib. contra Secundinum Manich. c. 1. Lib. 3. contra Petilianum, c. 1. Libros denique tum primos, cum poſteriores contra Iulianum Pelagianum.

(*b*) *Propter quaedam humanae ſocietatis officia &c.* = Quae alibi ſcribit locum iſtum dilucidant, Epiſt. 126. (Alias, 225.) ad Albinam, n. 8. = Cum „ ergo de nobis iſta ſentitis, non praecipitis &c. ſed omnino cogitis, ut iuremus; non intentato metu mortis „ carnis noſtrae &c. ſed intentato metu „ mortis exiſtimationis noſtrae, quae „ propter infirmos, quibus nos praebere „ ad exemplum bonorum operum qualicumque converſatione conamur, etiam vitae carnis huius utique praeponenda eſt.] Serm. 355. de Vita, & Moribus Clericorum ſuorum 1. (Alias, 49. de Diver.) n. 1. = Credo „ ante oculos veſtros eſſe converſationem noſtram: ut & nos dicere fortaſſis audeamus; quamvis illi multum „ impares, quod dixit Apoſtolus (6), „ *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego* „ *Chriſti*. Et ideo nolo (7) ut aliquis „ de nobis inveniat male vivendi occaſionem: *Providemus enim bona*, ut „ sic

(1) Iac. 4. 6.
(2) Pſal. 17. v. 8. 14. & 16.
(3) Iſa. 14. 13.
(4) Lucae 12. 32.
(5) Pſal. 10. 3. ſecund. Hebr. aut 9. 24.
(6) 1. Cor. 4. 6.
(7) Florus ad 2. Cor. 8. 21. 1. quaeſt. 1. Nolo.

„ ait idem Apoſtolus, *non ſolum coram* „ *Deo, ſed etiam coram hominibus*. Pro- „ pter nos, conſcientia noſtra ſufficit „ nobis: propter vos, fama noſtra non „ pollui, ſed pollere debes in vobis. „ Tenete quod dixi, atque diſtinguite. „ Duae res ſunt conſcientia, & fama: „ Conſcientia tibi, fama proximo tuo. „ Qui fidens conſcientiae ſuae, negli- „ git famam ſuam, crudelis eſt: maxime „ in loco iſto poſitus, de quo dicit „ Apoſtolus, ſcribens ad diſcipulum „ ſuum (1), *Circa omnes teipſum bonorum* „ *operum praebens exemplum*.] Idem docet Epiſt. 225. (Alia, 224.) ad Alypium, n. 2. Serm. 343. de Suſanna, & Ioſeph (Alias 2. Inter editos ex MSS. Carthuſiae maioris) n. 5. Fuſe vero Epiſt. ſeu lib. de Bono viduitatis ad Iulianam viduam, c. 22. 27. Sed & pro re hac facto late nos inſtruit lib. 3. adverſus Litteras Petiliani.

(*c*) *Non propter te, ſed pro te.* = Nempe quaſi dii, Ut fecit Lucifer, qui Altiſſimo comparari voluit. De diabolo volente ſedem ſuam ponere in aquilone, diſſerit lib. ſeu Epiſt. ad Honorat. 140. (Alias, 120.) c. 22. n. 55. in Pſal. 47. n. 3. & lib. 11. de Gen. ad litt. c. 24. n. 31. = *Diſtorta via imitavi.* = Ita BB. qui admonent. = Sic legimus in MS. „ Foſſatenſi. At in aliis pleriſque habe- „ tur, imitandi, aut imitati; minus bene, „ ut arbitramur.] Nobiſcum ſunt Er. & MS. S. Mar. Habent, *imitati* Lov. & MSS. ſeptem. Praeferunt, *imitandi* Vet. MS. Med. & optim. S. Cr. At Som. & Wangn. *imitantes*.

(*d*) *Tenebroſi, frigidique ſervireat.* = Quae habet S. D. Epiſt. 140. loco praeced. commentario laudato, verba haec dilucidabunt. = Diabolus igitur, & „ angeli eius a luce atque fervore ca- „ ritatis averſi, & nimis in ſuperbiam, „ invidiamque progreſſi, velut glaciali „ duritia torpuerunt. Et ideo per figu- „ ram tamquam in Aquilone ponuntur, „ unde cum generi humano diabolus „ incubaret, ventura gratia Salvatoris „ dicitur in Cantico canticorum (2): „ *Exſurge Aquilo, & veni Auſter,* „ *perfla hortum, & fluent aroma-* „ *ta*. Exſurge qui irruiſti, qui ſubdi- „ tis incumbis, qui poſſeſſos premis. „ Exſurge ut a tuo pondere relevati eri- „ gantur, quorum animas premendo „ curvaſti. *Et veni Auſter*, inquit, ſpi- „ ritum invocans gratiae, flantem de „ meridie, velut a parte fervida, & „ luminoſa, ut fluant aromata. Unde „ Apoſtolus. &c. „

Puſillus grex. = Ut diaboli faſtum evitet, ad Salvatoris conceptum fugit: *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit &c.* Lucae 12. 32. Sequens vero metaphora, *Praetende alas tuas*, frequens eſt in S. Scripturis: Chriſtus enim Matth 23. 37. *Ieruſalem Ieruſalem &c. quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* Item Pſal. 15. 8. 56. 2. 35. 8.

(1) Tit. 2. 7.

(2) Cantic. 4. 16.

CAPUT XXXVII.

ARGUMENTUM.

Quam angatur in eius rei examine, quamque facile decipi poſſit, ediſſerit. Quali enim in pretio babeat voluptates carnis, & ſupervacaneam curioſitatem cognoſcendi facile coniicit, quum eis rebus aut arbitrio, aut neceſſitate caret. Nec etiam divitiae adeo fallunt, ſi enim poſſeſſae, nimis occulte amantur, dimitti poſſunt, ut prodant, quid iunctae nobiſcum baberent. At vero cum laudes virtutem ſequantur, ut banc, ſic & illas abiicere non poſſumus. Unde profitetur ſe quidquam ſolaminis non babere, niſi quod amplius veritate, quam laude delectetur. Licet quum videat gaudium ſuum ex virtute conceptum alieno ſuffragio augeri, vituperatione diminui, adbuc lapſum ſuſpicatur; nec enim prorſus exploratum eſt quod ſibi frequenter ſuades, id ex bono, vel damno proximi cauſſari: quippe fieri poteſt, ut ab ipſarum laudum amore expediti, a iudicii noſtri, cui alienum conſenſum volumus, genio ſupplantemur; Maxime cum forte non ita alicui, ſicut propriis nominis infortuniis ipſe pungatur.

I. TEntamur his tentationibus quotidie, Domine, ſine ceſſatione tentamur. Quotidiana fornax noſtra eſt humana lingua. Imperas nobis & in hoc genere continentiam: Da quod iubes, & iube quod vis. Tu noſti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumina oculorum meorum (1). Neque enim facile colligo, quam ab iſta peſte mundatior, & multum timeo occulta mea (2), quae norunt oculi tui, mei autem non. Eſt enim qualiſcunque in aliis generibus tentationum mihi facultas explorandi me: in hoc pene nulla eſt. Nam & a voluptatibus carnis, & a curioſitate ſupervacanea cognoſcendi, video quantam adſequutus ſim, poſſe refrenare animum meum, cum eis rebus careo, vel voluntate, vel cum abſunt (*a*). Tunc enim me interrogo, quam magis minuſve mihi moleſtum ſit non habere. Divitiae vero, quae ob hoc expetuntur ut alicui iſtarum trium cupiditatum, vel duabus earum, vel omnibus ſerviant, ſi perſentiſcere non poteſt animus, utrum eas habens contemnat, poſſunt & dimitti, ut ſe probet. Laude vero ut careamus, atque in eo experiamur quid poſſumus, numquid male vivendum eſt, & tam perdite atque immaniter, ut nemo nos noverit, qui non deteſtetur? Quae maior dementia dici, aut cogitari poteſt? At ſi bonae vitae bonorumque operum comes & ſolet, & debet eſſe laudatio, tam comitatum eius, quam ipſam bonam vitam deſeri non oportet. Non autem ſentio, ſine quo eſſe, aut aequo animo, aut aegre poſſim, niſi cum abſuerit.

II. Quid igitur tibi in hoc genere tentationis, Domine, confiteor? Quid? niſi delectari me laudibus; ſed amplius ipſa veritate, quam laudibus (*b*). Nam ſi mihi proponatur utrum malim furens, aut in omnibus rebus errans, ab omnibus hominibus laudari;

(1) Pſal. 37. 10. *Gemitus meus a te non abſconditur.*

(2) Pſal. 18. 13. *Ab occultis meis munda me.*

ri: an conſtans, & in veritate certiſſimus, ab omnibus vituperari? Video quid eligam. Verumtamen nollem, ut vel augeret mihi gaudium cuiuſlibet boni mei ſuffragatio oris alieni. Sed auget, fateor, non ſolum, ſed & vituperatio minuit. Et cum iſta miſeria mea perturbor, ſubintrat mihi excuſatio, quae qualis ſit, ut ſcis Deus, nam me in certum facit. Quia enim nobis imperaſti non tantum continentiam, id eſt, a quibus rebus amorem cohibeamus, verum etiam iuſtitiam, id eſt, quo eum conferamus: nec te tantum voluiſti a nobis, verum etiam proximum diligi; ſaepe mihi videor de profectu aut ſpe proximi delectari, cum bene intelligentis laude delector: & rurſus eius malo contriſtari, cum eum audio vituperare quod aut ignorat, aut bonum eſt. Nam & contriſtor aliquando laudibus meis, cum vel ea laudantur in me, in quibus mihi ipſe diſplicco: vel etiam bona minora & levia pluris aeſtimantur, quam aeſtimanda ſunt. Sed rurſus unde ſcio, an propterea ſic afficior, quia nolo de me ipſo a me diſſentire laudatorem meum; non quia illius utilitate moveor, ſed qua eadem bona, quae mihi in me placent, iucundiora mihi ſunt, cum & alteri placent? Quodammodo enim non ego laudor, cum de me ſententia mea non laudatur; quandoquidem aut illa laudantur quae mihi diſplicent, aut illa amplius quae mihi minus placent. Ergo ne de hoc incertus ſum mei?

III. Ecce in te Veritas, video non me laudibus meis propter me, ſed propter proximi utilitatem moveri oportere. Et utrum ita ſit, neſcio. Minus mihi in hac re notus ſum ipſe quam tu (c). Obſecro te, Deus meus, & me ipſum mihi indica, ut confitear oraturis pro me fratribus meis quod in me ſaucium comperero. Iterum me diligentius interrogem: Si utilitate proximi moveor in laudibus meis, cur minus moveor, ſi quiſquam alius iniuſte vituperetur, quam ſi ego? Cur ea contumelia magis mordeor, quae in me, quam quae in alium eadem iniquitate coram me iacitur? An & hoc neſcio? Etiam ne id reſtat, ut ipſe me ſeducam, & verum non faciam coram te in corde, & lingua mea? Inſaniam iſtam, Domine, longe fac a me, ne oleum peccatoris mihi ſit os meum, ad impinguendum caput meum (1). Egenus & pauper ego ſum (2); & melior in occulto gemitu diſplicens mihi, & quaerens miſericordiam tuam, donec reficiatur defectus meus, & perficiatur uſque in pacem, quam neſcit arrogantis oculus.

(a) *Vel voluntate, vel cum abſunt.* = Ita BB. (qui ſilent) & ante ipſos Am. Er. Lov. MSS. decem Etruriae. At Som. & Wangn. vel *voluntate cum adſunt: vel neceſſitate cum deſunt.* Quae lectio prorſus, ni fallimur, voluntaria, genuinae lectionis paraphraſis vocari poteſt. Agnoſcimus ergo v. g. quasi amore feramur in vinum, cum neceſſitate, vel ad arbitrium pro eo aquam potamus. Quae profecto conformia ſunt ſententiae illi cap. 32. *Quod nunc ineſt, plerumque occultum eſt, niſi experientia manifeſtetur.*

(b) *Amplius ipſa veritate, quam laudibus.* = Id vero tibi ſit haud leve ſolamen; eſt quippe naturale, a Theologis omnibus laudatum in ſimilibus rebus argumentum ad intentionis, & conſcientiae candorem retegendum. At agis tu non qualemcunque, ſed theologum myſticum, & diſputas, non de latioribus, ſed de vel minutiſſimis maculis, ad quas certe ſemovendas id argumenti impar videtur.

Contriſtor aliquando &c. = Fere dixerim, niſi altius iudicium oppoſitum ve-

Aaaa lit,

(1) Pſal. 140. 5.

(2) Pſal. 69. 6. & 108. 22.

lit, hoc argumentum quaeſtionem finire. Si enim adeo ad amuſſim velis, laudes ſint meritis pares, ut ſi vel tantillum excedant, mox contriſteris, ſuſpicari non poſſum, infecto ullo genio te virtuti tuae datas laudes excipere.

Non quia illius utilitate moveor, ſed &c. = Permiſſa utraque hypotheſi; te nempe proximi utilitate non moveri; & bona tua iucundiora tibi eſſe, cum & alteri placent; adhuc negamus tetram, quam times, ſequelam; fortean quippe cum laudari geſtis, non vitioſo tui iudicii amore: ſed quod ex aliorum adſenſu tutior evadas, eſſe te in poſſeſſione virtutis.

(*c*) *Notus ſum ipſe, quam tu.* = Omnino ita legendum eſt cum Vet. Er. MS. S. Mar. opt. S. Cr. & BB. qui hanc rationem exhibent. = Lov. *quam ſibi.* „ Sed melius antiquiores editiones, & „ MSS. *quum tu.* Hic nimirum id con„ fitetur, quod ſupra cap. 5. cum di„ ceret: *Mihi ſum praeſentior, quum „ tibi: & tamen te novi nullo modo poſ„ ſe violari; ego vero quibus tentationi„ nibus reſiſtere valeam, quibuſque non „ valeam neſcio.*] Cum Lov. ſunt Som. Waugn. & Ricar. Perperam tamen, praeter enim coniecturam Benedictinorum: illud eſt argumentum maximum, quod miramur a tot doctiſſimis viris non fuiſſe obſervatum: In cunctis ſcilicet hominem minus ſibi notum eſſe, quam Deo: quod tamen Lov. lectione permiſſa, Auguſtinus inficiaretur.

Cur minus moveor &c. = Id in ipſos naturae propriae motus revocari poteſt, qui non mox veris culpis adcenſendi ſunt. Neque enim caritas etiam eximia (niſi prorſus, ac nimis ſingularis, qualem ſcimus fuiſſe Virgini datam) omnes naturae humanae igniculos ita comprimit, ut nunquam, & nullo modo erumpant. Addimus inſuper: honeſte, ac religioſe nos anxiores eſſe de propria, quam de aliena virtute; unde & hac ratione contingere poſſe, ut non male magis de proprii, quam de alieni numinis plagia triſtemur.

Ex his autem quae diximus nos, prudens Lector, nobis haud blandiri debemus: cum nimis certum ſit, nedum improbos, ſed & mediae ſanctitatis homines plerunque laudes humano pruritu captare; Sed ea pro Auguſtino ſummae religionis antiſtite obſervanda erant, quem plaoſum hoſtem innumera fortiſſima argumenta nobis, & univerſo terrarum orbi ſuaſere.

C A P U T XXXVIII.

A R G U M E N T U M.

Adeo reconditis, & ſubtilibus rimis in ea maxime, quae aliis ſpectantibus dicimus, vel agimus, ſeſe typhi peſtis inſinuat, ut aliquoties ex ipſo gloriae contemtu gloriae lucra captemus.

SErmo autem ore procedens (*a*), & facta quae innoteſcunt hominibus, habent tentationem periculoſiſſimam ab amore laudis, qui ad privatam quamdam excellentiam contrahit emendicata ſuffragia; tentat & cum a me (*b*) in me arguitur, eo ipſo quo arguitur; & ſaepe homo de ipſo vanae gloriae contemtu vanius gloriatur. Ideoque non iam de ipſo contemtu gloriae gloriatur (c). Non enim eam contemnit, cum gloriatur intus.

(*a*) *Sermo autem ore procedens &c.* = Ab his verbis praeſens caput cum omnibus editis exordiri maluimus: quam cum Benedictinis, qui incoepere a ſuperioribus illis, *Egenus & pauper &c.* Videtur autem potiſſimum de ſermone dicere, qui ore docentis procedit; hunc enim velut ſuperbiae periculo admodum expoſitum ſaepe deplorat. Epiſt. ad Florentinam puellam ſtudioſam 266. (Alias, 132.) n. 2. = Hoc enim feci non „ doctor perfectus, ſed cum docendis „ perficiendus &c. Equidem etiam in „ iis rebus, quas utcunque ſcio, ma„ gis te cupio eſſe ſcientem, quam „ ſcientiae noſtrae indigentem &c. Multo

„ quip-

Digitized by Google

„ quippe melius omnes ſumus docibi„ les Deo &c. Et ſollicitiſſime caven„ dum eſt in docendo ſuperbiae vitium, „ quod in diſcendo non ita eſt &c. „ Quoniam neceſſe eſt ut doctor ha„ beat ſuperiorem locum; ubi laborio„ ſum eſt obtinere ne ſubrepat elatio.] Lib. de 8. QQ. Dulcitii, quaeſt. 3. n. 6. = Si quid hinc abſolutum, ac defi„ nitum diſputatione rationabili, atque „ perfecta vel audiſti, vel legiſti, vel „ etiam ipſe adhuc audire, aut legere „ aut excogitare potueris, pero mihi „ mittere non graveris. Ego enim, quod „ confitendum eſt caritati tuae, plus „ amo diſcere, quam docere: nam hoc „ admonemur etiam dicente apoſtolo „ Iacobo, *Sit autem omnis homo velox* „ *ad audiendum, tardus autem ad lo*„ *quendum*(1). Ut ergo diſcamus invitare „ nos debet, ſuavitas veritatis; ut au„ tem doceamus cogere neceſſitas cari„ tatis &c.] Quae repetit in fine libri, ſeu q. 5. poſt 8. n. 4. Fuſe vero Serm. 23. de v. 24. Pſ. 72. (Alias, de Diverſ. 122.) cap. 1. & 2. Ipſi autem Auguſtino Eccleſiae oraculo fere nunquam datum eſt alios audire, ut queritur in Prologo ad Retract. n. 2. = E„ go mihi hanc perfectionem (*non aſ*„ *ſcendi in verbo*) nec nunc arrogo, „ cum iam ſim ſenex: quanto minus „ cum iuvenis coepi ſcribere, vel apud „ populos dicere; tantumque mihi tri„ butum eſt, ut ubicumque me prae„ ſente loqui opus eſſet ad populum, „ rariſſime tacere, atque alios audire „ permitterer, & eſſe velox ad audien„ dum, tardus autem ad loquendum.] Magnum igitur fuit, atque perrarum talem hominem nunquam extolli.

(*b*) *Quamdam excellentiam contrahit emendicata ſuffragia; tentat & cum a me &c.* = Sequimur BB. quos audire iuvat = Am. Er. Lov. *contrahere* „ *emendicata tentat; & cum a me &c.* „ Som. *contrahit, & emendicata ſuffragia* „ *tentat, & cum a me &c.* Praetulimus „ lectionem MSS. quae etiam eſt Bad. „ & Arn. Porro in ſequente ſententia „ plures e MSS. omittunt nomen, *ho*„ *mo*.] Huius ſententiae is ſenſus eſt; Malus laudis amor non ad honorem Dei, vel bonum publicum, ut deberet, ſed ad privatam quamdam excellentiam emendicata ſuffragia contrahit: nempe facit plauſus proprii genii ſolamina; tentat etiam idem malus laudum amor; cum a nobis in nobis arguitur, eo ipſo quo arguitur: puta ſi ex amore contemtus laudum, amor exſurgat laudum, quae ad contemtum ſequuntur. Iuxta ceteras lectiones nimis arduum erit, quid velit Auguſtinus, expiſcari. Wang. & MS. Ricar. ſunt cum Sommalio.

(*c*) *De ipſo contemptu gloriae gloriatur.* = Et hic cum BB. ſumus, quorum haec ſunt verba = Am. Er. Lov. „ *de ipſa vanae gloriae contemtu*, abeſt, „ *vanae*, a MSS. quorum etiam nonnul„ li verba ſequentia ſic interpungunt. „ *Non enim eam contemnit, cum gloria*„ *tur. Iatus etiam, intus eſt aliud &c.*] Ideo potiſſimum ea lectio placuit, quod contemtus, quem gloria ſequitur, non adeo exacte bonus, ut eſt contemtus gloriae *vanae*, ſed improprie & adparenter bonus dicendus ſit, qualis eſt, *contemtus gloriae*. Non quippe vere inanem gloriam, ſed gloriae colores reiicis, ſi ex hoc contemtu vanam gloriam expiſcaris. Maxime quum ſemel gloria *vana* dicta fuiſſet: unde hic faſtidio, & etiam otioſe fuiſſet repetita, cum id tantummodo velit concluſio, talem hominem non proprie de gloriae contemtu gloriari, cum verus contemtus gloriae pruritum interimat. Am. Er. &c. ſuffragantur Som. Wangn. & MS. Ricar. Circa vero alteram partem lectionis, in qua codices diſcrepant, ancipites ſumus. Ricar. aſt cum communi.

Ceterum, vitium gloriae ex ipſius gloriae contemtu a S. M. N. Tereſia *ſubtiliſſima ſuperbia* appellatum in animas plures rudis, vel, ut loquuntur, *affectatae* pietatis ſeſe facile inſinuat. Hae frequenter ſe vituperant, ut auditoribus contradicentibus, in altiorem auram exſurgant. At loquantur hic potius graviſſimi homines. Ipſe Aug. in Pſal. 7. ad v. 6 n. 4. = Qui autem bene didi„ cit, vel expertus eſt vitiorum ſupe„ randorum gradus, intelligit hoc vi„ tium inanis gloriae vel ſolum, vel ma„ xime cavandum eſſe perfectis. Quo „ primo enim vitio lapſa eſt anima, hoc „ ultimum vincit. Initium autem omnis „ peccati ſuperbia: & initium ſuper„ biae hominis, apoſtatare a Deo (2).] Preſſius autem ad rem praeſentem Epiſt. 149. (Alias 59.) ad Paulinum Epiſc. n. 28. *Fit enim miris modis in anima hominis et de falſa humilitate magis inflatur, quam ſi apertius ſuperbiret.*

Aaaaa 2

(1) Iac. 1. 19.

(2) Eccleſ. 10. 15. Ibid. 14.

biret. S. Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 342. *Animo, atque affectu potius quam verbis humilem te praebe* S. Ioannes Chryſoſtomus initio Homiliae 3. in cap. 1. epiſt. 1. ad Tim. = Humilitatem animi lucra „ quidem ferre ingentia cernimus, ve„ rum ea non facile invenitur: ſed hu„ militatem quidem verborum pluri„ mam, & ultra quam ſatis ſit, abſque „ difficultate reperies: animi vero humi„ litatem difficillime.] Et Homil. 2. in Epiſt. ad Philem. poſt med. = Audi „ & exhorreſce: etiam nunquam de hu„ militate eleveris &c. Extollit illa, niſi „ vera, & germana fuerit: quonam „ id modo? Eſt ea ars profecto diabo„ lica, ut quemadmodum plures, eo „ quod inanem gloriam vicerunt, glo„ riantur inanius: ita & qui ſe humi„ liaverunt extollantur &c.] Et fuſe proſequitur.

C A P U T XXXIX.

A R G U M E N T U M.

Detegit peculiare aliud ſuperbiae reticulum, quo eos captos dicit, qui etſi aliis vel non placeant, vel etiam diſpliceant, nec item affectent placere: ſibi tamen de ſe blandiuntur, atque delicias faciunt. Vae talibus. Deum irritant nedum qui de non bonis quaſi bonis, ſed & quicunque de bonis divinis ut propriis, velut divinis, quaſi vero propriis meritis habitis intus deliciantur; Itemque illi, qui in divinam gratiam revocant, ſed interim eadem bona in aliis livore, & invidia intuentur.

ETiam intus eſt aliud in eodem genere tentationis malum, quo inaneſcunt qui placent ſibi de ſe (*a*), quamvis aliis vel non placeant (*b*), vel diſpliceant, nec placere affectent ceteris. Sed ſibi placentes multum tibi diſplicent, non tantum de non bonis quaſi bonis; verum etiam de bonis tuis quaſi ſuis: aut etiam ſicut de tuis, ſed tanquam ex meritis ſuis: aut etiam ſicut ex tua gratia, non tamen (*c*) ſocialiter gaudentes, ſed aliis invidentes ea. In his omnibus atque huiuſcemodi periculis & laboribus vides tremorem cordis mei; & vulnera mea magis ſubinde a te ſanari, quam mihi non infligi ſentio.

(*a*) *Qui placent ſibi de ſe*. = Iam tandem abyſſi magnae ianuae aperiendae ſunt, & ſpectandum, quanquam inſigni horrore, quot, & qualia monſtra poſſit portendere: quae tamen divina virtute fugemus: & quidem ita, ut in poſterum nequeant emergere. *Ioannes Pherepons* nunc in Aguſtinum impius, nunc temerarius, nunc mendax, nunc imperitus, ſemper autem lividus; Hic viribus ſuis collectis, prodit quid velit, & quantum valeat? & ſummo in Auguſtinum impetu facto, ſimul ſe oſtendit impium, temerarium, mendacem, imperitum, & lividum. Accipe integrum eius ſermonem, qui habetur pag. 476. = Miror acuto „ homini in mentem non veniſſe, fore „ ut Donatiſtae, Manichaei, aliique eius „ adverſarii dicerent eum non diſplicere „ ſibi, qui tamdiu non tam apud Deum, „ quam apud homines, de ſe, & ſuis „ loquatur, & dum gravia peccata, „ quae negari non poterant, aut minu„ tiora ambitioſe proloquitur, laudes „ ſuas interea minime omittit. Miror „ etiam eum veritum non eſſe, ne ii „ adverſarii hic deſiderarent confeſſiones „ eorum, quae baptiſmum eius ſequuta „ ſunt, & quae in eius vita habentur. „ Maligni homines facile dicere pote„ rant, non eſſe uſque adeo mirum „ eum valedixiſſe arti Rhetoricae, in„ ter pueros docendae exiguis cum e„ molumentis, & tenui honore; ut eam

in

„ in multo ampliore Theatro, & multo fructuoſius exerceret; in Eccleſia nimirum ſacroſancta auctoritate inſtructus, & in cuius adminiſtratione eloquentia ſua magnas laudes populi, magna a divitibus munera referre facile poterat, dum paupertatem prae ſe ferret. Commodiſſimum fuiſſe, ſine magno labore homini eloquenti prout tempora ferebant, piis liberalitatibus aliorum ſuſtentari. Non exiguam fuiſſe voluptatem non omni imperandi cupidine exuto, plebem veluti nomine Dei regere, adverſantes Eccleſiaſtica ſocietate eiicere, damnare, proſcribere. Ducem partium agere propter dicendi facultatem, & longe inter pares eminere. Fuiſſe cur a Deo veniam peteret, quod loquendi dumtaxat facilitate inſtructus, tumultuaria lectione Scripturae in linguam Latinam converſae, ſine ulla Hebraicae, aut Graecae linguae cognitione, Presbyter, & Epiſcopus contra canones Nicaenos factus, interpretari aggreſſus eſt quod non intelligebat, & tot volumina de Scriptura ſcribere, antequam neceſſaria praeſidia ad eam intelligendam ſibi comparaſſet. Nam quae dici poſſunt, eum invitum factum eſſe Presbyterum, & Epiſcopum, canonem Nicaenum, quo vetabatur Epiſcopus ſibi vivo ſucceſſorem facere, ignotum fuiſſe, pauperem vitam egiſſe &c. ea maligni homines dixiſſent, partim ſatis eſſe divitem, qui haberet quod aliis largiretur, & inde tantum ſibi ſumeret quantum vellet; ac denique notas dudum eas eſſe artes, quae ad quam potentiam evexerint homines humiles ſcilicet, & mundi contemtores iam videmus. Ad me quidem quod attinet ut non ſum credulus eiuſmodi criminationibus: ſic non diffiteor me defenſiones Auguſtini hiſce de rebus libenter lecturum fuiſſe. „

Nunc commodet nobis ſua carmina C. Valerius Flaccus de *Aegonauticis* lib. 8. v. 60., & 61. *Ipſius en oculos, & lumina torva draconis - Aſpicis: ille ſuis haec vibrat fulgura triſtis.* Haec *Pherepontana* quidem nimis atrocia, & horrida ſunt: ut futurus ſit qui arbitretur, prudentius omitti potuiſſe: maxime cum momento nullo, quod ſolutionem poſtulent, ſtabiliantur. Id quidem conſilii & nobis primum adhaeſit, iuſtum quippe, & dignum eſt, ſermonem contemnere foedum, & vacuum, ex quo nempe ſi livorem, & impietatem detrahas, nihil ſupereſt. At vero, quid ſi impudens in ſuſpicionem vadat, arte atque tergiverſatione aliqua a nobis omiſſa, quibus ſuccubuerimus? Nec enim ut livor, ita & imperitia *Ioanis Clerici* omnibus perſpecta eſt. Id priori nos conſilio exſcit. Nunc ergo ad ſingula invicem diſcriminata: ut qui cuncta verba dedimus, nullam prorſus difficultatem diſſimulemus.

I. *Aliique eius adverſarii &c.* Donatiſtae, Manichaei, & alii ſimiles Auguſtini adverſarii? Iam ergo Auguſtinum laudas; Malis enim (ut ipſo naturae lumine quiſque agnoſcit, & profitetur) diſplicent boni, bonis autem mali. *Non placet quem ſcurrae laudant, manipulares muſitant.* Plautus in *Truculento* Comoed. ex 20. ultima, act. 2. ſc. 6. v. 10. *Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo qua decet honore veneratus ſum: & habitantem in te dilexi Dominum Salvatorem: ſed nunc &c. Macte virtute, in orbe celebraris: Catholici te conditorem antiquae rurſum fidei venerantur, atque ſuſpiciunt: & quod ſignum maioris gloriae eſt, omnes haeretici deteſtantur &c.* S. Hieronymus Epiſt. (inter Auguſtin.) 195. olim 25. ſcripta forte an. 418. Cumque haec, quae *Pherepones*, non exprobraverint Auguſtino Donatiſtae, Manichaei, Pelagiani &c. hos omnes ſimul iunctos livore, phraeneſi, impietate vicit *Pherepones*.

II. *Non tam apud Deum, quam apud homines &c.* = Etiam ad verba cap. 3. huius libri, *Quid mihi eſt &c.* id protuleras: *Apud Deum, immo apud homines &c.* Aut mentiris nunc, aut tunc mentitus es, quum pag. 474. ad cap. 4. lib. 8. dixiſti: *Inquirant alii, an decoret narrare Deo hiſtoriolas &c.* Optime inquit S. Petrus Chryſologus de Filiis prodigo, & frugi (Lucae 15.) Serm. 4. poſt med. *Invidus ſimulat ſemper, mentitur invidus ſemper.*

III. *Gravia peccata, quae negari non poterant &c.* = Plura peccata gravia Auguſtinus confeſſus eſt, quae in publicam notitiam haud venerant; quaeque proinde negari poterant. Inſuper, quae pluribus nota erant, ipſo tacente haud integro orbi nota fuiſſent; & certe poſterorum notitiam fugiſſent: quis enim praeter Auguſtinum ab ipſo ante baptiſma patrata peccata nobis enunciaſſet? Pro hoc & aliquot ſequentibus numeris recole dicta lib. 1. cap. 1. A. n. V.

IV. *Mentitur ambitioſe proſequitur* = Si Grammaticam, immo communem loquendi modum calleas, adverbium, *ambitioſe*, aequivocum eſt. Qui am-

Digitized by Google

ambitioſe virtutes proloquitur, virtutes amplificat: qui culpas, has etiam exaggerat. Dum ergo eructas, Auguſtinum minutiora ambitioſe proloquutum, fateris minutiores ſuas culpas quodammodo amplificaſſe! An tu ex illis es, de quibus Iſaias cap. 19. v. 14. *Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis &c.*

V. *Laudes ſuas interea &c.* = At qui confitetur, verax eſſe debet, & ingenuus: adeoque nobis enunciare, & quibus capiatur reticulis, & quae etiam evitet. *Quoniam aemulari non licet, nunc invidet.* Plautus in *Milite Glorioſo*, Comoed. ex viginti 12. act. 3. ſc. 2. v. 25. Recole dicta cap. 35. F. Interim mihi forte dicit Auguſtinus e Caelo: Dimitte hominem illum, iis deteriorem, de quibus ſcripſi in Pſalm. 32. Serm. 1. ad v. 2. *Qui otio abutuntur ad nequitiam.*

VI. *Quae baptiſmum eius &c.* = Quid hucuſque egit? At tibi muſcae nihil ſunt, cui cameli nec muſcae videntur. Ex iis vero, quae baptiſmum ſequuta ſunt, etiam illa orbi detexit, quae nonniſi Deo, & ipſi nota erant: quaeve nos uni ſacerdoti altiſſimo ſecreto detento inſigni verecundia deponimus. Cap. 30. n. 1. *In ſomnis autem non ſolum uſque ad delectationem, ſed etiam &c.* ubi Wangnereck aſcetam agens: *Admiranda eſt S. D. humilitas, qui id, quod eſt maximae verecundiae, etſi nullius ſit culpae, de ſe confiteri non dubitavit &c.* Quod ſi maiora deſideres, non habebis: nec enim humilitas mendacium poſtulat. Licet tu ad laudes tibi conciliandas, quas non merebaris, ſtupanda mendacia non ſemel vendideris.

VII. *Et quae in eius vita habentur.* = Doloſe loqueris, & nihil, pro more, concludis. Ubique argumentis niteris *ab invidia* deductis, & plura prodis, qualium in tua haud brevi diſſertatione mentionem nullam habueras. Si Auguſtini ſcripta intuearis, non dubito tibi concedere, quidquam etiam baptiſmum praecedens alibi innui, quod in Confeſſionibus hiſce ſileatur. Unde Serm. 180. de verbis Iacobi 5. (Alias, 28. de Verb. Apoſt.) cap. 9. n. 10. = Iura„ vimus & nos paſſim, habuimus iſtam „ teterrimam conſuetudinem, & mor„ tiferam. Dico Caritati Veſtrae, ex „ quo Deo ſervire coepimus, & quan„ tum malum ſit in periurio vidimus, „ timuimus vehementer, & veternoſiſ„ ſimam conſuetudinem timore frenavi„ mus &c. Denique non vobis dicimus, „ non nos iurare: ſi enim hoc dicimus, „ mentimur (1). Quantum ad me pertinet, „ iuro: ſed quantum mihi videtur, „ magna neceſſitate compulſus &c] Et Serm 307. in decoll. S. Ioan. Bapt. c. (Alias, 10. inter editos a Pariſienſibus) cap. 4. n. 5. *Scio grave eſſe conſuetudini veſtrae: ſed & grave fuit conſuetudini noſtrae. Timendo Deum, abſtulimus iurationem de ore noſtro. Ecce vobiſcum vivimus: quis nos aliquando audivit iurantes? &c.* Verum haud neceſſum erat, ut quae alibi dixerat Auguſtinus, in Confeſſionibus hiſce refricaret. Quae igitur peccata *in eius vita habentur*, quae diſſimulavit? Audi ipſum hominem Dei lib. 3. contra Litteras Petiliani, cap. 1. n. 3. *Mihi autem minimum eſt, ut a vobis iudicer (2) &c. Iam quod ſequitur, etſi mihi non audeo usurpare, ut dicam, Nihil enim mihi conſcius ſum: fidenter (3) tamen in conſpectu Dei dico, Nihil eorum, quibus Petilianus tempus vitae meae, poſtquam in Chriſto baptizatus ſum, criminatus eſt, mihi conſcius ſum.* Sed cap. 10. n. 11. preſſius ad calumniam *Pherreponi*, quem Petiliano ſubtilitues. = De tempore vitae meae, quod „ eſt poſt baptiſmum, vobis quicumque „ me noſtis, ſuperfluo loquor ex iis, „ quae nota eſſe hominibus poſſunt: hi „ vero, qui me non noverunt, non ita „ iniqui eſſe debent in me, ut magis de „ me credant Petiliano, quam vobis. „ Nam ſi laudanti amico credendum non „ eſt, nec inimico detrahenti. Reſtant „ ea, quae occulta ſunt hominis, ubi „ ſola conſcientia teſtis eſt (4), quae „ teſtis eſſe apud homines non poteſt. „ In his me Petilianus Manichaeum eſſe „ dicit: hoc ego me non eſſe dico, „ loquens de mea conſcientia. Eligite cui credatis.] Veniunt in Auguſtini ſuffragium Plauti verba in *Truculento*. act. 2. ſc. 6. v. 6. 7. 8., & 9. = *Non laudandus eſt qui plus credit quae audit, quam* - Quae videt. *Non placet eum illi plus laudant, quae audiunt* - *Quam quae vident. Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti - Decem; qui audiunt, audita dicunt: qui vident plane ſciunt.* Et in Prologo *Amphitruo*, v. 8. *Si illis fides eſt, qui-*

(1) 12. Quaeſt. 1.
(2) 1. Cor. 4. 3.

(3) Ita in MSS. At in editis, *fideliter*.
(4) Editi, *talis eſt*. Melius MSS. *teſtis eſt*.

quibus eſt ea res ie manu. Verum *Pherepones* nec auritus teſtis eſt, nec auritos teſtes habet, integer enim orbis Auguſtinum ſanctiſſimum praedicat.

VIII. *Exiguis cum emolumentis*, *&* *tenui bacare &c.* = Amplius nedum Chriſtianos, ſed & Plaotum irritas, qui loco paullo ante laudato ex *Truculento*, v. 11, inquit: *Noe plecet &c. Neque illi, quorum lingua gladiorum aciem praeſtringit*. Iam ecim & Romanos Imperatores confodis, dom primariam Rhetoricae Cathedram, quam Mediolani, ubi ſedem habebant, liberalibus emolumentis, inſignibuſque bonoribus inſtituerant, tanta ruſticitate contemnis.

IX. *Ut eam in malto &c.* = In eam ſuſpicionem ierat Secundinus Manichaeus, quem ipſe S. Doctor lib. contra eumdem, cap. 1., & 2. fuſe, & modeſtiſſime refellit. = Quod de animo meo
„ non verum ſentis facile contemno: boc
„ enim ſentis, quod etſi in me non agno-
„ ſco, fieri tamen poteſt, ut ſit in homine
„ &c. Non igitur opus eſt, ut tibi hanc
„ ſuſpicionem magnopere ecner auferre.
„ Non enim ſpes tua pendet ex me,
„ aut bonus eſſe non poteris, niſi ego
„ fuero. Senti de Auguſtino quidquid
„ libet: ſola me in oculis Dei conſcien-
„ tia non accuſet &c. Quamobrem etſi
„ non bona de me ſuſpicatus ſis, quod
„ carnali timore alicuius incommodita-
„ tis, quae de ſocietate veſtra mihi ac-
„ cidere poterat, haereſim Manichaeo-
„ rum reliquerim, vel cupiditate ho-
„ noris, quem in Catholica adeptus ſum
„ &c. Ego enim fateor, timore Mani-
„ chaeos deſerui, ſed timore illorum
„ verborum, quae per Apoſtolum Pau-
„ lum prolata ſunt, *Spiritus*, inquit,
„ *manifeſte dicit, quia in noviſſimis tem-*
„ *poribus. &c.*(1) Amore quoque honoris
„ arſiſſe me fateor, ut inde diſcederem,
„ ſed illius honoris, de qoo idem dicit
„ Apoſtolus, *Gloria autem, & honor*,
„ *& pax omni operanti bonum &c.*(2)]
Et Epiſt. 126. (Alias, 225.) ad Albinam, n. 7 *Ego quippe ſecundum multorum ſenſum comparantium ſemetipſos ſibimetipſis, noe divitias dimiſiſſe, ſed ad divitias videor veniſſe*. Nunc dic nobis *Pherepone*: Noveras haec? Cur ergo diſſimulaſti? an noluiſti mundo innoteſcere, fatuam calumniam, ab infeliciſſimo Manichaeo te ſuffuratum? Si autem minime noveras, ut alia plurima non noviſti: cur poſt med. Praefat. in qua (ut obſervarunt & Eccleſiae hoſtes) ſuperbiam tuam orbi litterario detegis, te in S. D. ſcriptis apprime verſatum, eius vero amicos hoſpites praedicas?
„ Aegre ferent nos de Auguſtino, de
„ quo ferme quaſi de oraculo quodam,
„ non ſine horrore religioſo, loqui ſo-
„ lent, ita ſaepe egiſſe quaſi de quovis
„ alio homine ageremus. Sed poſtquam
„ omnia dixerint, quae ſuperſtitioſa
„ quaedam reverentia eis ſuggeſſerit er-
„ ga Scriptorem, quem forte nunquam
„ attente legerunt &c.] Legiſti vitam
S. D. a Poſſidio, qui cum eo annis propemodum quadraginta familiariter egit ſcriptam? cap. 4. haec prodit teſtis omni exceptione maior. = Qui (*Valerius*)
„ cum flagitante Eccleſiaſtica neceſſitate
„ de providendo, & ordinando praesby-
„ tero civitati plebem Dei alloqueretur,
„ & exhortaretur; iam ſcientes catholici
„ S. Auguſtini propoſitum, & doctrinam,
„ manu iniecta (quoniam & idem in po-
„ pulo ſecurus, & ignarus quid futurum
„ eſſet adſtabat: ſolebat autem laicus,
„ ut nobis dicebat, ab eis tantum ec-
„ cleſiis, quae non haberent epiſcopos
„ ſuam abſtinere praeſentiam) eum ergo
„ tenuerunt, &, ut in talibus conſue-
„ tum eſt, epiſcopo ordinandum intu-
„ lerunt, omnibus id uno conſenſu, &
„ deſiderio fieri, perficique petentibus;
„ magnoque ſtudio, & clamore flagitan-
„ tibus, ubertim eo flente &c.] Et
cap. 7. = Ille vero beatus ſenex Vale-
„ rius ceteris ex hoc amplius exultans,
„ & Deo gratias agens de concesso ſibi
„ ſpeciali beneficio, metuere coepit,
„ ut eſt humanus animus, ne ab alia
„ Eccleſia Sacerdote privata, ad epi-
„ ſcopatum, quaereretur, & ſibi au-
„ ferretur: nam & id proveniſſet, ni-
„ ſi & hoc idem epiſcopus cognito,
„ ad locum ſecretum eum tranſire cu-
„ raſſet, atque occultatum a quae-
„ rentibus minime inveniri feciſſet. Un-
„ de amplius formidans idem venerabilis
„ ſenex &c.] Et hic redeunt Plauti verba, n. 7. laudata, *Si illis fides eſt*, *quibus eſt ea res in manu*. Vide etiam ſi placet Ipſum Auguſt. Epiſt. 31. (Alias, 148.) ad Valerium. Manifeſtum eſt item ex cap. 2. lib. 9. harum Confeſs. cur Auguſtinus Rhetoricae Cathedrae valedixerit. Sed & Serm. 355. de Vita, & Moribus Clericorum ſuorum.

(1) 1. Tim. 4. 1.

(2) Rom. 2. 10.

rum 1. (Alias, de Diverſ. 49.) cap. 1.
n. 2. integram pro re hac apologiam
texit, cuius partem volumus, etſi non
levi faſtidio, exſcribere. = Ut ergo non
„ vos diu teneam, praeſertim quia ego
„ ſedens loquor, vos ſtando laboratis:
„ noſtis omnes, aut pene omnes, ſic
„ nos vivere in ea domo, quae dicitur
„ domus epiſcopi (1), ut quantum poſ-
„ ſumus, imitemur eos ſanctos, de qui-
„ bus loquitur liber Act. Apoſtol. *Ne-*
„ *mo dicebat aliquid proprium, ſed erant*
„ *illis omnia communia* (2) Quia forte ali-
„ qui veſtrum non ſunt tam diligentes
„ vitae noſtrae ſcrutatores, ut hoc ſic
„ noverint, quomodo volo vos noſſe, di-
„ co quid ſit quod breviter dixi. Ego,
„ quem, Deo propitio videtis epiſcopum
„ veſtrum, iuvenis veni ad iſtam civita-
„ tem ut multi veſtrum noverunt. Quae-
„ rebam ubi conſtituerem monaſterium,
„ & viverem cum fratribus meis. Spem
„ quippe omnem ſaeculi reliqueram, &
„ quod eſſe potui, eſſe nolui: nec ta-
„ men quaeſivi eſſe quod ſum. *Elegi in*
„ *dama Dei mei abiectus eſſe magis, quam*
„ *habitare in tabernaculis peccatorum* (3).
„ Ab eis, qui diligunt ſaeculum, ſe-
„ gregavi me: ſed eis, qui praeſunt
„ populis, non me coaequavi. Nec in
„ convivio Domini mei ſuperiorem lo-
„ cum elegi, ſed inferiorem, & abie-
„ ctum: & placuit illi dicere mihi, ad-
„ ſcende ſurſum. Uſque adeo autem
„ timebam epiſcopatum, ut quoniam
„ coeperat eſſe iam alicuius momenti in-
„ ter Dei ſervos fama mea, in quo lo-
„ co ſciebam non eſſe epiſcopum non
„ illo accederem. Cavebam hoc, & age-
„ bam quantum poteram ut in loco hu-
„ mili ſalvarer, ne in alto periclitarer.
„ Sed, ut dixi, domino ſervus contradi-
„ cere non debet. Veni ad iſtam civi-
„ tatem propter videndum amicum, quem
„ putabam me lucrari poſſe Deo, ut
„ nobiſcum eſſet in monaſterio: quaſi ſe-
„ curus, quia locus habebat epiſcopum.
„ Apprehenſus presbyter factus ſum, &
„ per hunc gradum perveni ad epi-
„ ſcopatum. Non adtuli aliquid, non
„ veni ad hanc Eccleſiam, niſi cum iis
„ indumentis, quibus illo tempore ve-
„ ſtiebar. „

X. *Dum paupertatem prae ſe fer-*
ret. = Piget adhuc de meridiana luce
diſputare. Tibi ementita videtur Au-
guſtini paupertas, quae manifeſtiſſima Poſ-
ſidio viſa eſt; hic enim in Vita, cap. 5.
„ Factus ergo presbyter, monaſterium
„ intra eccleſiam mox inſtituit: & cum
„ Dei ſervis vivere coepit ſecundum
„ modum, & regulam ſub ſanctis Apo-
„ ſtolis conſtitutam: maxime ut nemo
„ quidquam proprium in illa ſocietate
„ haberet, ſed eis eſſent omnia com-
„ munia, & diſtribueretur unicuique ſi-
„ cut opus erat: quod iam ipſe prior
„ fecerat, dum de transmarinis ad
„ ſua remeaſſet] Cap 19. „ Et eas
(*cauſſas*) aliquando uſque ad horam
„ refectionis, aliquando autem tota die
„ ieiunans, ſemper tamen noſcebat, &
„ dirimebat &c. nihil aliud quaerens ab
„ iis, quibus ad hoc vacabat, niſi tan-
„ tum obedientiam, & devotionem Chri-
„ ſtianam, quae & Deo debetur, &
„ hominibus &c.] Cap. 22. veſtium,
calceamentorum, vel lectualium, &
menſae paupertatem congruam. Cap. 23.
eleemoſynis, animumque ad bonis cun-
ctis cedendum, & vivendum ex eleemo-
ſynis, laicis etiam ad eum contractum
provocatis, paratum laudat idem Poſſi-
dius. Cap. 24. = Domus eccleſiae cu-
„ ram, omnemque ſubſtantiam ad vices
„ valentioribus clericis delegabat, & cre-
„ debat. Numquam clavem, nunquam
„ anulum in manu habens: ſed ab eiſ-
„ dem domus praepoſitis cuncta & ac-
„ cepta & erogata notabantur: quae
„ anno completo eidem recitabantur,
„ quo ſciretur quantum acceptum,
„ quantumque diſpenſatum fuiſſet &c.]
Cap. 31. = Teſtamentum nullum fecit,
„ quia unde faceret pauper Dei non
„ habuit &c. Nec ſuos conſanguineos
„ vel in propoſito, vel extra conſtitutos
„ in ſua vita, & morte vulgi more tra-
„ ctavit: quibus dum adhuc ſupereſ-
„ ſet, id ſi opus fuit, quod & ceteris
„ erogavit, non ut divitias haberent,
„ ſed ut aut non, aut minus egerent.]
Haec de Auguſtino ille, qui cum eo-
dem fere quadraginta annis familiariter
vixit; Unde & redit illud Plauti: *Si*
illis fides eſt, quibus eſt ea res in manu.
Quae ipſe Aug. coram teſtibus profite-
tur Serm. 355 de Vita, & Mor. Cleric.
1. (Alias, de Diverſ. 49) c. 1. n. 2. &
356. (Alias, de Diverſ. 50.) n. 13.
& alibi; nec opus eſt pro re manifeſta
volumina conficere.

XI. *Non exiguam fuiſſe voluptatem*
&c. = Ita quidem tibi hominum ſuper-
biſ-

(1) Edit. *domus epiſcopi*. At Colbertinus ante o-
ctingentos annos deſcriptus liber habet, *domus epiſcopii*.

(2) Act. 4. 32.
(3) Pſal. 83. 11.

biſſimo, qui ad ſaturam tuam. Auguſtinum metiris. At Doctorum modeſtiſſimus vide quid profiteatur lib. de Opere Monachorum, cap. 29. n. 37.
„ Non alligamus onera (1) gravia, &
„ veſtris humeris imponimus, quae nos
„ digito adtingere nolumus. Quaerite,
„ & agnoſcite labores occupationum no-
„ ſtrarum &c. Quamquam enim dicere
„ poſſimus, *Quis militat ſuis ſtipen-*
„ *diis umquam? Quis* (2) *&c.* Tamen
„ Dominum Ieſum, in cuius nomine
„ ſecurus haec dico, teſtem invoco ſu-
„ per animam meam, quoniam quantum
„ adtinet ad meum commodum, multo
„ mallem per ſingulos dies certis horis,
„ quantum in bene moderatis monaſte-
„ riis conſtitutum eſt, aliquid manibus
„ operari, & ceteras (3) horas habere
„ legendum, & orandum, aut aliquid
„ de divinis litteris agendum liberas,
„ quam tumultuoſiſſimas perplexitates
„ cauſſarum alienarum pati de negotiis
„ ſaecularibus vel iudicando dirimendis,
„ vel interveniendo praecidendis: quibus
„ nos moleſtiis idem (4) afflixit Apoſto-
„ lus &c.] Epiſt. 59. (Alias, 217) ad Victorinum concilium convocantem, n. 1. *Deinde ad ipſos Numidas ita perturbato, & neglecto ordine ſcriptum, ut nomen meum tertio loco invenerim, qui novi quam poſt multos epiſcopus factus ſum.* Epiſt. 85. ad Paulum epiſc. (Alias. 216.) ſub finem: *Non eſt epiſcopatus artificium tranſigendae vitae fallacis*, Serm. 2. in Pſal. 61. ad v. 13. n 17. *Admitimini mecum, utrum poſſimus intelligere hoc: & ſi non potuero, & intelligit aliquis veſtrum, quod ego non poſſum: gaudebo potius, quam invidebo.* In Pſal. 66. (ubi, ſicut & praeced. loco, plebem adloquitur). n. 10. ſub finem: *De iſto loco quaſi ſublimiore loquimur ad vos: quam ſimus autem timore ſub pedibus veſtris, Deus noverit &c.* Vide etiam in Pſal. 148. ad v. 8. n. 12. & lib. 19. de Civit. Dei, cap. 14. in fine. Denique vidimus cap. 36. fuiſſe Auguſtinum a docendi amore alieniſſimum.

XII. *Quod loquendi dumtaxat &c.* = Et hic Secundini Manichaeorum Auditoris, aut malitia, aut ignorantia ſimia eſſe voluiſti. Ille enim Epiſt. ad Auguſtinum, n. 3. = Summum inveni ubi-
„ que oratorem, & deum pene totius
„ eloquentiae; nuſquam vero comperi
„ Chriſtianum: & armatum quidem con-
„ tra omnia, affirmantem vero nihil:
„ cum te magis ſcientia peritum debue-
„ ris oſtendere, non ſermone &c. Ego
„ namque fateor non tali diligentia, nec
„ tanta induſtria Anicianae domus mica-
„ re marmora, quanta tua ſcripta per-
„ lucent eloquentia. Hanc ſi voluiſſes
„ veritati concordare, magnum utique
„ nobis exſtitiſſet ornamentum.] Dum tamen *Phereponi* imperitum Manichaeum imitaris, *Eraſmum*, qui tibi deus eſt irritas: is enim, ut notum eſt, queritur non ſemel Auguſtinum metaphyſica immerſum, eloquentiam, quam apprime callebat, quamque ſuae pietatis initio ſatis oſtenderat, admodum inde contemſiſſe. Sed & tu infra ad cap. 2. lib. 11: profiteris: *Quae non eo dico, quod eloquentiam, & acumen, in rebus praeſertim Metaphyſicis, Auguſtino detrahant &c.* Iam vero quum Eloquentia, & Metaphyſica vix non invicem pugnent: an nonne te ſpiritu vertiginis actum iure dicam, dum Auguſtinum & ſolum eloquentem, & metaphyſicis inſignem, eadem pagina praedicas? Ceterum Auguſtinum non ſola eloquentia, immo, potius diſputationis pondere, quam eloquentia pugnaſſe, & magnam famam illam ſibi peperiſſe, lyppis notum eſt atque tonſoribus. At tu qui Auguſtino Latinae linguae pompam invides, cur Hebraicae, & Graecae caritatem adeo criminaris?

Interim haud praetereundum eſt ad *Phereponi* ſtultitiam magis exſufflandam; quae ipſe in Auguſtinum hucuſque iaculatus eſt, nedum in quoſcunque Dei ſervos ad Eccleſiaſticas dignitates evectos, ſed & in Apoſtolos (divinis praeciſis rationibus) dirigi poſſe: & quidem eo ampliori iure, quo hi ex abiectiori loco ad altiores ſedes evecti ſunt: Auguſtinus enim nobili genere ortus, philoſophus ſummus, in civitate longe ampliſſima, Imperatoris ſede primarius Rhetoricae doctor, ad Africanae gentis epiſcopatum non adeo celebrem promotus eſt; Duodecim illi manu, & labore, arte nempe longe abiectiſſima ſibi victum quaerentes, ſupra modum rudes, & imperiti, totius Chriſtiani orbis Senatores electi ſunt.

XIII. *Tumultuaria lectione &c.* = Immo haud temere arbitrari poſſumus, integram Scripturam memoriter Auguſtinum tenuiſſe: cum vel duas periodos cu-

(1) Matth. 23. 4.
(2) 1. Cor. 9. 7.
(3) Aliquot MSS. & certas horas.
(4) Plures MSS. afflixit, 1. Cor. 13. 2.

dere neſciat, quas Scripturae verbis non ſtabiliat, vel condiat, ita quod tuus *Eraſmus* libros quosdam ei negandos cenſuerit, quod in illis non denſiſſima Scripturarum oracula occurrant. Inſuper ſi quaedam Auguſtini attente legas, fatearis oportet, vix non quaecunque profert ex Scripturae ſententiis compacta eſſe adeo ut videatur divinam phraſim ei in alteram naturam iviſſe. Quod ſi tumultuaria lectione illa theologica ſtudia ſignificare velis, maxima celeritate, & minimo labore digeſta, & conſummata: rem nimis veram, omnibusque manifeſtam prodis: de qua non a Deo veniam petere, ſed Deo gratias referre teneatur Auguſtinus: cum non abſque maximo, uſque adhuc non alteri dato (Canonicis exceptis ſcriptoribus) dono id contingere potuerit.

XIV. *Sine ulla Hebraitae &c.* = Auguſtinum Hebraicam linguam non poſſediſſe inficiari nec volo, nec debeo. At nullam prorſus eius habuiſſe cognitionem nimis libere praedicas. Notum eſt, Punicam linguam extitiſſe Africanis nativam; eamque Romanorum adceſſu, qui Latinam invexere (1) nonnihil corruptam, atque deperditam, a Ruribus, nec non exiguis, & Mediterraneis oppidis, itemque e Civitatum incolis inter vulgarem populum eminentibus, aut ad uſum, aut ad maiorem eruditionem, & patrium ſplendorem retentam, & conſervatam. Certe Auguſtinum Punicam linguam calluiſſe fere inſinuat Secundinus Manichaeus Epiſt. ad eumdam, n. 2. ubi: *Muta quaeſo ſententiam, depone Punicae gentis perfidiam.* Magis vero, & ſaepe ipſe *Pherepoaus: Si quid occurreret, quod ſpecioſae declamatiunculae occaſionem praeberet, aut praebere videretur, id vero avide arripiebat, & Punicae eloquentiae vela pandebat.* At de hoc non eſt ambigendum; Quippe ipſe S. D. lib. 1. de Peccatorum merit. & remiſſ. cap. 24. n. 34. *Optime Punici Chriſtiani baptiſmum ipſum nihil aliud, quam ſalutem, & ſacramentum corporis Chriſti, nihil aliud, quam vitam vocant.* Epiſt. 17. (Alias, 44.) ad Maximum Madaurenſem Grammaticum, n. 2. „Nam
„quod nomina quaedam Punica mor-
„tuorum collegiſti, quibus in noſtram
„religionem feſtivas (ut tibi viſum eſt)
„contumelias iaciendas putares neſcio
„utrum refellere debeam, an ſilentio
„praeterire. Si enim res iſtae videntur
„tam leves tuae gravitati, quam ſunt,
„iocari mihi non multum vacat &c. Ne-
„que enim uſque adeo teipſum oblivisci
„potuiſſes, ut homo Afer ſcribens Afris,
„cum ſimus utrique in Africa conſtituti,
„Punica nomina exagitanda exiſtimares.
„Nam ſi ea vocabula interpretemur,
„Namphanio quid aliud ſignificat, quam
„boni pedis hominem, ideſt cuius ad-
„ventus, afferat aliquid felicitatis: ſi-
„cut ſolemus dicere, ſecundo pede in-
„troiſſe, cuius introitum proſperitas a-
„liqua conſequuta ſit? Quae lingua ſi
„improbatur abs te, nega Punicis libris,
„ut a viris doctiſſimis proditur, multa
„ſapienter eſſe mandata memoriae. Poe-
„niteat te certe ibi natum, ubi huius
„linguae cunabula recalent.] Lib. 2. Quaeſtionum Evangel. q. 5. *Mammona vero iniquitatis ab hoc a Domino appellata eſt iſta pecunia, quam poſſidemus ad tempus, quia Mammona divitiae interpretantur &c.* Lib. 2. de Sermone Domini in Monte ſecundum Matth. cap. 14. n. 47. *Mammona apud Hebraeos divitiae appellari dicuntur. Congruit & Punicum nomen: nam lucrum Punice, mammon dicitur* (3). In expoſitione Inchoata Epiſt. ad Rom. n. 13. ſive circa med.
„Quo loco prorſus non arbitror prae-
„tereundum, quod pater Valerius ani-
„madvertit admirans in quorumdam ru-
„ſticanorum collocutione. Cum enim
„alter alteri dixiſſet, *Salus*, quaeſivit
„ab eo, qui & Latine noſſet, & Puni-
„ce, quid eſſet *Salus*: reſponſum eſt,
„*Tria*. Tum ille &c. ut cum Latine
„nominatur *Salus*, a Punicis intelligan-
„tur *Tria*; & cum Punici lingua ſua *Tria*
„nominant, Latine intelligatur *Salus*.
„Chananaea enim, hoc eſt, Punica
„mulier &c. Unde interrogati ruſtici
„noſtri quid ſint, Punice reſpondentes
„*Chanani*, corrupta ſcilicet, ſicut in
„talibus ſolet, una littera, quid aliud
„reſpondent, quam, Chananaei?] Tandem Serm. 167. de verbis Apoſt. Epheſ. 5. (Alias, 4 de Verb. Apoſt.) c. 3, n. 4. *Proverbium notum eſt Punicum, quod quidem Latine vobis dicam, quia Punice non omnes noſtis. Punicum enim proverbium eſt antiquum:* Nummum quaerit peſtilentia: duos illi da, & ducat ſe. *Numquid non hoc proverbium de Evangelio videtur natum? Nam &c.* (Matth. 5. 4.) Similia leguntur Serm. inter ſpu-

(1) Vide l. 19. de Civit. Dei, cap. 7.
(2) a. Part. 1. 3.
(3) Idem in Pſal. 53. n. 2. & Serm. 113. (Alias, de Verb. D. 35.) c. 2.
(4) 2. Part. t. 3.
(5) 2. Part. t. 3.

Digitized by Google

ſpurios 111. olim ex 50. Homil. in. n. 6.

Punicam vero linguam admodum Hebraicae affinem fuiſſe & patet ex dictis, & ipſe S. D. non ſemel manifeſte teſtatur, Lib. Locutionum de Geneſi, ad v. 9. n. 24. *Locutio eſt, quam propterea Hebraeam puto, quia & Punicae linguae familiariſſima eſt, in qua multa invenimus Hebraeis verbis conſonantia.* Lib. 7. Quaeſtionum in Iudices, quaeſt. 16. ad illud Iud. 2. 13. *Et ſervierunt Baal, & Aſtartibus.* = Solet dici Baal nomen eſſe apud gentes illarum partium Iovis, Aſtarte autem Iunonis, quod & lingua Punica putatur oſtendere. Nam Baal Punici videntur dicere Dominum; unde Baalſamen, quaſi Dominum caeli intelliguntur dicere: Samen quippe apud eos caeli appellantur. Iuno autem ſine dubitatione ab illis Aſtarte (1) vocatur. Et quoniam iſtae linguae non multum inter ſe differunt, merito creditur hic de filiis Iſrael hoc dicere Scriptura, quod Baal ſervierunt, & Aſtartibus, quia Iovi, & Iunonibus. Nec movere debet quod non dixit Aſtarti, ideſt Iunoni; ſed tamquam multae ſint Iunones &c.] Serm. 113. de verbis Lucae 16. (Alias, 35. de Verb. D.) c. 2. n. 2. = Quid eſt Mammona? Verbum eſt enim, quod Latinum non eſt, Hebraeum verbum eſt, cognatum linguae Punicae. Iſtae enim linguae ſibi ſignificationis quadam vicinitate ſociantur. Quod Punici dicunt Mammon, Latine lucrum vocatur. Quod Hebraei dicunt mammona, Latine divitiae vocantur. Ut ergo Latine totum dicamus, hoc ait Dom. noſter Ieſus Chriſtus, Facite vobis amicos de divitiis iniquitatis.] In cap. 4. Ioan. Tract. 15. n. 27. ad illud c. 4. v. 25. *Scio quia Meſſias venit &c. Meſſias autem unctus eſt: unctus Graece Chriſtus eſt: Hebraice Meſſias eſt: Unde & Punice, Meſſe dicitur unge. Cognatae quippe ſunt linguae iſtae, & vicinae, Hebraica, Punica, & Syra.* Lib. 2. contra Litter. Petil. cap. 104. n. 239. *Nam & ipſe Chriſtus a chriſmate appellatur, ideſt ab unctione. Hunc Hebraei dicunt Meſſiam, quod verbum Punicae linguae conſonum eſt, ſicut alia Hebraea permulta, & pene omnia.* Unde in Pſal. 87. ad v. 11. n. 10. *In Hebraeo quidem aliter ſe habere firmatur: non enim medici, ſed gigantes eſſe perhibentur. Verum Septuaginta interpretes &c. de vocis ſimilitudine, qua in Hebraea lingua gigantes, & medici pene eadem modo ſonant, & exiguo differentia diſtinguuntur &c.* & de Gratia novi Teſtam. ad Honorat. lib. ſeu Epiſt. 140. (Alias 120.) cap. 3. n. 6. *Cum autem venit plenitudo temporis* (2) *&c. miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, quo nomine proprietate Hebraicae linguae omnis femina nuncupatur, ſive viro intacta, ſive iam mixta.* Unde, ut ad argumentum ſenſim redeamus, *Pherepones*, pag. 491. col. 1. & 2. pag. 530. col. 1. & pag. 547. col. 2. in Poenorum, ſeu Afrorum ſocordiam invehitur, quod Hebraicae linguae tam proximi, neglexerint eam perdiſcere. Quod ante *Pherepenum* alii, & quidem modeſtius obſervaverant. Immo pag. 490. col. 2. in Epiſt. 53. *Videndum an ea Lingua Phoenicia, aut Punica &c. In lingua autem Hebraica, quam eamdem fuiſſe cum Phoenicia multis argumentis conſtat &c.* Vide etiam Canonicum Ioannem Petrum Franciſcum Agium de Soldanis lib. cui titulus: *Della lingua Punica preſentemente uſata da' Malteſi &c.* Cuius tamen non omnia nobis probantur.

Unde dic nobis *Pherepone*, an hominem linguae Punicae peritiſſimum, Hebraicae prorſus inſcium iure praedicaveris, cum una alteram tam bene comitetur? Dic inquam utrum prorſus temere Auguſtinum Hebraicam linguam calluiſſe vel utcunque, tradant atque propugnent ex nobis cognitis Ioannes Rivius in Vita lib. 1. c. 2. paragr. 8 & & Bollandiſtae paragr. 3. n. 37. Fatemur tamen, non ſemel S. D. Hebraicae linguae ſe ignarum dicere, maxime in his Confeſſion. lib. 11. c. 3. manifeſtis illis verbis: *Si Hebraea voce loqueretur, fruſtra pulſares ſenſum meum &c.* Verum id complanatur ex dictis: Neque enim eruditio Hebraica ex lingua affine prognata ſat fuiſſet ad Moiſem loquentem tenendum; Maxime dialecto ſpectata, quae nimis exacte ſuae linguae haeret. Ita nec una Italica provincia totius Italiae ſermones exacte tenet; ex quo tamen haud ſequitur, Florentinos puta Neapolitani ſermonis prorſus inſcios dicendos. Quidquid vero ſit de omnium Afrorum cauſſa: Auguſtinus in tuto eſt; tot enim ſolicitabatur, opprimebatur un-

(1) MSS. tres *Eſtart*, Duo *Aſtart*.

(2) Galat. 4. 44.

diique circumſtrepentibus graviſſimis totius Chriſtianae religionis negotiis, ut nec poſſet, nec deberet, iis omiſſis, multo otio Hebraicae linguae inſtitutiones evolvere.

XV. *Sine ulla Graecae linguae cognitione.* = Ex modico mandacio, ad maximum tranſis: & cuius te arguere poſſit quicunque Auguſtini paginas vel ſummis labiis delibavit. Auguſtinum aliqua Graecae linguae cognitione praeditum notum eſt orbi; Unde *Pherepona* reiecto, ad alios oratio noſtra convertitur. Vix eſt popularis rumor, qui tot eximios homines occupaverit, atque deceperit, ut iſte: videlicet Auguſtinum leviter admodum Graecae linguae cognitione tinctum. Ludovicus Vives in lib. 15. de Civit. Dei, cap. 13. *Nec hebraice ſciebat Auguſtinus, & graece minus quam mediocriter.* *Eraſmus* lib. 2. Epiſt. 26. ad Ioan. Ecklum: *Auguſtinus graeca neſciit, & ſi quid attigit, non magnopere fuit uſui ad Graecorum commentarios evolvendos.* Similia habentur in Scaligerana poſteriori. Lib. 3. c. 9. pag. 397. & 398. Hiſtor. Criticae Veter. Teſtam. Simon. Ricard. in Boſſuet. in Praefat. ad Inſtruct. circa Verſ. Novi Teſtam. an. 1702. circa finem, & aliorum plurium eruditorum hominum paginis. Et quidem *Eraſmi* iudicium hac in re nullius, vel minimi eſt ponderis; Nedum ampla illa ratione, ab Eruditis paſſim obſervata: quod nempe vertiginis infirmitate laborans, non poſſet vel ſemel, & bis non ea carpere nomina, quae centies eximiis laudibus exornaverat; Sed & quia ea epiſtola ſemel excelſo verbo litat (per ſoſtenere l' impegno); Et quod de eruditione iudicet linguae ſibi non admodum familiaris; Neque enim ſolius Alexandri Ales is conceptus eſt: *Sed aliquam Eraſmianae cenſurae, & certitudinem, quam in Latinis praeſtitit, in Graecis prorſus deſidero* (1). Sed, ut diximus, plurium doctorum virorum illud iudicium eſt.

Quid igitur? Vanam famam illam primo auctoritate impetemus, & quidem duorum, quos in Auguſtiniana eruditione priores tenere, aequos nullus inficiari poteſt. Ili autem Benedictini, & Bollandiſtae ſunt, quorum primi integram propemodum aetatem, poſteriores autem haud paucos annos in Auguſtinianarum paginarum lectione, & quidem diligentiſſima conſumſere. Primi in Praefat. ad 3. tom. poſt med. = Hic fortaſſe ,, occurrendum eſſet cenſurae quorumdam hominum levis auctoritatis, qui verbis inverecundis Auguſtino exprobrare auſi ſunt imperitiam linguarum, ex quarum ignoratione lapſus ſit aliquando, ut mollius reddamus cuiuſdam Neoterici dictum, quod atroci, & impudenti vocabulo expreſſit. Sed eiuſmodi convicia in auctorem ipſum recidunt, conſtatque apud aequos rerum aeſtimatores, Auguſtinum ad intelligentiam novi Teſtamenti ſubſidio Graecae linguae, ad quam omnes Latinae editiones conditae ſunt, ſatis inſtructum fuiſſe; ut probant variae Lectiones, ex Graecis fontibus deductae, quas Vir ſanctus in locis dubiis, aut mendoſis adhibuit. Fateor quidem in Confeſſionibus (2) ſuis Vir modeſtiſſimus ſe, cum puerulus Latinas litteras adamaret, Graecas odiſſe: ſed *iam epiſcopus, iam ſenex*, ait Eraſmus, *ad puera ſibi faſtidita Graecas litteras reverſus eſt*. Qua in re egregium dedit ſpecimen ſuae in ſacras Scripturas ſedulitatis, & reverentiae, qui iam ſenex tot negotiis diſtractus, ad elementa Graeca deſcendere non gravatus eſt, ut ad ſacrarum litterarum intelligendum textum eſſet inſtructior.] Et lib. 1. Vitae S. D. cap. 2. n. 5. ,, Saevis tortoribus, ac poenis urgebatur puer, ut Graecas litteras condiſceret: ſed cum in ea re, quam quis invitus agit, parum proficiat, hiſce litteris leviter imbutum ſe fuiſſe fatetur Auguſtinus. Huius quoque linguae inopia ſe ſuosva populares Africanos legendis libris de divina Trinitate Graece ſcriptis impares fuiſſe non diſſimulat (3). Ea tamen quantulacumque Graeci ſermonis notitia, quam ſibi comparaverat, uſque adeo feliciter uſus eſt, ut niſi ipſe pro innata modeſtia eius ſe rudem profeſſus eſſet, litteris Graecis apprime eruditus videri potuiſſet. Nam legit Epiphanii commentarium de haereſibus, aut certe breviarium eius, nondum latinitate donatum. Deinde aliorum Patrum graecorum libros pervolvit, e quibus teſtimonia non pauca depromſit adverſus haereticos. Denique crebra Graecarum vocum interpretatio, quae paſſim in eius opuſculis occurrit, ac complurium Scripturae locorum ex collatione codicum Graecorum cum Latinis reſti- ,, tu-

(1) In notis Chryſoſtomi Homil. ad Hebr.
(2) Conf. l. 1. c. 14.
(3) De Trinit. l. 3. n. 1.

Digitized by Google

„ tatio, documenta eſſe poſſunt, Au- „ guſtinum haud ita mediocriter Graece „ ſciviſſe.] Vide etiam eosdem Patres lib. 8. c. 10. n. 4. Similia minutiori ſermone obſervant Bollandiſtae paragr. 3. n. 33. *Maior factus, linguae utilitate viſa, eam excoluit &c. Haec aliaque ſatis probant S. Auguſtinum peritiorem fuiſſe linguae graecae, quam nonnulli communiter exiſtimant.* Quae longe ante obſervaverat Cornelius Lancilottus Erem. Auguſt. lib. 1. Vitae S. D. in fine: *Provectior autem eas didicit: aegreſcule ferens quod per eam aetatem non didiciſſet, quae litteris iis fuerat opportunior.*

Verum *Pherepouus*, ut eſt ſupra modum iniquus, Auguſtinum Graecae linguae inſcium non credit, ſed optat; queritur enim S. Doctorem ſaepe Graecas voces prodere: pag. autem 594. in fine deſiderio ſuo magis indulget; Scilicet ad verba S. D. in Prologo lib. de Haereſibus, *Noſter vero Epiphanius Cyprius epiſcopus &c.* inquiunt Benedictini: *Epiphanius Conſtantiae, ſeu Salaminae in Cypro epiſcopus humanis rebus exemtus eſt circiter annum Chriſti 403. Ipſius adverſus octaginta haereſes immenſi Operis, quod Panarium inſcripſit, nonniſi epitome; & anacephalaeoſis Auguſtino cognita.* Commentarium hunc ita nititur evertere *Pherepouus*: *Sed ne hoc quidem opus integrum vidit; cuius initia, & pluribus locis indicat Scriptor ſe maioris epitomen operis ſcribere. Credibile eſt Auguſtinum excerpta tantum ex eo, ab aliquo Graece ſciente facta, habuiſſe.* Sed aliud eſt magnum opus: & aliud magni operis epitomen ſcribere. Quod ad manus Auguſtini venit, breve opus erat: quodcunque eſſet aliud illud, quod iſto involvebatur. Maxime quoniam in Panario digreſſionibus ſcatente, quoad Auguſtini haereſes recenſere ſatagentis inſtitutum, non plura continebantur, quam in Anacephalaeoſi. At quidquid ſit de difficultate hac, quae pro re noſtra nullius eſt ponderis. Auguſtinum Epiphanii opus non *ab aliquo Graece ſciente excerptum* (nempe, Latine redditum, ut putamus iis verbis inſinuare velit *Pherepouus*) ſed adhuc Graece conſervatum legiſſe conſtat ex Epiſt. 222. S. D. ad ipſum Quodvult. D. n. 2. ubi ita loquitur: *Scripſit etiam hinc Graece epiſcopus Cyprius Epiphanius &c. Vide ergo ne forte librum S. Epiphanii tibi mittere debeam, qui poſſit apud Carthaginem in Latinam linguam verti facilius, atque commodius, et tu potius praeſtes nobis, quod quaeris a nobis.* Cui reſpondens Quodvult - Deus Epiſt. 223. n. 2. inquit, = Fruſtra etiam ho„ mini, qui Latina non didicit, Graeca „ facundia delegatur: quia non ego tan„ tummodo conſilium, ſed etiam auxi„ lium poſtulavi. Quid autem venera„ tionem tuam de interpretum non ſo„ lum difficultate, ſed etiam obſcuri„ tate admoneam, cum ipſe magis ac „ plene diiudices?

Et iam quidem pro Auguſtino confectum eſſet negotium. Adhuc vero quoniam opiniones etſi temere progenitae, longa tamen aetate, & plurium Eruditorum ſuffragiis ſtabilitae difficile admodum ab hominum mentibus convelluntur: in ipſam controverſiam preſſius ire placuit: aliquot Auguſtini locis oculis Lectorum obiectis, quibus ad ſenſum oſtendatur S. Doctorem, nedum Graecam eruditionem utcunque delibaſſe, ſed & Graece eruditos plures docere, emendare potuiſſe. Epiſt. ad Audacem epiſc. 261. (Alias, 140.) n. 5. ſeu ſub finem: *Pſalterium a S. Hieronymo tranſlatum ex Hebraeo non habeo. Nos autem non interpretati ſumus, ſed codicum latinorum nonnullas mendoſitates ex graecis exemplaribus emendavimus.* Epiſt. ad Hieronymum 71. (Alias, 10.) cap. 4. n. 6. *Proinde non parvas Deo gratias agimus de opere tuo, quo Evangelium ex graeco interpretatus es: quia pene in omnibus nulla offenſio eſt, cum Scripturam graecam contulerimus.* Lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, cap. 12. n. 18. „ Sicut quidam codices habent: *Acuti* „ *pedes eorum ad effundendum ſangui-* „ *guinem* (1): ὀξύς enim & acutum apud „ Graecos, & velocem ſignificat. Ille „ ergo vidit ſententiam, qui tranſtulit, „ *Veloces pedes eorum ad effundendum* „ *ſanguinem*; ille autem alius ancipiti „ ſigno in aliam partem raptus erravit „ &c. non enim intelligendos, ſed emen„ dandos tales codices potius praecl„ piandum eſt. Hinc eſt etiam illud, „ quoniam μόσχος graece vitulus dici„ tur μοσχεύματα quidam non intelle„ xerunt eſſe *plantationes*, & *vitulami*„ *na* interpretati ſunt: qui error tam „ multos codices praeoccupavit, ut vix „ inveniatur aliter ſcriptum; & tamen „ &c.] In ſeptem *Locutionum* libris quid

(1) Pſal. 13. 3.

quid agit, niſi quinque Moſis, unius Ieſu Nave, & alterius Iudicum origia reconditas locutiones meditari, & cum exemplaribus Graecis conferre? Lib. 4. Quaeſtionum in Numeros, q. 3. *Mirum eſt autem quomodo abuſive alienigena* (Numer. 1. 51.) *dicitur, quod magis alterius generis hominem ſignificat, ideſt* ἀλλογενής, *& non magis* ἀλλόφυλος, *quod ſignificat alterius tribus hominem &c.* Et q. 4. *Quas* φυλακὰς *Graecos dicunt, has noſtri interpretes alii* cuſtodias, *alii* excubias *interpretati ſunt. Sed mi cum niſi vigiliae melius dicuntur, quae ſolent in caſtris ſervarum horarum obſervationem habere. Unde &c.* Vide integram q. & q. 1. Lib. 6. Quaeſtionum in Ioſue, q. 12. = Nonnulli codices & „ Graeci, & Latini habent (Ioſ. 9. 3.) „ *Et accipientes ſaccos veteres ſuper humeros ſuos*; alii vero, qui veraciores „ videntur, non habent, *ſuper humeros*, „ ſed *ſuper aſinos ſuos*. Similitudo enim „ verbi in Graeca lingua mendoſitatem „ facilem fecit, & ideo Latina quoque „ exemplaria variata ſunt ὤμων quippe, „ & ὄνων non multum ab invicem diſſonant, quorum prius humerorum „ nomen eſt, poſterius aſinorum &c.] Plurima in Epiſt. ad Paulinum epiſc. 145. (Alias, 59.) quae piger, & otioſem eſſet exſcribere. Sat erit velut a longe inſinuare; n. 4 *Sed quod alii codices habent, & verius habere perhibentur, quia diligentiora exemplaria, per accentus notam eiusdem verbi Graeci ambiguitatem Graeco ſcribendi more diſſolvunt &c.* N. 5. = Iſte autem ſenſus, quo ita ex„ponitur, quod ſcriptum eſt (Pſal. 16. „ 14.) *Saturati ſunt filiis &c.* Inſpe„xi etiam codices Graecos, utrum da„tivus caſus eſſet, quod dictum eſt, „ *filiis*, an genitivus, quo illa lingua „ utitur pro ablativo, & inveni geniti„vum: quod ſi ad verbum interpreta„retur, ſcriptum eſſet, Saturati ſunt „ filiorum: ſed recte interpres ſenten„tiam ſecutus eſt, Latino more dixit, „ *Saturati ſunt filiis*] N. 6. = In quinto„decimo autem Pſalmo, quo ſcriptum „ eſt, *Mirificavit*, vel, *mirificet omnes* „ *voluntates ſuas inter illos*, nihil pro„hibet intelligi, immo & convenientius „ videtur non, *inter illos*, ſed, *in* „ *illis*. Sic enim Graeci codices habent. „ Saepe autem quod habet illa lingua, „ *in illis*, noſtri interpretantur, *inter* „ *illos &c.*] N. 8. *Sane codices emendatiores, & electioris auctoritatis, non habent*, voluntates ſuas, *ſed*, voluntates meas &c. N. 12. *Ecce enim ſicut tu ipſe poſuiſti*, Obſecro fieri obſecrationes, *non eodem verbo utrumque dixit Apoſtolus* (1. Tim. 2. 1.) *qui utique Graece illam ſcripſit epiſtolam, ſed &c. Unde ſi &c. ſed mirum ſi ſententiam Graeci ſermonis, vel conſuetudinis obtinebimus*. N. 13. *Orationes vero, quas Graecus habet &c. diſtinguere a precibus, vel precationibus omnino difficile eſt. Quod vero quidam codices non habent*, orationes, *ſed*, adorationes, *quia non dictum eſt in Graeco &c. ſed &c. non arbitror ſtienter interpretatum &c.* N. 16. = Ad „ quem intellectum etiam verbi Graeci „ origo nos adiuvat, Nam eam quam „ dicant εὐχὴν, raro ita Scriptura po„nit, ut intelligatur, *oratio*, ſed ple„rumque & multo uſitatius votum ap„pellat εὐχὴν &c. Unde hanc verbi „ originem, ſicut ſuperius dixi, non„ nulli minus erudite intuentes &c. Ideo „ in huius ſanctificationis praeparatione, „ exiſtimo Apoſtolum iuſſiſſe proprie &c. „ vel ut nonnulli minus perite interpre„tati ſunt &c.] Epiſt. ad Heſychium Salonit epiſc. 197. (Alias, 78.) n. 2. „ Nam cum hunc Dominus interrogatus „ eſſet a Diſcipulis ſuis: (Act. 1. 7.) „ *Nemo*, inquit, *poteſt cognoſcere tem„pora, quae Pater poſuit in ſua pote„ſtate*. Non enim dixit, diem vel ho„ram, ſed *tempora*, quae in brevi „ ſpatio non ſolent dici, ſicut dies vel „ hora, maxime ſi Graecum intueamur „ eloquium &c. quamvis Latine ſatis „ exprimi non potuerit. Ibi enim Grae„ce legitur &c. Noſtri autem utrumque „ hoc verbum tempora appellant, ſive „ &c. ſive &c. cum habeant haec duo „ inter ſe non negligendam differentiam „ &c.] Epiſt. ad Hieronymum 167. [Alias, 29.] c. 3. n. 11. *Abſit ergo ut dicamus eos, ac tantos fideles, & pios homines Dei non habere pietatem, quam Graeci vel* εὐσέβειαν, *vel expreſſius, & plenius* θεοσέβειαν *vocant*. Lib. 10. de Civit. Dei, cap. 1. n. 2. *Hic eſt enim divinitati, vel ſi expreſſius dicendum eſt, deitati debitus cultus, propter quem uno verbo ſignificandum, quoniam mihi ſatis idoneum non occurrit Latinum, Graeco ubi neceſſe eſt inſinuo quid velim dicere* - Λατρείαν *quippe &c.* Vide etiam quae ſequuntur & ibi, & n. 3. Lib. 2. contra Gaudentium Donatiſtam epiſc. cap. 2. n. 2. = Hinc enim & „ Graeco vocabulo Catholica nominatur. „ Quod enim Graece ὅλον dicitur Latine „ totum, vel univerſum interpretatur. „ Per totum ergo, ſive ſecundum to„tum eſt καθ᾽ ὅλον, unde Catholica

„ nun-

„ nuncupatur. Si hoc noſti, quare te noſſe diſſimulas? Si autem ignoras, quare non prius quam loqueris, quod neſcis, eos qui norunt interrogas? Quod ſi &c.] In Pſal. 67. n. 19. „ Quaeri etiam poteſt, cur non ſit dictum, ſi dormiatis in cleris, ſed *inter medios cleros*; quid ſit hoc, *inter medios cleros*. Quod quidem ſi expreſſius transferretur ex Graeco, inter medium clerorum diceretur, quod in nullo interpretum legi &c.] & n. 24. ad v. 18 = „ Ita ſit etiam quod ſequitur: *Currus Dei decem millium multiplex*: vel *denum millium multiplex*: vel *decies millies multiplex*. Unum verbum enim Graecum ſicut quiſque potuit Latinorum interpretum transtulit, quod ibi dictum eſt &c. Latine autem ſatis exprimi non potuit, quoniam &c.] In Pſal. 70. Serm. 2. ad v. 18. *Et uſque in ſenectam & ſenium*: n. 4. = „ Duo iſta nomina ſenectutis ſunt, & diſcernuntur a Graecis. Gravitas enim poſt iuventutem aliud nomen habet apud Graecos, & poſt gravitatem veniens ultima aetas aliud nomen habet: nam πρεσβύτης dicitur gravis, & γέρων ſenex. Quia vero in Latina lingua duorum iſtorum nominum diſtinctio deficit, de ſenectute ambo ſunt poſita, ſenecta, & ſenium.] In Pſal. 77. ad v. 69. n. 48. = „ Quod vero ſequitur, *In terra, quam fundavit in aeternum*: quod habent Graeci codices εἰς τὸν αἰῶνα, utrum *in aeternum*, an *in ſaeculum* dicatur a nobis, in Latinorum interpretum poteſtate eſt: quoniam utrumque ſignificat &c] In Pſal. 118. Serm. 11. n. 6. = „ Tali verbo Graeco hic appellat, a quo poſſit intelligi generalis avaritia, qua plus appetit quiſque quam ſat eſt πλέον enim Latine plus eſt: ἕξις habitus eſt, ab eo quod eſt habere: Ergo a plus habendo appellata eſt πλεονεξία, quam Latini interpretes in hoc loco nonnulli interpretati ſunt *emolumentum*, quidam vero *utilitatem*; ſed melius qui *avaritiam*. Dicit autem Apoſtolus, *Radix enim omnium malorum avaritia eſt* (1). Sed in Graeco &c.] In eumdem Pſal. Serm. 15. n. 2. = „ Ut nimirum de hac ſpe magis iſte Pſalmus intelligendus eſt dicere: *Haec me conſolata eſt in humilitate mea; quoniam verbum tuum vivificavit me*. Quod expreſſius interpretati ſunt, qui non *verbum*, ſed *eloquium* poſuerunt. Graecus enim λόγιον habet, quod eſt *eloquium*: non λόγος, quod eſt verbum.] N. 5. „ *Memor fui iudiciorum tuorum a ſaeculo, Domine, & conſolatus ſum*: vel ſicut alii codices habent, *& exhortatus ſum*, ideſt exhortationem accepi. Utrumque enim potuit interpretari de verbo Graeco, quo eſt παρεκλήθην.] N. 8. = „ Has ergo iuſtitias, quibus iuſtificantur gratis per gratiam Dei, qui per ſeipſos iuſti eſſe non poſſunt, melius alii interpretati ſunt *iuſtificationes*; quia revera non habet Graecus &c.] Serm. 23. n. 7. ad v. 111. „ Nonnulli uno verbo volentes dicere, quod uno verbo in Graeco poſitum eſt, *Hereditavi* interpretati ſunt. Quod etſi Latinum eſſe poſſet, magis ſignificaret eum, qui dedit hereditatem, quam eum qui accepit &c. Melius ergo duobus verbis inſinuatur integer ſenſus &c.] Serm. 24. n. 6 ad v. 118. = *Sprevisti omnes*: „ vel quod de Graeco diligentius videtur expreſſum: *Ad nihilum deduxiſti omnes &c.*] Serm. 25. n. 1. ad v. 119. = „ Quaerimus quomodo intelligendum ſit quod in iſto Pſalmo magno dictum eſt, *Praevaricatores*, vel potius, *praevaricantes*: Graecus enim &c.] In Pſal. 123. n. 8. „ Primo quid eſt, *Forſitan pertranſiit anima noſtra*? Quomodo potuerunt enim, Latini expreſſerunt, quod Graeci dicunt, ἄρα: quia dubitantis verbum eſt, expreſſum eſt quidem dubitationis verbo, quod eſt *fortaſſe*: ſed non omnino hoc eſt. Poſſumus illud verbo dicere minus quidem Latine coniuncto, ſed apto ad intelligentias veſtras. Quod Punici dicunt, *iar* non lignum, ſed quando dubitant; hoc Graeci, ἄρα: hoc Latini poſſunt vel ſolent dicere, Putas, cum ita loquuntur; Putas, evaſi hoc? &c.] Lib. 1. contra Iulianum Pelag. cap. 5. n. 18. „ Sed audi quod ad rem praeſentem ſpectat, quid de peccato primi hominis ad nos etiam pertinente dicat iſte ſanctus ſine ulla ambiguitate Baſilius. Quod etſi reperi interpretatum, tamen propter diligentiorem veri fidem, verbum e verbo malui transferre de Graeco. In ſermone de ieiunio, *Ieiunium*, inquit &c.] & exſcribit duodecim verſus. N. 22. ſub finem: *Ego ipſa verba Graeca, quae a Iſaane dicta ſunt*

(1) Tim. 6. 10.

ſunt panam &c. quod eſt Latine &c. tranſfert nempe longum verſum. Cap. 6. n. 16. *Verba quippe eius non interpretata ſic leguntur in Graeca &c. Quae verbum e verbo interpretata, ſic ſe habent &c.* ſunt autem quatuor verſus. Denique ut plura omittamus: vide etiam, ſi vacat, in Pſal. 118. Serm. 18. n. 4. Serm. 26. n. 2. Serm. 29. n. 3., & 9. Serm. 32. n. 7. In Pſal. 78. ad v. 13. n. 17. Lib. 1. de Sermone Domini in monte, cap. 17. n. 5. circa med. & lib. 1. contra Creſconium Grammaticum, cap. 14. n. 17. Sed & Auguſtino iuveni Graeca lingua familiaris fuit: quod inſinuat vel modus ille loquendi lib. 2. de Ordine (ſcripſit enim id operis ſub finem anni 386.) cap. 12. n. 35. in fine: *Quibus duobus repertis, nota eſt illa librariorum, & calculonum profeſſia, velut quaedam grammaticae infantia, quam Varro litterationem vocat: Graece autem quomodo appelletur, non ſatis in praeſentia recolo.* Tam pauca autem dedi ex plurimis quae in Auguſtini ſcriptis occurrunt Graecae eruditionis argumenta, ut praefari poſſem S. Gregorii Nazianz. verbis Orat. 11. in laudem ſororis ſuae Gorgoniae, n. 11. ſeu circa med. *Ego vera ſi ab bis ſororem laudem, perinde faciam, ut ſi, ab umbra ſtatuam, aut ab unguibus leonem laudem reliſtis &c.*

Omiſſo *Pherepono*, qui ſi in vivis eſſet, his tam manifeſtis pro Graeca Auguſtini eruditione monumentis adtentis, non quidem prorſus deſponderet animo, ſed ad angulum collectus, & levi pudore ſubſuſus, hiſce verbis ſe ſolaretur: Quid ergo? *Si dixero mendacium, ſolens meo more fecera.* Plautus in *Amphitruo*, Act. 1, ſc. 1. v. 44. *Pherrpona* inquam omiſſo: Quum haec ita ſe habeant: ſciſcitabitur quiſpiam: Quidnam igitur eum Scriptorum rumorem in Auguſtinum excitavit? Dicam quod ſentio: Nonniſi ſumma, &, ſi ſas ſit ita loqui, nimia Auguſtini modeſtia: qua ipſe non ſemel Graeca ſe eruditione leviter admodum tinctum adſeroit. Lib. enim 3. de Trinit. n. 1. ſeu in Prooem. = Quod ſi ea quae „ legimus de his rebus, ſufficienter edi„ ta in Latino ſermone aut non ſunt, „ aut non inveniuntur, aut certe diffi„ cile a nobis inveniri queunt, Graecae „ autem linguae non ſit nobis tantus „ habitus, ut talium rerum libris legen„ dis, & intelligendis ullo modo repe„ riamur idonei &c.] Et fortius lib. 2. contra Petilianum, cap. 38. n. 91. *Et ego quidem Graecae linguae perparum adſequutus ſum, & prope nihil.* Verum haec contra Graecam Auguſtini eruditionem tot momentis, & factis deprehenſam minimi ponderis eſſe debuerant apud ſagaces conſtanteſque Lectores: Viro enim eximiae modeſtiae, qui ingenti volumine edito, ubique ſe v. gr. Theologum prodidit, haud ita ſimpliciter credendum eſt, ſi interim dicat ſe in theologica re parum verſatum. Inſuper quod Lector alta mente teneat vehementer exopto, hocce monitum eſt. Hominum graviſſimorum, qui rerum ſecretiores difficultates quo profundius meditantur, eo etiam amplius exhorreſcunt, proprium eſſe ad quaelibet ſubtimide ingredi: ibi ſe cenſere mediocres, ubi ſunt magni: ubi vero mediocres, ibi velut tirones, & vix non ut prorſus hoſpites. Notum eſt quali ſibi videretur in re philoſophica Pythagoras, antiquitatis oraculum: qualis ſibi in re medica Hyppocrates, citra controverſiam Medicorum omnium princeps: qualis denique ſibi in re theologica Auguſtinus, quem in eadem facultate primas tenere totus orbis profitetur. Ex oppoſito levis mercurii homines vix ſummis labiis Theologiae v. g. primordia delibant, & iam Theologi ſunt conſummati; vix Graecae linguae duas voces calent: & mox Graecae eruditionis ſupellectilem ſpondent. Vide quid dicat de ſuis Hebraicis ſtudiis Hieronymus, vir ubique, at maxime in profeſſione linguarum ſummus. *Quid ibi laboris inſumpſerim, quid ſubſtinuerim difficultatis: quoties deſperaverim, quotieſque ceſſaverim, & contentione diſcendi rurſus inceperim, teſtis eſt conſcientia, tam mea qui paſſus ſum, quam rorum, qui mecum duxerunt vitam.* Epiſt. 4. ad Ruſticum Monachum circa med. Quis talia de Hieronymo credidiſſet? quum videamus mediocris ingenii cincinnatos adoleſcentes magna praefidentia ad talia ſtudia ingredi, & poſt admodum feſtivum, ac tolerabilem duorum, vel trium annorum laborem de Hebraicae linguae arcanis elato ſupercilio ex cathedra dicere. Hocce praeiacto monito, cui ratio, & experientia ſuffragantur; mirum, ut confido, videbitur nemini, quod Auguſtinus inſignis modeſtiae, & altiſſimae meditationis homo leviter in Graeca lingua ſe verſatum ſaepe dixerit; quia ſcilicet non erat verſatiſſimus, ut v. g. in Latina. Ceterum laudato loco libri 3. de Trinit. fere per hypotheſim loquitur. 2. Cum popularibus ſuis Graecae linguae inſciis, quos animare geſtit, infirmatur. 3. Agitque de Trinitatis arcanis,

quo-

Digitized by Google

quorum plura altiſſima adeo exacte exprimi poſtulant, totque ſubtiliſſimas etiam vocum quaeſtiones excitant, ut ſummos quoque Graecos non raro in varias opiniones diſtraxerint. De quibus item arcanis Theologi conſummatiſſimi (ut quaſi nolens fatetur etiam *Pherepons* Animadverſ. in lib. de Trinit.) nec congenita lingua tuto & expedite ubique loquuntur, Petilianum vero impugnans, & vincens Auguſtinus, prudenter modeſtia uſus eſt: iactaverat enim ille Graecam eruditionem n. 90. *Si vos tenere Catholicam dicitis, catholicos illud eſt, quod Graece dicitur unicum, ſive totum &c.* At vero modeſtus, & ſagax Doctor evitata iactantia, mox quod habebat prodidit, oſtendit reapſe etiam Graece ſe illo doctiorem: *Ego quidem Graecae linguae perparum &c. Non tamen impudenter dico me noſſe ὅλον, non eſſe unum, ſed totum, & καθ' ὅλον, ſecundum totum; unde Catholica nomen accepit, dicente ipſo Domino &c.* Et en quis eſſet Auguſtinus, de quo *Pherepons: Sine ulla Graecae linguae cognitione &c.*

XVI. *Presbyter, & Epiſcopus contra Canones &c.* = Confundis, iungiſque in unam eamdemque rem materiam, & formam: denſiſſimus ſcilicet nebulo nebuloſe ubique diſputas. Oſtende cur Presbyter contra Nicaenos canones ordinatus ſit. Epiſcopum tamen antiquo adhuc ſuperſtite ordinari octavo Nicaeni concilii canone vetitum non inficiamur. Sed audi Poſſidium cap. 8. Vitae S. D. = Unde amplius „ formidans idem venerabilis ſenex (*Valerius*) & ſciens ſe corpore, & aetate infirmiſſimum, egit ſecretis litteris „ apud primatem (1) epiſcoporum Carthaginenſem, allegans imbecillitatem „ corporis ſui, aetatiſque gravitatem, „ & obſecrans, ut Hipponenſi Eccleſia „ ordinaretur epiſcopus, quo ſuae cathedrae non tam ſuccederet, ſed conſacerdos accederet Auguſtinus. Et „ quae optavit, & rogavit ſatagens, „ reſcripto impetravit. Et poſtea (2) „ petito ad viſitandum, & adveniente „ ad Eccleſiam Hypponenſem tunc Primate Numidiae Megalio Calamenſi epiſcopo, & Valerius antiſtes epiſcopis, „ qui forte tunc aderant, & clericis „ omnibus Hipponenſibus, & univerſae „ plebi inopinatam cunctis ſuam inſinuat „ tunc voluntatem: omnibuſque audientibus gratulantibus, atque id fieri, „ perficique ingenti deſiderio clamantibus, epiſcopatum ſuſcipere contra „ morem Eccleſiae ſuo vivente epiſcopo „ presbyter recuſabat. Dumque illi fieri ſolere ab omnibus ſuaderetur, atque id ignaro tranſmarinis, & Africanis Eccleſiae exemplis probaretur, „ compulſus, atque coactus ſuccubuit, „ & (3) epiſcopatus curam, & maioris „ loci ordinationem ſuſcepit. Quod in „ ſe poſtea fieri non debuiſſe, ut vivo „ ſuo epiſcopo ordinaretur, & dixit, „ & ſcripſit, propter concilii univerſalis vetitum, quod iam ordinatus didicit: nec quod ſibi factum eſſe doluit, aliis fieri voluit. Unde etiam „ ſategit, ut concilio (4) conſtitueretur „ epiſcoporum ab ordinatoribus deberi „ ordinandis, vel ordinatis omnium ſtatuta ſacerdotum in notitiam eſſe deferenda.] Audi & Paulinum, qui Epiſt. 32. (Alias, 36.) hac novitate nihil offenſus, Romaniano n. 2. de ea gratulatur. = Non autem tantum hoc ſcribimus gratulandum, quod epiſcopatum Auguſtinus acceperit, ſed quod „ hanc Dei curam meruerint Africanae „ eccleſiae, ut verba caeleſtia Auguſtini ore perceperint, qui ad „ maiorem Dominici muneris gratiam „ novo more provectus, ita conſecratus „ eſt, ut non ſuccederet in cathedra „ epiſcopo, ſed accederet &c.] Sed adtende nunc & ipſum Auguſtinum, qui Epiſt. 31. (Alias, 34.) ſcripta exeunte anno 396. n. 4. *Quod quidem quia tanta eius (Valerii) caritate, tantoque populis ſtudio Dominum id velle credidi, nonnullis iam exemplis praecedentibus quibus mihi omnis excuſatio claudebatur, vehementer timui excuſare.* Et Epiſt. 213. (Alias, 110.) ſeu in Eccleſiaſticis Geſtis, confectis die 26. Septembr. an. 426. cum Eraclium in ſuum ſucceſſorem poſtularet, n. 4. = Cumque reticeretur: Auguſtinus epiſcopus dixit: Scio „ quod ſcitis & vos, ſed nolo de illo „ fieri, quod de me factum eſt. Quid „ autem factum ſit, multi ſcitis: iſti „ ſoli neſciunt, qui tunc aut nondum „ nati erant, aut nondum habebant aetatem ſciendi. Adhue in corpore poſito beatae memoriae patre, & epiſcopo meo ſene Valerio, epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo: quod

(1) MSS duo: *primatem epiſcopum.*
(2) Sic MSS. Editi vero, *Poſt quam petitione ad viſitandum advenientem.*

(3) Veteres codices praetereunt, *& epiſcopatus curam.*
(4) In Concil. Carthag. 3. an. 397. c. 3.

„ concilio Nicaeno prohibitum fuiſſe neſciebam: nec ipſe ſciebat. Quod ergo „ reprehenſum eſt in me, nolo reprehendi in filio meo.] Mirum eſt autem tantae eorae eſſe Nicaenos canones *Ioanni Pherepono*, cui tota Eccleſia ab Apoſtolorum aetate decepta eſt, & infamis!

XVII. *Quod non intelligebat.* = Quid loqueris, quid effutis? Etſi Auguſtinus Hebraicam, Graecamque linguam prorſus ignoraſſet, quid inde? An non erat tum temporis, ut paullo ante dixiſti, in Latinam linguam Scriptura converſa? An tu Italicum volumen legens in Latinum converſum legeres quod non intelligis? Nemo igitur, qui Hebraicam, Graecamque linguam ignorat de Scripturae oraculis diſputare poteſt? Quot exſtitere ex Doctoribus Latinis, qui neutram: quot ex Graecis qui Hebraicam neſcivere? Omnes illi interpretari adgreſſi ſunt, quod non intelligebant? omnes illi Numinis iram provocavere? omnes illi tua ferula vapulabunt? Quamobrem profitemur Orientalium linguarum cognitionem S. Scripturae interpretibus proficuam admodum eſſe, & nonnunquam etiam neceſſariam; id enim & ipſe Auguſtinus monuit, & quidem fuſe lib. 2. de Doctrina Chriſt. cap. 11. At neceſſariam ubique conſtanter negamus; alias quid proderunt nobis tot verſiones? Audi Melchiorem Can. epiſc. Canarienſem lib. 2 de Locis Theologici, cap. 14. in fine, ad ultimum argum. ita diſſerentem. „ Quod ſi Latinorum ad Graeca Hebrai„ caque collatio a nobis negligeretur, „ exemplo D. Ambroſii tueri nos utcun„ que poſſemus. Qui cum Graece ſciret, & „ commentarios in ſacras literas ederet, „ ſaepe tamen non eſt dignatus Graeca „ conſulere, etiam ubi diverſitatem ali„ quam lectionis eſſe conſtabat. Videre „ hoc eſt in commentariis ſuper caput „ duodecimum epiſtolae ad Romanos.] At conſule; ſi vacat, eumdem praeſtantiſſimum Theologum cap. 12. 13. 14., & 15. Et ſi omnis diſputatio texenda eſt de ſenſu grammaticali, vel hiſtorico; abiiciendi erunt allegoricus, tropologicus, vel moralis, & anagogicus. Nunquam ſcilicet Eccleſiae doctus mores ad Scripturae normam inſtituet, vel reformabit; nunquam Veteris, & Novi foederis paginas longet; nunquam Orthodoxa dogmata ſtabiliet, impia falſa propulſabit. Noluit te Deus grammaticali Scripturae ſenſui emori, ſed eo deprehenſo, ad altiores adtolli. Quia vero *Pherepomus*, alias, *Ioannes Clericus* ad ſummum paullulum grammaticus, nihil autem theologus: extra grammaticalem ſenſum excurrere non valuit; Quam ignorantiam licet prudentiae colore pictam prodere coactus eſt in Praefat. tom. 27. Bibliothecae antiquae & novae, ubi. = *Nihil in illis legetur* (in ſuis commentariis ad S. Scripturam, quos parabat(1)) *quod ſapiat controverſias Theologicas inter Chriſtianos adhuc vigentes. Eiuſmodi tractationes aptiores ſunt ad rixas alendas, in probrum Chriſtiani orbis ceſſuras, quam ad inveniendam, & hominibus perſuadendam veritatem &c.* Et Amicus eius in Praefat. ad tom. in quo, Expoſitio in Iob, Pſalm. Proverb. Salm. &c. *In Cantico canticorum de ſenſu grammatice ſolummodo fuiſſe ſollicitum lubens profitetur Interpres noſter &c.* Si autem (ut obiter dicamus) in Cantico canticorum tantum ſenſui prorſus grammaticali haeſeris, quid lucratus fueris? Ex oppoſito Auguſtinus ſummus Theologorum non tam grammaticalem, quam theologicum ſenſum in Divinis eloquiis diſcuſſit. Ceterum, non adeo linguarum cognitioni deferendum eſſe, praeter rationem, ipſa quoque experientia ſuadet: Plures enim videmus Orientalium linguarum peritiſſimos, ſimul & in re theologica admodum infelices, & rudes. Certe Victorinum Graecae linguae peritum innuit Auguſtinus lib. 8. harum Conf. c. 2. n. 1. cuius tamen in S. Scripturam elucubrationes contemnit, ac deridet *Perepomus*. Et etiam num (ut conicio) Religioſus vivit mihi adoleſcenti vix non domeſticus, duodecim linguarum doctor, quem ſi dices in S. Scientia ad mediocritatem acceſſiſſe, apud aequos rerum aeſtimatores non eris lividus, ſed liberalis.

XVIII. *En maligni homines &c.* = Si autem omnes te fallunt, ſi totus orbis tibi mentitur; ſi de omni argumentorum genere ſtabiliris, ſi de meridiana luce dubicas; quis tecum diſputabit? quid inquam ſupereſt, niſi ut tanquam phreneticus vel ſaneris elleboro, vel ferreis virgis, & compedibus refreneris? Iam vero quam belle in caput tuum mentitis! Si enim fictos illos Auguſtini hoſtes malignos appellas: annon & iudicio tuo iure meritiſſimo te bis malignum appellabimus, qui male digeſtas calumnias illas primos fabricaſti, & alieno parenti ſuppa-

(1) Sub finem an. 1728.

poſuiſti? Tu ne gravis, conſtantiſque iudicii Ariſtarchus ille, qui in Praefat. ad iſtas calumnias poſt med. in Auguſtini amicos velut in maximis praeiudiciis deceptos debaccaris? *Poſtquam omnia dixerint, quae ſuperſtitioſa quaedam reverentia eis ſuggeſſerit erga Scriptorem, quem forte numquam attente legerunt, & ſemper cum maxima praeiudicio &c.* Nos ex praeiudiciis cum honeſtis viris omnibus Auguſtinum veneramur: tu contra totius orbis placita ſine praeiudiciis Auguſtino crimina impingis, quae tuo, etiam iudicio nonniſi a malignis effingi poſſunt? Tu no qui in eadem Praefat. paullo poſt profeſſus es, omnia haec ad publicum te bonum ſcribere, & agere quod viſum eſt optimum? = Verum audire mihi videor homines nonnullus alamitan» tes quae a me dicta ſunt variis in lo» cis, ea apta eſſe ad corrumpendum » potius, quam ad excolendum iudi» cium. Quibus reſpondeo, me, ſi in » illorum ſententia fuiſſem, ea omiſſu» rum fuiſſe; ſed cum aliter ſenſerim, » non potuiſſe committere, ut ea, quae » mihi optima dictu videbantur, prae» termitterem &c. Neceſſe eſt profecto » unumquemque id facere, quod opti» mum factu ei videtur.] Calumniae nonniſi a malignis hominibus excogitandae tibi viſae ſunt bonum publicum promovere, & dicendae etiam optimae? Tu ne homo ille ſimplex, & ingenuus, qui in his Animadverſionibus ſe Veritati patronum exhibuit: cui etiam hac ratione, ceteris non deficientibus, aeternae coronae a Nomine debeantur? *Sed ſciant ſi alii metu quod ſentiunt proloqui non audeant, me vivo, non defuturam Veritati patronum: ubi nec mortuo deerit a Deo optimo maximo, eiuſque Filio Ieſu Chriſto praemium, ſi modo convenienter Veritati Evangelicae vixero &c.* In fine Praefat. Qui malignorum chorum ducit Veritatis patronus eſt, & rem agit aeterno praemio dignam? Iam & Deum infamas, quaſi malignis Caelum ſpoponderit. Cum tamen concinat David. Pſal. 5. 6. *Neque habitabit iuxta te malignus*. Et Pſal. 36. 9. *Quoniam qui malignantur, exterminabuntur*. Sed iam exterminatus es: atque iuxta diabolum habites.

XIX. *Homines ſcilicet, & mundi contemptores &c.* = Videris potiſſimum in collegium Apoſtolicum blaſphemare! Vix enim eſt qui Apoſtolis fuerit abiectior; nec certe deſignari poſſunt, qui nobiliori ac ipſi inde in Eccleſia maieſtate affulſerint. Sed vis forte uno gladii rotatu Romanorum Pontificum, omnium Epiſcoporum, Monachorum, totiuſque Eccleſiaſtici ordinis perſonas ferire; Helvidio longe audacior, de quo S. Hieronymus lib. vel Epiſt. contra eumdem paulo poſt init. *Loquacitatem facundiam exiſtimat: & maledicere omnibus, bonae conſcientiae ſignum arbitratur &c. & quaſi de ſublimi loco in totum orbem ferre ſententiam &c.* Nec enim ulli Eccleſiae vel coetui, vel aetati ſoles parcere: tum ſi religionem, tum ſi pietatem ſpectes; ſic in Praefat. ſub finem: *Ita ut magiſtros omnes quaſi adiutores ad eam rem* (ad Dei lumina adtendenda) *non quaſi dominos iudiciorum meorum habuerim.* Vide etiam ad cap. 18. lib. de Utilitate cred. pag. 598. Ad lib. 10. Conf. cap. 3. pag. 335. col. 2. *Sed praeſtat &c. Si modo meminerimus in Evangelio, eiuſque auctore Chriſto quaerendam eſſe vivendi normam, non in hominibus &c.* In lib. 16. contra Fauſtum Manich. cap. 22. pag. 599. col. 1. *Scio Athanaſium, & alios Patres Graecos, ac Latinos ſimiliter hunc locum expoſuiſſe; ſed ſi multo plures proferrentur &c. cum conſtet propemodum omnes imperitos Criticae Sacrae, & infelices Scripturae Interpretes fuiſſe &c.* In Vitam Auguſtini a Poſſidio ſcriptam, pag. 622. *Sic ipſe* (Poſſidius) *& alii bono animo, ut putabant, ſcripſerunt vitas ſuperiorum Epiſcoporum &c. ſed afflati ſane a Deo non fuerunt, ut fere diſſimularent vitia, & delicta eorum, quorum vitas ſcribebant, virtuteſque ac dotes medicas praeter omnem modum extollerent, & veniae indigentia quaſi miranda deſcriberent.* Quo etiam forte ſpectat illud in lib. 33. contra Fauſtum, cap. 16. pag. 599. col. 2. *In iis etiam* (Apoſtolicis ſcriptis) *divina quaedam ſimplicitas, ac ſinceritas nitet, quae cum ſequentium ſaeculorum figmentis, ut pigmentis minime conferri &c.* Videris Maumetis diſcipulus, qui Chriſtum quidem vel in ſpeciem admodum veneratus eſt, at ſequutos inde homines eius pietatem doctrinamve corrupiſſe blaſphemavit. Licet quod de *Ioanne Clerico* plurimis eius blaſphemiis & in hoc, & in aliis ſcriptis ſparſis adtentis, iam diu ſuſpicatus ſum: illud ipſum eſt, quod is ſuſpicatus eſt de Manichaeis Animadverſ. in cap. 6. lib. 33. contra Fauſtum, pag. 599. col. 1. ubi: *Suſpicor ſane homines, ſi auſi fuiſſent, reiecturos fuiſſe omnem Scripturam, tam Novi, quam Veteris Teſtamenti; ſed quia numero Chriſtianorum cenſeri volebant, in abſurdas coniecturas eſſe delapſos.*

Ceterum ut ad tua verba *Pherepo-*

ne redeamus : Omnes, ſed forte maxime Monachos intueris; at nihil nos terres: Qui mundum amant, contemptum, quem profeſſi ſunt violant; at nihil inde contra Monachos: Sicut nihil contra Salvatoris legem ex eo quod tu, qui Chriſtiani ſpeciem praeſeferre ambis, tam foede, & libere eam corrumpas: immo nec honeſtatem illam ſequaris, quam paullo humaniores Ethnici profeſſi ſunt.

XX. *Ut non ſum credulus eiuſmodi &c.* = Deliras; dum iis, quae tu ipſe primus orbi praedicas, minime credis! Si tu tibimetipſi non credis, quis tibi credet? Deliras: dum tibi blandiris ridicula haec tua argumenta ab invidia deducta nonniſi a cucurbitis lectum iri! Quanta vafritie, quot dolis, quot mendaciis Auguſtini luculentiſſimam famam urges! Quaſi tibi Vates fuerit Plautus, & te maxime inſpexerit, quum in *Amphitruo*, ex Comoed. 20. prima, Act. 2. ſc. 1. v. 43. 44. 46. 47. & 48. cecinit:

> *Ea nunc meditabor, quomodo illi dicam &c.*
> *Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero.*
> . . . .
> . . . . *Tamen ſimulabo* . . . .
> *Sed quo modo, & verbis, quibus me decept ſabulari*
> *Prius ipſe mecum etiam volo bis meditari: ſic hoc proloquar.*

Et verſ. 114. *Itaque me malum eſſe oportet, callidum, aſtutum admodum.* Perge ovile, & te *Phereponum* voca, ſcilicet, laboris patientem, ſeu, laborioſum; & quoniam aſinus aſinum fricat: ora eiuſdem furfuris hominem tuum amicum, ut te adhuc viventem litteris mortuum ploret; & praedicet magnum verbo, & facto (1) *Phereponum: Vivit equidem; ſed ita vivit, ut nullum amplius laborem ſcribendi, aut meditandi ferre queat; qui baſtenus per totum vitae, pro modo rerum humanarum pro nequaquam brevis decendae curriculum, Pheriponus vere fuerat, & talem ſe profiteri ſemper bona fide potuit.* Quomodo enim non laboris patiens qui tot inter mendacia, & blaſphemias haud dedignatus eſt pueris phaleras vendere, atque hiſtrionem agere?

XXI. *Libenter lecturum fuiſſe.* = Non ergo tot foedis criminationibus prorſus incredulus es, ſi profiteris vindicias te libenter lecturum: ego quidem non adeo libenter diſſertationem legerem qua ſtatueretur Platonem muliercula doctiorem eſſe. En tamen vindicias habes, & tales, quas prudens, & non multo abundans otio nimias forte aeſtimaturus ſit: & certiſſime ſupra quod impiae tuae quiſquiliae nulli momento innixae poſtularent. Sat fuiſſet ad eas repellendas, profligandas vetuſtiſſimum illud reponere: *Nemo gratis praeſumitur malus*, & alterum Benven. in Iambico: & Reg. Iur. n. 56. *Benigniora te dubiis ſemper praeferas*. Quod apud Iuriſtas Catholicos, Haereticos, & etiam paganos diverſis phraſibus eodem ſenſu millies habetur; & tu ipſe nimis exploratum exſtimaſti lib. c. 10. lib. de Utilitate credendi, pag. 596. col. 2. poſt med. ubi dixiſti: *Tertio, nemo neſcit, omnes bonos eſſe habendos, dum malos eſſe non conſtat*. Qua optima regula tu peſſime, & impie uſus in *Quaeſtionibus Hieronymianis* (quibus Hieronymi pietatem, doctrinamque pari & etiam maiori ac Auguſtini livore lacerare conatus es; & quidem aperta fronte, ſcilicet tuo nomine expreſſo) q. 8. n. 4. recitata in 2. libros Hieronymi (hominis ſanctitate, & doctrina praeſtantiſſimi) adverſus Iovinianum *Eraſmi* Praefatione ab illis primis verbis: *Iovinianus ex Monacho Clericus &c.* uſque ad alia, *Sed liberior &c.* ſubſumis „ Horum inſimulabat Hieronymus Iovinianum, quae an ſint haereſes nunc non quaeram: quod minime exiſtimo, quidquid Aſceta Bethlemiticus declamet. Si extarent Commentarii Ioviniani, forte ex iis intelligere liceret, perperam illi tributos errores &c. At certe nihil videtur exprobrare potuiſſe homini praeter id, quod ei obiecit Hieronymus acerrimus adverſarius, nec modum ullum in accuſando ſervare ſolitus; cum praeſertim eius ſententia (*hic magis vigila*) una cum bono viro (nam bonum vocamus, quem malum fuiſſe non conſtat) interierit: nec defenſorem ullum eo tempore nactus ſit] Similiter contra Hieronymum pro Vigilantio blaſphemas in *Argumento Theologico ab invidia deducto*.

Vide *Clerice* quid dicas! vide ut delires! Tu qui ne cuiſquam gratia malus praeſumeretur, Iovinianum, & Vigilantium homines integro orbi malos, bonos appellaſti: Auguſtinum, Hieronymumque mille

(1) Paullo poſt initium Praefat. ad tom. in quo Expoſitio in Iob, Pſal. Proverb &c.

Digitized by Google

le argumentis, & omnium teſtimonio o-ptimos, atque ſapientiſſimos, peſſimos nullius eruditionis homunciones oſtendere conatus es!

Nunc vero a *Phrenpani* gerris atque blaſphemiis expediti; tandem aliquando ad Auguſtini noſtri verba redeamus.

(b) *Quamvis aliis, vel non placeant &c.* Lectionem hanc non tam amore, quam codicum auctoritate coacti praetulimus; eam quippe habent Benedictini cum potioribus ex ſuis MSS. nec non MS. S. Mar. Fel. & Ricard. Licet Vet. Ed. Lov. Som. abſque negatione, *vel placeant*. Equidem ſi rem ſermonis ſpectes, utraque lectio congrua eſt.

Ex hoc autem loco duplex monitum confici poteſt. Primum in eos, qui ita in proprio decepto ſpiritu ſibi blandiuntur: ut oppoſita Theologorum documenta illam improbantia obſtinate contemnant. Alterum in illos, qui affecta religionis gratia, a quacunque [illegible] placentia diverſi interim nolunt, [illegible] ſocietati faſtidio, vel damno ſunt. Forte Auguſtinus illud Petri ep. 2. c. 2. v. 10. *Audaces ſibi placentes* intuebatur; quo etiam ſpectat alterum Pauli Rom. 15. v. 1. *Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere*. Inquit autem S. D. in Pſal. 122. ad prima verba, *Ad te levavi oculos meos &c.* = Sed ut non ſuperbiat „ (*qui proficit*) quid debet facere? „ Levet oculos ſuos ad illum, qui ha- „ bitat in Caelo, non ſe attendat. Omnis „ enim ſuperbus ſe attendit, & magnus „ ſibi videtur, qui ſibi placet.] Recole dicta lib. 2. cap. 1. F.

Hoc textu adſumto, Ianſenius ſic loquitur t. 2. lib. 4. de Statu naturae lapſae, cap. 11. pag. 248. col. 2. = Et „ quia difficillimum, rariſſimumque eſt, „ ut qui ſibi virtutis decus appetendo, „ aut poſſidendo placet, non etiam per „ illam aliis placere, hoc eſt ab iis amari, „ laudari, glorificari velle: Hinc eſt „ quod rectiſſime Auguſtinus generatim „ de Romanorum virtutibus docuit, eas „ fuiſſe laudis, honoris, gloriaeque hu- „ manae intentione vitiatas: quem vel „ ab aliis hominibus venati ſunt, vel „ certe a ſeipſis (nam & ipſi utique ho- „ mines ſunt) quibus virtute ſua placere voluerunt.] Haec quidem, ut inquiunt, de facto. Ceterum abſit ut doceamus, nec Auguſtinus unquam docuit, id ex jure petendum eſſe; videlicet omnes Pagani virtutes quaslibet proprie, &, ut Schola diceret, ſpecifice vitiatas habentes; ſeu omnes Pagani actiones eſſe peccata.

(c) *Aut etiam ſicut ex tua gratia, non tamen &c.* = Ita legunt illi, qui inquiunt in imo margine. = Editi plerique locum hunccе ita interpolatum „ habent: *aut etiam ſicut ex tua gratia*, „ *ſed non ſua merita, non tamen &c.* re- „ movimus verba iſthaec; *ſed non ſua me-* „ *rita*, quia his carent MSS.] Wangn. habet, *ſed non ſecundum ſua merita*. Nedum MSS. auctoritate, quibus ſuffragatur MS. Ricar. ſed & ratione [illegible] merito ea verba ſublata ſunt; ne bis idem dicatur: Quod enim ſonat, *ex tua gratia*; hoc etiam, *non ſecundum ſua merita*.

Iuvat autem hic Ianſenium audire, qui tom. 2. lib. 2. de Statu naturae lapſae, cap. 8. in fine, poſtquam egiſſet de tribus concupiſcentiis, Carnis, Oculorum, & Superbiae vitae, ex quibus omnia flagitia, ſubſumit. = Quod ſi cui „ forte movetur ſcrupulus, ſub quo „ libidinum iſtarum trium genere libido „ poſſidendi collocanda ſit; is ſciat libi- „ dinem poſſidendi nunquam eſſe pri- „ mam, ſed ex alia quapiam iſtarum „ trium vel duabus, vel omnibus ve- „ lut radice proficiſci. Divitiae quippe „ quemadmodum velut ſatellites ſunt om- „ nium cupiditatum, omniumque flagitio- „ rum, atque facinorum; ita quoque „ libido poſſidendi ſervit ceteris: unde „ optime Auguſtinus l. 10. Conf. c. 37. „ *Divitiae ob hoc expetuntur, ut ali-* „ *cui &c.* „

CA-

C A P U T XL.

A R G U M E N T U M.

Magno tandem examine, quo Dei mirabilia, & hominis infirmitates retegere voluit, ad finem vergente: eidem Deo velut tanti itineris ductori gratias agit. Tum repetit, etſi in amplis memoriae receſſibus nihil abſque Deo inſpexerit, nullum tamen inſpectorum Deum eſſe; quem etiam a ſe, atque vi, qua inſpexit, ſeiungendum docet. Sed tantum ei docenti, atque iubenti meditatione proximus erat: ad quam piam exercitationem, rerum ſuarum ratione ſinente, gaudio ſaepe revertitur; qua etiam nonnunquam ad magnam arcanam ſuavitatem quamdam evehitur. Licet inde, ut eſt noſtra ſors, ponderibus in humana recidat, ſolitiſque reſorbeatur.

UBi non mecum ambulaſti, Veritas, docens quid caveam, & quid appetam, cum ad te referrem inferiora viſa mea quae potui, teque conſulerem? Luſtravi mundum foris ſenſu quo potui, & adtendi vitam corporis mei de me (*a*) ſenſuſque ipſos meos. Inde ingreſſus ſum in receſſus memoriae meae multiplices amplitudines plenas miris modis copiarum innumerabilium, & conſideravi, & expavi, & nihil eorum diſcernere potui ſine te, & nihil eorum eſſe te inveni. Nec ego ipſe inventor qui peragravi omnia, & diſtinguere, & pro ſuis quaeque dignitatibus aeſtimare conatus ſum, excipiens alia nuntiantibus ſenſibus, & interrogans aliam mecum commixta ſentiens (*b*), ipſoſque nuntios dignoſcens atque dinumerans, iamque in memoriae latis opibus alia pertractans, alia recondens, alia eruens. Nec ego ipſe cum haec agerem, id eſt vis mea qua id agebam, nec ipſe eras tu, quia lux es tu permanens quam de omnibus conſulebam, an eſſent, quid eſſent, quanti pendenda eſſent. Et audiebam docentem ac iubentem; & ſaepe iſtud facio. Hoc me delectat, & ab actionibus neceſſitatis quantum relaxari poſſum, ad iſtam voluptatem refugio. Neque in his omnibus quae percurro conſulens te, invenio tutum locum animae meae, niſi in te, quo colligantur ſparſa mea, nec a te quidquam recedat ex me. Et aliquando intromittis me in affectum multum inuſitatum introrſus ad neſcio quam dulcedinem, quae ſi perficiatur in me, neſcio quid erit quod vita iſta non erit (*c*). Sed recido in haec aerumnoſis ponderibus, & reſorbeor ſolitis, & teneor, & multum fleo, ſed multum teneor. Tantum conſuetudinis ſarcina digna eſt (*d*). Hic eſſe valeo, nec volo; illic volo, nec valeo; miſer utrobique.

(*a*) *Vitam corporis mei de me.* = Et ab exterioribus enim, puta, aere, & ceteris elementis noſtri corporis vita; Et a propriis, anima, ſpiritibus &c. De poſteriori hac vita loquitur nunc Auguſtinus. = *Et nihil eorum &c. ſine te.* = Non loquitur hic de auxilio Dei peculiari, quod proprie ad gratiam ſpectat; ſed de generali illo, ſine quo ne in naturalibus quidem agere aliquid poſſumus: non meditari, non reminiſci, non progredi &c.

(*b*) *Mecum commixta ſentiens.* = Liberalium doctrinarum praecepta, & alia, quae nobis indita adſeruit, non exteriorum ſenſuum beneficio ſubminiſtrata = *In memoriae latis opibus.* = Ita BB. & Er. nec non MSS. 2. S. Mar. & Ricar. At Lov. Som. Wangn. & MSS. 3. S. Cr. *memoria elatis opibus*. Male: nunc

quip-

quippe Auguſtinus praecedentium compendium agit, miratus autem fuerat ſaepe latos memoriae campos. = *Alia penetrabant*. = Diſcudit quippe nonnulla, quae ſunt in memoria. = *Alia retundens*: = Haec interim quaedam commendabat memoriae: ſeu a memoria miſſa, iterum ipſi dabat, reddebat. = *Alia erueus*. = Eruebat e memoria quae vel diſcuteret, vel admiraretur.

(c) *Quod ulta iſta non erit*. = Quod non erit humanam, ſed caeleſtem vitam agere. Aut forte ita exponendus eſt: Si introitus, ſuavitate tanta ſociatus, ad perfectum vadat; iam in Caelo, triumphantibus ſimilis ero; voluptas enim, quam animae admodum religioſae in divinis raptibus experiuntur, gloriae Beatorum veſtigia, umbraſque appellare poſſumus. = *Aerumnoſis ponderibus*: = Iuxta illud Sap. 9. 15. *Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*.

(d) *Tantum conſuetudinis ſarcina digna eſt*. = Benedictini: *ſarcina degravat*. Et tamen (quod miramur) profitentur, Bad. & MSS. omnes, nullo fere excepto, lectionem noſtram habere. Quam habent etiam Som. Wango. MSS. 4. a Lov. viſi; ſeptem a noſtris. Suffragantur autem Benedictinis Er. & Lov. Immerito tamen: quamquam enim utraque lectio utcunque in idem vadat: noſtra tamen rem aptius exprimit; neque enim prorſus, ac tantum de gravamine agit: ſed de pluribus actiones ſanctas divertentibus, quae in ipſum malae conſuetudinis ſarcina excitavit.

Henricus Wango. qui hocce caput, ſicut & praecedentia plura inobſervata praeterit: quaedam ad pietatem dicit, quae exſcribere iuvat. = Omnem veritatis, virtutum, vitiorum cognitionem S. D. in meditatione adeptus eſt: ibi Deum conſuluit, an, quid, & quanti pendendae ſint omnes creaturae? inde lux divina adfulſit, monſtravitque facienda, & omittenda. Imitemur S. D. certi, nos parum in ſpiritu profecturos, niſi multum res divinas meditemur.

C A P U T XLI.

A R G U M E N T U M.

Quum tanta humanae conſuetudinis ſarcina a divinis diſtraheretur, languoribus ſuis in cupiditate triplici ad examen deductis, Dei ſubſidium imploravit. Profitetur adhuc a caeleſti pulcritudine ſe excidiſſe, quod eam ſemper ambiens, interim renueret mendacem dimittere.

IDeoque conſideravi languores peccatorum meorum in cupiditate triplici (*a*); & dexteram tuam invocavi ad ſalutem meam. Vidi enim ſplendorem tuum corde ſaucio, & repercuſſus dixi: Quis illuc poteſt? Proiectus ſum a facie oculorum tuorum (1). Tu es veritas ſuper omnia praeſidens: at ego per avaritiam meam non amittere te volui, ſed volui tecum poſſidere mendacium: ſicut nemo vult ita falſum dicere, ut neſciat ipſe quid verum ſit. Itaque amiſi te, quia (*b*) non dignaris cum mendacio poſſideri.

(*a*) *In cupiditate triplici*. = Omnis hoc libro diſputatae materiae compendium texit. Egerat autem primo de Deo, memoria &c. Inde de cupiditate triplici ex 1. Epiſt. Ioan. 2. 16. De prima cupiditate dixit cap. 30. 31. 32. 33. & 34. De ſecunda 35. De tertia 36. 37. 38. & 39. = *Per avaritiam meam &c.* = Cum enim avaritia deſiderium ſit plus aequo habendi: hinc ſe avarum iudicat quod expeteret Deum, & mendacium: Caeleſtes, ac terrenas: Divinas, & humanas pulcritudines adſequi. Adludit autem ad illud Pſal. 4. 3. *Filii hominum . . . . ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis men-*

(1) Pſal. 30. 23.

mendacium? Ubi ipſe = Ut quid vultis „ beati eſſe de infirmis? Sola veritas „ facit beatos, ex qua? vera ſunt om- „ nia &c. Ut quid ergo temporalium „ rerum amore detinemini? Ut quid „ tamquam prima, extrema ſectamini, „ quod eſt vanitas, & mendacium? Cu- „ pitis enim permanere vobiſcum, quae „ omnia tranſeunt tamquam umbra.

(*b*) *Itaque amiſi te quia &c.* = In quit enim Salvator Matth. 6. 24. & Lucae 16. 13. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire &c. Non poteſtis Deo ſervire, & mammonae.* & Apoſtolus. 2. Cor. 6. a v. 14. *Quae participatio iuſtitiae cum iniquitate? Aut quae ſocietas lucis ad tenebras? Quae autem conventio Chriſti ad Belial? &c.* His ut vides priorem vitam ſuam Baptiſmo praecedentem Auguſtinus intuetur. Nec mirum: iamiam quippe omni prorſus vitae ſuae ludicio expleto, ad diſputandum de Geneſi tranſiturus eſt. Item haec de ſeipſo non peculiari ratio e, ſed ut peccatore expendit. Nemo autem eſt qui Deum ſummum Bonum cognitum nolit; ſed peccator ambit, Deum & creaturas, Aeternas ac praeſentes voluptates tenere. Deum vero & mendacium, ſeu, Gratiam, & grave peccatum ſimul amplecti, adeo implicat: ut praeſtantiſſimi de Schola Theologi, S. Thomas q. 28. de Verit. art. 2. Capreolus, Caietanus, Sotus, Ricardus, Vazquez, Bechaous, & alii, quos longo ordine advocant, & ſequuntur Salmanticenſes noſtri Scholaſtici tom 6. de Gratia, Tract. 15. de Iuſtificatione Impii, Diſput. 2 *de termine ad quem iuſtification.* dub. 4. id nec Dei potentia, quam ſupremam, & extraordinariam appellant, fieri poſſe contendant.

C A P U T XLII.

A R G U M E N T U M.

Exhibet ut in Dei, quem amiſerat, iterum gratiam venerit. Noluit angelos velut mediatores adire; qui enim id tentarunt, a ſpiritibus tenebrarum fictis viſionibus ſupplantati ſunt. Nec mirum; Mediator quippe inter Deum, & homines, ex illo, & iſtis quidquam habeat oportet: diabolus autem nobis peccato ſimillimus: unde Dei ſimilitudinem praeferat, minime habet. Immortalitas enim, quam corruptibili carne expeditus iactare poteſt, nihil ad rem: quandoquidem qui peccatum non exhorruit, & in mortem peccati ſtipendium impegit.

QUem invenirem qui me reconciliaret tibi? Ambiendum mihi fuit ad Angelos (*a*)? Qua prece? quibus Sacramentis? Multi conantes ad te redire, neque per ſe ipſos valentes, ſicut audio, tentaverunt haec, & inciderunt in deſiderium curioſarum viſionum, & digni (*b*) habiti ſunt illuſionibus. Elati enim te quaerebant doctrinae faſtu, exſerentes potius, quam (*c*) tundentes pectora, & adduxerunt ſibi per ſimilitudinem cordis ſui, conſpirantes & ſocias ſuperbiae ſuae poteſtates aeris huius (1), a quibus per potentias magicas deciperentur, quaerentes mediatorem per quem purgarentur, & non erat. Diabolus enim erat transfigurans ſe in Angelum lucis (2). Et multum illexit ſuperbam carnem, quod carneo corpore ipſe non eſſet (*d*). Erant enim illi mortales & peccatores; tu autem Domine, cui reconciliari ſuperbe quaerebant, immortalis & ſine peccato. Mediator autem inter Deum & homines (3) oportebat ut haberet aliquid ſimile Deo, aliquid ſimile hominibus; ne in utroque hominibus ſimilis, lo-

(1) Epheſ. 2. 2.
(2) 2. Cor. 11. 14.
(3) 1. Tom. 2. 5.

longe eſſet a Deo; aut in utroque Deo ſimilis, longe eſſet ab hominibus, atque ita mediator non eſſet. Fallax itaque ille mediator, quo per ſecreta iudicia tua, ſuperbia mereretur illudi, unum cum hominibus habet, id eſt peccatum (*f*); aliud videri vult habere cum Deo, ut quia carnis mortalitate non tegitur, pro immortali ſe oſtentet. Sed quia ſtipiendium peccati mors eſt (ı), hoc habet commune cum hominibus (*g*), unde ſimul damnetur in mortem (*h*).

(*a*) *Ambiendum mihi fuit ad Angelos?* = Sequimur BB. qui admonent. „ Sic MSS. excepto Lyrenſi, qui habet, „ *Abeundum*. Editi autem Bad. Am. Er. „ Lov *An eundum*] Nobiſcum ſunt etiam Vet. & MSS. decem Etruriae. Som. autem, & Wangn. *Obeundum*. Lectio editorum (quibus ſuffragatur MS. optim. S. Ce.) inducta forte eſt, quod videatur facilis, & naturalis. Verum praeferenda noſtra ſignificans (ut etiam ex integro textu liquet) ſuberbos homines non communi modo, ſed Angelorum revelationibus a vitiis excuti geſtientes. Vide infra D.

Henricus Wangn. ad ſequentia verba: *Multi conantes redire ad te &c.* haec habet: *Videtur ſignificare aliquos ſuperbia, & curioſitate ſeductos, dum divinae viſiones, & revelationes quaerunt, incidiſſe in diabolicas illuſiones, deceptos a Daemone, transfigurante ſe in Angelum lucis.*

Pherepoaus autem pro integro hoc textu. = Videtur omnino reſpicere ad „ Theürgica Platonicorum ſacra, quibus „ ſe Angelos, & Archangelos elicere, Deo- „ que ſingularem in modem ſe coniungi putabant. Qua de re multis ſcrip- „ ſit Iamblichus in libro de Myſteriis „ Aegyptiorum, praeſertim ſectione V. & „ X. Eius aevi Platonici, mirum in mo- „ dum, ſuperſtitioſis id genus ſacris e- „ rant dediti. Vide vitam Procli a Ma- „ rino ſcriptam, quam Ioan. Albertus „ Fabricius. vir eruditus, integram edi- „ dit Hamburgi, Anno MDCC. „

At ſtulte ab ultimis terrae partibus rem advocamus, quam ad latera habemus; ſcribit de ea re frequenter Auguſtinus; maxime lib. 8. de Civit. Dei, cap. 18. 19. 20. 21. & 25. & lib. 9. cap. 1. 2. 6. 9. 13. 15. & 23. & lib. 10. cap. 9. 10. 26. & 27 Unde haec ab Auguſtino fuiſſe inſpecta manifeſtum eſt; quod adhuc magis ex dicendis conſtabit.

(*b*) *In deſiderium curioſarum viſionum, & digni &c.* = Lib. 9. de Civ. Dei, cap. 2. *Irretitus malignorum ſpirituum, deceptuſque fallacia, longe aberret a vera Deo &c.* lib. 10 cap 26. *Adhuc dubitas haec maligna eſſe daemonia; vel te fingit fortaſſe neſcire, dum non vis Theurgos offendere, a quibus curioſitate deceptus &c.* Cap. 27. circa med. „ Quem (*Chriſtum*) tu quoque (*Porphyrium impetit*) utinam cognoviſſes „ eique te potius, quam vel tuae vir- „ tuti, quae humana, fragilis, & infir- „ ma eſt, vel pernicioſiſſimae curioſi- „ tati ſanandum tutius commiſiſſes &c. „ Theurgi vero illi, vel potius daemo- „ nes, deorum ſpecies figuraſque fin- „ gentes, inquinant potius, quam pur- „ gent humanum ſpiritum falſitate phan- „ taſmatum, & deceptoria vanarum lu- „ dificatione formarum.

(*c*) *Doctrinae faſtu, exſerentes potius quam &c.* = Qui enim impias haſce texebant fabulas Platonici Philoſophi erant: quorum faſtum arguit etiam Paulus Rom. 1. 22. *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Liquet etiam ex Auguſtino ſupra laudatis locis, magica ſuperſtitione Philoſophos illos, eorumque ſectatores daemonum oracula provocaſſe. Quanquam faſtus omnium propemodum Philoſophorum vitium fuerit: Unde S. Ioannes Chryſoſtomus Homil. 2. in cap. 1. Epiſt. ad Rom. longe poſt med. *Ubi nunc ſunt ſapientes illi Graecorum barbis prolixis, & palliis amicti, nihil non magni praeferentes?* & ante finem: *Ad haec quoniam Romani verbis fere magna iactant, falſoque iactata ſapientia intumeſcunt &c.* Videtur autem primo loco inſpici a Chryſoſtomo ſeptem Graeciae Sapientes, qui fuerunt, Thales Mileſius. Solon Salaminus. Chilon Lacedemonius. Pittacus Mitilenaeus. Bias Prieneus. Cleobolus Lindus, vel, ut alii, Carianus. Septimus autem Periander Corintius, vel Anacharſis Scytha, vel Epimenides Cretenſis.

(*d*) *Quaerentes mediatorem &c.* =

(ı) Rom. 6. 23.

Non amplificatione hic, ſed exacte, & ſerio loquitur. Lib. enim de Civ. Dei 9. c. 1. *Sed quia eoſdem daemones inter homines, & deos ita medios conſtitutos putant, tamquam nullus Deus homini miſceatur ut hinc perferant deſiderata, inde referant impetrata; atque hoc Platonici praecipui Philoſophorum, ac nobiliſſimi ſentiunt, cum quibus velut cum excellentioribus placuit iſtam examinare quaeſtionem &c.* cap. 9. *Quales igitur mediatores ſunt inter homines, & deos, per quos ad deorum amicitias homines ambiunt &c.* Nota verbum *ambiant*, confirmans lectionem ſigno A. ſelectam. Eadem autem obſervaverat cap. 6. & inde obſervat cap. 13. n. 1. & 3. & iterum in ſequentibus,

(e) *Quod carneo corpore ipſe non eſſet.* = Multum illexit ſuperbos Philoſophos diabolus, quod carnei corporis expers, quaſi e diis unus videretur. Ideo autem Auguſtinus dicit *carneo*, quia iuxta Philoſophos caeleſti, vel ſubtili corpore diabolus praeditus erat. Immo univerſim angelos tum malos, tum bonos aliquo vel ſubtiliſſimo, atque leviſſimo praeditos corpore Patrum plures opinati ſunt. Quae forteſſis opinio nec noſtris diebus adeo ſolemni, expreſſoque Eccleſiae iudicio ita improbata eſt, ut nequeat abſque haereſis labe propugnari. Accipe verba doctiſſimi presbyteri Ioan. Bapt. Du Hamel. t. 1. *Theologiae Clericorum &c.* in Appendice de Angelis, Diſſert. 1. de Natura Angelorum, cap. 1. de exiſtentia, & eſſentia Angelorum, poſt concluſ. 1. = Iam utrum „ Angeli ita ſint ſpiritales, ut omnis corporis ſint expertes, variae ea de re fuerunt SS. Patrum opiniones. Quin & S. Bernardi temporibus eo loco erat quaeſtio, ut nondum liqueret quae vero eſſet propior, ut ex lib. 5. de Conſid. cap. 4. & ex ſerm. 5. in Cantica colligitur. Sed brevi poſt tempore Theologi pene omnes cenſuerunt Angelos omnino eſſe incorporeos: idque multis videtur in Concil. Later. IV. c. *Firmiter* eſſe definitum; tametſi viri eruditi exiſtimant, id non fuiſſe Concilii Lateranenſis Patribus propoſitum, ut eam definiret controverſiam, ſed unum illud ſtatuere voluiſſe, utriuſque naturae corporeae, & incorporeae conditorem Deum eſſe, idque contra Manichaeos, & Albigenſes fuit definitum; caetera vero ex recepta per id tempus Theologorum opinione Concilium obiter intexuit.] Quae & alii plures Theologi paſſim obſervant. Habes de hac re amplam eruditiſſimam diſſert. P. Auguſtini Calmet, t. 3. Antiquit. ſacrar. & profan. Sed de hac iterum litt. G.

(f) *Ideſt peccatum.* = Quod latius expendens lib. 9. de Civit. Dei, cap. 6. inquit = Videamus quemadmodum dicant Platonici medios daemones inter „ deos, & homines conſtitutos iſtis paſſionum aeſtibus fluctuare. Si enim mente eb his libera, eiſque dominante motus huiuſcemodi paterentur (1), non eos diceret Apuleius ſimili motu cordis, & ſalo mentis per omnes cogitationum aeſtus fluctuare &c. Subiecta eſt ergo mens daemonum paſſionibus libidinum, formidinum, irarum, atque huiuſcemodi ceteris. Quae igitur pars in eis libera eſt, compoſque ſapientiae, qua placeant diis &c.] Cap. 9. *Iſti mediatores deorum, & hominum, per quos interpoſitus divinis humana iungentur, cum diis habent corpus aeternum, vitioſum autem cum hominibus animum; quaſi religio, qua volunt diis homines per daemones iungi, in corpore ſit, non in animo conſtituta.* Cap. 23. n. 3. = Qui autem „ medii ſunt communem habendo immortalitatem cum ſuperioribus, miſeriam cum inferioribus, quoniam merito malitiae ſuae ſunt miſeri, beatitudinem, quam non habent, invidere nobis poſſunt, potius quam praebere. Unde nihil habent amici daemonum quod nobis dignum afferant, cur eos tamquam adiutores colere debeamus, quos potius ut deceptores evitare debemus] Et tandem lib. 10. cap. 27. poſt med. = Theurgi vero illi, vel potius daemones deorum ſpecies, figuraſque fingentes inquinant potius, quam purgant humanum ſpiritum falſitate phantaſmatum, & deceptoria vanarum ludificatione formarum. Quomodo enim purgent hominis ſpiritum, qui immundum habent proprium? Alioquin nullo modo carminibus invidi homines ligarentur, ipſumque inane beneficium, quod praeſtaturi videbantur, aut metu praemerent, aut ſimili invidentia denegarent.

(g) *Hoc habet commune cum hominibus &c.* = Sic etiam concludit cap. 9. lib. 9. de Civ. Dei = Unde etiamſi quiſ-

„ quam

(1) Edit. *non paterentur*.

„ quam propter hoc eos putaverit ae„ ternitatem habere cum diis, quia nul„ la morte, ſicut animalium terreſtrium „ animi eorum ſolvuntur a corpore: nec „ ſic exiſtimandam eſt eorum corpus „ tamquam honoratorum aeternum ve„ hiculum, ſed aeternum vinculum da„ mnatorum (1).

At inquies: Auguſtinus ergo ex Patribus eſt, qui Angelos non omnis expertes corporis docuere. Unde Auguſtinus Calmet t. 3 Antiquit. ſacrar. & profanar. Diſſert. de Angelis bonis, & malis, art. 1. de Angelis bonis pag. mihi 299 = S. Agoſtino da agli Angeli, e „ a i Demoni un corpo, ma agli Ange„ li d' una natura ben più ſottile, che „ non a i Demoni. Avanti la di loro „ caduta avean' eglino corpi celeſti, ma „ dopo la lor ribellione ſono riveſtiti „ di corpi aerei, ne i quali poſſon ſof„ frire qualche coſa dalla attività del „ fuoco, che è d' una natura ben più ſot„ tile dell' aria (2). *Antequam transgrede„ rentur, coeleſtia corpora gerebant, ne„ que hoc mirum eſt, ſi converſa ſunt „ ex poena in aeriam qualitatem, ut „ iam poſſint ab igne, id eſt ab elemento „ naturae ſuperioris aliquid pati*] Haec quidem verba habentur 1. par. t. 3. lib. 3. de Gen. ad litt. c. 10. n. 15. ſignat autem Calmet in margine & epiſt. olim 115. nunc 14. in qua de hac re nec unum verbum. Et art. 2. de Angelis malis pag. mihi 324. *S. Agoſtino per che creda che gli Angeli rubelli avanti il loro peccato aveſſero corpi celeſti, e ſpirituali, e che dopo la lor caduta veniſſero coperti di corpi aerei; di maniera che ſono tutt' ora capaci di provare le impreſſioni* del fuoco: *Si traſgreſſores illi, antequam transgrederentur &c.* & recitat eamdem ſententiam, ſignans in margine lib. 3. de Gen. ad litt. c. 17. lib. 15. de Civ. Dei c. 23. lib. 2. contra Academ. c. 7. & lib 2. de Ord. c. 9.

Verum eum dicendi modum obiecerat ſibi iam olim S. Thomas fidiſſimus Auguſtini diſcipulus 1. p. q. 51. art. 1. arg. 1. hiſce verbis: *Auguſtinus etiam dicit ſuper* Gen. ad Lit. (3) Daemones aerea dicuntur animalia, quia corporum aereorum natura indigent: *eadem autem eſt natura daemonis, & angeli: ergo angeli habent corpora naturaliter ſibi unita.* Huic ergo ita reſponderat: *Auguſtinus loquitur non aſſerendo, ſed opinione Platonicorum utens, qui ponebant eſſe quaedam animalia aerea, quae daemones nominabant.*

Addimus nos, metaphorica ratione doceri poſſe, Angelis malis additum eſſe corpus: quatenus ita a Deo compreſſi ſunt, ut poſſint a corporeo igne torqueri. Quod unanimi ſenſu fatentur Theologi; tametſi hocce arcanum & de angelo malo, & de anima reproba, quae proprie ſpiritalis eſt, non uno modo exponant. Sed de Angelorum natura opportunius fuſiuſque in ſequentibus; maxime lib. 12. c. 15. A.

(*b*) *Damnatur in mortem.* = Quae mors? & reprobos enim angelos permanſiſſe immortales ipſe S. D. lib. 9. de Civ. Dei, cap. 14. & alibi fatetur. Audi ipſummet lib. 13 de Civit. Dei, cap. 24. n. 6. = Sicut anima creata eſt immor„ talis, quae licet peccato mortua pe„ rhibeatur, carens quadam vita ſua, hoc „ eſt Dei ſpiritu, quo etiam ſapienter, „ & beate vivere poterat: tamen pro„ pria quadam, licet miſera, vita ſua „ non deſinit vivere: quia immortalis eſt „ creata. Sicut etiam deſertores angeli, „ licet ſecundum modum quemdam mor„ tui ſint peccando, quia fontem vitae „ deſeruerunt, qui Deus eſt, quem po„ tando; ſapienter, beateque poterant „ vivere: tamen non ſic mori potue„ runt, ut omnino deſiſterent vivere, at„ que ſentire &c.] Et doctius lib. 2. contra Maximinum Arianorum epiſc. quem ſcripſit circa an. 428. cap. 12. n 2. poſt med. = Immortalitatem autem Deus „ habere dicitur ſolus, quia eſt immu„ tabilis ſolus. In omni enim mutabili „ natura nonulla mors eſt ipſa mutatio, „ quia facit aliquid in ea non eſſe quod „ erat. Proinde & ipſa anima humana, „ quae propterea dicitur immortalis, „ quoniam qualitercumque ſecundum „ modum ſuum numquam deſinit vive„ re, habet tamen pro ipſo ſuo modo „ quamdam mortem ſuam, quia ſi iuſte „ vivebat, & peccat, & moritur iuſti„ tiae; ſi peccatrix erat, & iuſtificatur, „ moritur peccato: ut alias eius muta„ tiones taceam, de quibus longum eſt „ diſputare. Et creaturarum caeleſtium „ mori potuit, quia peccare potuit: nam „ & Angeli peccaverunt, & daemones „ facti ſunt, quorum eſt diabolus prin„ ceps. Et qui non peccaverunt, pec„ care potuerunt. Et cuicumque crea„ turae rationali praeſtatur ut peccare „ non poſſit, non eſt hoc naturae pro-

(1) Vind. Am. & Er damnandorum.
(2) Edit. Luc. an. 1731.
(3) Lib. 3. c. 10.

,, priae, ſed Dei gratiae. Ac per hoc ,, ſolus Deus habet immortalitatem, qui ,, non cuiuſquam gratia, ſed natura ſua ,, nec potuit, nec poteſt aliqua conver- ,, ſione mutari, nec potuit, nec poterit ,, aliqua mutatione peccare ,,.

Et haec de daemonibus. Angelos autem lucis mediatores non eſſe, ita oſtendit lib. 9. de Civit. Dei, c. 15. n. 1. *Boni igitur Angeli inter miſeros mortales, & beatos immortales medii eſſe non poſſunt: quia ipſi quoque & beati, & immortales ſunt*. Quod repetit cap. 23. n. 3. Verum, ſi minus preſſe loquaris, bonos Angelos inter Deum, hominesque mediatores praedicari poſſe, certum eſt, apud Auguſtinum, & omnes Catholicos. Immo unicuique homini peculiarem Angelum ad cuſtodiam deſtinatum non tam docuit, quam exploratum cenſuit S. D. lib. 19. de Civit. Dei, cap. 14. ubi: *An tantus Angelorum numerus aderit, quantus hominum erit, & vitam ſuam quiſque ab Angelo ſibi adhibito audiet recitari?* Quod videtur innuere & ipſe Maximinus Arian. epiſc. in Collatione, n. 9: iis verbis: *Eſt officium Angeli, ut animam reſtituat ante conſpectum Domini*.

Haec forteaſſe obſervavit Auguſtinus, quod ad petendum ſignum a Deo vel aliquo miraculo, vel angelica viſitatione tentaretur, ut dixit cap. 35. n. 3.

C A P U T LXIII.

A R G U M E N T U M.

Exhibet nunc verum exactiſſimumque Deum inter hominesque mediatorem, ideſt Ieſum Chriſtum; is quippe iuſtus cum Deo: cum hominibus vero mortalis. Cuius paſſionis uberes fructus adeo longe, lateque protenſi ſunt: ut nonniſi eorumdem, fide inſpectorum intuitu antiquis Patribus, ſicut & nobis ſalus adceſſerit. Conterritus Auguſtinus animae ſuae languoribus, meditatus fuerat abceſſum in ſolitudinem: a cuius tamen exſequutione divina auctoritate prohibitus, velut qui aliis, non ſibi vitam ſuam litare cogeretur, in Deum tanti Mediatoris ſanguine placatum curam ſuam iactavit. Geſtiens etiam quod huius ſanginem redemtionis noſtrae pretium meditaretur, ſumeret, & aliis erogaret.

I. VErax autem mediator (*a*) quem ſecreta tua miſericordia demonſtraſti humilibus, & miſiſti, ut eius exemplo etiam ipſam diſcerent humilitatem (*b*), Mediator ille Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, inter mortales peccatores, & immortalem iuſtum adparuit; mortalis cum hominibus, iuſtus cum Deo. Ut quoniam ſtipendium iuſtitiae Vita & pax eſt (1), per iuſtitiam coniunctam Deo evacuaret mortem iuſtificatorum impiorum (*c*), quam cum illis voluit habere communem. Hic demonſtratus eſt (*d*) antiquis ſanctis, ut ita ipſi per fidem futurae paſſionis eius, ſicut nos per fidem praeteritae ſalvi fierent. In quantum enim homo (*e*), in tantum mediator; in quantum autem Verbum non medius, quia aequalis Deo, & Deus apud Deum, & ſimul unus Deus (*f*).

II. Quomodo nos amaſti Pater bone, qui Filio tuo unico non peperciſti, ſed pro nobis impiis tradidiſti eum! (2) Quomodo nos amaſti, pro quibus ille non rapinam arbitratus, eſſe aequalis tibi, factus eſt ſubditus uſque ad mortem crucis (3), unus ille in mor-

tuis

(1) Rom. 6, 23.
(2) Rom. 8, 32.
(3) Philipp. 2. 6.

tuis liber (1), poteſtatem habens ponendi animam ſuam, & poteſtatem habens iterum ſumendi eam (2); pro nobis tibi victor & victima; & ideo victor, quia victima: pro nobis tibi ſacerdos & ſacrificium (*g*); & ideo ſacerdos, quia ſacrificium: faciens tibi nos de ſervis filios, de te naſcendo, nobis ſerviendo. Merito mihi ſpes valida in illo eſt, quod ſanabis omnes languores meos (3) per eum, qui ſedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis (4); alioquin deſperarem. Multi enim & magni ſunt iidem languores mei multi ſunt & magni, ſed amplior eſt medicina tua. Potuimus putare Verbum tuum remotum eſſe a coniunctione hominis, & deſperare de nobis, niſi caro fieret, & habitaret in nobis (5).

III. Conterritus peccatis meis, & mole miſeriae meae agitaveram in corde, meditatuſque fueram fugam in ſolitudinem (*h*): ſed prohibuiſti me, & confirmaſti me, dicens, Ideo pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, ut qui vivunt, iam non ſibi vivant (*i*), ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt (6). Ecce, Domine, iacto in te curam meam (7), ut vivam, & conſiderabo mirabilia de lege tua (8). Tu ſcis imperitiam meam (9), & infirmitatem meam: doce me, & ſana me. Ille tuus Unicus in quo ſunt omnes theſauri ſapientiae & ſcientiae abſconditi (10), redemit me ſanguine ſuo. Non calumnientur mihi ſuperbi (*k*): quoniam cogito pretium meum (*l*), & manduco, & bibo, & erogo, & pauper cupio ſaturari & eo inter illos, qui edunt, & ſaturantur, & laudant Dominum qui requirunt eum (11).

(*e*) *Verax autem mediator &c.* = Ita etiam concludit lib. 9. de Civit. Dei, cap. 15. Daemonibus ſcilicet propulſatis, Chriſtum mediatorem ſubſtituit. = Quaerendus eſt medius, qui non ſolum homo verum etiam Deus ſit; ut homines ex mortali miſeria ad beatam immortalitatem huius medii beata mortalitas interveniendo perducat. Quem neque non fieri mortalem oportebat, neque permanere mortalem. Mortalis quippe factus eſt, non infirmata Verbi divinitate, ſed carnis infirmitate ſuſcepta &c.] *Quam ſecreta tua miſericordia &c.* = Haec ſecreta Dei miſericordia aut invisibilis gratia eſt, qua humiles, nempe Catholicos in Filii ſui cognitionem deduxit. Aut potius de antiquis Patribus loquitur, quos ſecreta miſericordia, gratia ſcilicet non Ethnicis quoque indulta de Filii ſui adventu praedocuit, illuminavit.

(*h*) *Ipſam diſceret humilitatem.* = Ipſe enim Mediator inquit Matth. 11. 29. *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Ea autem, quae ſequuntur de Chriſti ſanctitate, & innocentia, quam foede, & impie reluctantur nonnulli haeretici, eumdem innocenem, immo innocentiae exemplar, ac etiam fontem peccatorem, & maledictionis divinae rerum blaſphemia a ſeculis non audita; non quidem metaphorice, quatenus puta innocens ille ſoedorum colores induit, eorum nomine in prioris foederis paginis clamavit ad Patrem, iiſque debitas plagas ſubiit; ſed libere ſerioque praedicantes! Vide Lutherum lib. de Servo Arbitrio, Melancthon in Epiſt. ad Rom. Calvinum in 3. ad Galat. & lib. 2. Conſtit. c. 1. paragr. 8. & in Epiſt. ad Rom.

(*c*) *Mortem iuſtificatorum impiorum.* = Ita BB. & ante ipſos Vet. Er. Som. MSS. 2. Med. 2. S. Cr. MS. S. Mar. Ricar. Sed nec intoleranter in MS. Beuigniano, *iuſtificandorum impiorum*; & in Corheienſi, nec non quinque e noſtris MSS. *iuſtificatorum piorum*. Loquitur autem ex illo Apoſt. Coloſſ. 2. 14. *Delens quod adverſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis &c.*

(*d*) Hic

(1) Pſal. 87. 6.
(2) Ioan. 10. 18.
(3) Pſal. 102. 3.
(4) Rom. 8. 34.
(5) Ioan. 1.
(6) 2. Cor. 5. 15.
(7) Pſal. 54. 23.
(8) Pſal. 118. 18.
(9) Pſal. 68. 6. iuxta Lxx. & Sym.
(10) Coloſſ. 2. 3.
(11) Pſal. 21. 27.

(*d*) *His demonſtratus eſt &c.* = Praeferunt conſtanter lectionem hanc tum editi, tum MSS. codices. Vet. Am. Er. Lov. Som. MsS. duodecim Etruriae. At codex Foſſatenſis, & e Sorbonicis unus, BB. teſtibus, & forte unus S. Mar. *Hiec.* Nec quidem male, ſic enim incoeptus de Mediatore ſermo continuatur.

Hanc ipſam vero doctrinam luculentius inculcat. S. D. lib. 10. de Civit. Dei, cap. 25. ubi. = Huius ſacramenti „ fide etiam iuſti antiqui mundari pie „ vivendo potuerunt, non ſolùm ante „ quam lex populo Hebraeo daretur „ (neque enim eis praedicator Deus, „ vel Angeli defuerunt) ſed ipſius quo„ que legis temporibus, quamvis in „ figuris rerum ſpiritalium habere vi„ deretur (1) promiſſa carnalia, propter „ quod vetus dicitur Teſtamentum. „ Nam & Prophetae tunc erant, per „ quos, ſicut per Angelos, eadem pro„ miſſio praedicata eſt &c.] Et lib. ſeu Epiſt. ad Deo gratias olim 49. nunc 102. q. 2. n. 12 = Itaque ab exordio „ generis humani quicunque in eum cre„ diderunt, eumque utcumque intelle„ xerunt, & ſecundum eius praecepta „ pie, & iuſte vixerunt, quandolibet, „ & ubilibet fuerint, per eum procul„ dubio ſalvi facti ſunt. Sicut enim nos „ in eum credimus & apud Patrem manen„ tem, & qui in carne iam venerit; ſic „ credebant in eum antiqui & apud Patrem „ manentem, & in carne venturum. Nec „ quia pro temporum varietate nunc fa„ ctum annuntiatur, quod tunc futurum „ praenuntiabatur, ideo fides ipſa va„ riata, vel ſalus ipſa diverſa eſt &c.] Vide etiam ſi vacat, lib. ſeu Epiſt. ad Honoratum olim 120. nunc 140. lib. 1. de Peccatorum meritis, & remiſſ. cap. 25. n. 13. In Pſal. 36. Serm. 3. n. 4 In 73. ad v. 2. n. 5. Et in 118. ad v. 152. Serm. 29. n. 9. Quod docent etiam, Origenes, Gregorius Nazianz. Ioannes Chryſoſtom. Epiphanius, Ambroſius, Hieronymus, Proſper, Fulgentius, Gregorius Papa. Frequentiſſime vero S. Thomas, ut 3. p. q. 8. art. 3. q. 6. art. 3. & q. 62. art. 6. & q. 29. de Verit. art. 4. Quibus unanimi ſenſu, Scripturarum auctoritate ſuffulti, adſtipulantur Theologi, exploratum certumque exiſtimantes, nullum prorſus mortalium abſque fide in Chriſtum vel expreſſa vel implicita iuſtificatum; omnemque ſanctitatem ex meritis, per merita, & propter merita eiusdem Redemtoris adceſſiſſe. Vide Tridentinam Synodum ſeſſ. 5. c. 2.

(*e*) = *In quantum enim homo &c.* = Graviſſima ſententia, cui refragari non licet; eamque ipſe Apoſtolus 1. Tim. 2. 5. Manifeſte docuit: *Unus enim Deus: unus & mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus.* Unde S. Tomas q. 29. de Verit art. 7. ad 9. *Chriſtus ſecundum quod homo mediator eſt inter Deum, & homines, ut* dicitur 1. ad Tim. Unde mirum eſt Lutheranos, Melancthonem, in Locis Comm. de Filio. Silmerum lib. contra Stancarum, & lib. Concordiae, pag. 556. 647. 736. Ubiquetarios, alioſque Chriſtum Deum mediatorem dicere, & quidem velut Auguſtino duce; Cum tamen S. D. cap. 108. Enchirid. (quod illi iactant) & alibi non de natura, quae mediatrix extiterit, ſed ex qua redemtionis dignitas, & pretium emerſerint ſermonem habeat; ut ſatis ſe explicat lib. 9. de Civit. Dei, cap. 15. ubi inter alia haec habet. = Ad quod (*unum beatificum bonum*) ut perduceremur non „ multis, ſed uno mediatore opus erat; „ & hoc ipſo eo, cuius participatione „ ſimus beati, hoc eſt Verbo Dei non „ facto, per quod facta ſunt omnia. Nec „ tamen ob hoc mediator eſt, quia Ver„ bum: maxime quippe immortale, & „ maxime beatum Verbum longe eſt a „ mortalibus miſeris; ſed mediator per „ quod homo &c. „

Ceterum redemtionem Divinae naturae factam virtute, adeo manifeſtum eſt: ut nec Dei potentia, ea ſaltem, quam ordinariam, & communem appellant aliter contingere potuiſſe, ſtatuant unanimi ſenſu, & invictis argumentis Theologi, innumeris etiam in hanc rem Patribus laudatis.

(*f*) *Et ſimul unus Deus.* = Vet. Am. Er. Som. quos BB. ſequuntur: *Et ſimul cum Spiritu-Sancto unus Deus:* qui BB. tamen in imo margine addunt. = MSS. „ plerique non habent haec verba, *cum* „ *Spiritu Sancto.*] Nec habent MSS. 2. Med. 2. S. Mar. Feſ. Ricard. & Car. Licet habeant MSS. quinque. Sic etiam periodus concinnior videtur: id unum quippe vult S. D. Verbum Genitori prorſus par eſſe; adeoque nequire ei ceu mediatorem obſequi. Recole dicta lib. 8. c. 5. ſigno I. = *Et ideo victor, quia victima.* = Morte enim, quam proprio placito ſubiit, diabolum vicit.

(*g*) *Sacerdos, & ſacrificium.* = Eadem ratione, quam mox laudavimus. Non me latet divina haec arcana riſu exel-

(1) Er. & Lov. *videretur*. Alii libri, *videretur*, ſcilicet lex.

excipi ab obſtinatis Iudaeis. Sed ex ipſis prioris foederis paginis colligi ad Salvatoris adventum vetuſtam Legem ceſſuram evincunt egregie Polemiſtae. Quibus omnibus, ni fallor, palmam praeripuit (ea ſaltem diſputatione, quam vocant *ad hominem*) celebris Rabinus Franciſcus Maria Ferretti Anconitanus, iuniorum Hebraeorum (poſt Doct. Paulum Medici, virum incomparabilem: cuius ille acerrimis collationibus a ſuae gentis ſuperſtitionibus exemtus eſt) doctiſſimus paucis ab hinc annis ad Chriſtianam fidem converſus in lib. cui titulus, *Le verità della fede Criſtiana ſvelate alla Sinagoga con le autorità de più accreditati Rabini, e confermate co' teſti della ſagra Scrittura*. Tract. 4. per 5. capita, maxime vero cap. ultimo pro Sacrificio.

Ita vero Chriſtus Sacerdotis, & ſacrificii vices egit, ut in ultima coena Euchariſtiam inſtituens, ſemetipſum ſumſerit. Vide S. Thomam 3. p. q. 81. ar 1. Quod ſequitur: *Nobis ſerviendo*, duplicem expoſitionem pati poteſt. Nobis enim ceu Servus Chriſtus adparuit. Et noſtrum lucrum labore egit. Quae ea oracula videntur expreſſa: *Sicut Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare & dare animam ſuam redemtionem pro multis*, Matth. 20. 28. & Mar. 10. 45.

(*b*) *Meditatuſque fueram fugam in ſolitudinem*. = Celebre teſtimonium hucce ad plura dicenda nos concitat: ſed expedit quaedam reticere: alia compendio ponere. Beatus Iordanus de Saxonia Eremita Auguſtinenſis de Vitis Fratrum lib. 1. cap. 7. quaedam ex hoc loco conlicit, quae otio abundans conſulere poterit. Bollandi Continuator. n. 83. haec habet. = Porro S. Auguſtinus inſtitutum „ horum Eremitarum tanti faciebat, ut „ aliquando illud imitari deſideraverit: „ & hoc deſiderium executioni mandaturus fuiſſet, niſi Deus eum ab iſto ſo„ litariae vitae propoſito avocaſſet, ſicut „ ipſe lib. 10. Conf. c. 43. indicat his „ verbis: *conterritus peccatis meis &c.* „ ex hoc textu ſatis clare colligimus ſanctum noſtrum divinitus monitum fuiſſe, „ ut potius animabus Deo lucrandis in„ ſtaret, quam ſibi ſoli in eremo pro„ deſſet. [illegible]

Cum autem conterritus ſuis peccatis fugam hanc Auguſtinus meditaretur; annonne & ab imminentibus culpis eximi: & patratas ſatisfactione delere volebat? Adeo ut vel hoc uno teſtimonio, innumeris aliis ſublatis, mendacii Proteſtantes arguantur, ſatisfactionem recens Catholicorum dogma appellantes: Lutherus enim in Aſſert. art. 5. *Quare verum dixi, arbitrariam iſtam ſatisfactionem nec in Scripturis, nec in Patribus reperiri*. Melanchthon in Apologia confeſſionis Auguſtanae iiſdem fere verbis loquitur.

Rupertus Holchotus vir de ordine Eremitarum male meritus ex hoc loco conlici autumat, nunquam Auguſtinum in ſolitudine Eremiticam vitam egiſſe: *De quo ordine* (inquit in lib. Sap. Lect. 46.) *nunquam fuit Auguſtinus, qui nunquam fuit Eremita, ſicut patet per eius verba &c.* Reſpondet tamen Henricus de Herdebi Eremita Auguſtin. lib. de Vita Evangel. q. 22. Auguſtinum de ſeipſo epiſcopo dicere. Unde Antoninus 3. p. Hiſt. c. 24. *Factus epiſcopus etiam declinabat ad Fratres in eremo, cum quibus prior converſatus eſt*. Id quidem eſt manifeſtum. Immo vero commode dicitur, Auguſtinum fugam meditatum in ſolitudinem, non quidem vage excogitatam, ſed in qua iam olim Eremiticam ſocietatem inſtituerat, & adhuc Fratres habebat, At vero cum huic divino operi manus poſuerit S. Doctor longe ante Epiſcopatum, ut ex ſcriptis eius deducitur, porrectum eſt dicere, ipſum non delibaſſe quod tam anxie plurimis commendaverat, propinaverat; Eremiticam nempe vitam non profeſſum, quam tanta cura, & ſollicitudine inſtituerat. Unde in Pſal. 132. n. 3. *Ex voce huius Pſalmi appellati ſunt & Monachi, ne quis vobis de iſto nomine inſultet Catholicis* & n. 6. *Quid ergo dicunt illi, qui nobis de nomine Monachorum inſultant?* Sed de hac re Auguſtinenſium, quorum ingenia demiror, magna volumina (1). Ceterum Auguſtinum Monachorum ſocietatem inſtituiſſe, orbi notum eſt. Si quis autem a me expoſtulet, quid ad rem hanc ex ſcriptis S. D. deduxerim, ingenue prodam, dummodo nedum Apoſtolicae Sedis, ſed & graviſſimorum hominum, qui Auguſtini paginas aſſidue & diligenter his pro controverſiis evolvere iudicia, a praeiudiciis libero haud me contradicturum ſciat. Ita ergo mihi dicendum videtur.

I. Auguſtinus geminas hominum pio-

(1) V. g. Hieronymus Coriolanus, Thomas a Taſmello, Nicolaus Cruſenius, Ioſeph Sabbatinius, Ioannes Marquez, Thomas de Herrera Aegidius Praeſent. Carolus Moreau, Proſper Stellartius, Emmanuel Lezal, Nicolaus Baſianus, Aloiſius Torellius, Chriſtianus Lupus &c.

piorum congregationes inſtituit: primo rigidam unam: humaniorem inde alteram: quarum illa Eremum incoleret: haec Templo inſerviret, & velut ad Epiſcopi latera, non quidem honoris cauſſa, ſed ad pietatem fovendam ſederet. II. Ambae congregationes in tria Evangelica conſilia Paupertatis, Coelibatus, atque Obedientiae iuraverant: in reliquis plurimum ſecernebantur. III. Ambae item veſtibus a reliquo populi, unaquaeque per proportionem ad ſuum vel rigidum, vel humanius inſtitutum dividebantur. IV. Quidquam ad Auguſtinenſis familiae habitum ſpectans conicere poſſumus. At integrum illorum temporum habitum, quo primi Auguſtini Filii cingebantur, exacte pingere arduum, dorum, & etiam impoſſibile eſt. V. Immo veroſimile eſt admodum, nec ipſum Auguſtinum integram habitus formam exacte praeſcripſiſſe: ſed latam quamdam non adeo ſcropoloſe digeſtam: modeſtiae quidem, & paupertati congruentem: ſed a qua interim, iis virtutibus in tuto poſitis, liceret nonnihil diſceſcere: quamque nonniſi omnibus Auguſtini Filiis communis aliqua teſſera finiret, & a reliquis veſtibus tum ſaecularium, tum cuiuſcunque alterius pii coetus ſegregaret. Haec quidem Auguſtini ſcriptis inſpectis. At nonnulli diſputant & traditione: de qua hic nihil ad me.

( ) *Iam non ſibi vivant.* = Optima enim in Monaſtica Trochaica: *Otii expers eſt ob otium omnium ipſe Epiſcopus &c. &c. Non ſibi uni vivunt, multis ſed populis Epiſcopi. Publicae domus magiſtra diſciplinae Epiſcopi eſt.* Et S. Syneſius epiſc. Ptolemaidis Epiſt. ad Fratrem, quae eſt 105., poſt initium: *Oportet autem ipſum* (ſacerdotem) *gerere negotia, quae omnes ſimul: omnium enim negotia agere oportet, aut omnibus criminibus obnoxium eſſe &c.*

Et quidem ubi Auguſtine tua ſagacitas? Anne tibi blandiri poteras, otioſe Deum ex lumina ſua dona profudiſſe? Ut qui te ſupra mortales cunctos (Adamo, Salomone, atque ſimilibus ſemper exceptis) ingenio, atque ſapientia ditaverat, vellet interim in ſilva delitescere? Quis Forte ſeviente (1), Fortiorem a ſomno haud excitat, a quo ille frangatur? Quis faculam (2) maxime collucentem ſub modio ponit, & non effert, ut undique obſidentes denſiſſimae tenebrae fugentur, propellantur? Perſtrepunt Paganorum, & Haereticorum arma, & iamiam tot errorum, quot per orci antra reſonant blaſphemiae, pingues tenebrae Africam, totumque propemodum orbem invadunt; & tu qui unus vales audaciſſimos mille Achilles proſternere, & profundae noctis horrores, ſummae diei gaudiis ſubſtitutis, halitu uno vel etiam tenui fugare: otio, quamvis religioſo, interim indulgebis, & in ſilva, Caelo etſi comparanda abſconderis? Id nec numinis voluntas maxime provida, nec Eccleſiae gloria in ſummo diſcrimine poſita, nec Fidelium religio undique impetita; nec etiam tui nominis fama, quam altiora adtendunt ſubſellia patitur. Ut autem ſis humanarum rerum contemtor, divina lucra haud negligere debes, certo vero Sapientiae oraculo ſcimus; Sibi uni conſulenti leves, plurimorum ſalutem curanti eximias coronas paratas (3).

(*k*) *Non calumniatur mihi ſuperbi.* = Qui ſuperbi? Loquitur nempe ex v. 122. Pſal. 118. ubi ipſe, ſcilicet Serm. 26. n. 4. = Multae autem poſ-
„ ſunt intelligi calumniae ſuperborum,
„ a quibus humilitas Chriſtiana deſpi-
„ citur; ſed illa vel maxima eſt, ſi
„ homines hoc loco accipiuntur ſuperbi
„ quod a nobis mortuum calumniantur
„ coli. Humilitas quippe ipſa Chriſtia-
„ na Chriſti morte inſinuatur, com-
„ mendaturque divinitus. Haec autem
„ calumnia utriſque Infidelibus, ideſt
„ Iudaeis, Gentibuſque communis eſt
„ &c.] Quod Apoſtolus 1. Cor. c. 1. v. 23. obſervaverat: *Nos autem praedicamus Chriſtum crucifixum, Iudaeis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam.*

(*l*) *Cogito pretium meum.* = Mortem, vel humanitatem Chriſti: aut potius ex iis, quae ſequuntur, ſanguinem. = *Et manduco, & bibo.* = In Miſſae ſacrificio = *Et erogo* = & Fidelibus diſtribuo. Haec divina agens, Iudaeorum Gentiumque ſubſannationes, & blaſphemias contemnebat.

CON-

(1) Matth. 12. Mar. 3. & Luc. 11.
(2) Matth. 5. Mar. 4. & Luc. 11.

(3) Matth. 5. 19.

CONFESSIONUM

LIBER XI.

ARGUMENTUM.

Cum Deum nihil lateat: profitetur Auguſtinus ei ſe tot rerum narrationes digerere, ut ſuam atque legentium pietatem excitet. Iam autem rerum ſuarum hiſtoria conſummata, S. Geneſeos exordium, primo vero circa Caeli, Terraeque creationem, divina luce implorata, diſcutiendum adſumit. Et quidem omnia a Deo ſe facta mox clamant. Quae etiam novimus minime ex praeexſiſtente materia, ſed ex nihilo per Verbum, quod & loquitur nobis, quodque etiam Sapientiam appellamus, educta. Primum vero nugatorum magna pompa diſputantium, qua actione Deus ante mundi creationem otium rumperet, petulantiam frangit; haud dubitans talibus Divinae actionis naturam ignorantibus dare, ante Caeli, Terraeque opus nihil Deum feciſſe. Immo caſſam, & fatuam eam diſputationem cenſet, quae temporis hypotheſim trahit: cum tamen illud antequam Deus quidquam faceret, ut vel ex ipſis verbis liquet, non eſſet. Inde metaphyſicarum rerum Doctor ad reconditam abſtruſamque temporis naturam ampla diſputatione expendendam; Primo novum illud retegens, nonnihil oſcitanter nos tempus aut longum, aut breve praedicare; praeteritum quippe abiit: futurum nondum adceſſit: praeſens vero nullam extenſionem patitur. Hinc etiam utcunque implexum cenſet, ut praedicantur futura: ſi enim videntur, iam ſunt praeſentia; niſi forte non tam ipſa, quam eorum cauſſas, & ſigna intueamur. Poſtmodo ad abſtruſiora adcedens, diſputat quae ſit temporis menſura, utut illud protendatur. In quo maxime occurrit caeleſtium corporum motus qui in temporis naturam ire videtur. At ſi quid ex hac re tali diſputationi lucrum, potius id inſpiciendum eſt, quo motum ipſum metimur; Nec a vero prorſus abhorres, hominum animum, vel memoriam temporum eſſe menſuram. Ut vero Auguſtinus maxime religioſus eſt, philoſophica illa diſputatione abiecta, ad Deum animum ſuum, & Lectorum colligit: ille enim aeternitatem gerit, & nullam creaturam, etiam temporum iuribus eminentem coaeternam habet; praeterita vero, & futura longe altiori ratione ac nos intuetur.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Quod utcumque alibi ſaepe: manifeſte, atque diſerte nunc profitetur; Ad ſuum, & Legentium in Deum provocandum amorem hocce in libello plura narrare. Nec enim ambigit Deum ſua natura aeternum omnia, & quidem uno momento intueri. At quid inde? Et indigentias noſtras optime novit, quas tamen ipſi in oratione deponimus. Hucuſque ergo ſcriptarum rerum Auguſtinum haud poenitet; quin immo divina ſe gratia ſcripſiſſe arbitratur.

NUmquid, Domine, cum tua ſit aeternitas, ignoras quae tibi dico, aut ad tempus vides (*a*) quod fit in tempore? Cur ergo tibi tot rerum narrationes digero? Non utique ut per me noveris ea, ſed affectum meum excito in te, & eorum qui haec legunt, ut dicamus omnes; Magnus Dominus (*b*) & laudabilis valde (1). Iam dixi, & dicam: amore amoris tui (*c*) facio iſtud. Nam & oramus, & tamen Veritas ait: Novit Pater veſter quid vobis opus ſit, priuſquam petatis ab eo (2). Affectum ergo noſtrum patefacimus in te, confitendo tibi miſerias noſtras, & miſericordias tuas ſuper nos, ut liberes nos omnino, quoniam caepiſti, ut deſinamus eſſe miſeri in nobis, & beatificemur in te; quoniam vocaſti nos, ut ſimus pauperes ſpiritu, & mites, & lugentes, & eſurientes, ac ſitientes iuſtitiam, & miſericordes, & mundi corde, & pacifici (3). Ecce narravi tibi multa quae potui, & quae volui, quoniam tu prior voluiſti, ut confiterer tibi Domino Deo meo, quoniam bonus es, quoniam in ſaeculum miſericordia tua (4).

(*a*) *Aut ad tempus vides &c.* = Cum enim aeternitas ſit tota ſimul: non ad tempus, ſe mox omnia praeſentia, praeterita, & futura obiicit. Aeternitas vero nedum Deo ineſt, ſed eius natura, vel eſſentia eſt, nonniſi ratione, fundamento, ut inquiunt innixa, diſtincta; quod inſinuant ſuperiora Auguſtini verba: *cum tua ſit aeternitas*. Quodque luculentius S. D. tradit in Pſal. 101. Serm. 2. ad v. 25. n. 10. = *Non enim aliud anni Dei, & aliud ipſe: ſed anni Dei aeternitas Dei eſt: aeternitas ipſa Dei ſubſtantia eſt, quae nihil habet mutabile; ibi nihil eſt praeteritum, quaſi iam non ſit; nihil eſt futurum &c.* Vide etiam, ſi placet, lib. de Natura boni contra Manich. cap. 39. Quibus lucem conferunt verba S. Thomae in 1. Sent. diſt. 19. q. 2. art. 1. ad 4. & 1. p. q. 10. art. 2. ad 3.

(*b*) *Ut dicamus omnes: Magnus Dominus &c.* = Iam iis, quae ad vitam ſuam ſpectant, expletis: redit ad huius exordium Opellae: *Magnus es Domine &c.* ut pium ſcopum ſuum innovet: & conſtanter teneas ad Dei magnitudinem celebrandam has Confeſſiones ſcriptas eſſe. Niſi quod initio quaſi ſolus loquebatur: *Magnus es Domine &c.* Nunc autem velut cum multis: *ut dicamus omnes &c.* Iam enim tunc ſibi blandiebatur, Lectorum animos hucuſque ſcriptis ad Deum raptum iri.

Henricus Wangnereck Ieſuita iam libro praeced. notulis ſuis finem dedit; quod ſi bene meminiſti poſt med. ſuae Praefat. praemonuerat: ut in Praefatione noſtra obſervavimus.

(*c*) *Amore amoris tui &c.* = Nempe ad divinum amorem concipiendum. Ac ſi diceret, amans te amare. Et revera aliquem pium in Deum motum omnes qui pectore utcunque religioſo au-

ream

(1) Pſal. 47. 1. & 144. 3.
(2) Matth. 6. 8.
(3) Matth. 5. a v. 3. & Lucae 6. v. 20.
(4) Pſal. 117. a v. 1.

ream hanc. opellam legerunt concipe-re. = *Quoniam tu prior voluiſti &c.* = Praeveniente ſcilicet gratia feciſti. Sic Iſaiae 26. 12. *Domine .... omnia opera noſtra operatus es in nobis.* Ezechiel. 36. 27. *Faciam ut in praeceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini* Pſal. 36. 23. *A Domino greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet.* Pſal. 58. 11. *Miſericordia eius praeveniet me.*

C A P U T II.

A R G U M E N T U M.

Tantam, tamque multiplicem Dei clementiam, maxime qua ad Sacerdotii honorem evectus eſt, ſe expertum teſtatur, ut eam nimis arduam cenſeat effatu. Interim ad S. Scripturae expoſitionem ſuo & noſtro bono acceſſurus, ſtudioſiſſime, Redemtoris etiam interpoſitis meritis, a Deo contendit, ut eius lucis beneficio tuto per Scripturae campos incedat, & ibi latentes theſauros retegat.

I. QUando autem ſufficio lingua calami enuntiare omnia hortamenta tua, & omnes terrores tuos, & conſolationes, & gubernationes quibus me perduxiſti praedicare verbum (*a*), & ſacramentum tuum diſpenſare populo tuo (1)? Etſi ſufficio haec enuntiare ex ordine, caro mihi valent ſtillae temporum. Et olim inardeſco meditari in lege tua (2), & in ea tibi confiteri ſcientiam & imperitiam meam, primordia illuminationis tuae, & reliquias tenebrarum mearum, quouſque devoretur a fortitudine infirmitas. Et nolo in aliud horae diffluant, quas invenio liberas a neceſſitatibus reficiendi corporis, & intentionis animi, & ſervitutis quam debemus hominibus, & quam non debemus (*b*), & tamen reddimus.

II. Domine Deus meus, intende orationi meae (3), & miſericordia tua exaudiat deſiderium meum, quoniam non mihi ſoli aeſtuat, ſed uſui vult eſſe fraternae caritati: & vides in corde meo quia ſic eſt. Sacrificem (*c*) tibi famulatum cogitationis & linguae meae; & da quod offeram tibi. Inops enim & pauper ſum (4); tu dives in omnes invocantes te (5), qui ſecurus curam noſtri geris (6). Circumcide ab omni temeritate omnique mendacio interiora & exteriora labia mea. Sint caſtae deliciae meae Scripturae tuae; nec fallar in eis nec fallam ex eis. Domine attende, & miſerere, Domine Deus meus lux caecorum & virtus infirmorum, ſtatimque lux videntium (*d*), & virtus fortium attende animam meam (7), & audi clamantem de profundo (8). Nam niſi adſint & in profundo aures tuae, quo ibimus? quo clamabimus? Tuus eſt dies, & tua eſt nox (9); Ad nutum tuum momenta tranſvolant. Largire inde ſpatium (*e*) meditationibus noſtris in abdita Legis tuae, neque adverſus pulſantes (10) claudas eam; Neque enim fruſtra ſcribi voluiſti tot paginarum opaca ſecreta. Aut non habent illae Silvae cervos ſuos recipien-

 tes

(1) 1. Cor. 4. 1. & alibi.
(2) Pſal. 1. 2.
(3) Pſal. 60. 2. & alibi.
(4) Pſal. 85. 1.
(5) Rom. 10. 12.
(6) Sap. 6. 8. & 12. 13. & 1. Petr. 5. 7.
(7) Pſal. 54. 2. & 65. 19.
(8) Pſal. 129. 1.
(9) Pſal. 73. 16. & 17.
(10) Matth. 7. 7. & alibi.

tes ſe in eas, & reſumentes, ambulantes, & paſcentes, recumbentes (*f*) & ruminantes? O Domine, perfice me, & revela mihi eas (*g*). Ecce vox tua gaudium meum, vox tua ſuper affluentiam voluptatum. Da quod amo: amo enim & hoc tu dediſti. Ne dona tua deſeras, nec herbam tuam ſpernas ſitientem (1). Confitear tibi quidquid invenero in libris tuis; & audiam vocem laudis, & te bibam, & conſiderem mirabilia de lege tua, ab uſque principio in quo (*h*) feciſti caelum & terram, uſque ad regnum tecum perpetuum ſanctae civitatis tuae.

III. Domine, miſerere mei, & exaudi deſiderium meum. Puto enim quod non ſit de terra, non de auro & argento & de lapidibus, aut decoris veſtibus, aut honoribus & poteſtatibus, aut voluptatibus carnis, neque de neceſſariis corpori, & huic vitae peregrinationis noſtrae, quae omnia nobis adponuntur quaerentibus regnum & iuſtitiam tuam. Vide, Domine Deus meus, unde ſit deſiderium meum (2). Narraverunt mihi iniuſti delectationes, ſed non ſicut lex tua, Domine(3). Ecce unde eſt deſiderium meum. Vide Pater, adſpice, & vide & adproba, & placeat in conſpectu miſericordiae tuae invenire me gratiam ante te, ut aperiantur pulſanti mihi interiora ſermonum tuorum: Obſecro per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, virum dexterae tuae (*i*), filium hominis, quem confirmaſti tibi mediatorem tuum & noſtrum, per quem nos quaeſiſti non quaerentes te, quaeſiſti autem ut quaereremus te; Verbum tuum per quod feciſti omnia, in quibus, & me; Unicum tuum per quem vocaſti in adoptionem populum credentium (4), in quo & me: per eum te obſecro qui ſedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiae & ſcientiae abſconditi (5). Ipſum quaero (*k*) in libris tuis. Moyſes de illo ſcripſit. Hoc ipſe ait: hoc veritas ait.

(*a*) *Praedicare verbum, & c.* = De integro, Presbyteratus, & Epiſcopatus honore loquitur. Suſpicari licet Auguſtinum hiſtoria ſua uſque ad obitum Matris decem libris digeſta, punctum inde reliquum vitae ſuae etiam uſque ad Epiſcopatum ad Dei clementiam, qua paſſim ductus eſt celebrandam excurrere; At ei non adquieviſſe conſilio, ne opuſculum, quod omnium manibus terendum erat, nimis augeretur; tum quod ea pars vitae orbi admodum nota eſſet: tum & maxime quia ſacerdos, & epiſcopus Dei adiutorium utique expertus eſt: ſed cui interim egregia pietate reſponderet: Pius autem, & humilis doctor duo volebat: Pro Dei clementia: Et ſuos in languores declamare: Quamquam hos, non curata hiſtoria, ſeu rerum ſerie, praecedenti libro retexerit. Quae ſequuntur; *meditari in lege tua &c.* ex Divinis ſcripturis deprompta ſunt. Ea autem verba: *Quouſque devoretur &c.* quae ad illud Pauli 1. Cor. 15. a v. 53. *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem &c.* adludunt, ſignificant Beatorum felicitatem, qua omnis infirmitas noſtra devorabitur, abſorbebitur.

(*b*) *Et quam non debemus &c.* = Plura, ad quae nec ſimplicis Sacerdotii, nec Epiſcopatus ratione tenebatur, Auguſtinum reddidiſſe notum eſt cunctis eius hiſtoriam utcunque callentibus. Id vero agebat, & quod populi importunis precibus cogeretur: & quia nimio pollens ingenio, fracto etiam corpore, & amicis etiam diſſuadentibus, in maiora quotidie ſtudia rapiebatur. Quod excellentiſſimo ingenio praeditis paſſim, & naturali quodam inſtinctu contingere obſervavit Arianus celebri Graeciae philoſophus c. 6. 3. Epict.

(*c*) *Quia*

(1) Pſal. 41. 9. 62. 3. 106. 35. 142. 6.
(2) *Domine ante te omne deſiderium meum.* Pſal. 37. 10.
(3) Pſal. 118. 85. iuxta ipſius lectionem.
(4) Rom. 8. 34.
(5) Coloſſ. 2. 3.

Digitized by Google

(c) *Quia ſic eſt. Sacrificem &c.* = Ita ſcribunt MSS. octo a nobis viſi cum Benedictinis. At Vet. Er. Lov. Som. 2. MSS. Med. 2. S. Cr. *ſic eſt, ut ſacrificem, &c.* Immerito tamen, cum ſatis liqueat verbis, *ſic eſt* ſenſum conſummari.

Ab omni temeritate. = *Ab inconſulto* praecipiti iudicio. = *Omnique mendacio.* = Videtur non de morali, ſed de inculpabili, ut loquuntur, aequivocatione loqui, quae ipſi poſſit ſubrepere. = *Interiora, & exteriora labia mea.* = Ut mente Scripturarum arcana teneam: retecta autem digne, & exacte loquar. Quo forte ſpectant verba ſequentia: *Nec fallar in eis, nec &c.*

(d) *Statimque lux videntium, & &c.* = Neceſſum quippe eſt Deum & abſtergere tenebras, & indulgere virtutem; ulterius vero lucem, atque fortitudinem manutenere. Nec enim homo quidquam ſeſe boni habet: acceptum vero bonum abſque Dei ſubſidio ſervare nequit. Sic Redemptor Lazarum ab inferis revocavit; ſtatimque ei adſtitit, ne iterum recuperatam vitam amitteret.

Sequentibus verbis: *Audi clamantem de profundo*, ſe Auguſtinus iungit Davidi Pſal. 129. v. 1. & 2. dicenti, *De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam*. Quod profundum ipſe S. D. ad v. 3. n. 2. ſic exponit: *Ecce* (1) *aperuit de quo profundo clamaret. Clamat enim ſub molibus, & fluctibus iniquitatum ſuarum.* Quo ſenſu & Auguſtinus hic loquitur. Niſi quod, ut opinamur, contextuſque poſtulare videtur, non tam culpae, quam ignorantiae profundum inſpicit. Et forte nox, quam paullo poſt nominat, ignorantia eſt, quam optat divinae locis beneficio depelli.

(e) *Largire inde ſpatium &c.* = Auguſtino enim mille eccleſiaſticis, & civilibus etiam curis occupatiſſimo ſpatium pro ſacris ſtudiis deerat. Unde coactus eſt, a populo aliquam vacationem petere; quam vix obtentam amiſit: ut patet ex integra eius Epiſtola (2) 213. (Alias, 110.) cuius tantum n. 5. & aliquot n. 6. exſcribimus = Erit presbyter, ,, ut eſt (*Eraclius*) quando Deus vo- ,, luerit futurus epiſcopus. Sed plane ,, modo facturus ſum adiuvante miſeri- ,, cordia Chriſti, quod adhuc uſque ,, non feci. Noſtis ante aliquot annos ,, quid facere voluerim, & non per- ,, miſiſtis. Placuit mihi, & vobis pro- ,, pter curam Scripturarum, quam mi- ,, hi fratres, & patres mei coepiſcopi ,, duobus conciliis Numidiae, & Car- ,, thaginis imponere dignati ſunt, ut ,, per quinque dies nemo mihi mole- ,, ſtus eſſet. Geſta confecta ſunt, pla- ,, cuit, acclamaſtis. Recitatum placitum ,, veſtrum, & acclamationes veſtrae. ,, Parvo tempore ſervatum eſt circa me, ,, & poſtea violenter irruptum eſt, non ,, permittor ad quod volo vacare. An- ,, te meridiem, & poſt meridiem occu- ,, pationibus hominum implicor. Obſe- ,, cro vos, & obſtringo per Chriſtum, ,, ut huic iuveni, hoc eſt Eraclio pre- ,, sbytero, quem hodie in nomine Chri- ,, ſti deſigno epiſcopum ſucceſſorem mi- ,, bi, patiamini me refundere onera ,, occupationum mearum &c. Ego cari- ,, tati, & benevolentiae veſtrae apud ,, Dominum Deum noſtrum gratias age, ,, immo de illa Deo gratias ago. Ergo ,, Fratres, quidquid eſt, quod a me ,, perferebatur, ad illum perferatur. ,, Ubi neceſſarium habuerit conſilium, ,, meum non negabo auxilium; abſit ut ,, ſubtraham &c. ut & vobis nihil de- ,, ſit, & ego tandem aliquando, ſi quan- ,, tulumcunque ſpatium mihi huius vitae ,, donaverit Deus, ipſam meam quan- ,, tulacunque vitam non dem ſegnitiei, ,, nec donem inertiae, ſed in ſanctis Scri- ,, pturis, quantum ipſe, & largitur, ,, exerceam; hoc & ipſi proderit, & ,, per ipſum etiam vobis. Nemo ergo ,, invideat otio meo, quia meum otium ,, magnum habet negotium &c.] Vide etiam, ſi vacat, Epiſt. 151. (Alias, 259.) ad Cecilianum, n. 13. Omnino autem ad Auguſtini propoſitum S. Syneſius Epiſt. 100. ad Pylaemenem, circa med. *Otium autem maximum bonum, quod dicere quis poſſit, tamquam agrum feracem omnia bona producere philoſophi animo.*

(f) *Et paſcentes, recumbentes.* = Sequimur BB. qui in margine inquiunt = ,, Sic Arn. & duodecim MSS. At Lov. ,, *recubantes*] Nobiſcum ſunt etiam Vet. Som. & MSS. undecim Etruriae. Cum Lov. autem Er. & optimus S. Cr. Duo verba, *recubo*, & *recumbo*: pari fere iure hic permitti poſſent; ſed quod ſequitur, *& ruminantes* de *recumbentibus* commodius, ac de *recubantibus* dicitur.

Verba, quae paullo poſt ſequuntur: *ſuper adfluentiam voluptatem*, habentur apud

(1) Am. Er. & plures MSS. *apparuit*.
(2) Alias, *Acta Eccleſiaſtica*. Scripta die 26. Septembr. an. 426.

apud Vet. Er. Somm. MSS. undecim Err. nec non Benedictinos. Sed his teſtibus, Bad. Am. cum 4. MSS. & MS. Med. *ſuperfluentium voluptatum*. Corbeienſis codex, (quem fere imitatur MS. S. Mar.) *ſuperaffluentia*. Noſtra lectio & codicum auctoritate: & ratione etiam praeſcrenda videtur: utpote quae divinae vocis ſuavitatem magis amplificet. Maxime, quoniam Pſal. 18. 11. habetur: *Deſiderabilia* (iudicia Domini) *ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel, & favum* Pſal. 118. 103. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo*. Eccleſ. 24. 27. *Spiritus enim meus ſuper mel dulcis: & haereditas mea ſuper mel & favum*. Hiſce divinis phraſibus, quas imitari Auguſtinum voluiſſe credendum eſt, noſtra lectio eſt cognatior.

(g) *O Domine perfice me, & revela mihi eas*. = In haec verba & ſanctiſſima, & melle, ac favo dulciora erit ne qui muſſitet? Quin immo adlatrat audaciſſime *Joannes Pherrponus*: hiſce autem verbis, caelum inter, ac terram ſuſpenſis: nihil ſcilicet, praeter garrientis livorem, concludentibus = Religio-
„ ſa profecto, & digna Epiſcopo ora-
„ tio: ſed cum qua coniungi debue-
„ rant ſtudium linguarum, quibus con-
„ ſcripta erat Scriptura, & comparatio
„ omnium aliorum praeſidiorum; qui-
„ bus demum adhibitis Scriptura intel-
„ ligi poteſt ita ut intelligenda eſt ab
„ eo, qui eam pro concione, atque
„ editis ſcriptis interpretaturus eſt. Au-
„ xilium enim Dei eo non pertinet, ut
„ ſine facultatum noſtrarum uſu nos
„ interno afflatu doceat quae ſcire cu-
„ pimus; ſed ut vires animi & corpo-
„ ris nobis ſufficiat, quibus utamur,
„ & in iis, quae humana induſtria per-
„ fici nequeunt, ſi ita ei videatur, au-
„ xiliator adſit. Si haec intellecta in
„ uſum revocaſſet *Auguſtinus*, exaudi-
„ tus ſine dubio fuiſſet. Nunc vero
„ cum ea neglexerit, illa dumtaxat in
„ Scriptura intellexit, quae potuit ho-
„ mo linguarum, & Criticae, imperitus
„ intelligere: In ceteris Platoniſmum no-
„ bis pro doctrina Apoſtolorum propi-
„ nat, aut argutias inanes magna ver-
„ borum pompa nobis obtrudit. Lo-
„ quor nimirum de iis, quae ei cum
„ omnibus Scripturae Interpretibus non
„ ſunt communia: haec enim etiam Ca-
„ thecumenus accepit ab iis, a quibus
„ edoctus eſt, non meditatione reperit.
„ Quae non eo dico, quod eloquen-
„ tiam, & acumen in rebus praeſertim
„ Metaphyſicis *Auguſtino* detraham, aut
„ quod meritas laudes minus libenter
„ tribuam: ſed quia video multos eius
„ auctoritate abuti, & eos prae illo
„ contemnere, quibus nulla ratione con-
„ ferri poteſt.

℞. I. *Sed cum qua coniungi debuerant &c.* = Aliquod ſtudium profecto coniunxit: At non maximum illud, atque moroſum, quod epiſcopum totius fere orbis curis diſtrictum . . . . quid dicam? dedecebat. Linguae claves ſunt, quibus ſcientiae aut humanae, aut divinae (aliis praeſidiis concurrentibus) ſacrarium aperitur; plures clavium cataſtrophe onerati, nullo recluſo ſacrario, fato cedunt. Horum ne ageret ſcenam Auguſtinus, aliquot tantum ſibi providit claves, quibus tamen, ut Eruditi fatentur, & celebrant, omne ſacrarium reſeravit. Licet, ut nemo prudens nobis inficiabitur, unius linguae, & ſcientiae homo longe praeferendus ſit alteri, qui in pluribus, ac plurimis etiam linguis eruditus, interim ſcientiam nullam perfecte digeſſit.

II. *Quibus conſcripta erat. Scriptura* = Atqui omnis Scriptura iam tum Latinitate donata fuerat. Si autem nullum volumen excurrere poſſumus, niſi cum lingua collatum, qua primo ſcriptum eſt, magnus nedum, ſed & maximus, ac etiam intolerabilis erit hominum labor: inutiles vero, adeoque & damnandae verſiones. Cumque libri nunc Hebraice, nunc Graece, nunc Gallice, nunc Italice, nunc &c. imprimantur; neceſſum erit, quemlibet ſtudioſum omnium quotquot extant in orbe linguarum peritum eſſe. At vero nullus hominum eſt, qui ad eruditionem tantam, citra miraculum poſſit pertingere: conficitur ergo mortales omnes cucurbitas, nullumque ſtudioſum appellandum.

III. *Et comparatio omnium &c.* = Tria potiſſimum ad ſacra ſtudia deſiderantur. Pietas: Ingenium: Importunus labor. Haec in Auguſtino ad miraculum uſque conſpiciuntur. *Pherrpono* autem, ut vel ex his ſuis animadverſionibus liquet, rude ingenium: labor aut levis, aut fatuus: pietatis vero nec primi colores.

IV. *Qui eam pro concione &c.* = Adeo ne ſolers nauta es, ut ingentem ſcopulum tuos ob oculos eminentem non videas? Omni igitur concionatori onus incumbit linguas Orientales, & quidem perfectiſſime perdiſcendi! En plusquam Heroica aetas, in qua non unum, & alterum, ſed plurimos, immo turbas Gigantium videmus.

V. *Ut*

V. *Ut ſine facultatem &c.* = Sermo tuus ſimillimus ſermoni delirantis! Ac ſi nempe de ſcurra eſſet, qui Hebraicae, vel Graecae linguae inſtitutionibus nec leviter tinctus, Scripturam Hebraice, vel Graece impreſſam exponendam aggrederetur!

VI. *Quae humana induſtria perfici nequeunt &c.* = Immo & in iis, quae *humana induſtria perfici* queunt. Divinum enim ſubſidium imploramus & in humanis quibuſcunque; quae tamen, vel quorum ſaltem aliqua *humana induſtria perfici* poſſe ex ipſis terminis liquet. Vide infra c. 17. A.

VII. *Cum ea neglexerit &c.* = Immo vero maxime commendavit ſaepe ſaepius; potiſſimum lib. 2. de Doctrina Chriſt. c. 11. n. 16. ubi. = Contra ignota ſigna
„ propria magnum remedium eſt lingua-
„ rum cognitio. Et Latinae quidem lin-
„ guae homines, quos nunc inſtruendos
„ ſuſcepimus, duabus aliis ad Scripturarum
„ divinarum cognitionem opus habent,
„ Hebraea ſcilicet, & Graeca, ut ad
„ exemplaria praecedentia recurratur,
„ ſi quam dubitationem attulerit La-
„ tinorum interpretum infinita varie-
„ tas &c.] Et fuſe proſequitur. Ex quibus tantum infertur Hebraicae, & Graecae linguae cognitionem commodam, & aliquando neceſſariam eſſe Scripturae ſtudioſis; at non ea carentem ab eadem Scriptura propellendum.

VIII. *Quae bona linguarum, & &c.* = Auguſtinum linguarum, maxime Graecae peritum oſtendimus comment. 1. ad c. 39. libri praeced. Haud rudem vero Criticae pro eius aetatis conditione, quae ſcripſit opera produnt. Mirum eſt autem hominem linguarum, & Criticae Imperitum Theologis omnibus, ut nemo diffitetur, palmam praeripuiſſe.

IX. *Platoniſmum nobis pro &c.* = Gratis clamas. Profer calumniae huius argumenta aut quae propulſemus, aut quibus ſuccumbamus. Nec attendis impudens, querelas haſce in Auguſtinum omnes quidem, at te maxime dedecere, qui toties S. D. ex Scripturis dicentem ad Platoniſmum vel obtorto collo trahere niteris.

X. *Aut argutias inanes &c.* = Huſque oſtendimus inanibus argutiis te Auguſtinum vel exponere, vel infamare conatum. Novimus autem potiſſimum has Confeſſiones, & libros de Gratia tuo iudicio inanibus argutiis ſcatere; quod nimia ſcilicet illae tuam pietatem, hi tuum ingenium excedant; Nec mirum, Confeſſiones enim piis, libri de Gratia doctiſſimis ſcripti ſunt. Es autem ex illis, vel illorum primus, de quibus S. Iudas n. 10. ſuae Epiſt. *Quaecunque quidem ignorant, blaſphemant.*

XI. *Haec enim etiam Catechumenus accepit &c.* = Sat tibi eſt iaculari, vel ad punctum collimes, vel ab eo centum ulnis exorbites. Ex hocce propemodum integro opere liquet, fruſtra, etſi anxie expetitum ab Auguſtino ſapientem Catholicum, a quo de ſuis erroribus dedoceretur. Huic vero catechumeno praeſto fuere plures ſapientes Eccleſiae filii, a quibus maximo otio, atque longiſſimis collationibus fieret in divinis Scripturis eruditus? Interim haud levi Auguſtini gloriae mentiris, dum ei tantum ingenii, & memoriae tribuis, ut aliquot collationibus, quas catechumenus cum Catholicis habuit, evaſerit in Chriſtianorum doctiſſimum.

XII. *Non meditatione retexit.* = O tu quis es, aut ubi gentium inhabitas? ut ignores, hac potiſſimum gloria Auguſtinum ceteros inter Eccleſiae Doctores eminere, quod plurima Chriſtianam religionem iuvantia *propria meditatione* retexerit?

XIII. *Quod eloquentiam, & acumen &c.* = Quaſi hilum diceres, & de hilo Doctorem praedicares! Ingenio eloquenti, & acuto quid deeſt? Scis nempe eloquentiam, ſeu facultatem apte, ſuaviter, ornateque dicendi, & acumen, quod praeſertim res metaphyſicas intuetur, difficile, & quaſi miraculo adunari. Nec laus iſta, quam velut nimis aequam, patentem, & totius orbis ſenſibus firmatam diſſimulare nequiviſti, quae paullo ante conſarcinaſti vituperia pati poteſt; Metaphyſicum enim ingenium acutiſſimis, non *inanibus* argutiis indulget; eiusdemque ingenii eſt non tantum ab aliis accepta praedicare, ſed plurima *propria meditatione* retegere. Vides adhuc *Phenepone*, quid ex verbis tuis conficiatur? Dicam apertius: Metaphyſica, non quaſcunque, ſed altiſſimas veritates meditatur: Auguſtinus igitur, qui polluit maxime metaphyſico acumine, ex Scripturis, quibus ſedulo incubuit, maxima altiſſima arcana retexit: Cumque eſſet admodum eloquens, apte, ornate, & pulcre ea digeſſit, poſteriſque commendavit. Vide en talis homo quaſi unus e trivio iure, & merito a te conculcetur.

Quam vero apud te tolerabilior ſors Auguſtini, et Hieronymi: quem in Hebraica, & Graeca lingua balbutientem; in ceteris autem cucurbitam ſolita audacia denunciaſti? Haec enim ipſa tua ver-

verba ſunt in libello *Quaeſtionum Hieronymianarum, de eiusdem nupera editione Pariſina &c.* quaeſt. 1. n. 2. = I-
„ dem (*Martianaeus editor operum S.*
„ *Hieronymi*) non poteſt ſatis laudare
„ librum de nominibus Hebraicis ine-
„ ptum, ac nullius pretii libellum, e-
„ tiam poſtquam ab Hieronymo recen-
„ ſitus, ac emendatus eſt; cuius libel
„ li nullus fuit uſus, niſi ad captandas
„ inanes argutias, atque allegorias ex
„ ſignificationibus tam falſis, quam veris
„ nominum Hebraicorum &c. Si enim
„ ſeponas multam Graecorum, & prae
„ ſertim Latinorum lectionem, coniun-
„ ctam cum facultate acriter declaman-
„ di, aut declamatorie ſcribendi pro eius
„ acri palato: cetera omnia ſunt medio-
„ cria. Non modo Hebraicae, ſed &
„ Graecae linguae modica cognitione fuit
„ tinctus. Theologiam, ceteraſque diſci-
„ plinas deguſtaverat potius, quam ex-
„ hauſerat. In inventione quidem nihil
„ propemodum habet exquiſiti, in ordine
„ nihil ferme accurati. In ratiocinatione
„ vero, & collectione conſectariorum plus
„ multo pompae rhetoricae, atque exag-
„ gerationis invenies, quam roboris, &
„ iudicii: niſi velis Dialecticae valedice
„ te.] Quaeſt. 3. n. 4. *Graeca non ſatis adſequebatur, quamvis minime obſcura.* Eadem q. n. 13. *Quod cum fecerit, non veretur tamen fidelitatem translationis ſuae iactare &c. fortaſſe tam verum eſt eum aſque adeo feſtinaſſe, quam fidelem interpretem fuiſſe.* Quaeſt. 7. n. 21. *Res ipſa clamat nunniſi modicam cognitionem linguae Hebraicae ſibi comparaſſe Hieronymum, eſtque adeo manifeſta, ut non difficulter credamus labores illos orationemannihil adauctas eſſe ab homine, qui nequoquam auſcultabat, aut minuebat quod ipſi laudi eſſe poterat. Nota eſt vox eius in apologia contra Rufinum.* Ego philoſophus, rhetor &c. Ex quibus etiam habes, quid iniquus homo ſentiat de pietate Hieronymi, de quo item diximus n. 21. comment. 1. c. 39. libri praeced. & poſſemus addere, ſi expediret, quae evomit q. 3. n. 12. & q 8 n. 2 12., & 18. Verum pro ſe, & pro amico ſuo Hieronymo reſpondet Auguſtinus in Pſal. 34. Serm. 2. ad v. 18 *Inique, invide, aream inſpicis, qui totus in palea es, non tibi facile grana occurrunt: quaere, & invenies populum gravem, in quo Domini laudes. Vis invenire? Eſto talis. Nam ſi non fueris talis, difficile eſt ut non omnes tales tibi videantur, qualis es. Et comparantes, ait Apoſtolus, ſemetipſos ſibimetipſis, non intelligunt,* neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant (1).

Haec *Phereponus*, vel *Ioannes Clericus* de Hieronymo, quem nedum ſanctiſſimum, ſed & ubique ſapientem, in tribus vero linguis Hebraica, Graeca, & Latina eruditiſſimum cum Auguſtino univerſus orbis profitetur.

XIV. *Aut quod meritas laudes minus libenter &c.* = Quibus? pueris ne haec ſpecioſa pigmenta venditas? Non credo: immo abſit ut credam, mentitis. Et ſi per Iovem te verum ſcribere iuraveris: ego te malitioſe fabulari per Mercurium iurabo: iuxta illud Plauti Comoed 1. act. 1. ſc. *Soſias, & Mercurius*, v 25. ante ſoliloq. Mercurii. = *S. Per Iovem iuro me eſſe, atque me falſum dicere. M. At ego per Mercurium iuro tibi. Iovem non credere. Nam iniurato ſcio plus crederes mihi, quam iurato tibi.* Nec eſt cur indigneris, vel etiam Pagano iudice, Iſocrate ſcilicet Athenienſi oratore, & philoſopho eximio, cuius eſt graviſſimum monitum illud Orat. 1. ad Demonicum adoleſcentem, monito 36. *Puta decere, ut malis non habeatur fides, quemadmodum ut bonis habeatur.* Immo nedum malum: ſed Auguſtini gloriae te iniquum iuratum hoſtem hucuſque oſtendiſti.

Et quidem haud inficior ſimulationes haſce te non ſemel compingere, in Praefat. enim ad has Animadverſiones, ſeu ad novam Auguſtinenſium operum editionem, paullo poſt med. ſive ad tom. 8. ita loqueris: *Aliqui tum bene eos* (Chriſtianae fidei hoſtes) *aggreſſum eſſe S. Auguſtinum exiſtimavimus, laudes in eum pleno modio, ut alibi effudimus: & ambabus ulnis rationes eius amplexi ſumus, ſicut ad lib.* XXXIII. *contra Fauſtum Manichaeum.* R. Candide, & religioſe profiteor, modios hoſce laudum pro Auguſtino ſaepe profuſos me nec ſemel vidiſſe: cum tamen *Phereponi*, ſeu *Ioannis Clerici* libellos (ubique vel impios, vel iniquos, vel audaces) haud modica ex parte legerim. Loco ab ipſo laudato contra Fauſtum de levibus commendat, & quidem raro. Ut autem res iſta ex integro agatur: dicam ubi laudes in Auguſtinum *pleno modio* effundat. Cenſebat Auguſtinus anno D. 397. non poenis, & ferro, ſed hortamentis, & le-

(1) 1. Tim. 1. 7.

& lenitate haereticos ad Eccleſiam trahendos. Lib. autem contra Epiſt. Manichaei, cap. 1. in eam rem haec videtur ſcribere = *Noſtrum igitur fuit eligere, & optare meliora, ut ad veſtram correctionem aditum haberemus, non in contentione, & aemulatione, & perſecutionibus &c.* (1) *Noſtrum ergo fuit velle hac partes expetere: Dei eſt volentibus, & petentibus donare quod bonum eſt* (2). Integro hoc ſermone ſibi praefixo: hunc laudum modium *Pherepenus* pag. 598. in Auguſtinum effundit = Quis non laudet manſuetudinem hac in re Auguſtini? Quis non plaudat Epiſcopo Pauli monitorium tam opportune memori? Certe ego haec verba ſatis exoſculari non poſſum ſed & ſequentia credo digna libenter exeribam: *Illi in vos ſaeviant, qui neſciunt quam rarum, & arduum ſit carnalia phantaſmata piae mentis ſerenitate ſuperare. Illi in vos ſaeviant, qui neſciunt cum quanta difficultate ſanetur oculus interioris hominis, ut poſſit intueri ſolem ſuum: non iſtum, quem vos colitis &c. Illi in vos ſaeviant, qui neſciunt quibus ſuſpiriis, & gemitibus fiat, ut ex quantulacumque parte poſſit intelligi Deus.* Nihil verius eſt quam &c. Doleo Auguſtinum ad mortem uſque in tam pia ſententia non perſtitiſſe; nam hunc librum ſcripſit circa annum CCCXCVII. ſed anno CCCCXII. plane mutaverat mentem, ut liquet ex Quaeſt. 93. (Olim. 48.) ſcripta circa an. non 412. ſed 408. Epiſtola ad Vincentium. „

Dicant in ſcriptis hominis huius verſati, de quibus Auguſtini verbis is honorificentius, vel aeque honorifice ac de recitatis loquatur? En ergo *Pherepone* tui obſequii candor, ac fides! En in quam Auguſtini opinionem laudes *pleno modio* effundas: in erroneam ſcilicet, & eiuratam! Ceterum utinam ſerio honore ita Auguſtinum virum ſanctiſſimum, & Chriſtianorum doctiſſimum aliquando nominaviſſes, ſicut nominaſti, . . quem? Lutherum haereticorum procaciſſimum, cuiuſve ſcripta foedam ubique hiſtrioniam ſpirant. En inquam ut loquaris t. 1. Oper. Philoſophic. Ontologiae c. 12. de *Subiecto, & Adiuncto*, n. 7. pag. 361. *Hoc adfirmant multi ex iis, qui viri magni Martini Lutheri doctrinam ſequuntur.*

XV. *Sed quia video multos &c.* = De illis loqueris, qui licet decepti, & a vera fide extorres nimis inſignes blaſphemias evomens os tuum Auguſtini auctoritate premere, refrenare voluere. Sic enim Cardinali Quirino, tunc Monacho olim faſſus es, ut in Eruditione ad hoc opus praevia late obſervavimus: Commentarios illos non in Auguſtini contemptum cudere volui: ſed quod iniquum videretur Hollandiae Magiſtros huius Doctoris auctoritati innixos &c.

XVI. *Quibus nulla ratione &c.* = Eho illepide ſcurra, quouſque indecoris tuis quiſquiliis nos detinebis, & ſacrum hocce Confeſſionum theatrum foedabis? Cum tamen generatim paganus Iſocrates Orat. 1. ad Demonic. adoleſc. monito 63. dixerit: *Ridiculorum ne ſis ſtudioſus, neque ſtudiis, quae in ridiculis verſantur, laeteris.* Quae vel ferrea aetas aquilae noctuam praeferet? Haec aliis adiuncta ſatis produnt quid moliaris: ut ſutores videlicet talem te cauſeant, cui Auguſtinus conferri nulla ratione poſſit!

Quod & in Quaeſtionibus Hieronymianis te moitum ſatis ſuperque mihi conſtat. Quaeſt. 7. n. 1. = Neceſſe habuimus Hieronymi eruditionem ad ſeverius examen revocare, & aeque libere de eo loqui, ut fecit Monachus Benedictinus (*Martianaeus*) de viris, quos Hieronymo nulla re inferiores, & multo etiam linguae Hebraicae cognitione ſuperiores eſſe arbitrabamur [Licet q. 3. n. 1. eandoram, modeſtiamque mentitus, dixeris: *Quod* (Hieronymum parum in Graeca lingua verſatum) *non dixerim, quaſi velim illo peritiorem me venditare &c.* Addens tamen paullo poſt: *Tum etiam tonatus recentiorum ita deprimunt* (antiquitatis ſtudioſi) *quaſi nulla ratione cum veterum ſcriptis aequari poſſent.*

(*b*) *Ab uſque principio, in quo &c.* = Profitetur ſe tribus hiſce, qui ſuperſunt, libris de Geneſi diſputaturum a primis verbis uſque ad ſabbatum, in quo Deus, iuxta noſtrum captum, requievit. Quod lib. 2. Retract. c. 6. monuit apertius: *A prima uſque ad decimum de me ſcripti ſunt, In tribus ceteris de Scripturis ſanctis, ab eo quod ſcriptum eſt:* In principio fecit Deus caelum, & terram, *uſque ad ſabbati requiem*.

Verba haec praecedentia, *Et audiam vocem &c.* ex Davide depromſit:

F ffff Pſal.

(1) Rom. 12. 13.

(2) 2. Timot. 2. 25.

Pſal. enim 25. v 7. *Ut audiam vocem laudis, & enarrem univerſa mirabilia tua* & Pſal. 118. v. 18. *Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua*. Quae autem paullo poſt ſequuntur: *quae omnia adponuntur nobis &c.* ex Filio Dei ſunt, qui Matth. 6. a v. 25. *Ne ſoliciti ſitis animae veſtrae, quid manducetis, neque &c. Quaerite ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & haec omnia adiicientur vobis.*

(i) *Virum dexterae tuae.* = Ad illud alludit Act. 7. 55. *Et ait* (Stephanus) *ecce video caelos apertos, & Filium hominis ſtantem a dextris Dei.* & Rom 8. 34. *Qui eſt ad dexteram, qui etiam interpellat pro nobis.* Et quidem potius ad poſterius hoc, quod inferius omnino ſuum fecit. Dicitur autem ſedere Chriſtum ad dexteram Patris ut intelligatur per ipſum omnia facta eſſe; & idem Patri nihil concedere.

(k) *Ipſum quaero &c.* = Lectionem hanc & Benedictini retinuerunt; qui tamen nonnulla haeſitatione in margine inquiunt. = Antiquiores, & meliores „ MSS. habent: *ipſos quaero*, ideſt the„ ſauros.] At legendum eſſe, *ipſum*, ſcilicet Chriſtum, antecedentia, & ſequentia ſuadent. Unde ita paſſim editi cum Ver. & 2. MSS. Med. Licet alii decem MSS. a BB. laudatis ſuffragentur. Ceterum ſelecta lectio confirmari videtur ex non admodum diſſimili ſermone S. D. in Pſal. 98. ad v. 5 n. 9. *Quaero quid ſit ſcabellum pedum eius; & dicit mihi Scriptura &c. Fluctuans converto me ad Chriſtum, quia Ipſum quaero hic.*

Hoc ipſe ais &c. = Ubi? Ioan. 5. 46. *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit.* In quinque videlicet Moyſis libris plura nunc aperte, nunc in myſterio de Redemtore praedicantur.

C A P U T III.

A R G U M E N T U M.

Ad huius libri argumentum, ex primis Geneſeos verbis depromtum iam acceſſurus: Moſis eiuſdem divinae hiſtoriae ſcriptorem ſapientiam ambitioſe ſuſpicit: anxie exoptans, tam nobili, & arduo in negotio eius magiſterio adiuvari. Verum eximio Propheta iam a nobis erepto, divinam lucem, qua ille ductus eſt, ſibi obteſtatur.

AUdiam & intelligam quomodo in principio feciſti Caelum & terram. Scripſit hoc Moyſes, (*a*) ſcripſit, & abiit, tranſivit hinc a te ad te (*b*); neque nunc ante me eſt: nam ſi eſſet, tenerem eum & rogarem eum, & per te obſecrarem ut mihi iſta panderet; & praeberem aures corporis mei ſonis erumpentibus ex ore eius. Et ſi Hebraea voce loqueretur, fruſtra pulſaret ſenſum meum, nec inde mentem meam quidquam tangeret: ſi autem Latina, ſcirem quid diceret. Sed unde ſcirem, an verum diceret? Quod ſi & hoc ſcirem, num ab illo ſcirem? Intus utique mihi, intus in domicilio cogitationis, nec Hebraea nec Graeca, nec Latina, nec barbara veritas, ſine (*c*) oris & linguae organis, ſine ſtrepitu ſyllabarum diceret, Verum dicit: & ego ſtatim certus confidenter illi homini tuo dicerem, Verum dicis. Cum ergo illum interrogare non poſſim, te, quo plenus vera dixit, Veritas, rogo te Deus meus, rogo parce peccatis meis; & qui illi ſervo tuo dediſti haec dicere, da & mihi haec intelligere.

(*a*) *Scripſit hoc Moyſes.* = Immo totum Penteuchum, ſeu quinque libros. Geneſim, Exod. Levit. Num. & Deuteron. Quod Ipſe S. D. velut explorarum habet Serm. 92. in Pſal. 143. (Alias, 20. de Diverſ. & 31. ex Homil. 50.) c. & n. 5. & c. 7. n. item 7. Serm. 124. de verbis Ioan. c. 5. (Alias, 42. de

de Verb. Dom.) c. & n. 3. & alibi frequentiſſime. Cui vetuſtiores Patres praecinuere, ſuffragantur vero ſequuti inde Patres, atque Theologi unanimi ſenſo; ut mirum ſit nonnullos, etiam in ſpeciem catholicos tam manifeſtae vertati utcunque, levibus quibusdam difficultatibus, a Theologis complanatis, atque protritis, refragari. Maxime cum eadem veritas depromatur etiam ex v. 9. c. 3. Deuter. v. 17. & 45. Ioan. c. 1. v. 45. & c. 5. v. 11. & Actor. c. 15. non ſemel. Nec ipſos etiam Paganos ſcriptores latuerit: ut enim omittam Pythagor. Platon. Theopompum, Diodorum ſicul. Philocorum, Cupolemum, Haecatee. Beroſom, alioſque plures, quos Theologi advocant: C. Cornelius Tacitus lib. 5. Hiſt. *ob exceſſu Neronis*, poſt initium: *Moſes, quo ſibi in poſterum gentem firmaret, novos ritus, contrariaſque ceteris mortalibus indidit. Profana illic omnia, quae apud nos ſacra. Rurſum conceſſa apud illos, quae nobis inceſta &c.* & poſt decem lineas: *Hi ritus quoquomodo inducti, antiquitate defenduntur &c.* Iunius Iuvenalis Satyra 10. a v. 96.

„ Quidam ſortiti metuentem ſabbata
„ patrem
„ Nil praeter nubes, & Caeli numen
„ adorant
„ . . . .
„ . . . .
„ . . . .
„ Iudaicum ediſcont, & ſervant, ac
„ metuunt ios
„ Tradidit arcano quodcunque volu-
„ mine Moſes.

(*b*) *Tranſiit hinc a te ad te.* = Ita BB. qui teſtantur. = Deſunt in editis „ particulae, *a te*, quae tamen in MSS. „ prope omnibus exhibentur.] Ita etiam Vet. 9. MSS. Licet unus Med. & 2. S. Cr. editis ſuffragetur. Ea autem phraſis acuto Auguſtini ingenio admodum congroit; adeo enim familiariter Moſes vivens Deo iungebatur, ut occumbens iure dici poſſit, a Deo ad Deum tranſiiſſe.

Tenerem, & rogarem eum &c. = Non adeo leniter tibi verbum reponeret, ſi Luthero credamus, qui in Colloq. commen. fol. 118. in plenam hanc blaſphemiam erumpit: *Moyſes omnium carnificum magiſter*. Quod nempe homo boni, & aequi hoſtis vellet omnem legem excoſſam. Unde in eiſdem Colloquiis, cap. de *Lege, & Evangel. Moyſem, cum ſua lege non ſuſcipiam*. Et quidem nec Decalogo, etiam num vigente excepto, ut manifeſte conſtat ex Serm. de eodem Moyſe. Quem etiam lacerat in Pſal. 45. Haec Lutherus de Moyſe, de quo Numer. 12. 3. *Erat vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra*. Haec de Lege, quae divinae liberalitatis beneficio indulta eſt. Unde David Pſal. 147. v. 20. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtavit eis.*

Cor autem Auguſtinus etſi Hebraicae linguae non prorſus ignarus, eadem dicentem Moyſem non teneret, patet ex dictis ad c. 39. lib. praeced. A n. 14.

(*c*) *Veritas, ſive &c.* = Loquitur de divino adflatu, cor excitante ad propoſitis dogmatibus adſenſum praebendum. Nec ſententia haec admodum diſſimilis eſt Paolinae 1. Cor. 3. 6. *Ego plantavi, Apollo rigavit: ſed Deus incrementum dedit.*

Quo plenus &c. = Nec enim utcunque, ſed, plene Caoonicorum voluminum res in Deum revocantur: adeo ut ipſius ſint dogmata, hiſtoriae, phraſes (ſcribentium licet genio, plerunque, mirum in modum accommodatae) apices, puncta.

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Ut diſputandas res a nimis exploratis ſemoveat: Caelum, Terramque facta mox ſe prodere ſtatuit: quandoquidem propriae conditioni minime haerent mordicus, viciſſitudineſque patiuntur. Ex qua ab alio pariter facta minimo negotio detegas. Iam autem ſi a Deo prorſus exeunt, nihil omnino ſpecioſi deferunt, quod illi non maxime, & quidem ſumma maieſtate inſit. Adeo ut quaelibet creata bona Divinis obiecta ab omni videantur labi ſplendore, & vaneſcere in ſpectra.

ECce ſunt caelum & terra: clamant quod facta ſint: mutantur enim (*a*) atque variantur. Quidquid autem factum non eſt, & tamen eſt, non eſt in eo quidquam quod ante non erat, quod eſt mutari atque variari. Clamant etiam quod ſeipſa non fecerint: Ideo ſumus, quia facta ſumus: non ergo eramus, ante quam (*b*) eſſemus, ut fieri poſſemus a nobis. Et vox dicentium eſt ipſa evidentia. Tu ergo Domine feciſti ea qui pulcher es, pulcra ſunt enim (*c*); qui bonus es, bona ſunt enim; qui es, ſunt enim. Nec ita pulcra ſunt, nec ita bona ſunt, nec ita ſunt, ſicut tu conditor eorum, cui comparata, nec pulcra ſunt, nec bona ſunt, nec ſunt. (1) Scimus haec, gratias tibi. Et ſcientia noſtra ſcientiae tuae comparata, ignorantia eſt.

(*a*) *Mutantur enim.* = Quod ampliori forma ita digereres. Si enim Caelum, & Terra, quaeque ipſis incubant ex propriis meritis, ſecretaque virtute conſiſterent, nunquam laberentur: ſed in eodem eſſe ſemper conſtantia, viciſſitudinem omnem repellerent. Sed de hoc, ſimilibuſque argumentis fuſe, & accurate Metaphyſici, qui paſſim ab adoleſcentibus etiam adtenduntur in ſcholis, Recole l. 10. c. 6. F.

Quidquid enim factum non eſt &c. = Argumentum ab uſitatiore forma non nihil diverſum; ſed quod ad plura, quae agitantur in ſcholis, viam ſternit: puta: Quod eſt a ſe, omnem perfectionem trahit: unde nequibis inde quidquam boni lucrari; Nec vero damno ſubeſſe: quod enim undique circumvallatur bonis, in omnes hoſtes munitus eſt. Item, quod propria virtute eſt, omnem entis perfectionem abſorbet: quale igitur ens huic adcedet? Tandem; Quod eſt nullius auxilio vel beneficio, ad punctum, ſeu inſtans ſua quaelibet iungit: unde nec modo habet id, a quo olim abeſſet: nec exinceps habebit, quod modo deſideret. Sat autem eſt ex pluribus quaedam, & quidem velut a longe innuiſſe.

(*b*) *Non ergo eramus, antequam &c.* = Si facta, igitur olim non erant: adeoque ſeipſa nequibant facere: neceſſe quippe eſt te exſiſtere, antequam quidquam facias. Recole l. 10. c. 6. D.

Et ipſa evidentia. = Vox creaturarum eſt earum conditio, quae evidenter innuit eas ab alio factas.

(*c*) *Pulcra ſunt enim.* = Nemo quippe dat quod non habet; ſi igitur creaturae a Deo factae ſunt, nihil boni in illis expiſcari vales, quod Deo negandum ſit. = *Nec ita pulcra ſunt &c.* = Eſt enim nobis naturaliter inſitum Peripateticum illud: *Propter quod unumquodque tale, & illud magis*: Terra v. g. Solis virtute eluceſcit: Sol ergo ipſe lucidior. = *Cui comparata &c.* = Nec enim utcunque a Deo omne creaturarum bonum: ſed ipſe per eſſentiam bonus, arbitrio creaturas ditavit.

CA-

(1) Pſal. 38. 8. *Subſtantia mea tanquam nihilum ante te.*

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

Divinae actionis maieſtatem ediſſerit. Deus quippe Caelum, Terramque creans non ſicut artifex homo e corpore corpus compingens. In actionem item veniens, nullo in quo ageret praeiacto ſubſellio; nulloque inſtrumento, ſed tantum auctoritatis ſuae imperio uſus.

QUomodo autem (*a*) feciſti caelum, & terram, & quae machina tam grandis operationis tuae? Non enim ſicut homo artifex formans corpus de corpore, arbitratu animae valentis imponere utcunque ſpeciem quam cernit in ſemetipſa interno oculo. Et unde hoc valeret, niſi quia tu feciſti eam? Et imponit ſpeciem iam exiſtenti & habenti ut eſſet, veluti terrae, aut lapidi, aut ligno, aut auro, aut id genus rerum cuilibet. Et unde iſta eſſent, niſi tu inſtituiſſes ea? Tu fabro corpus: tu animum membris imperitantem feciſti: tu materiam unde facit aliquid: tu ingenium quo artem capiat, & videat intus, quid faciat foris: tu ſenſum corporis, quo interprete traiiciat ab animo ad materiam id quod facit, & renuntiet animo quid factum ſit, ut ille intus conſulat praeſidentem ſibi veritatem, an bene factum ſit. Te laudant haec omnia creatorem omnium: ſed tu quomodo facis ea? quomodo feciſti, Deus, caelum & terram? Non utique in caelo neque in terra feciſti caelum & terram; neque in aere aut in aquis, quoniam & haec pertinent ad caelum & terram. Neque in univerſo mundo feciſti univerſum mundum, quia non erat ubi fieret antequam fieret ut eſſet: nec manu tenebas aliquid (*b*) unde faceres caelum & terram. Nam unde tibi hoc quod tu non feceras, unde aliquid faceres? Quid enim eſt, niſi quia tu es? Ergo dixiſti, & facta ſunt, atque in verbo tuo feciſti ea.

(*a*) *Quomodo autem.* = Cum BB. ſumus: quorum monitum damus. = A„pud Am. Er. & Lov. ſic incipit Ca„put V. *In principio fecit Deus caelum,* „ *& terram.* Eadem verba extant hic „ loci apud Bad. ſed abſunt a MSS. & „ ab editione Arn.] Eadem verba abſunt etiam a 2. MSS. Med. & Ricar. Habentur vero in 2. Med. & in edit. Som. At perperam, violenter enim intruſa videntur, quum ſermo incoeptus ſit, beneque diſputetur, quomodo Deus Caelum, Terramque fecerit, poſtquam ſtatutum fuerat ea citra controverſiam a Deo facta eſſe.

Non enim ſicut &c. = Quandoquidem Deus creatione egit, quae praiacentem materiem nullam poſtulat; immo reiicit, educitque ex nihilo. Haec autem actio nulli creaturae aut competit, aut competere poteſt.

(*b*) *Nec manu tenebas aliquid &c.* = Adeo ut nec mediis Angelis univerſum hocce formaverit: ut cunctis Theologis, quidquid decepti nonnulli effutierint, perſpectum eſt. Unde S. D. lib. 12. de Civit. Dei, c. 25. ab initio. = Cum e„nim alia ſit ſpecies, quae adhibetur „ extrinſecus cuicunque materiae corpo„rali, ſicut operantur homines figuli, „ & fabri, atque id genus opifices, qui „ etiam pingunt, & effingunt formas ſi„miles corporibus animalium; alia vero „ quae intrinſecus efficientes cauſſas ha„bet de ſecreto, & occulto (1) naturae „ viventis, atque intelligentis arbitrio, „ quae

(1) Celeberrimus Cod. Veron. & *occultato*.

„ quae non ſolum naturales corporum „ ſpecies, verum etiam ipſas animantium „ animas, dum non fit facit: ſupradi- „ cta illa ſpecies artificibus quibuſque „ tribuatur; haec autem altera nonniſi „ uni artifici creatori, & conditori Deo, „ qui mundum ipſum, & Angelos ſine „ ullo mundo, & ſine ullis Angelis fe- „ cit &c. Proinde facti primitus Ange- „ li cuiuſmodi miniſterium praebuerint „ Creatori cetera facienti neſcio; nec „ tribuere illis audeo quod forte non „ poſſunt &c.] At ſi de re hac plura deſideras, vide integrum caput: itemve cap. 24. & 26. Lib. 3. de Trinit. c. 8. n. 14. & cap. 9. n. 17., & 18. Maxime vero de Gen. ad Litt. lib. 9. c 15., & 16.

P. Franciſcus Mayro, qui & tres hoſce poſteriores Confeſſionum libros gloſſematibus ſuis conatus eſt illuſtrare: verbis aliquot cap. 1. exſcriptis, ſiluit pro more, ex ſuo nec vocula adiecta. Hic vero ea ſententia ſumta: *Non in caelo, & terra feciſti caelum, & terram &c.* ita diſputat, novas ſemper, & miras veritates educens = Ex quo dicto accipiuntur duo argumenta; Pri- „ mum eſt quod omne; quod fit in „ aliquo loco, praeſupponit locum il- „ lum, quia probat univerſum non eſ- „ ſe in ſe factum, quia tunc praeceſ- „ ſiſſet ſeipſum. Secundum argumentum „ quod omne, quod fit in aliquo tem- „ pore, praeſupponit illud tempus ea- „ dem ratione] Egregie! Quis alius a Mayrone latentem theſaurum hunc detexiſſet.

C A P U T VI.

A R G U M E N T U M.

Quum Deus alto auctoritatis ſuae imperio, per verbum, fiat, expreſſo orbem condiderit: quaerit Auguſtinus, quid de arcana ea voce iudicandum ſit: & an illis adcenſenda, quae per gradus, & ſyllabas viciſſitudines patiuntur, & abeunt? Verum cum haec creati quidquam praeexigant, illi conferri nequeunt, qua univerſum e nihilo emerſit.

SEd quomodo dixiſti? Numquid illo modo quo facta eſt vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus? (1) Illa enim vox acta atque tranſacta eſt, coepta & finita. Sonuerunt ſyllabae atque tranſierunt, ſecunda poſt primam, tertia poſt ſecundam, atque inde ex ordine, donec ultima poſt ceteras, ſilentiumque poſt ultimam. Unde claret atque eminet, quod (*a*) creaturae motus expreſſit eam, ſerviens aeternae voluntati tuae ipſe temporalis. Et haec ad tempus facta verba tua nuntiavit auris exterior menti prudenti, cuius auris interior (*b*) poſita eſt ad aeternum Verbum tuum. At illa comparavit haec verba temporaliter ſonantia cum aeterno in ſilentio Verbo tuo, & dixit: Aliud eſt, longe aliud eſt. Haec longe infra me ſunt; nec ſunt, quia fugiunt & praetereunt: Verbum autem Domini mei ſupra me manet in aeternum (2). Si ergo verbis ſonantibus & praetereuntibus dixiſti ut fieret caelum & terra atque ita feciſti caelum & terram, erat iam creatura corporalis ante caelum & terram, cuius motibus temporalibus temporaliter vox illa percurreret. Nullum autem corpus ante caelum & terram: aut ſi erat, id certe ſine tranſitoria voce feceras, unde tranſitoriam vocem faceres, qua diceres ut fieret caelum, & terra. Quidquid enim illud eſſet unde talis vox fieret, niſi abs te factum eſſet, omnino non eſſet. Ut ergo fieret corpus, unde iſta verba fierent, quo verbo a te dictum eſt?

(*a*) *Un-*

(1) Matth. 3. 17. & 17. 5.

(2) Pſal. 9. 8. & 32. 11. & 118. 85.

(a) *Unde claret, atque eminet quod &c.* = Aut adſumptum aereum corpus; aut aer per miraculum agitatus vocem illam expreſſit. = *Serviens &c.* = Hinc Schola ſua phraſi docet; Creaturas quaſlibet habere potentiam obedientialem ad faciendum, interveniente Divino imperio, quidquid non implicet contradictionem. De illis vocibus Matth. 3. 17. & Lucae 9. 35. vide S. D. Serm. 52. (Alias 63. de verb. Dom.) c. & n. 1.

(b) *Cuius auris interior &c.* = Significat hominem Divina fide illuminatum, & ductum. = *Haec longe &c.* = Syllabae, vox, ſonus, motus, aer &c. cedunt hominis conditioni.

C A P U T VII.

A R G U M E N T U M.

Magis, graviuſque nititur arcanam vocem, qua orbis e nihilo eductus eſt, explicare. Et quidem ſublatis ambagibus, docet ſtatim eam eſſe Verbum Deum apud Deum: quo ſimul, & ſempiterne omnia dicuntur: licet non quaeque ſimul, & ſempiterna emergant.

VOcas itaque nos ad intelligendum verbum Deum apud te Deum, quod ſempiterne dicitur & eo ſempiterne dicuntur omnia. Neque enim finitur quod dicebatur, & dicitur aliud, ut poſſint dici omnia; ſed ſimul ac ſempiterne omnia (a). Alioquin iam tempus & mutatio, & non vera aeternitas, nec vera immortalitas. Hoc novi, Deus meus, & gratias ago. Novi, confiteor tibi Domine; mecumque novit & benedicit te quiſquis ingratus non eſt certae veritati (b). Novimus, Domine, novimus quoniam in quantum quidquid non eſt quod erat, & eſt quod non erat, in tantum moritur & oritur. Non ergo quidquam Verbi tui cedit atque ſuccedit, quoniam vere immortale atque aeternum eſt. Et ideo Verbo tibi coaeterno, ſimul & ſempiterne dicis (c) omnia quae dicis, & fit quidquid dicis ut fiat; nec aliter quam dicendo facis: nec tamen ſimul & ſempiterna (d) fiunt omnia quae dicendo facis.

(a) *Sed ſimul, ac ſempiterne omnia.* = Simul, ac ſempiterne dicitur Verbum genitum eſt quippe in inſtanti: Generabatur autem in exordio, ſi ita loqui fas ſit, aeternitatis: generatur: & generabitur. Simul, & ſempiterne dicit omnia: quia Dei actiones ſeſe haud patientes ſunt gradus, atque viciſſitudinis; nec ſunt modo, ut olim non fuerint. Quod ex ſequentibus ampliorem lucem habebit.

(b) *Quiſquis ingratus non eſt certae veritati.* = Iis enim in dubium vocatis: Dei aeternitas, atque immortalitas evertuntur; Certa autem philoſophia, ac fide novimus Deum aeternum, & immortalem. = *In tantum moritur, & oritur.* = Mors, & ortus hic late pro rerum viciſſitudine, & gradibus ſunt. Cum moritur ſemen, oritur planta: cum planta moritur, ſemen oritur. Itemque abeunte hyeme, ver adcedit; ex quo infertur tempora mori, & oriri. Unde Deus occumberet, & oriretur, ſi quod olim, nunc haud ageret: vel ageret modo, quod minime quondam agebat.

(c) *Simul, & ſempiterne dicis.* = Sequimur BB. quos audire iuvat. = "Nonnulli e MSS. *ſimul, & ſempiterne dicis &c.* Mox etiam plures, potioresque cum Arn. habent, *& ſimul, & ſempiterna, fiunt.*" Editio Som. & MSS. duo in prima parte lectionis nobis opponuntur. De poſteriori parte inferius dicemus. Ceterum haud legendum eſſe *ſempiterne*, liquet ex eo, quod velit Auguſtinus cum omnibus Theologis Deum egiſſe, agere, & acturum.

(d) *Nec aliter, quam dicendo facis.* = Ut id aperiatur, accipe verba S. Fulgentii ad Monymum lib. 3. c. 7. *Sit eſt Ver-*

Verbum apud Deum, ſicut eſt in mente verbum, ſicut in corde conſilium; Cum enim mens apud ſe verbum habet, utique cogitando habet; quia nihil aliud eſt apud ſe dicere, quam apud ſe cogitare. Ex his facile colligi poteſt q a ratione, immo quibus rationibus doceatur, Deum non aliter, quam dicendo feciſſe. Vide S. Tom. q. 4. de Verit ar. 2. ad 5.

(*d*) *Nec tamen ſimul, & ſempiterna &c.* = Ita legendum eſſe: non cum Arn. & pluribus MSS. *& ſimul &c* commentarius ipſe ſuadebit; Apud Er. & BB. *ſempiterne*. Male. Docet autem his verbis Auguſtinus: Licet Dei actio ſeſe quidem ſimul, & ſempiterne conſiſtat: adhuc creaturas non fieri ſimul, & ſempiternas. Sic licet in aeternitatis puncto praeterita, praeſentia, & futura ſimul, & ſempiterna ſint: nihilominus in ſeipſis, & maxime quoad nos omnino diſcriminantur, & inconſtantiam patiuntur. Qui abſtruſa arcana haec non bene callet, conſulat viros de Schola, a quibus de actione Dei *quoad ſe & quoad nos: formaliter immanente, virtualiter tranſeunte &c.* plurima hauriet.

Verum huic, ſicut & praeced. capiti lucem conciliant haud modicam quaedam Auguſtini lib. 1. de Gen. ad litt. c. 2., 9., & 10. quae aut rerum harum imperitus, aut aliquo otio abundans conſulere debet. Interim nimis opportunum cenſemus quae P. Cornelius Cornelii a Lapide in v. 3. cap. 1. Gen. ad illa verba, *Dixitque Deus* obſervat recitare = Verbo non oris, ſed mentis,
„ eoque non notionali, ſed eſſentiali, &
„ communi tribus perſonis. *Dixit* ergo,
„ ideſt mente concepit, voluit, decre-
„ vit, imperavit efficaciter, atque im-
„ perando reipſa effecit, & produxit
„ Deus, puta ipſa ſanctiſſima, Trinitas,
„ lucem; Dei enim velle eſt facere, in-
„ quit S. Athanaſius ſerm. 3. contra
„ Arrianos. Appropriatur tamen vox
„ *dixit*, Filio. Unde alibi ſaepe dicit
„ S. Scriptura, per Filium, ſcilicet qua-
„ ſi Verbum, & ideam, omnia eſſe
„ condita, quia nimirum ipſe Filius no-
„ tionale, & proprie dictum eſt Ver-
„ bum, ac conſequenter ipſi appropria-
„ tur ſapientia, ars, idea: ſicut Patri
„ potentia, Spiritui Sancto vero bonitas
„ attribuitur.

C A P U T VIII.

A R G U M E N T U M.

Certo quanquam deprehenderis, Deum ſimul, ac ſempiterne dicere: non item creaturas ipſas ſimul, ſempiternaſve compingi. Quo adhuc id ſermone exacte eloquatur, non vides: Niſi quod incipit quidquam, vel deſinit, quum debuiſſe incipere, vel deſinere in aeterna ratione cognoſcitur: in qua profecto nec ortum reperire eſt, nec occaſum. Eam autem rationem ipſum Verbum cenſeas, quo, Evangelio teſte, intus beneque edocemur; Quis enim, niſi ſtabilis veritas prorſus nos inſtruit, ac regit vel etiam cum admirabilis creaturae conſilium, magiſteriumque nos excitat?

CUr quaeſo, Domine Deus meus? Utcumque video (*a*); ſed quomodo id eloquar neſcio, niſi quia omne quod eſſe incipit, & eſſe deſinit, tunc eſſe incipit, & tunc eſſe deſinit, quando debuiſſe incipere vel deſinere in aeterna ratione cognoſcitur, ubi nec incipit aliquid, nec deſinit (*b*). Ipſum eſt Verbum tuum (*c*), quod & principium eſt, quia & loquitur nobis (*d*). Sic in Evangelio per carnem ait; & hoc inſonuit foris auribus hominum, ut crederetur, & intus quaereretur, & inveniretur in aeterna veritate, ubi omnes diſcipulos bonus & ſolus magiſter docet (*e*). Ibi audio vocem tuam, Domine, dicentem mihi, quoniam ille loquitur nobis qui docet nos. Qui autem non docet nos, etiam ſi loquitur, non nobis loquitur. Quis porro nos docet, niſi ſtabilis veritas? Quia & per creaturam mutabilem (*f*)

cum

Digitized by Google

cum admonemur, ad veritatem ſtabilem ducimur (g); ibi vere diſcimus cum ſtamus & audimus eum.; & gaudio gaudemus (h) propter vocem ſponſi, reddentes nos unde ſumus. Et ideo Principium: quia niſi maneret, cum erraremus, non eſſet, quo rediremus. Cum autem redimus ab errore, cognoſcendo utique redimus. Ut autem cognoſcamus, docet nos, quia Principium eſt, & loquitur nobis.

(a) *Utcumque vides &c.* = Deum ſimul, ſempiterneque agere: Creaturas item in ſeipſis non ſimul, & ſempiternas formari ineluctabilibus argumentis oſtenditur. At quo pacto invicem haec duo cohaereant, liquido ſermone haud poteſt ediſſeri. Sic hominem liberum eſſe inficiari non poſſumus; Agere etiam divina gratia, ſeſe propriaque natura efficaci adiutum plurima Scripturarum oracula, innumerae Patrum ſententiae, & bonae Philoſophiae lumina Theologicis adiecta ſuadent. At duo haec optimo invicem iungi foedere vulgaribus hominibus nimis arduum eſt exquiſite digerere, pingere; Hebeti quippe menti videtur gratiae efficacia arbitrium obrui: Deumque iuxta conditionem ſuam agentem aut nullas, aut aeternas creaturas & feciſſe.

(b) *Ubi nec incipit aliquid, nec deſinit.* = Haec utique ratio, qua non omnia mercurius pacetur, ſed bonum ingenium ſuadeatur; Quemadmodum enim in aeternitatis puncto conſiſtunt, Adam, praeſentes homines, & Antichriſtus: licet in ſeipſis, & maxime quoad nos Adam abierit, & Antichriſtus nondum acceſſerit; Ita creaturae non ſimul emergunt, nec ſunt ſempiternae: quamvis Deus ſimul, & ſempiterne agat.

(c) *Ipſum eſt verbum tuum.* = Verbum eſſe divinam aeternam rationem, mentem, ſapientiam &c. liquet ex dictis. Ceterum in aeternitate tria tempora, praeteritum, praeſens, & futurum colligi, fierique omnes creaturas praeſentes, tradit Auguſtinus quam ſaepe. Lib. QQ. 83. q. 17. *Omne praeteritum iam non eſt: omne futurum nondum eſt; omne igitur & praeteritum, & futurum deeſt. Apud Deum autem nihil deeſt; nec praeteritum igitur, nec futurum, ſed omne praeſens eſt apud Deum.* Lib. 5. de Trinit. in fine = Et „ quod amicus Dei iuſtus eſſe incipit, „ ipſe mutatur: Deus autem abſit, ut „ temporaliter aliquem diligat (1), quaſi „ nova dilectione, quae in illo ante „ non erat, apud quem nec praeterita „ tranſierunt, & futura iam facta „ ſunt. Itaque omnes ſanctos ſuos ante „ mundi conſtitutionem dilexit, ſicut „ praedeſtinavit (2): ſed cum convertuntur „ & inveniunt illum, tunc incipere ab „ eo diligi dicuntur, ut eo modo dicatur, „ quo poteſt humano affectu capi, quod dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur, & placidus bonis, „ illi mutantur, non ipſe; ſicut lux infirmis oculis aſpera, firmis lenis eſt, „ ipſorum ſcilicet mutatione, non ſua] Quae levius, & curſim innuerat lib. 4. c. 17. n. 22. Vide etiam, ſi vacat, lib. 2. de Diverſ. QQ. ad Simplicianum, q. 2. n. 2.

Quae quidem ex ipſa Scriptura depromuntur. Iob. enim 14. 5. *Breves dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt.* Ubi S. Gregorius 12. Moral. c. 1. *Quoniam apud omnipotentem Deum etiam labentia ſtant, apud eum eſſe numerum noſtrorum menſium perhibet.* Rom. 4. 17. *Qui vocat ea, quae non ſunt, tamquam ea, quae ſunt.* Ac ſi diceret: Ante Deum praeterita, & futura ut praeſentia obiiciuntur. Hebr. 1. 2. *Per quem* (Filium) *fecit & ſaecula.* Saeculum praeteritis, praeſentibus, & futuris conſtat: adeoque ſi Deus iam fecit ſaecula, iam & futura produxit: futura producta cur non ipſi praeſentia ſunt? Unde Scholaſtici plurimi, S. Thoma duce in 1. Diſt. 38. q. unica, ar. 5. 1. contra Gent. c. 66. q. 2. de Verit. ar. 12. & 1. p. q. 57. ar. 3. & alibi. S. Baſil. Hilar. Ambroſ. Proſperi, Gregorii, Iſidori, Anſelmi, Boetii, Petri Dam. aliorumque Patrum teſtimoniis, graviſſimiſque rationibus, rem ad unguem oſtendentibus ſuffulti, atque muniti contendunt acerrime, creaturas omnes vel praeteritas, vel futuras, non utcunque, ſed vere, proprie, &, ut illi loquuntur, *phyſice* eſſe Deo, ſeu in aeternitate praeſentes. Quos quidem Theologos magno bono conſulent arcani huius non bene periti. Immo ad plu-

(1) Sic MSS. Editi autem, *aliquando diligat.*

(2) Epheſ. 1. 4.

ra huius libri diluecidanda parum abſuit quin magnam quaeſtionem illam nos propoſito diſeuteremus; at anguſtis commentatori praefixis limitibus ſaepe deterremur.

(*d*) *Quod & principium, quia & loquitur nobis.* = Adſtipulamur BB. qui bene in imo margine obſervant, = E„ diti habent, *qui & loquitur*. At MSS. „ *quia & loquitur*: iuxta graecum Ioan. „ 8. 25. ὅτι &c. Sic legiſſe Auguſtinum „ intelligitur aliis ex locis, ut ex cap. „ 28. ſeq. ex Tract. 28. in Ioan.] Sic etiam ſignatur in margine editionis Er.

Huic autem cap. quae habet S. D. in e. 8. Ioann. Tract. 38. n. 11. magnam lucem conciliant, unde etſi non adeo brevia haud pigebit excribere = Et illi „ ſemper terrena ſapientes, & ſemper „ ſecundum carnem audientes, & reſ„ pondentes, quid ei dixerunt? Tu „ quis es? Non enim eum dixiſti (1), „ *Niſi credideritis, quia ego ſum*, ad„ didiſti quid eſſes. Quis es, ut cre„ damus? Et ille, *Principium*. Ecce „ quod eſt eſſe. Principium mutari non „ poteſt: principium in ſe manet, & „ innovat omnia: principium eſt, cui „ dictum eſt (2), *Tu autem idem ipſe*, „ *& anni tui non deficient*. *Principium*, „ ait, *quia* (3) *& loquor vobis*. Prin„ cipium me credite, ne moriamini in „ peccatis veſtris. Tanquam enim in eo, „ quod dixerunt, *Tu quis es*, nihil aliud „ dixerint, quam, Quid te eſſe credimus „ reſpondit: *Principium*, ideſt, Princi„ pium me credite. In Graeco namque „ eloquio diſcernitur, quod non poteſt „ in Latino. Apud Graecos enim femi„ nini generis eſt principium, ſicut a„ pud nos lex generis feminini eſt, „ quae apud illos eſt maſculini: ſicut „ ſapientia, & apud nos, & apud illos „ generis feminini eſt &c. Et addidi, „ *quia & loquor vobis*: ideſt quia hu„ milis propter vos factus, ad iſta ver„ ba deſcendi. Nam ſi principium ſi„ cuti eſt, ita maneret apud Patrem, „ ut non acciperet formam ſervi, & „ homo loqueretur hominibus, quomo„ do ei crederent; cum infirma cor„ da intelligibile Verbum ſine voce ſen„ ſibili audire non poſſent? Ergo, in„ quit, credite me eſſe principium; „ quia ut credatis, non ſolum ſum, „ ſed & loquor vobis.] Sed, ut videtur, loquitur hic Auguſtinus de Principio non tam ſenſibili voce, quam inſpiratione nos docente. Vide lib. 1. de Gen. ad litt. c. 5. n. 10., & 11.

(*e*) *Bonus, & ſolus magiſter docet.* = Hic nedum haud favet haereticis Proteſtantibus omne hominum magiſterium faſtidientibus, ſed prorſus obſiſtit; Si enim Verbum ſolum ſecretum magiſterium adſtruit: profecto exterius propalamque docentes Eccleſiae doctores permittit. Recole dicta lib. 5. c. 6. F. ubi delirium illud Istiori manu propulſavimus. In aeterna veritate nos inſtruit Verbum, quia nihil verum, niſi aeternae veritati conformetur. Et eiuſdem aeterne veritatis luce propoſitis ab hominibus veritatibus, & aequis doctrinis adſentimur. Item, Deus in cordibus noſtris pios motus excitat, quibus inflectamur veritatibus, maxime ad religionem ſpectantibus. = *Ibi audio* = In aeterna veritate, inſito mihi ab aeterna veritate lumine video, intelligo illum proprie nobis loqui, qui nos docet, inſtruit &c.

(*f*) *Quia & per creaturam mirabilem &c.* = Omnino videretur dicendum, (ſi haec eſſet lectio) de Angelica Auguſtinum creatura loqui, Hanc enim diverſis phraſibus ſaepe mirabilem praedicat. Lib. 4. de Gen. ad Litt c. 24. n. 41. *In quibus* (Angelis) *prima omnium creata eſt ſapientia*. Lib. 12. de Civit. Dei, c. 1. n. 2. *Ipſe eſt enim, qui in principio condidit mundum plenum &c. in quo nihil melius inſtituit, quam ſpiritus, quibus &c.* Serm. 19. de Pſal. 50. 5. & 72. 1. (Alias, 4. ex Sirmondianis.) n. 5. In fine: *Puto rebebeſceretis, ſi videretis pulcritudinem Angelorum*. Vide lib. ſeq. Creatura autem admirabilis, ſive Angelus, maxime Cuſtos, noſtrae ſcilicet cuſtodiae deſtinatus admonet nos, inſtruit, illuminat. Verum legendum, mutabilem, cum BB. Er. &c. iuxta ſuperius dicta &c.

(*g*) *Ad veritatem ſtabilem ducimur.* = Ad veritatem aeternam, divinam. Hoc eſt, ni fallimur, Verbi magiſterio, illuſtrationibus ſiſtimur. = *Cum ſtamus, & audimus eum.* = Cum in compunctionis cumulo ſumus. Vel potius ob ea, quae mox ex S. D. ſubnectam, cum humilitate Verbi magiſterium prouueamus. Deus enim humiles inſtruit, ſuperbos autem caecitate punit: ut liquet ex cap. 11. Matth. 25. & c. 1. Rom.

(*h*) *Et gaudio gaudemus &c.* = Loqui-

(1) Joan. 8. 25.
(2) Pſal. 101. 28.

(3) Editi, *qui*. At plerique MSS. *quia*, iuxta Graecum ὅτι.

Digitized by Google

quitur ex illo Baptiſtae Ioan. 3. 29. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt &c.* Quod S. Doctor Tract. 13. in Ioan. n. 12. ſic exponit. = Redeamus, videamus quid „ dicit iſte: *Qui habet ſponſam, ſponſus* „ *eſt*: non eſt mea ſponſa. Et non gau„ des in nuptiis? Immo gaudeo, ait; „ *Amicus autem ſponſi, qui ſtat, & au„ dit eum, gaudio gaudet propter vocem* „ *ſponſi*. Non, inquit, gaudeo propter „ vocem meam, ſed propter vocem „ ſponſi gaudeo. Ego ſum in audiendo, „ ille in dicendo: ego ſum enim illumi„ nandus, ille lumen: ego ſum in aure, „ ille Verbum. Ergo amicus ſponſi ſtat, „ & audit eum. Quare ſtat? Quia non „ cadit. Quare non cadit? quia humilis „ eſt &c. „

An de hac voce, de hoc gaudio loquutus eſt Deus, cum dixit Baruch 2. v. 22., & 23. *Quod ſi non audieritis vocem Domini ... auferam a vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudii, & vocem ſponſi &c.*

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Eo in Principio, ſcilicet in Verbo Deum feciſſe caelum, & terram agnoſcit: modumque divinae actionis prorſus cenſet arcanum. Praedicat inde geſtiens multiplices, ſalubres radios, qui nobis ab eadem Dei Sapientia immittuntur.

IN hoc Principio (*a*), Deus, feciſti caelum & terram, in Verbo tuo, in Filio tuo, in Virtute tua, in Sapientia tua, in Veritate tua; miro modo dicens, & miro modo faciens. Quis comprehendet? Quis enarrabit? Quid eſt illud quod interlucet mihi, & percutit cor meum ſine laeſione, & inhorreſco, & inardeſco? Inhorreſco in quantum (*b*) diſſimilis ei ſum, inardeſco in quantum ſimilis ei ſum. Sapientia, ſapientia ipſa eſt, quae interlucet mihi, diſcindens nubilum meum, quod me rurſus cooperit deficientem ab ea, caligine atque aggere poenarum mearum; Quoniam ſic infirmatus eſt in egeſtate vigor meus (1), ut non ſufferam bonum meum, donec tu Domine, qui propitius factus es omnibus iniquitatibus meis, etiam ſanes omnes languores meos (2) (*c*). Quia & redimes de corruptione vitam meam, & coronabis me in miſeratione, & miſericordia, & ſatiabis in bonis deſiderium meum; quoniam renovabitur iuventus mea ſicut aquilae (3). Spe enim me ſalvi facti ſumus, & promiſſa tua per patientiam expectamus (4). Audiat te intus ſermocinantem, qui poteſt: ego fidenter ex oraculo tuo clamabo: Quam magnificata ſunt opera tua, Domine! Omnia in ſapientia feciſti (5); & illa Principium, & in eo Principio feciſti caelum, & terram.

(*a*) *In hoc Principio &c.* = Utique. Verum triplicem prima ea Geneſeos verba omnium Theologorum iudicio expoſitionem patiuntur; Quas ipſe Auguſtinus lib. 2. de Gen. ad Litt. c. 1. n. 2. innuit hiſce verbis. = Si ergo utroque „ modo illa Scriptura ſerutanda eſt, „ quaeramus quomodo dictum eſt prae„ ter allegoricam ſignificationem, *In* „ *principio fecit Deus caelum, & terram*; „ utrum in principio temporis: an quia „ primo omnium facta ſint: an in prin-

(1) Pſal. 90. 11.
(2) Pſal. 102. 3.
(3) Pſal. 102. & v. 4.
(4) Rom. 8. 24. Ibidem v. 4. 25.
(5) Pſal. 103. 24.

„ cipio quod eſt Verbum Dei, unigeni- „ tus Filius.] De qua re qui plura de ſiderat, videat lib 2. contra Adverſar. Legis, & Prophet. c. 2 n. 2. lib. 11. de Civit. Dei, c. 32 lib Imperf. de Gen. ad Litt. c. 1, n. 2. Serm. 1. de Gen. 1. 1.& Ioan. 1. 1. (Alias, 13. ex Sirmondianis) n. 1. & Serm. 380. in Nativit. S. Ioan. Bapt. (Alias, 6. ex Vignerianis, in 1. par. Supplem.)

(*b*) *Inhorreſco in quantum &c.* = Quod duplicem ſenſum habere poteſt. I. Inhorreſco, videns me ei diſſimilem. II. Inhorreſco quia diſſimilis: Diſſimiles enim divinae ſanctitati maxime imperfecti dicuntur: imperfecti vero ſunt ſervi, quorum eſt exhorreſcere, timere: iuxta illud Ioan. Epiſt. 1. c. 4. v. 18. *Timor non eſt in caritate, ſed perfecta caritas foras mittit timorem &c.* = *Inardeſco in quantum &c.* = Inardeſco in quantum per gratiam, & caritatem ſimilis ei ſum. Eſt enim gratia, ut Scholae loquuntur, participatio formalis Divinae eſſentiae, ſive naturae.

(*c*) *Etiam ſanes languores meos.* = Quid ſignificet languoris voce ſaepe alibi detegit. Sed integram huic loco conciliabit lucem quod habet Serm. 131. de verbis Ioan. 6. (Alias, 2. de verbis Apoſt.) c. 6., & 7. = Interim in ſtabulo libenter curemur, non adhuc languidi de ſanitate „ gloriemur; ne nihil aliud ſuperbiendo, „ niſi ut nunquam curando ſanemur. *Benedic anima mea Dominum* (1). Dic animae tuae, dic: adhuc in hac vita „ es, adhuc carnem fragilem portas, „ adhuc corpus, quod corrumpitur, aggravat animam (2); adhuc poſt integritatem remiſſionis accepiſti remedium „ orationis; adhuc utique dicis, donec „ ſanentur languores tui, Dimitte nobis debita noſtra (3). Dic ergo animae tuae humilis vallis, non erectus „ collis: dic animae tuae, Benedic anima mea Dominum, & noli oblivisci „ omnes retributiones eius. Quas retributiones? Dic, enumera, gratias age. „ Quas retributiones? *Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis*. Hoc factum eſt in baptiſmo. Quid fit modo? *Qui ſanat omnes languores tuos*. „ Hoc fit modo: agnoſco. Sed quamdiu „ hic ſum, corpus, quod corrumpitur „ &c.] His adde quae habet in Pſal. 102. ad v. 3. 4. & 5. n. 5. = Quid dicis? quia es peccator? Convertere, „ & accipe retributiones iſtas, propitius fit omnibus iniquitatibus tuis. „ Poſt remiſſionem peccatorum corpus „ infirmum geris, neceſſe eſt ſint quaedam deſideria carnalia, quae te titillent, & quae tibi ſuggerant delectationes illicitas de languore tuo veniunt. Adhuc enim infirmam carnem „ geris, nondum eſt abſorpta mors in „ victoriam &c. (4) „

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Nimis pinguis minervae homines indicant, ſerio dicentes: Quid exercitii haberet Deus antequam caelum, terramve conderet? Velut ſi olim, otio litans, inde quidquam agens, novum prodiderit placitum: adeoque ab aeterni conditione ceciderit.

NOnne ecce pleni ſunt vetuſtatis ſuae (*a*), qui nobis dicunt: = Quid faciebat Deus antequam (*b*) faceret „ caelum, & terram? Si enim vacabat, inquiunt, „ & non operabatur aliquid, cur non ſic ſemper, „ & deinceps, quemadmodum retro ſemper ceſſavit „ ab opere? Si enim ullus motus (*c*) in Deo no- „ vus extitit, & voluntas nova, ut conderet crea- „ turam, quam nunquam ante condiderat; quomodo iam vera ae- „ ternitas, ubi oritur voluntas, quae non erat? Neque enim vo- „ lun-

(1) Pſal. 102. 2.
(2) Sap. 9. 15.
(3) Matt. 6. 12.
(4) 1. Cor. 15. 53.

,, luntas Dei creatura eſt, ſed ante creaturam: quia non creare-
,, tur aliquid, niſi Creatoris voluntas praecederet. Ad ipſam ergo
,, Dei ſubſtantiam (*d*) pertinet voluntas eius. Quod ſi exortum
,, eſt aliquid in Dei ſubſtantia, quod prius non erat, non vera-
,, citer dicitur aeterna illa ſubſtantia. Si autem voluntas Dei ſem-
,, piterna erat, ut eſſet creatura, cur non ſempiterna & creatu-
,, ra?]

(*a*) *Vetuſtatis ſuae*. Vetuſtas in S. Scripturis, & maxime apud Auguſtinum, vita, & mens carnalis eſt. Serm. 267. in die Pentec. 1. (Alias, de tempore 186.) c. & n. 2. = Impleri enim erant ,, utres (*Apoſtoli*) novo vino. Audi- ,, ſtis cum Evangelium legeretur, *Ne-* ,, *mo mittit vinum novum in utres ve-* ,, *teres* (1): ſpiritalia non capit carnalis. ,, Carnalitas vetuſtas eſt, gratia novitas ,, eſt. Quantocumque homo in melius ,, fuerit innovatus, tanto melius capit, ,, quod verum ſapit.] Quod etiam fuſius ediſſerit in Pſal. 67. n. 10. ſeu ante finem: & Serm. ad Catechumen. De Cantico novo, & de reditu &c. c. 1. Qui igitur quaeſtionem hanc ſerio excitant, ut illi, de quibus S. D. homines ſunt impii, & nimis carnales.

(*b*) *Quid faciebat Deus antequam &c.* = Utinam hoſce inter nodoſiſſimarum quaeſtionum fluctus *Ioannis Phereponi* lux nobis accederet; Et tum omnem evitaremus ſcopulum a naufragio vel etiam ſomno oppreſſi prorſus tuti, & exempti. Sed en, ut eſt Auguſtino, & nobis ille tenellus, huc, faculam manu tenens, feſtivus accedit: videamus, audiamus = Multo brevius reſponderes ,, huic quaeſtioni, ſi diceas te neſcire, ac ,, aeternitatis immenſitate ingenium huma- ,, num abſorberi: neque propterea fidem ,, de creatione omnium rerum, aut reli- ,, gionem ullo in periculo verſari; etenim ,, non profitentur Chriſtiani ſe paratos eſſe ,, omnibus quaeſtionibus ſatisfacere: ſed ,, tantum id quod affirmant graviſſimis ,, rationibus poſſe demonſtrare. Poſſumus ,, oſtendere omnibus eſſe initium, prae- ,, terquam ſoli Deo, & hanc noſtram ,, Tellurem a Deo eſſe creatam, quod ,, ſatis nobis eſſe debet. Reliqua, quae ,, *ſupra nos*, ut recte Socrates, *ea ni-* ,, *hil ad nos*. Quae hic Auguſtinus de ,, aeternitate, & tempore Platonico mo- ,, re, & tam multa argutatur, & qui- ,, dem apud Deum, multo dilucidius ,, ſunt a recentioribus Philoſophis, & ,, Theologis excuſſa. Adito vel Iohan- ,, nis Clerici Pneumatologiam. Non ag- ,, grediar enim expendere quae de ae- ,, ternitate, & tempore philoſophatur ,, Hipponenſis epiſcopus, & quae adeo ,, tenuia ſunt, ut vel tenuitate ſua e- ,, vaneſcant. ,,

℞. Nihil nobis tanta facula bonae lucis contulit: immo qui eam ſequitur, in plures ſcopulos impingat oportet!

I. *Multo brevius &c.* = Papae inventum nobile, ſubtile, pluſquam humanum, in eruditiſſimis quibuſque Academiis aureis litteris compingendum! Hocce vero tonſores totius Theologiae difficultates unico verbo, *Neſcio*, complanabunt! Mirum eſt, reſponſionem quanquam eximiam ab Auguſtino Doctorum aquila minime viſam!

II. *Neque propterea fidem &c.* = Ne quaeſo more tuo pingui caeſpitatione nobis illudas. Licet in ſubtili quaeſtione deficiam, adeo ut nequeam emergentes difficultates omnes complanare: utique integra adhuc Fides vel Religio: neque aut debebo, aut potero quam profeſſus eram Fidem, vel Religionem conculcare. Sed quid hoc ad Auguſtinum? quid noctuae, & crambi?

III. *Non profitentur Chriſtiani &c.* = Interim tutius ageres, ſi te a Chriſtianorum coetu ſemoveres: tunc eo minimpium: nunc autem impium te, & mendacem prodis. Millies quippe te Catholicorum hoſtem profiteris; fictum vero Chriſtianum non levibus argumentis detegimus. Quocunque autem pacto de Chriſtianis loquaris: en eorum Fides, atque Religio: *Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quae in vobis eſt, ſpe.* 1. Petri, c. 3. v. 15. *Oportet enim epiſcopum &c. amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem: ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere.* Titi 1. v. 7. & 9. Non eſt quidem neceſſum omnia in meridiana luce ponere, ſed nec eſt difficultas, quae bono ſtudio & congruo tempore a ſummis Eccleſiae inge-

(1) Matth. 9. 17.

ingeniis, non quidem palmo ad palmum, ſed utconque complanari nequeat. Nonnulla, inquiunt Chriſtiani doctores, maxime illi, qui Scholas, & accuratam diſputandi methodum coluere, probari poſſunt a priori: alia a poſteriori; quaedam directe: alia indirecte; nonnulla quod ſint: plurima quod non repugnent. Pro omnibus denique fidei Chriſtianae, & Catholicae dogmatibus utcunque diſputare poſſumus.

IV. *Id, quod affirmant, graviſſimis &c.* = At te (vel potius livorem tuum) dii perdant; quo pacto res graviſſimis rationibus ſtabiliri poteſt, quin interim argumenta, quibus videtur infringi, retundantur? Et quoniam vulgo conaris imponere, ſtupendam hanc verborum implicantiam vulgari ſermone referam; Ut graviſſimis rationibus te Chriſtianum probes, ſat non eſt, ut profeſſionem aliquando emiſſam nobis obiicias: & Manichaei ſiquidem tibi valde ſuſpecti id profitebantur: at opus eſt ut ſuſpiciones, quae nos pungunt, repellas. Ut cum Dione Chryſoſtomo Ilium non captum ſtabilias, opus eſt ut Homeri, aliorumque veterum, eiusdem civitatis tragoediam incendium pingentium teſtimonia mendacii, vel erroris convincas. Dum pro Dei clementia diſputamus, nedum collata ab ipſo electis beneficia expendimus, ſed & conamur oſtendere, inclementiae, vel ſaevitiei argui non poſſe quod pluribus eadem beneficia haud conferat, & iniquos, quibus perſeverantiae donum negavit, ad aeternos inferorum ignes deiiciat. Nunc ad rem noſtram: Omni argumentorum genere evincunt Chriſtiani Deum aeternum, & immutabilem; Supereſt ut ſubinde oſtendant utconque, contra veritates haſce nihil extundi poſſe ex eo quod ille quidquam fecerit in tempore, quod ab aeterno minime egerat.

V. *Omnibus eſſe initium &c.* = Vide ut caeſpites in Philoſophia, qui Theologicam eruditionem affectas! Perſuaſum graviſſimis Philoſophis eſt, *omnibus eſſe initium*, ſeu, omnia incoepiſſe in tempore naturalibus, graviſſimis argumentis, quae *demonſtrativa* dicuntur, ſtabiliri non poſſe. Fide ergo agnoſcimus *omnibus eſſe initium*. Ratione vero Ethnicos Fide deſtitutos repellimus, dum quaedam nobis obiiciunt, quibus id dogmatis Fide acceptum videtur infringi.

VI. *Et hanc noſtram Tellurem &c.* = An cenſes ſolam Tellurem a Deo factam? quoniam de Caelo ſiles; & dicis *noſtram*, ad diſtinctionem alterius, quam forte ſomniaſti, Maxime quoniam addis, *Reliqua, quae ſupra nos &c.*

VII. *Ut eſſe Socrates &c.* = Chriſtianus dixiſſet: (maxime quoniam Chriſtianum Doctorem conaris verecundia ſubfundere) Terret nos Eccleſiaſticus c. 3. v. 22. *Altiora te ne quaeſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris*. Et Salomon Proverb. 25. 27. *Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria*. Iob, vel potius Eliu 36. 23. *Quis poterit ſcrutari vias eius*. Et v. 26. *Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram: numerus annorum eius inaeſtimabilis*. Sed haec, & ſimilia a Scripturae ſtudioſis exponuntur. Puta terreri homines, qui vel abſque divinae ſcientiae congruo apparatu, vel audacia, vel interim in Fide haeſitantes, vel peculiaria ex altioribus, v. g. cur ex duobus honeſtis hominibus uni dederit, alteri negaverit donum perſeverantiae, ſcrutari aggrediuntur. Ceterum ſi quae *ſupra nos, nihil ad nos*: cur Philoſophi, atque Theologi, quilibet pro ſuo inſtituto, de Deo, & Angelis diſputant? Cur garrit etiam ipſe *Phereponus*? Si quae *ſupra nos, nihil ad nos*, de Philoſophia ſaltem maiori, de Aſtronomia, atque Theologia actum eſt. *Pherepanus* vere altiora ſe quaeſivit: In Theologicis enim vix leviter tinctus, omni pietate deſtitutus, audacia non viſa a ſaeculis, Eccleſiae Doctoribus, quos in ſacris ſtudiis duces nobis Deus indulſit, parvi penſis, conculcatis, de cunctis haeſitans, nulli vel homini, vel hominum coetui vel tantolum, ſibi plurimum fidens proprio nempe mercurio, quem nec ſacra ſcientia excoluerat, nec pietas ulla regebat, adgreſſus eſt humano Sacram Scripturam exponere genio, & altiſſima Dei oracula, & arcana palmo, & ulna menſurari. Unde nil mirum ſi huiuſcemodi *ſcrutator maieſtatis oppreſſus a gloria*, in miſeram ſui ipſius abyſſum reciderit. Tandem excutiunt in his rebus Chriſtiani Socratis auctoritatem, dicentes: *De Socrate nihil ad nos*.

VIII. *Et quidem apud Deum &c.* = Quouſque mendax eris? Iam profeſſus eſt S. D. ut alibi vidimus, ſe quidem ad Dei honorem haec ſcribere: ſed interim bonos Fratres, quorum pietatem fovere curat, alloqui, inſtruere.

IX. *Multo dilucidius &c.* = Id fere permittam; quid inde? Neque enim de tempore, atque aeternitate exactam hic Augoſtinus diſputationem inſtituit: ſed pietatem fovens, plura interim de illis, nunc ſerio, nunc religioſo ioco diſcuſſit.

Sed

Digitized by Google

Sed a iunioribus quaedam dilucidius atque ab antiquis propoſito etiam rem diſcutientibus pertractata paſſim obſervamus. Quid vero mirum? Facile eſt ut commune fert proloquium, inventis addere. Plura ab antiquis inventa, ſimul collecta a iunioribus tradita ſunt: novis luminibus aucta: exactiori phraſi expreſſa: accurata digeſta methodo; eleganti ſtilo picta exornata. Adeo vero ut his rationibus vix ſit iunioris Philoſophi opella, quam non libentius evolvas, ac eximia ſcripta Platonis, & Ariſtotelis. Ex quo tamen haud inferri poteſt iuniores antiquis indiſcriminatim praeferendos, niſi tibi ſtupendo delirio blandiaris, priora ſaecula ſolas cucurbitas, poſteriora nonniſi heroes genuiſſe.

Quod quidem monitum ex rerum natura, genioque petitum liberioris noſtri ſaeculi tabulis antiquos eo errore contemnentibus inſedeat oportet.

X. *Adice vel Iohannis Clerici &c.* = Hocce vero de monito, quas tibi gratias rependam? At vide *Clerice* eximium meum ſuavium: Etſi opella tua talis eſſet, quam vel ipſe Apollo ſuſpenſis palpebris demiraretur; etſi tuo cerebello immenſas ſuas opes Muſae profudiſſent: annonne cuncta tanta iactantia foedares? Sit tibi Ethnicus, nec quidam apud ſuos ita gravis, magiſter:

„ Bella es; novimus; & puella; verum eſt:
„ Et dives: quis enim poteſt negare?
„ Sed dum te nimium Fabulla laudas
„ Nec dives, neque bella, nec puella es. (1)

Etiam vero ſublata iactantia; quale tibi ingenium, novimus. Innumera praeſto ſunt de iis rebus volumina tuo longe praeſtantiora. Vide infra c. 23. D. in fine.

XI. *Ut vel caecitate ſua evaneſcant.* = Nos ergo Auguſtine tuis his paginis tantopere addicti, tecum muſcas captamus! *O miſeri quicunque tuis adſeſſimus actis* (2)! Hem Pherepone! Quouſque tua frons nec ferro elidenda? Tui adrogantiam oris, & audacem animum pro meritis quis incuſabit? Sed & mira eſt verborum tuorum implicantia, dum hic Auguſtinum, de Aeternitate, & Tempore (rebus Metaphyſicis) diſputantem adeo contemnis, cum tamen c. 2. G. n. 23. profeſſus ſis: *Quae non ea dico, quod eloquentiam, & acumen, in rebus praeſertim Metaphyſicis Auguſtino detraham &c.* Verum ad rem tuam prorſus calumniaris; quae enim hic Auguſtinus de Aeternitate, ac Tempore diſputat adeo ſubtilia ſunt, ut a pingui tua minerva, res tantum ſentiente olna pendendas, nimis facile abeant. Ceterum optaſſem ut quiſquilias illas improbandas obiiceres, ut vel tecum ego improbarem: vel contra te ſtabilirem. Immo vero, licet, ſi de magiſtris prorſus humanis loquamur, & meum ſit illud Horatii Epiſt. 1. lib. 1. v. 14. *Nullius addictus iurare in verba magiſtri*: ut ſcilicet nullius perſonae quamquam doctiſſime ſenſa omnia caeco genio ſequi velim; Adhuc contendo, paratus omnino ſubſtinere: nihil prorſus ex iis, quae ex ingenio, vel ratione pendent, ab Auguſtino ſerio propoſito, e conſtanter adſertum, quod manifeſtae falſitatis revinci poſſit. Utique contra me mutſitabit *Pherepunus*, quod in Martianeum operum Hieronymi editorem magnis vocibus ſaepe clamavit, Aliqua mea adſectione Auguſtino conglutinari &c. Verum quidquid ſit de hac ſuſpicione, quam pluribus adhaeſuram praeſentio: Si aliquot mihi, diis haud ingratae nebulae ex pia adfectione: annone tenebris pluſquam cimmeriis, & quidem caelo, ac terrae odioſiſſimis ſubfundetur *Ioannes Pherepones*, qui canina in Auguſtinum rabie fremit, ardet flagrat? Optime enim, & graviſſime inquit S. Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 310. *Praepoſterus favor haud usquam cernit: odium autem nihil omnino cernit.*

(r) *Si enim nullus motus &c.* = Senſim difficultas haec evacuanda eſt: & repellenda ſunt Ethnicorum ſophiſmata. Agit hanc eamdem rem Auguſtinus lib. 11. de Civit. Dei, cap. 5. ubi = Ita „ quaeritur cur potius tunc, & non „ antea factus ſit (*Mundus* quemadmo„ dum quaeri poteſt, his potius, ubi „ eſt, & non alibi. Nam ſi infinita ſpa„ tia temporis ante mundum cogitant, „ in quibus eis non videtur Deus ab „ opere ceſſare potuiſſe, ſimiliter cogi„ tent (3) extra mundum infinita ſpatia „ locorum, in quibus ſi quiſquam dicat „ non potuiſſe vacare omnipotentem, non„ ne conſequens erit, ut innumerabiles „ mundos cum Epicuro ſomniare &c. Cum „ igitur unum mundum ingenti quidem „ mole corporea, finitum tamen, & „ lo-

(1) M. Val. Martialis Epigramm. lib. 1. poſt med. ad Fabullam ambitioſam in laude.

(2) C. Val. Flaccus Argonaut. l. 2. v. 368.

(3) Nonnulli MSS. *cogitant*.

„ loco ſuo determinatum, & operante „ Deo factum eſſe dicant: quod reſpon„ dent de infinitis extramundum locis, „ cur in eis ab opere Deus ceſſet: hoc „ ſibi reſpondeant de infinitis ante mun„ dum temporibus, cur in eis ab ope„ re Deus ceſſaverit &c. Quod ſi di„ cunt inanes eſſe hominum cogitatio„ nes, quibus infinita imaginantur loca, „ cum locus nullus ſit praeter mun„ dum: reſpondetur eis, iſto modo i„ naniter homines cogitare praeterita „ tempora vocationis Dei, cum nullum „ tempus ſit ante mundum] Et lib. 12. cap. 12. = Si enim brevitas eos offen„ dit temporis, quod tam pauci eis „ videntur anni, ex quo inſtitutus ho„ mo in noſtris auctoritatibus legitur; „ conſiderent nihil eſſe diuturnum, in „ quo eſt aliquid extremum, & omnia „ ſaeculorum ſpatia definita, ſi aeterni„ tati interminatae comparentur, non e„ xigua exiſtimanda eſſe, ſed nulla. (1) Ac „ per hoc ſi non quinque, vel ſex, „ verum etiam ſexaginta millia, ſive „ ſexcenta, aut ſexagies, aut ſexcen„ ties millies dicerentur annorum: aut „ itidem per totidem toties multiplica„ retur haec ſumma, ubi iam nullum „ numeri nomen haberemus, ex quo „ Deus hominem fecit: ſimiliter quaeri „ poſſet, cur ante non fecerit &c.

At huius rei imperitus oportet ut integra ea capita, immo fere integros duos libros 11., & 12. patienter excurrat. Licet cuncta aut quae diximus, aut quae dicturi ſumus ſimul iuncta difficultatem prorſus evacuent.

(*d*) *Ad ipſam ergo Dei ſubſtantiam &c.* = Ab his verbis undecimum caput exordiuntur communiter editi. At placuit Benedictinos imitari, qui iure, & merito exordiuntur ab illis, *Qui haec dicunt &c.* ea quippe verba novi ſermonis ſunt. Ceterum commentarium hic ex S. Thoma depromimus, qui in 1. Diſt. 8. quaeſt. 3. ar. 1. ad 4. = Di„ cendum quod in omnibus, in quibus „ operatio differt a ſubſtantia, oportet „ aliquem eſſe modum motus ex hoc „ quod exit de novo in operationem: „ quia acquiritur in ipſo operatio, quam „ prius non erat. In Deo autem ope„ ratio ſua eſt ſubſtantia: unde ſicut ſub„ ſtantia eſt aeterna, ita & operatio. „ Sed non ſequitur operationem opera„ tam ab aeterno, ſed ſecundum ordi„ nem ſapientiae, quae eſt principium „ operandi. „

C A P U T XI.

A R G U M E N T U M.

Quaeſtiones haſce adeo inanes arbitratur, ut eos, qui illas urgent, & amplificant in divinis rebus hoſpites cenſeat. Miſeri ſunt, qui cum aeterna diſcutere ambiant, praeteritis, futuriſque rerum motibus implicantur. Talibus ad aeternitatis arcanum inſpiciendum ſaniorem mentem precatur.

QUi haec dicunt, nondum te intelligunt, o Sapientia Dei, lux mentium, nondum intelligunt quomodo fiant quae per te atque in te fiunt, & conantur aeterna ſapere (*a*); ſed adhuc in praeteritis & futuris rerum motibus cor eorum volitat, & adhuc vanum eſt (2). Quis tenebit illud, & affiget illud, ut paululum ſtet, & paululum rapiat ſplendorem ſemper ſtantis aeternitatis, & comparet cum temporibus nunquam ſtantibus, & videat eſſe incomparabilem; & videat, longum tempus niſi ex multis praetereuntibus motibus, qui ſimul extendi non poſſunt, longum non fieri; non autem praeterire (*b*) quidquam in aeterno, ſed totum eſſe praeſens; nullum

(1) Colbertinus MS. *aeternitatis interminis*. Codex Veron. *aeternitati interminae*.

(2) Pſal. 5. 10.

lum vero tempus totum eſſe praeſens; & videat omne praeteritum propelli ex futuro, & omne futurum ex praeterito conſequi, & omne praeteritum ac futurum ab eo quod ſemper eſt praeſens creari, & excurrere? Quis tenebit cor hominis, ut ſtet, & videat quomodo ſtans dictet futura & praeterita tempora, nec futura, nec praeterita aeternitas? Numquid manus mea valet hoc, aut manus oris mei per loquelas agit tam grandem rem?

(a) *Conantur aeterna ſapere &c.* = Eatenus quippe huiuſmodi difficultates excitant, ut mundum aeternum ſtatuant: & quidem ex eo quod Deo aeterno, & immutabili nova actio non poſſit adcedere. Hi autem quum, ut vides, conantur aeterna ſapere, in tempora, & motus maxime recidunt; tum quod illae difficultates prius, & poſterius, antiquum, & novum, dum non attendunt, involvant; tum quia modo actionis creatae nitantur. Cum enim Deus agat non per motum, ut creaturae, ſed per ſuam ſubſtantiam, quin mutetur, iubet creaturas, quas iam olim, & ſemper agebat, in tempore connotari, & emergere.

(b) *Nam autem praeterire &c.* = Si quidquam in aeterno, in Deo non praeterit: ſed totum eſt praeſens: recenter creaturas adceſſiſſe dicitur per reſpectum ad earum naturam, & conditionem. At aeterno, Deoque nihil recens nihil antiquum. Actio antiqua adhuc ipſi eſt: futura iam eſt. Ut enim aquae fluant, columna, quam lambunt eadem eſt.

Numquid manus mea &c. = Niſi mens interiore propria luce diſponatur, adiuvetur, nequit humanus magiſter haec aeternitatis arcana exacte proponere, explicare. Adludit vero ad frequens Scripturarum teſtimonium: *Noli dicere, manus mea fecit hoc &c.*

C A P U T XII.

A R G U M E N T U M.

Cum plura ſubtiliter dixerit ad difficultatem enodandam: nunc ad ambages ſemovendas, profitetur ſe cuiuſdam fucatam ineptiam quaeſtionis vim eludentem minime amplecti: ſed libenter concedere, & praedicare: antequam faceret Deus caelum, terramque, nihil feciſſe.

ECce reſpondeo dicenti, Quid faciebat Deus, antequam faceret caelum & terram? Reſpondeo, non illud quod quidam reſpondiſſe perhibetur ioculariter eludens quaeſtionis violentiam: Alta, inquit, ſcrutantibus gehennas parabat. Aliud eſt videre, aliud ridere: haec non reſpondeo (*a*). Libentius enim reſponderim: neſcio quod neſcio: quam illud unde irridetur qui alta interrogavit, & laudatur qui falſa reſpondit (*b*). Sed dico te, Deus noſter, omnis creaturae creatorem. Et ſi caeli & terrae nomine omnis creatura intelligitur, audenter dico; Antequam faceret Deus caelum & terram, non faciebat aliquid; ſi enim faciebat, quid niſi creaturam faciebat? Et utinam ſic ſciam, quidquid utiliter ſcire cupio, quemadmodum ſcio quod nulla fiebat creatura (*c*), antequam fieret ulla creatura.

(*a*) *Haec non reſpondeo.* = Poterat ne ineptiam ab alio datam luculentiori ſermone improbare? Et tamen illius nedum laudator, ſed & parens Auguſtinus habe-

habetur! Et quidem nedum a vulgo, ſed a ſummis quoque Scriptoribus. Ut enim plures omittam: Ianus Gruterus, vaſti ingenii, & immenſae eruditionis homo (1), qui etiam in operum fronte *Omnium fere linguarum profeſſor eximius*, inſcribitur, in *Florilegiis magnis*, ſeu *Polyanteis noviſſimarum noviſſimis*, 1. p. lib. 3. tit. de *Curioſitate*, in fine = San-
„ ctus Auguſtinus inquirenti curioſius
„ Afro: quid ante mundi creationem
„ fecerat Deus, reſpondit, *curioſis pa-*
„ *rabat infernum*; protervam audaciam
„ gravi dicto compeſcens. Idem Apo-
„ phthegma carmine redditum adſcribo
„ ex Epigramm. Georgii Sabini:

„ Dum Lybicis Chriſtum Pater Augu-
„ ſtinus in oris
„ Aſſerit, ac peragit munus in ae-
„ de ſuum:
„ Et miranda refert populo primi-
„ randa mundi,
„ Ecce docens verbo cuncta crea-
„ ta Dei:
„ Impius adſurgit, verbiſque proca-
„ cibus Afer
„ Eſſe opifex rerum quid faciebat,
„ ait.
„ Et quibus intentus fallebat tem-
„ pora curis
„ Mundus adhuc nondum cum fa-
„ bricatus erat?
„ Praeſul ad haec Lybicus fabrica-
„ bat tartara dixit
„ His, quos ſcrutari talia mente
„ iuvat.

Eadem fabula iiſdem quoque verbis venditur a Laurentio Beyerlerich Theologo, Protonotario, Canonico, & Archipresbytero Antuerpienſi in *Magno Theatro vitae humanae*, t. 2. verbo, *Curioſitas*, *Curioſi* titulo, *Curioſitas repreſſa* &c. Quot ſuper ſomnium aedificia!

Hugo de S. Charo Cardinalis t. 7. in cap. 2. Epiſt. 2. ad Timoth. ad illud, *Stultas autem, & ſine diſciplina quaeſtiones devita*, pag. mihi 226. col. 2, ita lo[illegible]tur = Hoc dicit quia multi
„ ſtulta quaerunt, quoniam de inutili-
„ bus ſunt &c. Unde Auguſtinus in
„ lib. Confeſſ. narrat quod cum quidam
„ quaereret ab aliquo quid Deus fece-
„ rit, antequam mundum crearet, re-
„ ſpondit ei, praeparabat infernum ad
„ deſtruendum te, & conſimiles quae-
„ rentes] Nec Hugo, ut vides, ad rem ſuam bene loquitur: Auguſtinus enim reſponſum illud contemnit.

(*b*) *Qui falſa reſpondit*. = Quandoquidem gehennam parare curioſis, non erat potiſſima actio, qua ab aeterno Deus occuparetur. Maxime vero quia non quoſcunque alta quaerentes Deus improbat, & flamma expectat. Plures autem ſunt qui nec admodum docti, nec etiam ita modeſti, ut libenter verbo, *neſcio*, propriam ignorantiam profiteantur, quaeſtionum, quas enodare non valent, violentiam huiuſmodi ineptiis ignorantiam tegentibus frequenter eludunt.

(*c*) *Quod nulla fiebat creatura*. = Benignianus codex, *quod nullam faciebat creaturam*. Verum communis lectio, quam editi, & MSS. habent, retinenda eſt. Ea quippe Theologicum arcanum preſſius exprimitur: non ita enim proprie dicitur ante caelum, terramque nullam feciſſe Deum creaturam, cum eius actio aeterna ſit: ut, nullam factam creaturam quod omnino ipſam creaturam intuetur, quae re vera ab aeterno non fuit. Item: Auguſtinus reſponſum ſuum contradictione firmat: implicat enim creaturam factam, antequam fieret; talis vero contradictio communi lectione evidentius exprimitur.

Etſi vero nulla creatura ab aeterno facta ſit: adhuc non ſequitur, Deum aliquando ſopore, vel otio captum: eius etenim actio fuit aeterna. Et ſemper agit, ut Schola loquitur, ad intra: Pater enim generabat Filium: uterque ſpirabat Spiritum Sanctum, &c. Unde S. D. dixerat, ſi bene meminiſti, lib. 1. c. 4. huius operi, *Nunquam novus, nunquam vetus &c. ſemper agens, ſemper quietus*.

CA-

(1) Natus Antuerpiae 1560. obiit 1627. ſcripſitque innumera alia varii generis opera.

Digitized by Google

C A P U T XIII.

A R G U M E N T U M.

Licet Deus ante caelum, & terram nihil condiderit; adhuc nonniſi phantaſiae lapſu quis meditaretur, ipſum per innumerabilia retro ſaecula creationi, operique parcentem, ſeu litantem otio. Id enim ſaeculorum temporumque involvit hypotheſim; cum tamen antequam Deus quidquam faceret, illa, ut vel ex ipſis terminis liquet, nec laberentur, nec eſſent. Comparat inde fluentes dies noſtros conſtantiſſimo unico diei Numinis, expenditque ut illi hoc illigentur, abſorbeantur.

I. AT ſi cuiuſquam volatilis ſenſus vagatur per imagines retro temporum, & Deum omnipotentem, & omnia creantem, & omnitenentem, caeli & terrae artificem, ab opere tanto, antequam id faceres, per innumerabilia ſaecula ceſſaſſe miratur; evigilet atque attendat, quia falſa miratur. Nam unde poterant innumerabilia ſaecula praeterire, quae ipſe non feceras, cum ſis omnium ſaeculorum auctor, & conditor? Aut quae tempora fuiſſent quae abs te condita non eſſent? At quomodo praeterirent, ſi nunquam fuiſſent? Cum ergo ſis operator omnium temporum, ſi fuit aliquod tempus, antequam faceres caelum & terram, cur dicitur, quod ab opere ceſſabas? Idipſum enim tempus tu feceras: nec praeterire patuerunt tempora, antequam faceres tempora. Si autem ante caelum & terram nullum erat tempus, cur quaeritur, quid tunc faciebas? Non enim erat tunc (*a*), ubi non erat tempus.

II. Nec tu tempore tempora praecedis: alioquin non omnia tempora praecederes. Sed praecedis omnia tempora praeterita, celſitudine ſemper praeſentis aeternitatis; & ſuperas omnia futura, quia illa futura ſunt: & cum venerint, praeterita erunt, tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficiunt (1). Anni tui nec eunt, nec veniunt; iſti autem noſtri & eunt, & veniunt, ut omnes veniant. Anni tui omnes ſimul ſtant, quoniam ſtant: nec euntes a venientibus excluduntur, quia non tranſeunt: iſti autem noſtri omnes erunt, cum omnes non erunt (*b*). Anni tui dies unus; & dies tuus non quotidie, ſed hodie, quia hodiernus tuus non cedit craſtino, neque enim ſuccedit heſterno, hodiernus tuus aeternitas; ideo coaeternum genuiſti (*c*), cui dixiſti: Ego hodie genui te. Omnia tempora tu feciſti, & ante omnia tempora tu es, nec aliquo tempore non erat tempus.

(*a*) *Non enim erat tunc &c.* = Nam *tunc*, *nunc*, & ſimilia adverbia temporia ſunt. Unde ſi quaeras, quid faceret Deus antequam caelum, terramque, ſive tempus produxiſſet: propter adverbium tunc vel ſimile, quaeſtio ex ipſis ſuis vocibus corruit. Fatemur & a bonis Philoſophia, atque Theologis ſimiles voces ad innuendam aeternitatem aliquoties adſumi: at aequivoce, & minus proprie. At decepti, quos hic Auguſtinus impetis, niſi proprie loquantur, ad ſuum ipſorum ſcopum nihil concludunt, ut diligenter arcanum adtendenti conſtabit.

(1) Pſal. 101. 28.

Digitized by Google

bit. Similia vero argumenta plura lib. 11., & 12. de Civit. Dei.

(*b*) *Cum omnes non erant*. Tunc enim integrum ſaeculum: tunc integra tua aetas eſt, cum omnes ſaeculi, cum omnes aetatis tuae dies tranſierunt. ⩵ *Dies tunc non quotidie*. ⩵ Hoc enim adverbium plures dies involvit: Deo autem unicus dies. Hic vero *dies* pro tempore praeſenti ponitur; nam Deo, ſive aeternitati non convenit, niſi *Eſt*. Unde ipſe Deus Moyſi Exodi 3. v. 14. *Ego ſum, qui ſum. Sic dices filiis Iſrael, Qui eſt miſit me ad vos*.

(*c*) *Ideo coaeternum genuiſti &c.* ⩵ Senſus eſt, Ideo infertur coaeternum te genuiſſe Filium, quia legitur Pſal. 2. 7. *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Vel potius: Unde Filio, quem coaeternum genuiſti, dixiſti; *Filius meus &c.* Iuvat autem quae habet S. D. ad illum verſ. n. 6. hic recitare. ⩵ Quanquam etiam poſ„ ſit ille dies in prophetia dictus videri, „ quo Ieſus Chriſtus ſecundum hominem „ natus eſt; tamen *hodie* quia praeſen„ tiam ſignificat, atque in aeternitate nec „ praeteritum quidquam eſt, quaſi eſſe „ deſierit: nec futurum, quaſi nondum „ ſit; ſed praeſens tantum: quia quid„ quid aeternum eſt, ſemper eſt; divi„ nitus accipitur ſecundum id dictum, „ *Ego hodie genui te*, quo ſempiternam „ generationem virtutis, & ſapientiae „ Dei, qui eſt unigenitus Filius, fides „ ſinceriſſima, & Catholica praedicat.] Adde noſtrum Incognitum, qui n. 14. *Ideſt, aeternaliter. In aeternitate enim nihil tranſit in praeteritum, nec in futurum expectatur*. Et ideo *aeterna Verbi generatio convenienter exprimitur per praeſens tempus, cum dicitur*: hodie.

Et haec Auguſtinus de creatione caeli, & terrae: eam in tempore factam exploratum habens, ideoque nec ad quaeſtionem deducens. Quam Catholicam veritatem nec ipſi Ethnicorum doctiſſimi inficiati ſunt, ut oſtendunt Philoſophi in tract. de Mundo. Licet haud prorſus conſtet Eruditis de mente Ariſtotilis; quem tamen ancipitis, & problematici circa eam rem fuiſſe iudicii veroſimilius, variis eius invicem haud bene cohaerentibus loquendi formulis inſpectis, mihi videtur. Somnium autem Prae-Adamitarum, ante Adamum homines, Iudices, Civitates inducentium, nedum a Catholicis, ſed ab Eruditis omnibus deriſum, convulſum eſt.

I. Quot vero ab annis mundus e nihilo emerſerit? Auguſtinus lib. 12. de Civ. Dei, cap. 10. n. 2. ita loquitur: *Fallunt eos etiam quaedam mendaciſſimae litterae, quae perhibent in hiſtoria temporum multa annorum millia continere* (1): *cum ex litteris ſacris ab inſtitutione hominis nondum completa annorum ſex millia computemus*. Ita etiam c. 12. & l. 15. c. 13. Item Serm. 93. de verb. Matth. 25. (Alias, 23. de verb. Dom.) c. 6., & 7. n. 8. Serm. 345. de Contemtu mundi (Alias, 32. ex Sirmondianis) n. 2. Epiſt. 199. (Alias, 80.) ad Heſychium de fine ſaeculi, c. 6. n. 18. Et quidem ita plurimi; licet de totius orbis chronologia non omnes prorſus Eruditi in unam eamdemque ſententiam abierint.

Ne autem data Auguſtini chronologia fallaris: Franciſcus Mayro hocce gloſſemate in editione Amerbachii te monet, & inſtruit. *Illud, nunc, accipitur tempore Auguſtini, quia ſunt iam plures temporibus noſtris*. Vah pluſquam anilem Doctoris, quem illuminatum vocant, ineptiam! Quis niſi prorſus mente captus arbitrabitur v. g. ad noſtram uſque aetatem Auguſtinum ſuos calculos protraxiſſe?

II. Quo vero anni tempore Deus mundum condiderit? Eruditorum quidam aeſtivo: plures autumnali: plurimi verno: nullus vero ex ſanioribus hyemali factum arbitrantur. Tertia opinio nobis vehementer arridet: ſi de vere hemiſphaerii noſtri loquatur: quod quidem altero longe nobilius eſt: ut aſtrorum, quae arcticum ad polum fulgent venuſtas, amplitudo, numeruſque teſtantur; & in quo Ieroſolyma, atque Roma Civitates humanis, & divinis rationibus ſpectatiſſimae. Quo item tempore, & loco ſecundus Homo prioris dementiam ſanaturus erat.

Qui fructus (ut obiter dicamus) quo Protoparentes noſtri capti ſunt? Non una eſt Eruditorum opinio. Eorum plerique ficum fuiſſe arbitrantur. Cenſemus nos, in praeſenti terra fructum illum non haberi. Immo ſuſpicamur vehementer, omnes prorſus Paradiſi fructus a noſtris diverſos fuiſſe.

CA-

(1) V. Cicer. l. 1. de Divinat. & Lact. l. 7. c. 14.

C A P U T XIV.

A R G U M E N T U M.

Interim nihil tempore nobis familiarius: & tamen alta, & implexa eius natura! Quam quidem bene Auguſtinus intuetur; ſed non videt ut requirenti alicui digerat. Licet acute inde de differentiis tribus eiuſdem temporis diſputet.

NUllo ergo tempore non feceras aliquid, quia ipſum tempus tu feceras. Et nulla tempora tibi coaeterna ſunt, quia tu permanes: at illa ſi permanerent, non eſſent tempora. Quid enim eſt tempus? Quis hoc facile breviterque explicaverit? Quis hoc ad verbum de illo proferendum, vel cogitatione comprehenderit? Quid autem familiarius & notius in loquendo commemoramus, quam tempus? Et intelligimus utique, cum id loquimur, intelligimus etiam, cum alio loquente id audimus. Quid ergo eſt tempus? Si nemo ex me quaerat, ſcio, ſi quaerenti explicare velim, neſcio (*a*): Fidenter tamen dico: ſcire me, quod ſi nihil praeteriret, non eſſet (*b*) praeteritum tempus; & ſi nihil adveniret: non eſſet futurum tempus: & ſi nihil eſſet, non eſſet praeſens tempus. Duo ergo illa tempora, praeteritum & futurum, quomodo ſunt, quando (*c*) & praeteritum iam non eſt, & futurum nondum eſt? Praeſens autem ſi ſemper eſſet praeſens, nec in praeteritum tranſiret iam non eſſet tempus, ſed aeternitas. Si ergo praeſens, ut tempus ſit, ideo fit quia in praeteritum tranſit, quomodo & hoc eſſe dicimus, cui cauſſa ut ſit illa eſt, quia non erit (*d*), ut ſcilicet non vere dicamus tempus eſſe, niſi quia tendit non eſſe (*e*)?

(*a*) ***Si quaerenti explicare velim, neſcio.*** = Nihil mirum; non enim quaecunque profundiori mente adtingimus, ahis bene exponere poſſumus. Quod ipſe Auguſtinus lib. de Catechizandis rudibus, c. 2. n. 3. fuſe expendit, ac deplorat. „ Nam & mihi prope ſemper ſermo meus „ diſplicet. Melioris enim avidus ſum, „ quo ſaepe fruor interius, antequam „ eum explicare verbis ſonantibus coe„ pero: quod ubi minus, quam mihi no„ tus eſt evaluero, contriſtor linguam „ meam cordi meo non potuiſſe ſuffice„ re. Totum enim quod intelligo, volo „ ut qui me audit intelligat; & ſentio „ me non ita loqui, ut hoc ſufficiam: „ maxime quia ille intellectus quaſi ra„ pida coruſcatione perfundit animum; „ illa autem locutio tarda, & longa eſt, „ longeque diſſimilis: & dum iſta volvi„ tur, iam ſe ille in ſecreta ſua condi„ dit &c. „

Patres noſtri Complutenſes t. 2. *Curſus artium*, lib. 4. Phyſic. diſput. 21. de Tempore, ita praefantur. = Adeo ob„ ſcure deprehenditur propria temporis „ quidditas, ut Auguſtinus, tametſi prae„ ditus aquilino ingenio dixerit l. 11. „ Conf. c. 14. *Quid eſt tempus? ſi nemo* „ *ex me quaerat &c.* Unde mirum non „ erit, ſi in iſta parte caligaverimus, „ nec huic materiae potuerimus afferre „ quam optamus lucem.] Pater vero Antonius Gaudin Ord. Praedicat. t. 2. *Philoſophiae iuxta inconcuſſa &c.* 1. p. Phyſicae, diſp. 3. q. 3. de tempore. *De tempore acturi, merito praefari poſſumus cum S. Auguſt.* 11. *Confeſſ. c.* 14. *Quid eſt tempus? Si nemo &c.* Ioannes Bapt. Du Hamel in Philoſophia vet. & nov. ad uſum Scholae accommodata &c. t. 3. Metaphyſ. tract. 1. q. 5. de tempore: *Tempus eſt ex earum rerum genere, quae a doctis iuxta, & indoctis percipiuntur. Nam &c. Sed ubi explicare volumus, quid illud ſit, quod omnes tempus appellant, tum nimia ſubtilitatis affectatione in difficultates pene inextricabiles*

biles intuerimus &c. Edmundus Purchotius Senoneuſis in Inſtit. Philoſophicis ad faciliorem veterum, ac recentiorum &c. t. 2. Phyſ. s. p. ſect. 4. cap. 4. de tempore: propoſit. 3. = Huc adde quod „ iſta definirio (*Ariſtotelica*) naturam „ temporis obſcuret magis, quam evol- „ vat. Quid enim ea obſcurius omnium „ ſere Philoſophorum eunſenſu? *Quid* „ *autem familiarius*, ut verbis utar S. „ Aug. lib. 11. Couf. n. 17. alias c. 14. „ *& notius in loquendo &c.* Quibus ver- „ bis declarat S. Auguſtinus temporis no- „ tionem omnibus hominibus doctis ſimul, „ & indoctis innatam eſſe, eamque variis „ deſcriptionibus obſcurari, non diluci- „ dari. Si enim, inquit, *nemo ex me* „ *quaerat, quid ſit tempus, ſcio:* hoc „ eſt, claram, diſtinctamque illius noti- „ tiam mente gero; & eus omnes. qui „ de tempore loquuntur, naturaliter, „ ac nullo explicante, intelligo: ſed ſi „ quaerenti quid ſit tempus expunere „ velim, nunquam id, quod clare con- „ eipio, verbis aſſequi, aut exprimere „ valeo.] Similia ab aliis Philoſophis expenduntur.

Quae quidem exſcribere placuit, tum quod textui magnam lucem concilient; tum, & maxime ne ex ea ſententia quidquam contra Auguſtini ingenium inſeratur. Sed inquiet aliquis: Ariſtoteles, ceterique Philoſophi ipſum ſequuti temporis naturam quaerentibus explicavere.

℞. At Auguſtinus etiam, licet quaſi renuens, in ſequentibus explicavit. Cenſet autem arduum, tempus non quocunque, ſed facili, brevique ſermone explicare: dixerat enim paullo ante: *Quis hoc facile, breviterque explicaverit?* An autem facile, hreviterque: ſcilicet pulcre, ſuaviter, plane: ita ut omnes intelligant, nemo amplius haeſitet, ſitque arcanum in meridiana luce: utrum inquam Ariſtoteles, ceterique Philoſophi ea feliciſſima ſorte explicaverint, dicat orbis. Inſuper, ut ex integro ſermone liquet, quaerit Auguſtinus prorſus temporis naturam, indolem, & ſecretiora; Ariſtotelica temporis definitio, quam iuniores plurimi (ut fere omnia Ariſtotelica) derident, ego commendo, a longe tempus intuetur, eiuſque non tam naturam, quam officia, non tam, ut ita loquar, viſcera, quam colores, & quidem verbis aenigmatibus ſimillimis tradit, exponit. Unde ipſe Ioan. Du-Hamel philoſophus Ariſtotelicae ſcholae in Philoſophia vet. & uov. &c. t. 3. Metaphyſ. tract. 1. q. 5. de tempore, paullo poſt initium: *Hinc tempus, ſaltem exteinſecum ſatis apte, licet paulo obſcurius, ab Ariſtotele definitur*, numerus motus ſecundum prius, & poſterius,

Quae quidem univerſim obſervata velim, cum in dilucidandis abſtractioris Philoſophiae arcanis Ariſtoteles, eiuſque vel aſſeclae, vel expoſitores, Philoſophi quidem egregii Auguſtino Philoſophorum nobiliſſimo, & ſubtiliſſimo conferuntur. Quae item haud citra myſterium inculco: ſed optans imperitos quosdam rerum ſecretiora non valentes attingere, in ea audacia, & ſtulta non amplius erumpere verba: In quarumdam philoſophicarum rerum examine Auguſtinum torqueri, & diſſecari; quae tamen in Peripateticis lyceis paucis verbis extricata conſpiciuntur. Nil mirum: ut idem repetam: cum Ariſtoteles a longe, & per aenigma (1): Auguſtinus preſſe, & acu Philoſophiae arcana conatus ſit tangere, & aliis exponere.

Ceterum ut ad Inſidentes temporis tenebras redeam; eae adeo ſpiſſae ſunt, ut in varia. & quidem longe diſſita iudicia ſummos quoque Philoſophos traxerint. Ut enim plures omittam: aliud Platonem, aliud Ariſtotelem, aliud Galenum, aliud Avicennam de temporis natura iudicium occupavit. Pythagorici quoque diverſam ab illorum viam iniere. Sed nec inter hoſce eiusdem parentis filios ſumma concordia. Fere nulla autem inter Platonicos; nec quippe quod Plotinus, eorum ſorte celeberrimus, hoc reliqui omnes; quodque Simplicius ſcripſerat, impugnarunt, repulere Theophraſtes, Eudemus, & Alexander. An autem in Peripatetico lyceo de temporis natura omnis concordia ſervetur, cunctis in re philoſophica nonnihil eruditis notum arbitror. Quo equidem ſpectabant excogitata ab Aegyptiis Philoſophis emblemata illa, vel hieroglyphica, in quibus ſerpens, qui adtractam ad inferiora gutturis caudam ſedulo contegebat. Spira enim, ſeu torſio, Cyrillo teſte, dierum, menſium, annorum vertigines innuebat: eam vero occulendi ſtudium, latentem reconditamque naturam temporis.

(*b*) *Quod ſi nihil praeteriret, non eſſet &c.* = Anton. Gaudin Ord. Praed. in Philoſophia *iuxta inconcuſſa &c.* t. 2. Phyſ.

(1) Vide lib. de Incertitudine Scientiar. c. 9. de Ariſtot. Metaphyſ.

Digitized by Google

Phyſ. 1. p. d. 3. q. 3. de tempore, ar. 2. concl. 1. exponens temporis definitionem ab Ariſt. traditam, *Menſura, ſeu numerus motus ſecundum prius, & poſterius*, haec habet. = Additus, *ſe-*
„ *cundum prius, & poſterius*, quia cum
„ motus eſſentialiter conſiſtat in ſucceſ-
„ ſione, ſeu fluxu continuo partium.
„ quarum prior praecedit, & poſterior
„ ſuccedit, extenſio numerabilis illius ſuc-
„ ceſſionis eſt ipſum tempus. Unde me-
„ rito dicit Auguſt. 11. Conf. c. 14.
„ *Quod ſi nihil praeteriret &c.* ideſt ſuc-
„ ceſſive non flueret, *iam non eſſet tem-*
„ *pus, ſed aeternitas*. Atque inde fit,
„ quod cum vel nullo modo, vel vix
„ advertimus ſucceſſionem illam nume-
„ rabilem propter vehementem animi ad-
„ haeſionem ad aliquid gratum, vel ma-
„ gni momenti, non ſentitur tempus;
„ ſicut contingit hominibus profunde ali-
„ qua contemplantibus &c. „

Ceterum nullam hic ego de tempore peculiarem opinionem mihi deſpondebo: meo inſtituto ſatis facturum arbitratus, ſi obſcura retexero: quae autem levia, aut nimis ſuſpenſa videri poſſent, Philoſophorum in eadem conſpirantium, ſenſibus communivero. Quandoquidem duo haec tantum me urgent: Lectorum commodum: & Auguſtini gloria.

(c) *Quomodo ſunt, quando &c.* = Aliquis hoc pacto difficultatem hanc extricari poſſe arbitrabitur: Non quodcunque praeteritum, & futurum: ſed quod proxime vel abit, vel accedit conſiderandum eſſe: ea vere tempus gignere non ſecundum praeſentiam phyſicam, quam amiſere, vel non adhuc habent: ſed per mathematicam (1), qua utcunque gaudent. Accipe verba S. Thomae, qui in 1. Diſt. 19. q. 5. ar. 1. *Similiter eſt de tempore, quod habet fundamentum in motu: ſcilicet, prius, & poſterius ipſius motus: ſed quantum ad id, quod eſt formale in tempore, ſcilicet numeratio, completur per operationem intellectus numerantis*. Quo ſpectat illud Ariſtotelis l. 4. Phyſicor. c. ultimo in hunc modum dubitantis: *Aut oportet dicere, quod tempus non ſit, ſi non eſt anima: aut oportet dicere verius quod tempus eſt utcunque ens ſine anima*. Sed ut de re hac plura ſcias, quorumdam ſermones, interruptos tamen brevitatis cauſſa, recitamus. Ioannes a S. Thoma Ord. Predicat. in Complutenſi Acad. publicus Theol. profeſſor &c. Naturalis Philoſophiae t. 2. quaeſt. 18. de tempore, art. 2. *Utrum realis exiſtentia ſolum inveniatur in inſtanti, vel etiam in aliis partibus*, haec obſervat. =
„ Una ex rationibus, quam Philoſo-
„ phus obiecit in hoc lib. tex. 88.
„ ad probandum non dari tempus eſt,
„ quia componitur ex partibus, quae
„ non ſunt, nam cum ſint fluentes, &
„ ſucceſſivae, quaecumque pars compo-
„ nitur ex parte quae tranſit, & par-
„ te, quae tranſitura eſt &c. Propter
„ hoc diviſi ſunt Authores in hac par-
„ te, quidam enim exiſtimant, partes
„ temporis non ſolum exiſtere ratione
„ inſtantis, ſed ratione propriae exiſten-
„ tiae diviſibilis, & fluentis, ſicut par-
„ tes ipſae fluentes ſunt. De quo vi-
„ deri poſſunt Conimbr. hic q. 1. art.
„ 4. P. Suar. diſp. 50. Metaph. ſect. 9.
„ n. 22. Rubio, Martinez, & alii plures
„ ſecuti Durandum in 2. d. 2. q. 4. Et
„ explicant hoc dicendo &c. Alii vero
„ tenent tempus in facto eſſe, & prae-
„ ſentialiter ſolum exiſtere ratione in-
„ ſtantis, illas vero partes praeterie-
„ untes non eſſe aliud, quam ipſam ſuc-
„ ceſſionem, ſeu fieri ſecundum par-
„ tem praeteritam, & futuram, ut co-
„ pulantur inſtanti, quod reddit utram-
„ que praeſentem ſuo modo, ideſt ſuc-
„ ceſſive. Tenent hanc ſententiam plu-
„ res ex antiquis, & videri poteſt M.
„ Soto 4. Phyſ. q. 4. Tolet. q. 11.
„ Carmelitan. diſc. 21. q. 8. & alii. Et
„ videtur eſſe D. Th qui opuſc. 44.
„ c. 1. ſic inquit: *Intelligendum eſt &c.*
„ Idem docet in hoc lib. 4. lect. 23.
„ dum inquit: *Quod non invenitur &c.*
„ Quid clarius? & 1. p. q. 66. art. 4.
„ ad 3. *Nihil*, inquit, *eſt accipere in*
„ *actu de tempore, niſi nunc*. Idemque
„ habet q. 46. art. 3. ad 3.] Iacobus Caſimirus Guerinois ord. Praed. in *Clypeo Philoſ. Thomiſticae contra veteres, & novos eius impugnatores*, t. 3. Phiſ. part. 1. q. 12. de tempore, art. 2. paragr. 1. = Prima ſententia generaliter
„ aſſerit tempus nunquam eſſe praeſens
„ vel exiſtens, niſi ſecundum inſtans,
„ ita ut partes futurae, & praeteritae
„ temporis, nunquam aliter fiant prae-
„ ſentes, quam per iſtans praeſens &c.
„ Secunda ſententia generatim aſſeve-
„ rat, tempus & ſecundum partes, &
„ ſecundum inſtantia, ex aequo ſuc-
„ ceſſive exiſtere, ac praeſens eſſe; a-
„ deo ut quemadmodum inſtantia tem-
„ poris interdum ſunt ratione ſui prae-
„ ſen-

(1) V. infra c. 16. B. c. 20. A. c. 26. B. c. 27., & 28.

„ ſentia, ſic etiam eius partes futurae, „ vel praeteritae ſint quandoque, vel „ fuerint ratione ſui praeſentes. Ita „ Dur. &c. Tertia tandem ſententia di- „ ſtinguit inter partes indeterminatas „ temporis, & eius partes determina- „ tas; fateturque, partes determinatas, „ & deſignabiles temporis nunquam ra- „ tione ſui exiſtere, aut praeſentes eſ- „ ſe; affirmat tamen, partes indeter- „ minatas, & proportionales temporis „ fieri ſucceſſive ratione ſui praeſentes; „ eo ſimili modo quo inſtantia fiunt „ ſucceſſive ratione ſui praeſentia. „ Hanc ſententiam tuentur Hervaeus, „ Maſius, Mailhat, & alii ex Thomiſtis „ non pauci] Edmundus Purchotius in Inſtitutionibus Philoſophicis, t. 2. Phyſ. 1. p. ſect. 4. c. 4. de tempore prop. 1. *Tempus eſt aliquid reale, ſi pro rebus durantibus ſumatur. Probatur &c.* Et prop. 2. *Tempus tamen non eſt res aliqua, ſeu entitas a rebus durantibus diſtincta. Probatur &c.*

(*d*) *Cui cauſſa ut ſit, illa eſt, quia non erit?* = Hac ratione Purchotius loco proxime laudato probat tempus quidquam non eſſe ab ipſis durantibus rebus diſtinctum: *Si tempus foret res aliqua a rebus durantibus diſtincta, ea profecto ex praeterito, praeſenti, & futuro eſſet compoſita; Atqui entitas ex praeterito, praeſenti, & futuro conſtare nequit; cum praeteritum, & futurum nihil ſint: praeſens vero fugiat: ergo &c.* Adſerens inde Lucretium, qui lib. 1. de Rerum natura, v. 460.

„ Tempus item per ſe non eſt, ſed
„ rebus ab ipſis
„ Conſequitur ſenſus, tranſactum
„ quid ſit in aevo,
„ Tum quae res inſtet, quid poſt,
„ quid deinde ſequatur.
„ Nec per ſe quemquam tempus
„ ſentire fatendum eſt.
„ Semotum ab rerum motu, pla-
„ cidaque quiete.

(*e*) *Tendis non eſſe.* = Ita Benedictini, quos audire iuvat = Lov. *ten-* „ *dis ad non eſſe*. Abeſt particula, *ad*, a „ MSS. quae & alias ab Auguſtino non „ adhibetur poſt verbum *tendit*, ut lib. „ 4. huius operis c. 10. *Ergo tum o-* „ *riuntur, & tendunt eſſe.*] Praeferunt eam particulam & Am. Er. Som. Abeſt vero a MSS. Car. & optimo S. Cr. Aliquis codex pro, *ad*, habet, *in*. Rlcar. *niſi quia non tendit. Et tamen &c.* Tendere hic idem eſt ac pergere: Dicimus autem: pergo ad Romam: &, pergo Romam.

C A P U T XV.

A R G U M E N T U M.

Quamquam ita temporis incerta natura ſe mox rapiat, atque e manibus noſtris labatur; adhuc, quod mirum eſt, longum, & breve (praeterito quidem, & futuro inſpectis) facile illud appellamus! Quomodo vero longum, aut breve, quod minime exſiſtit? An corrigendus error hac ſermonis formula: Praeteritum longum fuit, Futurum longum erit? In ſimilem vero ſcopulum impingemus. Uti etiam ſi dicatur: Longum praeteritum cum eſſet, Longum futurum, cum erit praeſens. Praeſens quippe mox abit, & nullam omnino extenſionem patitur.

ET tamen dicimus longum tempus, & breve tempus; neque hoc niſi de praeterito aut futuro dicimus: Praeteritum tempus longum, verbi gratia, vocamus ante centum annos, futurum itidem longum poſt centum annos. Breve autem praeteritum, ſicut puta, dicimus ante decem dies, & breve futurum poſt decem dies. Sed quo pacto longum eſt, aut breve, quod non eſt? Praeteritum enim iam non eſt, futurum nondum eſt. Non itaque dicamus, longum eſt: ſed dicamus de praeterito, longum fuit, & de futuro, longum erit. Domine Deus

meus,

meus, lux mea, nonne & hic veritas tua deridebit hominem? Quod enim longum fuit praeteritum tempus, cum iam eſſet praeteritum longum fuit, an cum adhuc praeſens eſſet? Tunc enim poterat eſſe longum, quando erat quod eſſet longum: praeteritum vero iam non erat; unde nec longum eſſe poterat, quod omnino non erat. Non ergo dicamus, longum fuit praeteritum tempus, neque enim inveniemus quid fuit longum: quando ex quo praeteritum eſt, non eſt. Sed dicamus, longum fuit illud praeſens tempus; quia cum praeſens eſſet, longum erat. Nondum enim praeterierat ut non eſſet, & ideo erat quod longum eſſe poſſet. Poſtea vero quam praeteriit, ſimul & longum eſſe deſtitit, quod eſſe deſtitit.

II. Videamus ergo, o anima humana, utrum & praeſens tempus poſſit eſſe longum; Datum enim tibi eſt (*a*) ſentire moras, atque metiri. Quid reſpondebis mihi? an centum anni praeſentes longum tempus eſt? vide prius, utrum poſſint praeſentes eſſe centum anni. Si enim primus eorum annus agitur, ipſe praeſens eſt: nonaginta vero & novem futuri ſunt, & ideo nondum ſunt: ſi autem ſecundus annus agitur, iam unus eſt praeteritus, alter praeſens, ceteri futuri. Atque ita ſi mediorum quemlibet centenarii huius numeri annum praeſentem poſuerimus, ante illum praeteriti erunt, poſt illum futuri; quo circa centum anni praeſentes eſſe non poterunt. Vide ſaltem utrum qui agitur unus, ipſe ſit praeſens; Et eius enim ſi primus agitur menſis, futuri ſunt ceteri; ſi ſecundus, iam & primus praeteriit, & reliqui nondum ſunt. Ergo nec annus, qui agitur, totus eſt praeſens: & ſi non totus eſt praeſens, non eſt annus praeſens. Duodecim enim menſes annus eſt, quorum quilibet unus menſis qui agitur, ipſe praeſens eſt; ceteri autem, praeteriti aut futuri. Quamquam neque menſis, qui agitur, praeſens eſt, ſed unus dies; Si primus futuris ceteris; Si noviſſimus, praeteritis ceteris: ſi mediorum quilibet, inter praeteritos & futuros.

III. Ecce praeſens tempus, quod ſolum inveniebamus longum appellandum, vix ad unius diei ſpatium concretum eſt. Sed diſcutiamus etiam ipſum, quia nec unus dies totus eſt praeſens. Nocturnis enim & diurnis horis omnibus vinginti quatuor expletur; Quarum prima ceteras futuras habet, noviſſima praeteritas, aliqua vero interiectarum ante ſe praeteritas, poſt ſe futuras. Et ipſa una hora fugitivis particulis agitur: quidquid eius avolavit, praeteritum eſt; quidquid eius reſtat, futurum. Siquid intelligitur temporis, quod in nullas iam vel in minutiſſimas momentorum partes dividi poſſit, id ſolum eſt quod praeſens dicatur. Quod tamen ita raptim a futuro in praeteritum transvolat, ut nulla morula extendatur; Nam ſi extenditur, dividitur in praeteritum, & futurum: praeſens autem nullum habet ſpatium (*b*). Ubi eſt ergo tempus quod longum dicamus? An futurum? Non quidem dicimus, longum eſt, quia nondum eſt quod longum ſit; ſed dicimus, longum erit. Quando igitur erit? Si enim & tunc cum adhuc futurum erit, non erit longum: quia quid ſit longum, nondum erit: Si autem tunc erit longum cum ex futuro, quod nondum eſt, eſſe iam coeperit, & praeſens factum erit, ut poſſit eſſe quod longum ſit; iam ſuperioribus vocibus clamat praeſens tempus, longum ſe eſſe non poſſe.

 (*a*) De-

(*a*) *Datum enim tibi eſt &c.* = Anne igitur in animae meditationem revocanda eſt temporis extenſio, & qualiſcunque praeſentia? iuxta obſervationem S. Thomae, ſigno C. cap. praeced. recitatam. Inda S. D. per minutiora vagatur, ut oſteodat quid vulgo, quid proprie tempus praeſens ſit. Utque imperitis etiam conſtet, tempus hocce partes, vel extenſionem pati non poſſe. Interim facili adeo, lepidoque ſermone abſtruſae diſputationis horrorem, & faſtidiom temperat.

(*b*) *Praeſens autem nullum* (1) *habet ſpatium*. = Quod Ariſtoteles ſaepe profeſſus eſt: 4. Phyſic. c. 1. nou ſemel, ubi S. Thomas: *Aſſignat rationem eorum, quae dicuntur de nunc; & primo eius, quod dicitur: quod nihil eſt temporis, niſi nunc*. Qui etiam 1. p. q. 46. art. 3. ad 3. *Nihil fit, niſi ſecundum quod eſt, nihil autem eſt temporis, niſi nunc*. Et q. 66. art. 4. ad 5. *Nihil eſt actu accipere de tempore, niſi nunc*. Opuſc. tandem 44. fere ipſa Auguſtini verba imitatus = Quaelibet pars cuiuſlibet ſucceſſivi eſt diviſibilis in diverſas partes; ſi ergo aliquod ſucceſſivum exiſteret non ſolum ſecundum aliquod indiviſibile ſui, ſed ſecundum aliquam ſui partem: ſequitur quod multae partes alicuius ſucceſſivi ſimul eſſent, quod eſt contra rationem ſucceſſivorum] Quo etiam ſpectant illa Senecae ad Lucilium lib. 6. Naturalium Quaeſt. c. ultimo, ideſt ſub finem totius lib. = Fluit tempus, & avidiſſimos ſui deſerit. Nec quod futurum eſt, meum eſt, nec quod fuit. In puncto fugientis temporis pendeo &c. Eleganter Laelius ille ſapiens dicenti cuidam, *Sexaginta annos habeo: Hos, inquit, dicis ſexaginta, quos non habes?*

Noſtrum Complutenſe Collegium noviſſimi curſus; t. 2. lib. 4. Phyſic. diſp. 21. de tempore, q. 4. ita concludit = Dicendum eſt tempus non exiſtere ratione alicuius partis praeſentis (2), ſed ſolum per ſua indiviſibilia, ſeu inſtantia. Ita expreſſe Ariſt. D. Th &c. B. Albertus, Averroes, Themiſtius, Philoponus, Simplicius, & communiter Doctures &c. Probatur primo auctoritate D. Auguſt. lib. 11. Confeſſ. c. 15. ubi hanc ſententiam approbat, & acute ſuadet his verbis: *Si aliquid intelligitur temporis, quod &c. praeſens autem nullum habet ſpatium*.

C A P U T XVI.

A R G U M E N T U M.

Iterum maximam difficultatem urget; Ut contingat nos temporum intervalla intueri: & invicem comparare: ut dicamus quaedam aequalia: alia longiora: alia vero breviora. Equidem ſentiendo, fluentia tempora metimur; at vero quis praeterita, & futura metietur, cum minime exſiſtant?

ET tamen, Domine, ſentimus intervallo temporum, & comparamus ſibimet, & dicimus alia longiora, & alia breviora. Metimur etiam quanto ſit brevius, aut (*a*) longius illud tempus, quam illud, & reſpondemus, duplum eſſe hoc, vel triplum, illud autem ſimplum: aut tantum hoc eſſe, quantum illud. Sed praetereuntia metimur tempora, cum ſentiendo metimur (*b*); Praeterita vero quae iam non ſunt, aut futura quae nondum ſunt, quis metiri poteſt? niſi forte audebit quis dicere, metiri poſſe quod non eſt. Cum ergo praeterit tempus, ſentiri, & metiri poteſt; cum autem praeterierit, quoniam non eſt, non poteſt.

(*a*) *Quan-*

(1) V. in Pſal. 76. ad v. 6.

(2) Vid. infra c. 26. D.

(*a*) *Quanto ſit brevius, aut &c.* = Aliquis dicet, metiri nos ipſa tempora, non quidem recte: ſed aut in ſuperioribus menſuris: puta in ſiderum motu: aut in veſtigiis: aut in horologiis: vel naturalibus effectibus. Verum quid quod omnibus hiſce ſublatis, ipſa mente brevia, & longa tempora adtingimus? De hoc tamen infra cap. 23. litt. A.

(*b*) *Cum ſentiendo metimur* = An igitur tempora, ex noſtro animo pendent? iuxta dicta cap. 14. litt. C.? Sed de hoc nonnihil fuſius infra c. 20. = *Niſi forte audebit quis &c.* = Proxime elapſum, vel futurum tempus utcunque eſt, iuxta dicta cap. 14. C. At quum Auguſtinus agat hic de temporibus invicem conferendis: proxime elapſum, vel futurum nihil ad rem: tempora ſiquidem nonniſi integra, & iuxta omnem extenſionem conferri poſſunt.

C A P U T XVII.

A R G U M E N T U M.

Caute ſibi diſputandum cenſet, divino etiam ſubſidio implorato: Neque enim ita facile communem ſenſum vel pueris etiam commendatum, tria videlicet eſſe tempora, praeteritum, praeſens, & futurum, aequum eſt improbare, velut ſolum praeſens exſiſtat. Et quidem fieri poteſt, praeteritum etiam, & futurum exſiſtere: minime autem adparere, quod illud ex occulto emergat, hoc in occultum abeat. Quandoquidem nonnulli praecinere futura, nec deſunt qui praeterita enarrent. Ea igitur alicubi exſiſtere, & latere oportet, ubi conſpiciantur.

QUaero, Pater, non adfirmo (*a*), Deus meus praeſide mihi, & rege me. Quiſnam eſt qui dicat mihi, non eſſe (*b*) tria tempora, ſicut pueri didicimus, puerosque docuimus, praeteritum, praeſens & futurum; ſed tantum praeſens, quoniam illa duo non ſunt? An & ipſa ſunt; ſed ex aliquo procedit occulto, cum ex futuro fit praeſens; & in aliquod recedit occultum, cum ex praeſenti fit praeteritum? Nam ubi ea viderunt qui futura cecinerunt, ſi nondum ſunt? Neque enim poteſt videri id quod non eſt. Et qui narrant praeterita, non utique vera narrarent, ſi animo illa non cernerent. Quae ſi nulla eſſent, cerni omnino non poſſent. Sunt ergo & futura, & praeterita.

(*a*) *Non adfirmo.* = In implexis enim quaeſtionibus diſcutiendis, ne divinam lucem demerearis, opus eſt, ut modeſte incedas, nec quidquam temere praedices. En Auguſtinus pro inſpicienda temporis natura, pro re phyſica, vel metaphyſica, quaeque humana induſtria perfici poſſet, Dei lucem, & adiutorium ſibi precatur. Recole dicta c. 2. G. n. 6.

(*b*) *Qui dicat mihi non eſſe &c.* = Quis tantae audaciae erit? Videlicet docet nos Auguſtinus: etſi ingenti difficultate premamur, haud commune hominum placitum deſerendum. Immo ita, ut videa, loquitur, ut a nemine defectum iri certus ſit = *Sed ex aliquo &c.* An ſuſpicioni huic ſuffragari poſſumus ex eo, quod futura in aeternitate nobis occulta iam ſint: praeterita vero non omni modo, ſed ex nobis in eamdem aeternitatem abierint? In aeternitate ſcilicet iam Antichriſtus adceſſit: & Adam minime abiit. Sed, ut c. 19. liquet, de naturali hic praedictione loquitur.

CAPUT XVIII.

ARGUMENTUM.

Quoniam altiſſimarum etiam rerum ſecretiora in meridiana luce reponere geſtit: diſputat nunc, quid occultum illud ſit, ubi praeterita, & futura delitescant. Interim certus ea illic exſiſtere, ſive praeſentiam habere; licet cum narrantur praeterita, non ipſae prorſus res, ſed earum imagines memoriae virtute obiiciantur. Ex qua viſione utrum praeſententur futura ſubdubitat. Cumque circa controverſiam nonniſi quod eſt, inſpici poſſit: veroſimile ipſi videtur, quum praedicuntur futura, non ipſa prorſus, ſed ipſorum cauſſas, vel ſigna preſto eſſe; ut puta, ex aurorae praeſentia futurum Solis ortum praenuntiamus.

I. Sine me, Domine, amplius quaerere (*a*); ſpes mea, non conturbetur intentio mea. Si enim ſunt futura & praeterita, volo ſcire ubi ſint. Quod ſi nondum valeo, ſcio tamen, ubicunque ſunt, non ibi ea futura eſſe, aut praeterita, ſed praeſentia. Nam ſi & ibi futura ſunt, nondum ibi ſunt: ſi & ibi praeterita ſunt, iam ibi non ſunt. Ubicunque ergo ſunt quaecunque ſunt, non ſunt niſi praeſentia; Quanquam praeterita cum vera narrantur, ex memoria proferuntur (*b*); non res ipſae, quae praeterierunt, ſed verba concepta ex imaginibus earum, quae in animo velut veſtigia per ſenſus praetereundo fixerunt. Pueritia quippe mea quae iam non eſt, in tempore praeterito eſt quod iam non eſt; imaginem vero eius, cum eam recolo & narro, in praeſenti tempore intueor, quia eſt adhuc in memoria mea. Utrum ſimilis ſit cauſſa etiam praedicendorum futurorum, ut rerum quae nondum ſunt, iam exſiſtentes preſententiantur imagines (*c*), confiteor Deus meus, neſcio. Illud ſane ſcio, nos plerumque praemeditari futuras actiones noſtras, eamque praemeditationem eſſe praeſentem, actionem autem, quam praemeditamur nondum eſſe, quia futura eſt; quam cum adgreſſi fuerimus, & quod praemeditabamur agere coeperimus, tunc erit illa actio, quia tunc non futura, ſed praeſens eſt.

II. Quoquo modo ſe itaque habeat arcana praeſenſio futurorum, videri niſi quod eſt non poteſt. Quod autem iam eſt, non futurum, ſed praeſens eſt. Cum ergo videri dicuntur futura, non ipſa quae nondum ſunt, id eſt, quae futura ſunt, ſed eorum cauſſae, vel ſigna (*d*) forſitan videntur, quae iam ſunt: ideo non futura, ſed praeſentia ſunt iam videntibus, ex quibus futura praedicantur animo concepta; Quae rurſus conceptiones iam ſunt, & eas praeſentes apud ſe intuentur qui illa praedicunt. Loquatur mihi aliquod exemplum tanta rerum numeroſitas. Intueor auroram, oriturum ſolem praenuncio; quod intueor, praeſens eſt; quod praenuntio, futurum; non ſol futurus, qui iam eſt, ſed ortus eius, qui nondum eſt; tamen etiam ortum ipſum niſi animo imaginarer, ſicut modo cum id loquor, non eum poſſem praedicere. Sed nec illa aurora, quam in caelo video, ſolis ortus eſt, quamvis eum praecedat; nec illa imaginatio in animo meo, quae duo praeſentia cernuntur, ut futurus ille ante dicatur. Futura ergo nondum ſunt;

&

& ſi nondum ſunt, non ſunt: & ſi non ſunt, videri omnino non poſſunt; ſed praedici poſſunt ex praeſentibus, quae iam ſunt, & videntur.

(*a*) *Amplius quaerere.* = Fere Gedeon imitatur, in re quamquam diverſa Deo dicentem Iudic. 6. v. 39. *Ne iraſcatur furor tuus contra me, ſi adhuc ſemel tentavero &c.* Nam videtur ſibi nimis recondita quaerere = *Ubi ſint* = Scilicet quod ſit occultum illud, ex quo, iuxta dicta, futura eruantur, & in quod praeterita abeant.

(*b*) *Ex memoria proferuntur.* = Vide ut difficultates ſolvat, quibus videbatur ſuccumbere. Ita profecto, ſi naturali de narratione loquamur, quod enim in ſe abiit, in memoria aſſervatur. Merito vero addit; *non res ipſae &c.* Quum enim puta Auguſtinus Matris ſuae virtutes narrabat, non ipſa prorſus Monnica eidem S. Doctori praeſens erat, ſed ipſius imago, verbum, idolum.

(*c*) *Iam exiſtentes praeſentiantur* (1) *imagines.* = Lectionem hanc, ſicut & poſt paucas lineas ſequentem: *arcana praeſenſio futurorum*, vix in textum induximus in obſequium MSS. & BB. Patrum, qui in imo margine admonent = „ Editi plerique, *praeſentantur*: & paullo „ poſt, *praeſentia futurorum*. Reddimus „ lectionem MSS. quibus poſteriore lo„ co ſuffragatur Arn.] Si contextum, & rationem conſulas, lectio editorum, ſaltem aeque, loco utroque bona eſt. Verum tandem adquievimus, quod, ut vigilanti conſtabit, utriuſque unus, & idem ſit ſenſus.

Neſcio. = Verbum hocce & hic, & alibi non veram ignorantiam, ſed evidentiae, vel certitudinis abſentiam deſignat; ut patebit ex comment. ſeq.

(*d*) *Sed eorum cauſſae, vel ſigna &c.* = Non igitur *neſcis*. Sed tuo more quod exacte, & manifeſta demonſtratione mox ſtabilire non vales, te neſcire, ut es ſupra modum modeſtus, praedicas. Immo vero tam bene arcanum hoc adtigiſti, ut paulo poſt ex praeſentia aurorae diem praenuntiantis, exemplo, quod nec vulgaris lectoris captum ſuperet, rem in meridiana luce conſtitueris.

Iuvat autem huic cap. addere quae expendit S. D. lib. 4. de Trinit. cap. 17. n. 22. = Quamquam & Propheta„ rum nomen non omnino alienum eſt „ a litteris eorum (*perſtringit antiquos* „ *Philoſophos*) ſed plurimum intereſt, „ utrum experimento praeteritorum fu„ tura coniiciantur; ſicut medici mul„ ta praevidendo, etiam litteris man„ daverunt, quae ipſi experta notave„ runt; ſicut denique agricolae vel et„ iam nautae multa praenuntiant; (Ta„ lia enim ſi ex longis intervallis tem„ porum fiant, divinationes putantur) „ an vero iam ventura (2) proceſſerint, „ & longe viſa venientia nuntientur pro „ acuto ſenſu videntium, quod cum „ faciunt aereae poteſtates divinare cre„ duntur; tamquam ſi quiſquam de „ montis vertice aliquem longe videat „ venientem, & proxime in campo ha„ bitantibus ante nuntiet &c.

CA

(1) MS. Ricar. *praeſentiarum*.
(2) Sola fere editio Lov. *praeſenſerint*, *& longe viſo venientia nuntient*: minus bene.

C A P U T XIX.

A R G U M E N T U M.

A naturalibus nunc ad Divina; ſcire geſtiens ut Prophetae futura, quae cecinere, praeſenſerint. Mox fere ſtatueas, Deum, cui nihil futurum eſt, potius de futuris illos docuiſſe praeſentia. At fatetur interim, niſi Dei lumen adfulgeat, id arcani ab acie oculorum ſuorum procul abeſſe.

TU itaque regnator creaturae tuae, quis eſt modus, quo doces animas ea quae futura ſunt? Docuiſti enim Prophetas tuos. Quiſnam ille modus eſt (*a*) quo doces futura, cui futurum quidquam non eſt; vel potius de futuris doces praeſentia? Nam quod non eſt, nec doceri utique poteſt. Nimis longe eſt modus iſte ab acie mea, invaluit ex me, non potero ad illum (*b*); potero autem ex te, cum dederis tu, dulce lumen occultorum oculorum meorum.

(*a*) *Quiſnam ille modus eſt &c.* = Audi temetipſum vir a mortalium nullo edocende. Lib 4. de Trinit. c. 17. n. 22. ſtatim poſt verba ultimo comment. cap. praeced. laudata = An ab Angelis ſan-
„ ctis, quibus ea Deus per verbum, Sa-
„ pientiamque ſuam indicat, ubi & fu-
„ tura, & praeterita ſtant, vel quibuſdam
„ praenuntientur hominibus, vel ab eis
„ audita rurſus ad alios homines tranſ-
„ mittantur: an ipſorum hominum quo-
„ rumdam mentes in tantum evehantur
„ Spiritu Sancto, ut non per Angelos,
„ ſed per ſeipſas futurorum (1) ſtantes
„ cauſſas in ipſa ſumma rerum arce con-
„ ſpiciant. Audiunt enim iſta & aereae
„ poteſtates, ſive Angelis ea nuntian-
„ tibus, ſive hominibus: & tantum au-
„ diunt, quantum opus eſſe ille iudi-
„ cat cui ſubiecta ſunt omnia. Multa
„ etiam praedicuntur inſtinctu quodam,
„ & (2) impulſo ſpiritu neſcientium: ſi-
„ cut Caiphas neſcivit quid dixit, ſed
„ cum eſſet Pontifex, prophetavit.]
Lib. 12. de Gen. ad Litt. c. 19. = Illud
„ plane exemplorum experimentis colli-
„ gi datur, ſicut, corporum pallor, ru-
„ bor tremor, vel etiam morbus ali-
„ quando a corpore habet cauſſas, ali-
„ quando ab anima; & a corpore qui-
„ dem, cum vel humor ſuffunditur,
„ vel cibus, vel &c.; ab anima vero
„ cum vel timore turbatur, vel &c.
„ ita & ipſi animae ut in ea viſa per-
„ gat, quae non ei per ſenſus corpo-
„ ris nuntiantur, ſed per incorporalem
„ ſubſtantiam, & ita pergat, ut non
„ diſcernat, utrum corpora ſint, an
„ ſimilitudines corporum, aliquando a
„ corpore accidit, aliquando a ſpiritu;
„ & a corpore quidem, ſive naturali
„ viciſſitudine, ut ſunt viſa ſomnian-
„ tium, dormire quippe a corpore eſt
„ homini; ſive aliqua mala valetudine
„ ſenſibus perturbatis, ut eum a phre-
„ neticis ſimul & corpora videntur, &
„ viſa ſimilia corporibus tamquam &
„ ipſe prae oculis adſint; aut penitus
„ interclusi, ſicut ſaepe male affecti mor-
„ bo aliquo ingraveſcente, praeſente
„ corpore diu abſentes, deinde homini-
„ bus redditi, multa ſe vidiſſe dixe-
„ runt: a ſpiritu vero cum omnino ſa-
„ no, atque integro corpore in alienatio-
„ nem rapiuntur, ſive ita, ut per
„ ſenſus corporis corpora videant, &
„ in ſpiritu quaedam ſimilia, quae a cor-
„ poribus non diſcernant; ſive penitus
„ avertantur a ſenſibus carnis, & ni-
„ hil per eos omnino ſentientes, illa ſpi-
„ ritali viſione habitent in ſimilitudinibus
„ corporum &c. Sed cum a corpore
„ cauſſa eſt, ut talia viſa cernantur, non
„ ea corpus exhibet; neque enim habet
„ eam,

(1) Editi *inſtantes cauſſas*. Melius MSS. *ſtantes cauſſas*. Ex his Vaticanus quidam poſtea habet, *in ipſa ſummarum arce conſpiciant*.
(2) Plures MSS. *impulſu ſpiritus*.

Digitized by Google

„ eam vim, ut ſormat aliquid ſpiritale;
„ ſed ſopito, aut perturbato, aut etiam
„ intercluſo itinere intentionis a cerebro,
„ qua dirigitur ſentiendi motus, anima
„ ipſa, quae motu proprio ceſſare ab
„ hoc opere non poteſt, quia per cor-
„ pus non ſinitur, vel non plene ſinitur
„ corporalia ſentire, vel ad corporalia
„ vim ſuae intentionis dirigere, ſpiritu
„ corporalium ſimilitudines agit, aut in-
„ tuetur obiectas. Et ſi quidem eas ipſa
„ agit, phantaſiae tantum ſunt, ſi au-
„ tem obiectas intuetur, oſtenſiones ſunt
„ &c.] Et proſequitur per plura, at-
que doctiſſima. Lib. 2. de QQ. diverſ.
ad Simplician. q. 1. quae eſt, Quomodo
dictum ſit, *Et inſiluit ſpiritus Domini
in Saul* (1), n. 1. = Spiritus (2) ubi vult
„ ſpirat; & ſpiritum Prophetiae nullarum
„ animarum poteſt maculare contactus.
„ Adtingit enim (3) ubique propter ſuam
„ munditiam. Afficit autem non omnes eo-
„ dem modo, ſed alios per informationem
„ ſpiritus eorumdem hominum, ubi rerum
„ demonſtrantur imagines, alios per fru-
„ ctum (4) mentis ad intelligentiam;
„ alios utraque inſpiratione; alios etiam
„ neſcientes. Sed per informationem ſpi-
„ ritus, duobus modis; aut per ſomnium,
„ ſicut non ſolum plerique ſancti, ſed &
„ Pharao (5), & Nabuchodonoſor (6) rex
„ vidit quod nemo eorum intelligere va-
„ lebat, ſed tamen videre uterque po-
„ tuerat: aut per demonſtrationem in
„ ecſtaſi, quod nonnulli latini ſtupo-
„ rem (7) interpretantur; minus ſi pro-
„ prie, ſed vicine tamen, cum ſit men-
„ tis alienatio a ſenſibus corporis, ut
„ ſpiritus hominis divino ſpiritu aſſum-
„ tus, capiendis, atque intuendis imagi-
„ nibus vacet; ſicut Danieli demonſtra-
„ tum eſt quod non intelligebat, & Pe-
„ tro (8) illud vas ſubmiſſum de caelo
„ quatuor lineis (9): nam & ipſe quid
„ illa demonſtratio figuraret poſtea co-
„ gnovit. Per fructum autem mentis ad
„ intelligentiam uno modo, cum haec
„ ipſa, quae demonſtrantur imaginibus
„ quid ſignificent, & quo pertineant re-
„ velatur, quae certior prophetia eſt;
„ nam magis ipſam vocat Apoſtolus pro-
„ phetiam (10): ſicut Ioſeph meruit intelli-
„ gere, quod Pharao nonniſi videre; &
„ Daniel exponit regi, quod ille cernit,
„ & neſcit. Cum vero ita mens effici-
„ tur, ut non rerum imagines coniectu-
„ rali examinatione intelligat, ſed res
„ ipſas intueatur, ſicut intelligitur ſa-
„ pientia, & iuſtitia, omniſque incom-
„ mutabilis, & divina ſpecies, ad pro-
„ phetiam, de qua nunc agimus, non
„ pertinet, Utroque autem munere pro-
„ phetiae donantur hi, qui & rerum
„ imagines in ſpiritu vident, & quid va-
„ leant, ſimul intelligunt, aut certe ma-
„ nifeſtis locutionibus in ipſa demonſtra-
„ tione informantur, ſicut in Apocalypſi
„ quaedam exponuntur &c.] Lib. con-
tra Adimantum Manich. diſcipulum,
cap. 28. n. 2. = Nam multa genera
„ viſionis in Scripturis ſanctis inveniun-
„ tur. Unum ſecundum oculos corpo-
„ ris, ſicut vidit Abraham (11) tres vi-
„ ros ſub ilice Mambre, & Moyſes (12)
„ ignem in rubo, & diſcipuli transfigura-
„ tum Dominum (13) in monte inter Moy-
„ ſen, & Eliam: & cetera huiuſmodi. Al-
„ terum ſecundum quod imaginamur ea,
„ quae per corpus ſentimus: nam &
„ pars ipſa noſtra cum divinitus aſſumi-
„ tur, multa revelantur, non per ocu-
„ los corporis, aut aures, aliumve ſen-
„ ſum carnalem, ſed tamen his ſimilia,
„ ſicut vidit Petrus (14) diſcum illum
„ ſubmitti e caelo cum variis animali-
„ bus, Ex hoc genere eſt etiam illud
„ Iſaiae (15), quod imperitiſſime impii re-
„ prehendunt. Non enim Deum forma
„ corporea circumterminat; ſed quem-
„ admodum figurate, non proprie, mul-
„ ta dicuntur, ita etiam figurate multa
„ monſtrantur. Tertium autem genus
„ viſionis eſt ſecundum mentis intuitum,
„ quo intellecta conſpiciuntur veritas,
„ atque ſapientia; ſine quo genere illa
„ duo, quae prius poſui, vel infru-
„ ctuoſa ſunt, vel etiam in errorem
„ mittunt. Cum enim ea, quae ſive
„ corporeis ſenſibus, ſive illi parti ani-
„ mae, quae corporalium rerum ima-
„ gines capit divinitus demonſtrantur,
„ non ſolum ſentiuntur his modis, ſed
„ etiam mente intelliguntur, tunc eſt
„ perfecta revelatio. Ex hoc tertio gene-
„ re eſt viſio illa, quam commemoravi,
„ dicente Apoſtolo (16)? *Inviſibilia enim
„ Dei &c.* Hac viſione videtur Deus,
„ cum per pietatem fidei, & per agni-
„ tio-

(1) 1. Reg. 10. 10.
(2) Ioan. 3. 8.
(3) Sap. 7. 24.
(4) *Dictum*, vel *provectum*.
(5) Gen. 41. 11.
(6) Dan. 2. 1. & 4. 1.
(7) Oſto MSS. *pavorem*.
(8) Act. 10. 11. & 11. 5.
(9) Sic praecipui MSS. MSS. at editi, *linteis*.
(10) Cor. 12. 2. 1.
(11) Gen. 18. 1.
(12) Exodi 3. 2.
(13) Matt. 17. 2.
(14) Act. 10. 11. & 11. 5.
(15) Iſ. 6. v. 1. & 2.
(16) Rom. 1. 20.

Digitized by Google

„ tionem Dei morum optimorum corda „ mundantur. Quid enim profuit Balthaſari (1) regi, quod manum ſcribentem ante oculos ſuos in pariete conſpexit? Cui viſioni quia non potuit adiungere mentis adſpectum, quaerebat adhuc videre quod viderat &c. Non eſt „ autem propheta veri Dei, & ſummi, qui „ oblita divinitus viſa, vel ſolo corpore, „ vel etiam illa parte ſpiritus videt qua „ corporum capiuntur imagines, & men„ te non videt. „

Qui hocce arcanum plenius meditari geſtit, videat integros textus; nos enim brevitatis cauſſa plurima omiſimus. Sed & conſulere poterit lib. 1. de Conſenſu Evang. c. 14. n. 37. & lib. 11. de Civit. Dei, c. 4. n. 1. Nec non S. Thom. in cap. 1. Iſaiae. Recole etiam dicta ex noſtro Incognito l. 9 c. 4. D.

(*b*) *Non potero ad illam*. = Loquitur ex v. 6. Pſal. 138. quem ipſe ſic legit: *Mirificata eſt ſcientia tua ex me, invaluit, non potero ad illam*. Exponit autem n. 9. = Ex peccato meo factum „ eſt, ut mirificata mihi eſſet, & incom„ prehenſibilis mihi exſiſteret. Nam erat „ mihi facilitas contemplandi te, quando „ non ſuperbia reliqueram te &c. Subau„ dis, *ex me*. Non potero ad illam ex „ me. Cum ergo potero, non potero „ niſi ex te. „

C A P U T XX.

A R G U M E N T U M.

Ad priſtinum rediens aenigma, contendit praeterita, & futura tempora, ſublatis ambagibus, vera propria exſiſtentia carere. Ad ſummum autem huncce ſermonem ſerio probari poſſe: Tempora ſunt tria: praeſens de praeteritis: praeſens de praeſentibus: praeſens de futuris. Haec enim vere animae inſident, quam ſi tollas, minime tempora adparent. Licet communi loquendi modo, cui plura indulgenda ſunt, ſi veritas interim retineatur, nequaquam reluctetur.

QUod autem nunc liquet & claret, nec futura ſunt, nec praeterita. Nec proprie dicitur, tempora ſunt tria, praeteritum, praeſens, & futurum; ſed fortaſſe proprie diceretur, tempora ſunt tria: praeſens de praeteritis, praeſens de praeſentibus, praeſens de futuris. Sunt enim haec in anima tria quaedam, & alibi ea non video. (*a*) Praeſens de praeteritis memoria, praeſens de praeſentibus contuitus, praeſens de futuris exſpectatio. Si haec permittimur dicere, tria tempora video, fateorque, tria ſunt. Dicatur etiam, tempora ſunt tria, praeteritum, praeſens, & futurum, ſicut abutitur conſuetudo, dicatur; ecce non curo, nec reſiſto, nec reprehendo; dum tamen intelligatur quod dicitur, neque id, quod futurum eſt, eſſe iam; neque id, quod praeteritum eſt. Pauca ſunt enim, quae (*b*) proprie loquimur, plura non proprie; ſed agnoſcitur, quid velimus.

(*a*) *Et alibi ea non video*. = An prorſus concludendum eſt, tempus nonniſi in hominis ratione conſiſtere? Recole dicta cap. 14. C. & 16. B. Et quidem ita dicendum de praeterito, & futuro certum videtur; ſed Auguſtinus loquitur hic de praeſenti. Noſtrum Complut. Colleg. noviſſimi curſus Philoſoph. t. 2. l. 4. Phyſ. diſput. 21. de tem. q. 1. *An, & quid ſit tempus*: cum ſtatuiſſet illud ens eſſe reale, ac vere exſiſtere: obiicit ſibi inde auctoritatem S. Th. quam dedimus c. 14.

(1) Dan. 5. 5.

Digitized by Google

c. 14. C. eanique hoc pacto ad ſuam ipſius cauſſam explicat. = Nec refert
„ ſi nobis opponas eundem S. D. in 1. &c.
„ Quae verba ſatis inſinuant quod tempus
„ formaliter acceptum eſt ens rationis. Non
„ inquam refert, quia cum D. Th. dicit
„ tempus compleri per actum intellectus,
„ loquitur de complemento extrinſeco,
„ quod ſupponit veram entitatem; eo
„ ſane modo, quo res ab intrinſeco in-
„ telligibilis completur in ſua intelligi-
„ bilitate, quando actu intelligitur. Nu-
„ meratio quippe, quam S. D. aſſerit
„ eſſe formale in numero, alia eſt fun-
„ damentalis, ſive radicalis; alia vero
„ formalis, ſive actualis. Prior conſiſtit
„ in entitate menſurae intrinſece com-
„ municatae menſurato: poſterior autem
„ importat actum intellectus, per quem
„ ſuppoſitis menſura, & menſurabili,
„ certificamur de quantitate illius. Et
„ haec ultima numeratio, ſive menſu-
„ ratio eſt complementum extrinſecum
„ prioris. Tempus autem eſſentialiter,
„ ac formaliter ſumptum dicit ſolam pri-
„ mam numerationem, quam certum eſt
„ dari abſque operatione intellectus, &
„ ideo tempus eſt ens reale; per poſte-
„ riorem vero numerationem, quam eſ-
„ ſentialiter non importat, ſolum com-
„ pletur extrinſece &c. „

Au expoſitio haec & Auguſtini ſermoni aptari poteſt? Maxime quum licet in eo & praeſens tempus involvatur: tamen ſi integer textus, & praecedentia adtendantur, commode dici poſſit, Auguſtinum potiſſimum, ac etiam tantum pro praeterito, & futuro animae ſubſidium provocare.

(*b*) *Pauca ſunt enim quae &c.* = Tot ſe offerunt veritatis huius exemple, & quidem notiſſima omnibus, ut pigeat. & dedeceat peculiare referre. Id vero alibi Auguſtinus obſervavit, & expertus eſt. Lib. 5 de Civit. Dei, c. 1. =
„ Prorſus divina providentia regna con-
„ ſtituuntur humana. Quae ſi propterea
„ quiſquam fato tribuit, quia ipſam Dei
„ voluntatem, vel poteſtatem fati nomi-
„ ne appellat, ſententiam teneat, lin-
„ guam corrigat. Cur enim hoc pri-
„ mum dicit, quod poſtea dicturus eſt,
„ cum ab illo quiſquam quaeſierit quid
„ dixerit fatum? Nam id homines quan-
„ do audiunt, uſitata loquendi conſue-
„ tudine, non intelligunt niſi vim poſi-
„ tionis ſiderum, qualis eſt quando quis
„ naſcitur, ſive concipitur &c.] Quod etiam latius obſervat infra cap. 8., & 9. Et contra duas Epiſt. Pelagian. lib. 2. c. 6. n. 12. Vide etiam, ſi places lib. de Dono perſev. c. 1. Huc ſpectat etiam illud Ariſtot. *Cum pluribus eſt loquendum, cum paucioribus vero ſentiendum.*

C A P U T XXI.

A R G U M E N T U M.

Quam cap. 16. exorſus fuerat orationem, ut menſuremus tempus, repetit, ac pertexit: Utut autem res de praeterito, & futuro ſe habeat: qua ratione tempus praeſens metiamur, difficile dictu videtur. Menſura quippe extenſionem praeexigit, quam tamen praeſens minime patitur.

DIxi ergo paulo ante, quod praetereuntia tempora metimur, ut poſſimus dicere, duplum eſſe hoc temporis ad illud ſimplum, aut tantum hoc, quantum illud, & ſi quid aliud de partibus temporum poſſumus renuntiare metiendo: Quo circa, ut dicebam, praetereuntia metimur tempora. Et ſi quis mihi dicat, Unde ſcis? Reſpondeam, ſcio quia metimur, nec metiri quae non ſunt poſſumus: & non ſunt praeterita vel futura. Praeſens vero tempus quomodo metimur, quando non habet ſpatium? Metitur ergo cum praeterit; cum autem praeterierit, non metitur: quid enim metiatur; non erit. Sed unde, & qua, & quo praeterit, cum metitur? unde, niſi ex futuro? qua niſi per praeſens? quo niſi in praeteritum? Ex illo ergo quod nondum eſt, per illud quod ſpatio caret, in illud quod iam non eſt. Quid

autem metimur, niſi tempus in aliquo ſpatio? Neque enim dicimus ſimpla, & dupla, & tripla, & aequalia, & ſi quid hoc modo in tempore dicimus, niſi inter ſpatia temporum. In quo ergo ſpatio metimur tempus praeteriens? Utrum in futuro, unde praeterit? Sed quod nondum eſt, non metimur. An in praeſenti, qua praeterit? Sed nullum ſpatium (*a*) non metimur. An in praeterito, quo praeterit? ſed quod iam non eſt, non metimur.

(*a*) *Sed nullum ſpatium &c.* = Diximus in praecedentibus, a nonnullis ſpatium ſic confici; ut inſtans cum partibus prope vel praeteritis, vel futuris ſumatur &c. Verum cum infra haſce difficultates proximius urgeat S. D. plures etiam ſententias offerens, quibus illae aut complanentur, aut complanari poſſe videantur: hic conticeſcimus, opportunis locis quaedam dicturi.

Interim pro quibusdam nimis arduis, atque ſubtilibus, quae, ſaltem ut optime & exacte exponenda, humanum, ni fallimur, captum ſuperant, ſit Auguſtinus ſibimetipſi magiſter, & doctor: inquit enim in Pſal. 98. ad v. 1. n. 3. = Forte dicturus es, Et quando in me erit plenitudo ſcientiae? Et quis poteſt ad tantum culmen (1) pervenire, ut ſit in illo plenitudo ſcientiae? Putas hoc velle Deum, ut in nobis iſta plenitudo ſcientiae, ut noverimus aut quot ſint ſtellae, aut quot ſint grana, non dico arenae, ſed tritici, aut quot poma pendeant in arbore? Ille novit omnia: quia capilli noſtri numerati ſunt Deo. (2)] Immo Eccleſ. 1. v. 8. *Cunctae res difficiles: non poteſt homo eas explicare ſermone.* Unde gravioris iudicii hominibus admodum exploratum, & fere palpabile eſt, plurima nedum divina, ſed & naturalia ad Philoſophiam ſive abſtractam, ſive mechanicam: nec non ad Medicinam ſpectantis nimis preſſe, & exacte ſumta mortalium mentes, ſaltem originali culpa gravatas vincere, ſuperexcedere. Quis exacte, & preſſe digeret, & exponet v. g. quae partium ſeries, & compoſitio mala a pyris diſtinguat? &c.

CAPUT XXII.

ARGUMENTUM.

Implicatiſſimum aenigma iſtud, Ut metiamur tempus, haud abiiciendum putat: ſed divino etiam ſubſidio implorato, atque Redemtoris interpoſitis meritis, extricare geſtit: Quandoquidem bonum id deſiderii ex eloquiorum Divinorum ſtudio conceptum. Ecce quot in tempore, re cunctis notiſſima, deliteſcentia arcana nobis ſudores eliciant!

EXarſit animus meus noſſe iſtud implicatiſſimum aenigma. Noli claudere Domine Deus meus, bone Pater, per Chriſtum obſecro, noli claudere deſiderio meo iſta, & uſitata & abdita, quo minus in ea penetret, & diluceſcant adlucente miſericordia tua Domine. Quem percontabor de his, & cui fructuoſius confitebor imperitiam meam niſi tibi, cui non ſunt moleſta ſtudia mea, flammantia vehementer in Scripturas tuas? Da quod amo: amo enim, & hoc tu dediſti. Da Pater qui vere noſti data bona dare filiis tuis (3). Da, quoniam ſuſcepi cognoſcere (*a*), & labor eſt ante me, donec aperias. Per Chriſtum obſecro, in nomine eius Sancti Sanctorum, nemo mihi obſtrepat. Et ego credidi,

(1) Vox, *culmen* abeſt a MSS. & loco, *ad tantum*, quidam habent, *ad tantam*.

(2) Matth. 10. 30.
(3) Matth. 7. 11.

di, propter quod & loquor (1). Haec eſt ſpes mea (2); ad hanc vivo (*b*), ut contempler delectationem Domini. Ecce veteres poſuiſti dies meos, & tranſeunt, & quomodo, neſcio. Et dicimus: tempus, & tempus, tempora, & tempora. Quamdiu dixit hoc ille, quandiu fecit hoc ille: & quam longo tempore illud non vidi: & duplum temporis habet haec ſyllaba ad illam ſimplam brevem. Dicimus haec, & audimus haec; & intelligimur, & intelligimus. Manifeſtiſſima & uſitatiſſima ſunt; & eadem rurſus nimis latent, & nova eſt inventio eorum.

(*a*) *Suſcepi cognoſcere &c.* = Ita Benedictini, quos audire placet. = Bad. „ Am. Er. Lov. *cognoſcere te*. Expungendum eſt, *te*, iuxta MSS. & Arn. quia „ de tempore, non de Deo cognoſcendo „ loquitur Auguſtinus.] Ita etiam MS. optimus S. Cr. 2. Med. Ricar. Feſ. & Car. At. Vet. Som. & 3. MSS. editis ſuffragantur.

Loquitur autem ex v. 16. Pſ. 72. *Exiſtimabam ut cognoſcerem, labor eſt ante me*. Qui apud ipſum ſic legitur: *Et ſuſcepi cognoſcere. Hoc labor eſt ante me*. Exponitur vero n. 22., & 23. „ Vere magnus labor &c. Magna vis „ quaeſtionis: ideo, *Hoc labor eſt an-* „ *te me*. Quaſi ſtat mihi in facie murus „ quidam: ſed habes vocem Pſalmi (3), „ In Deo meo tranſgrediar murum. „ *Hoc labor eſt ante me*. Verum dicis, „ labor eſt ante te, ſed ante Deum non „ eſt labor: fac te ante Deum, ubi non „ eſt labor, & nec tibi erit labor. „

Sancti Sanctorum. = Ita Chriſtus ab Angelo Gabriele praedicatur Daniel. 9. 24. *Et ungatur Sanctus Sanctorum*. Nedum quippe ipſe eſt caput ſanctorum; ſed ipſius meritis omnes ſancti tales fiunt. = *Nemo mihi obſtrepat*: = Ut dixit etiam ſub finem c. 43. l. 10. *Non calumnientur mihi ſuperbi &c.* Imitatur vero Apoſt. Galat. 6. 17. dicentem: *De cetero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim &c.*

(*b*) *Ad hanc vivo*. = Ita BB. qui admonent. = Lov *ad hanc inhio*. re- „ cte, niſi alii refragarentur & editi, „ & ſcripti codices, qui magno conſen- „ ſu ferunt, *ad hanc vivo*.] Praeferunt etiam comunem lectionem Ver. MSS. 4. Med. Ricar. unus S. Cr. & Feſ. At Car. habet: *An hic vivo*. Et ratio vero nobis ſuavere videtur: Ad Dei enim mirabilia celebranda vivere magis eſt, quam illis, ſeu ad illa inhiare.

Ut contempler delectationem Domini. = Ita apud Auguſtinum v. 4. Pſal. 26. quo loco noſtra vulgata habet: *Ut videam voluptatem Domini*, exponitur autem Enar. 1. *Eo fine ſcilicet, ut in fide perſeveranti appareat mihi ſpecies delectabilis, quam facie ad faciem contempler*. = *Ecce veteres &c.* = Talis pariter apud ipſum v. 6. Pſal. 38. Cum tamen noſtra vulgata: *Ecce menſurabiles &c.* = Ubi S. D. = Veteraſcunt enim „ hi, ego novos volo, novos nunquam „ veteraſcentes: ut dicam, Vetera (4) „ tranſierunt, ecce facta ſunt nova: „ nunc in ſpe, tunc in re. Innovati e- „ nim fide, & ſpe, quanta adhuc vete- „ ra agimus? Non enim ſic Chriſto in- „ duti ſumus, ut ex Adam iam nihil „ portemus &c. „

(1) Pſal. 115. 1.
(2) Pſal. 141. 6.
(3) Pſal. 17. 30.
(4) 2. Cor. 5. 17.

C A P U T XXIII.

A R G U M E N T U M.

Hac dum torqueretur difficultate, reſponſum a viro docto oblatum, Solis, Lunae, ſiderumque motui tempus inſidere contendens haud libenter excepis: in ſuſpicionem deductus, omnium prorſus corporum motu tempus progigni. Quandoquidem caeli luminibus quieſcentibus, rota vero figuli in orbem acta, annonne, ut non uno modo oſtendi poteſt, tempus excurreret? Aperit inde quaeſtionis vim: oſtenditque pluribus reſponſum non quidem contemnendum, ſed nec ad rem ſuam eſſe; nec enim late, & utcunque, ſed preſſius, atque ſecretius aenigma illud intuetur; nec vero fortean abſimile eſt ipſi prorſus extenſioni tempus inſidere.

I. AUdivi a quodam homine docto, quod ſolis & lunae, ac ſiderum motus, ipſa ſint tempora, & non annui (*a*). Cur enim non potius omnium corporum motus ſint tempora? An vero ſi ceſſarent caeli lumina, & moveretur rota figuli (*b*), non eſſet tempus quo metiremur eos gyros, & diceremus, aut aequalibus morulis agi, aut ſi alias tardius, alias velocius moveretur, alios magis diuturnos eſſe, alios minus? Aut cum hoc diceremus, non & nos in tempore loqueremur, aut eſſent in verbis noſtris aliae longae ſyllabae, aliae breves, niſi quia illae longiore tempore ſonuiſſent, iſtae breviore? Deus, dona hominibus videre in parvo communes notitias rerum parvarum, atque magnarum. Sunt & ſidera, & (*b*) luminaria caeli in ſignis, & in temporibus, & in annis, & in diebus: ſunt vero, ſed nec ego dixerim circuitum illius ligneolae rotae (*c*) diem eſſe, nec tamen ideo tempus non eſſe, ille dixerit.

II. Ego ſcire cupio vim naturamque temporis, quo metimur corporum motus, & dicimus illum motum, verbi gratia, tempore duplo eſſe diuturniorem, quam iſtum. Nam quaero, quoniam dies dicitur, non tantum mora ſolis ſuper terram, ſecundum quod aliud eſt dies, aliud nox, ſed etiam totius eius circuitus, ab oriente uſque ad orientem, ſecundum quod dicimus. Tot dies tranſierunt; cum ſuis enim noctibus dicuntur tot dies, nec extra reputantur ſpatia noctium. Quoniam ergo dies expletur motu ſolis, atque circuitu ab oriente uſque ad orientem; quaero utrum motus ipſe ſit dies, an mora ipſa quanta peragitur, an utrumque. Si enim primum dies eſſet: dies ergo eſſet etiam ſi tanto ſpatio temporis ſol curſum illum peregiſſet, quantum eſt horae unius. Si ſecundum: non ergo eſſet dies, ſi ab ortu ſolis uſque in ortum alterum, tam brevis mora eſſet, quam eſt horae unius, ſed vicies, & quater circumiret ſol ut expleret diem. Si utrumque, nec ille appellaretur dies, ſi horae ſpatio ſol totum ſuum gyrum circumiret, nec ille, ſi ſole ceſſante tantum temporis praeteriret, quanto peragere ſol totum ambitum de mane in mane adſolet. Non itaque nunc quaeram, quid ſit illud, quod vocatur dies: ſed quid ſit tempus quo metientes ſolis circuitum, diceremus cum dimidio ſpatio temporis peractum minus quam ſolet, ſi tanto ſpatio temporis peractus eſſet, quanto peraguntur horae duodecim. Et utrumque tempus compa-

ran-

rantes, diceremus illud ſimplum, hoc duplum, etiam ſi aliquando illo ſimplo, aliquando iſto duplo ſol ab oriente uſque ad occidentem circumiret. Nemo ergo mihi dicat caeleſtium corporum motus eſſe tempora: quia & cuiuſdam voto cum ſol ſtetiſſet, ut victorioſum praelium (c) perageret, ſol ſtabat, ſed tempus ibat. Per ſuum quippe ſpatium temporis, quod ei ſufficeret, illa pugna geſta, atque finita eſt. Video igitur tempus quandam eſſe diſtenſionem. Sed video, an videre mihi videor? Tu demonſtrabis lux, veritas.

(a) *Et non annui.* = Omnino haec lectio praeſerenda eſt; & audiendi Benedictini, qui licet habeant, *nil annui*, haec in margine commonent, = Sic legendum ,, videtur cum MSS. Vedaſtinis duobus, ,, & Corbeienſi; vel cum Arn. *& non* ,, *annui*. Ubi Germanenſis codex habet, ,, *& non abnui*. Lov. vero cum aliquot ,, MSS. *& non anni*. Er. *& anni*. Deni- ,, que Bad. & Am. *& non animi*] Vet. Som. ſex MSS. Lov. At editio Baſil. 2. MSS. Med. Ricar. MS. S. Mar. & optimus S. Cr. nobis ſuffragantur. MS. S. Cr. *non ab anni*. manifeſta oſcitantia. In margine editionis Am. alias *anni*. Noſtra lectio & magna codicum auctoritate & ratione quoque ſtabilitur. Sequitur quippe, *Cur enim non potius &c.* quibus verbis Auguſtinus rationem exhibet, cur docti illius opinioni minime adquieverit. Cui ſcopo lectio quoque a Benedictinis adoptata maxime congruit; at integro textui reluctatur: infra enim profitetur S. D. eamdem opinionem ſe nonnihil probare: ut maxime ex dicendis patebit. De hac vero lectione eatenus paullo fuſius diſputavimus, quod ex ea, ut liquet, magnum negotium pendeat.

Ceterum illius docti ſententia ſi longe ab Auguſtini ſcopo ſumatur, plurium Philoſophorum calculis ſtabilitur. Ioann. a S. Th. Ord. Praed. t. 2. Natural. Philoſoph. q. 18. *de tempore*, art. 3. Quod ſit ſubiectum intrinſecum, & extrinſecum temporis. = Dico primo tempus ſumptum ,, ſtricte pro menſura regulari motus, ,, ſubiective eſt in primo motu, & ibi ,, habet rationem menſurae intrinſecae ,, reſpectu ſui, & extrinſecae reſpectu ,, aliorum motuum. Prima pars conſtat ,, ex D. Th. & Ariſtot. hoc libro lect. ,, 23. & 1. p. q. 10. ar. 6. & in 2. Diſt. ,, 12. q. 1. ar. 5. ad 3. Conſtat enim ,, quod inter omnes motus uniformior, & ,, regularior eſt primus motus coeli; & ,, eſt minus deficiens, & ſimpliciter notior, ,, quia quotidie volvitur, ergo duratio ,, in illo exiſtens eſt menſura caeterorum. Verum tamen eſt; quod ad di- ,, ſtinguendum, & memoriae commen- ,, dandum ipſum tempus, & motum ,, coeli utimur quibusdam ſignis, ut bo- ,, rologiis, ſcripturis, vel aliis ſimili- ,, bus, quibus deſignamus annos, & ,, menſes, non quod iſta ſint tempus, ,, ſed inſtrumenta, quibus tempus deſi- ,, gnamus.] Noſtrum Complur. Collegium noviſſimi curſus t. 2. lib. 4. Phyſic. diſp. 21. *de tempore*, q. 2. *Utrum ſit tantum unum numero tempus*, = Di- ,, cendum eſt ſecundo tempus ſumptum ,, in ratione menſurae uniformis, ac cer- ,, tiſſimae eſſe dumtaxat unum numero, ,, illud nimirum, quod reperitur intrin- ,, ſece in motu primi mobilis. Hanc do- ,, cet Ariſt. in hoc lib. cap. 14. D. Th. ,, 1. p q. 10. D. Bonavent. in 2. Diſt. ,, 2. art. 1. q. 2. Durand. q. 5. Ca- ,, preolus, Ferrara, & alii plures. ,,

(b) *Et moveretur rota figuli &c.* = Ieſuitae Conimbricenſes in Phyſicam Ariſt. lib. 4. c. 14. q. 1. art. 2. exponentes temporis definitionem ab Ariſt. traditam, ita ad rem Auguſtini loquuntur = Altera particula eſt, *motus*: Pro ,, cuius explicatione haud ignorandum ,, eſt, quod praeter alios ediſſerit S. Th. ,, in 2. diſt. 12. q. 1. art. 5. & opuſc. ,, 48. in explicatione Categoriae, Quan- ,, do. Argentinas in 4. diſt. 48. art. 4. ,, q. unic. Alenſis 2. par. q. 9. m. D. ,, Bonavent. in 1. diſt. 37. n. 33. Gilber- ,, tus in Boetium de conſol. Caietanus ,, 1. p. q. 10. art. ultimo & Capr. in 2. ,, diſt. 2. q. 2. art. 3. videlicet biſariam ,, tempus uſurpari: uno modo prout eſt ,, numerus, ſeu menſura motus ſum- ,, me aequabilis, ac primi, qualis eſt ,, converſio ſupremae ſphaerae: altero ,, quatenus eſt menſura cuiuſque motus, ,, & in qualibet re actu motum ſubeun- ,, te inſidet (1). Iuxta priorem illam no- ,, tionem tempus unum tantum eſt, ſi- ,, cut & unum primum mobile: iuxta ,, po-

(1) Duplicem hanc notionem temporis affert etiam Iandunus 4. huius oper. q. 28. Iavelius q. 23. &c.

Digitized by Google

„ poſteriorem tot ſunt tempora, quot
„ motus; iuxta priorem tempus eſt
„ menſura propria, & interna motus
„ primi mobilis; ſimulque communis,
„ & externa aliorum omnium motuum:
„ iuxta poſteriorem tempus per ſe eſt
„ menſura dumtaxat motus, cui ineſt.
„ Secundum priorem ſumitur tempus
„ Apocal. 10. cum Angelus iure iuran
„ do aſſerit non futurum tempus am-
„ plius, quia nimirum, ut D. Thomas
„ eo loco interpretatur, poſt diem u..
„ niverſalis iudicii non erit amplius tem-
„ pus primi mobilis, ceſſante eius, &
„ aliorum corporum coeleſtium con-
„ verſione: ſecundum poſteriorem lo-
„ quitur D. Auguſt. 12. de Civit. Dei,
„ cap. 11. ubi concludit, ſi ante coelum
„ & terram fuerunt Angelici motus,
„ fuiſſe etiam tempus: & 11. Con-
„ feſſ. cap. 23. cum ita ſcribit: *Cur enim*
„ *non potius omnium &c.* Et paulo in-
„ ferius: *Nemo mihi dicat coeleſtium &c.*
„ Igitur Ariſtoteles tempus priori dum-
„ taxat modo ſumptum definiit &c.]
Ioan. a S. Th. ord. Praedic. Natural. Philoſoph. t. 2. q. 18. *de tempore*, ar. 3. = Dico ſecundo, tempus large ſum-
„ ptum pro cuiuſcunque motus duratio-
„ ne eſt ſubiective in quocumque mo-
„ tu, & multiplicatur ad multiplicatio-
„ nem motus, ſubordinatur tamen pri-
„ mo tempori, quod eſt menſura, caete-
„ rorum. Conſtat hoc ex pluribus locis
„ S. Thomae &c. Et hoc modo intelli-
„ gitur Aug. 11. Confeſſ. c. 23. cum
„ dicit, *Motum coeli non eſſe tempus*,
„ quia cum tempore Iuſue ceſſavit ille
„ motus, ſol ſtabat, ſed tempus ibat;
„ loquitur enim de tempore communi-
„ ter dicto pro cuiuſcunque motus du-
„ ratione, non pro illo, quod eſt maxi-
„ me regulare, quod ſolum eſt in mo-
„ tu coeli.] Noſtrum Complut. Collog. t. 2. diſp. 21. *de tempore*. q. 2. = Di-
„ cendum eſt primo tempus ſecundum
„ eſſentialia acceptum multiplicari ad
„ multiplicationem motuum. Haec eſt
„ mens Ariſt in hoc lib. cap. 10. ubi
„ cum inquiſiſſet, an tempus ſit ubi-
„ que? reſpondet: *eſſe ubique, quia*
„ *ubique eſt aliquis motus*. Idem tradit
„ D. Thom. 1. p. q. 66. ar. 4. ad 5.
„ dicens: *Motum autem non eſt intelli-*
„ *gere ſine tempore; cum nihil ſit aliud*
„ *tempus, quam numerus primi, &*
„ *poſterioris in motu*. Unde hanc ſen-
„ tentiam amplectuntur Caiet. Maſius,
„ Rubio, & alii plures tam ex Tho-
„ miſtis, quam ex aliis. Fundamentum
„ eſt: quoniam &c. Confirmatur primo:
„ quia &c. Confirmatur ſecundo: nam
„ ſi deſtructo primo mobili, permane-
„ rent res ſublunares, ut fieri poteſt:
„ adhuc iſta durarent, ut ex ſe liquet;
„ ſed non per tempus extrinſecus primi
„ mobilis: ergo per proprium tempus:
„ ergo tempus eſſentialiter ſumptum non
„ reperitur ſolum in motu primi mobi-
„ lis, ſed etiam in quolibet motu, Quod
„ eleganter expreſſit D. Auguſt. 11.
„ Conf. c. 23. ubi ait: *Audivi a qua-*
„ *dam homine docto, quod ſolis, ac lu-*
„ *nae &c.*] Queis haud abſimilia in ce-
teris quoque Philoſophis conſpiciuntur.

(c) *Sunt & Sidera, & &c.* = Vides docti ſententiam non omni modo improbare: ſed libenter fateri caeleſtium corporum motum tempus, iuxta dicta metiri. Quod & alibi velut rem manifeſtam tradidit. Lib. de Gen. ad Litt. Imperf. ad v. 14. c. 1. n. 8. = Hic enim
„ poteſt videri, tunc coepta eſſe tempo-
„ ra, cum caelum, & luminaria caeli
„ ordinatis itineribus currere coepiſſent:
„ quod ſi verum eſt, quomodo potue-
„ runt dies eſſe antequam tempus eſſet,
„ ſi a curſu luminarium tempus exor-
„ ſum eſt, quae quarto die dicuntur
„ eſſe facta? &c. An in temporibus illis
„ dictum eſt, ut eſſent luminaria, quae
„ tempora homines intervallis morarum
„ in corporis motione metiuntur? Haec
„ enim tempora, ſi nullus motus cor-
„ porum eſſet, nulla eſſent, & ipſa ſunt
„ hominibus manifeſtiora. Quod ſi admit-
„ timus quaerendum eſt, utrum prae-
„ ter motum corporum poſſit eſſe tem-
„ pus in motu incorporeae creaturae,
„ veluti eſt anima, vel ipſa mens: quae
„ utique in cogitationibus movetur, &
„ ipſo motu aliud habet prius, aliud
„ poſterius, quod ſine intervallo tempo-
„ ris intelligi non poteſt. Quod ſi ac-
„ cipimus, etiam ante caelum, & ter-
„ ram facti ſunt Angeli. Erat enim iam
„ creatura, quae motibus incorporeis
„ tempus ageret.] Quibus ſimilia, & longe doctius obſervat in opere perfecto de Gen. ad Litt. lib. 2. c. 14. n. 29.

(d) *Illius ligneolae rotae*. = Hic omnes MSS. Anglicani, BB. teſtibus, ut etiam MS. Med. addunt, *aut definite duplum*. Non quidem male ſi alii MSS. ſuffragarentur; ſenſus quippe eſſet, non contendere Auguſtinum, ligneolae rotae circuitum definite etiam multiplicatum, vel repetitum diem puta conficere: huiuſmodi enim tempora manifeſte in circuitum Solis revocantur; ſed videri ſibi aliquod vagum, quodcumque illud ſit, conſiſtentibus etiam caeli luminibus, ligneo-

gneolae rotae circuitu tempus progenitum iri. Qui tamen ſenſus etiam, ſi vigilas, ex communi lectione deprimitur.

Ioannes Pherepouar tenebras omnes paucis verbis propulſat: *In qua nimirum* (in ligneola rota) *ſol gnomonis ope horas notabat, Tempus eſt ipſa duratio rerum, ſeu exiſtentia continuata: ſed eam exiſtentiam metimur ope motus aſtrorum, & praeſertim quidem Solis, ac Lunae.*

B. I. *In qua nimirum ſol &c.* = Ita ne ſupra Auguſtinum vigilas, ut mox ſomniis involvaris? Mox ſcilicet Solem inducis, quem Auguſtini quaeſtio ſemoverat: *Audivi ... quod Solis &c. An vero ſi ceſſarent caeli lumina &c.*

II. *Gnomonis ope.* = Equidem rotam eum gnomone fingere tibi inhibere haud poſſumus. Sed gnomon ab Auguſtino non cuditur, immo propellitur; cum de *rota figuli* agat, non de horologio; videlicet ad adſtruendum tempus, quod proxime ipſi rerum motui inſideat, non quod ab extrinſeca menſura depromatur. Quod in tardorum gratiam magis exponimus; Gnomon caeleſtium luminum inſtrumentum eſt ad horas notandas; At Auguſtinus diſputat, quid ex ſimplici rota figuli traheretur, Sole, aliiſque caeli luminibus conſiſtentibus.

III. *Tempus eſt ipſa duratio &c.* = Papae novum inſigne dogma in *Phereponi* officina ſabricatum! Tempus eſſe ipſam rerum durationem iam diu nonnulli voluere, a pluribus improbati; Eamque opinionem non ſemel in antecedentibus, & in ſeq. Auguſtinus innuit; ſed ei non adquieſcit; immo altius quiddam quaerit, quid nempe ipſam durationem conficiat, quidve metiatur? An Sol, & reliqua caeli lumina? At iſtis etiam ſemotis, annonne in rota figuli in gyrum acta tempus haberemus?

IV. *Ope motus aſtrorum &c.* = Quis non videat quae in Iovinianum (1) amicum tuum, Hieronymus protulit, in te optimo quoque iure, pro re licet diverſa, quadrare? *Nonne vel per febrem ſomniare eum putes, vel arreptum morbo phrenetico, Hippocratis vinculis adligandum?* Quid nunc quaeritur? Quid ſit, non communis, ſed peculiaris, non remota, ſed proxima: immo non extrinſeca, ſed interior menſura temporis. Ad hanc vero nihil caeli. Quod ſi adeo, *Pherepone*, bardus es, ut nec manifeſtum quaeſtionis, ut loquuntur, ſtatum videas; an ne & caligas oculis, ut nec Auguſtini ſcripta verba intuearis? Semoverat quippe ille Solem, Lunam &c. *Audivi ... quod Solis, ac Lunae &c. An vero ſi ceſſarent caeli lumina &c.* Diſputat videlicet quid dicendum de tempore, quum caeli luminibus conſiſtentibus, vel ex rota figuli habeatur?

Quam igitur amplo iure te inſignem ſcurram appellamus, dum ad captandam de temporis arcanis omnem eruditionem ad tuam *Pneumatologiam* nos amandas, qui tamen in breviſſimo hocce ſermone, quem accuratius, ut coniicere licet, ſcripſiſti, plura eructaſti ſomnia, quam verba? Recole dicta c. 10. B n. 10.

(e) *Ut victorioſum praelium &c.* = Ita BB. cum pleriſque ſuis MSS. nec non Som. & 9. MSS. e noſtris. Sed Vet. Bad. Am. Er. Lov. eum paucioribus MSS. a BB. viſis: quibus ſuffragantur unus Med. & alter S. Cr. ambo infimae notae: *ut victor Ioſue*. Perperam quidem Iſte enim Scripturae locus Ioſue 10. v. 12. & 13. inſpicitur. *Tunc loquutus eſt Ioſue Domino in die, qua tradidit Amorrhaeum in conſpectu filiorum Iſrael, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne movearis, & luna contra vallem Aialon: ſteteruntque ſol, & luna &c.* En igitur Ioſue ille eſt, cuius voto ſtetit Sol adeoque induci haud debet velut nova perſona, *ut victor Ioſue*.

Ceterum huic Auguſtini doctrinae, licet haeſitanter (modeſtiae nimirum, & leporis cauſſa) poſitae refragari valet nemo, cum ad ſenſum demonſtretur; Etſi enim Ioſue diebus Sol, & Luna ſteterint; non ideo tamen tempus ſuſpendebatur, ſed prorſus fluebat. Unde concluditur, caeleſtium luminum motum nec tempus eſſe, nec ipſius menſuram proximam, & neceſſariam.

Quamdam eſſe diſtenſionem. = Et nobis id videtur. Licet enim ex caeli luminibus, & inferioribus etiam menſuris, anni, menſes, dies, horae, & ſimiles temporis caſulae conſtituantur, ſegregentur (2); adhuc vero ſi tempus generatim intuearis: quid niſi diſtenſionem quamdam rei exſiſtenti proxime haerentem invenis? Utrum vero illa diſtenſio ſit ipſe motus, cap. ſequenti diſcutietur.

Et hic calamum arripit Franciſcus Mayronius; ſed otium ſibi praefixum minime rumpens. Exſcribit ſcilicet integrum textum ab illis verbis, *Audivi &c.* uſque ad cap. 28. mediis quidem omiſſis, & nihil addit.

CA-

(1) Recole dicta c. 39. l. 10. A. xxi.

(2) V. infra c. 26. B.

Digitized by Google

C A P U T XXIV.

A R G U M E N T U M.

Quaerit, an concludendum ſit, tempus eſſe ipſum prorſus corporis motum? & mox inficiatur. Quis enim menſuram a re, quam metitur, haud dividet? metimur autem tempore corporis motum, immo & diſtenſionem rei nullo motu actae, & quieſcentis tempore item exigimus.

IUbes, ut adprobem ſi quis dicat tempus eſſe motum corporis? Non iubes (*a*). Nam corpus nullum niſi in tempore moveri audio: Tu dicis. Ipſum autem corporis motum tempus eſſe non audio: Non tu dicis. Cum enim movetur corpus, tempore metior, quamdiu moveatur, ex quo moveri incipit, donec deſinat. Et ſi non vidi, ex quo caepit, & perſeverat moveri, ut non videam cum deſinit, non valeo metiri, niſi forte ex quo video incipio, donec deſinam. Quod ſi diu video, tantummodo longum tempus eſſe renuntio, non autem quantum ſit; quia & quantum cum dicimus, collatione dicimus; velur tantum hoc quantum illud, aut duplum hoc ad illud, & ſi quid aliud iſto modo. Si autem notare potuerimus locorum ſpatia, unde & qua veniat corpus quod movetur, vel partes eius, ſi tanquam in torno movetur, poſſumus dicere, quantum ſit temporis, ex quo ab illo loco, uſque ad illum locum motus corporis, vel partis eius effectus eſt. Cum itaque aliud ſit motus corporis, aliud quo metimur (*b*), quamdiu ſit, quis non ſentiat, quid horum potius tempus dicendum ſit? Nam & ſi varie corpus aliquando movetur, aliquando ſtat, non ſolum motum eius, ſed etiam ſtatum tempore metimur (*c*); & dicimus tantum ſtetit, quantum motum eſt; aut duplo, vel triplo ſtetit, ad id quod motum eſt; & ſi quid aliud noſtra dimenſio ſive comprehenderit, ſive exiſtimaverit, ut dici ſolet, plus minus. Non eſt ergo tempus corporis motus.

(*a*) *Non iubes.* = Deum ut primam veritatem adloquitur; cui, vel cuius menti quidquid conſonat, verum: quidquid diſſonat, falſum eſt. Hic igitur, *Iubes? Non iubes*, idem eſt ac, Eſt ita? Non ita. Seu, Verum eſt? Falſum.

Tempus utcunque a motu diſtingui graviorum Philoſophorum commune placitum eſt. Ieſuitae Conimbricenſis Collegii in Phyſ. Ariſt. lib. 4. c. 14. q. 2. art. 1. = Non excitamus controverſiam „ de tempore primi mobilis comparate ad „ aliorum corporum motionem, cuius „ extrema menſura eſt; ſic enim nemo „ dubitat reipſa inter ſe diſtingui tem- „ pus, & motum, cum in ſubiectis re „ diverſis haereant. Intelligenda eſt ergo „ quaeſtio de quolibet tempore reſpectu „ eius motus, quem intrinſecus metitur. „ Sunt qui aſſerant tempus ita ſumptum „ eſſe rem a motu diverſam. Primum, quia „ &c Noſtra tamen concluſio ſit, tempus „ non diſtingui re a motu, diſtingui ta- „ men ab illo ex natura rei &c.] Noſtrum Compluſenſe Collegium t. 2. l. 4. Phyſ. diſp. 11. *de tempore*, q. 3. = Di- „ cendum eſt tempus diſtingui realiter „ a motu. Ita Ariſt. & D. Th. locis ſta- „ tim referendis. Ricard. in 2 diſt. 2. ar. „ 2 q. 2 Henric. Quodlib. 3. Soncinas 2. „ Metaph. q. 58. &c Iabel in praeſent. „ q. 10. & alii plures. Prob. 1. ex Phi- „ loſoph. c. 11. huius libri, ubi ex profeſſo oſtendit, tempus non eſſe ipſam „ circulationem caeli, reprehenditque „ oppoſitum aſſerentes: ſi autem tempus „ non diſtingueretur realiter a motu, „ tempus caeli eſſet revera ipſa circula- „ tio:

„ tio: atque id aſſerentes immerito re-
„ prehenderentur: ergo ex mente Ariſt.
„ tempus differt realiter a motu. Quod
„ etiam expreſſit 9. Metaph. text. 29.
„ dicens, *Tempus ſecundum alias motum*
„ *eſſe; re tamen vera nonniſi paſſionem*
„ *eius*. Confirmatur ex D. Th. 1 p. q.
„ 10. ar. 2. ubi ait: *In Deo duratio*
„ *eius non diſtinguitur ab illo; ſecus ve-*
„ *ro in creaturis*; Sed duratio Dei di-
„ ſtinguitur virtualiter ab illo: ergo du-
„ ratio motus differt ab eo non ſolum
„ virtualiter, ſed etiam realiter actua-
„ liter &c.] Antonius Gaulin Ord.
Praed. t. 2. Philoſoph. iuxta inconcuſſa &c. 1. p. Phyſ. diſp. 3. q. 3. *de tempore*, ar. 1.] = Confirmatur praecipue circa
„ tempus, ipſum diſtingui a motu, cuius
„ eſt duratio. Tum auctoritate; Nam A-
„ riſt. 4. Phyſ. text. 98. dicit quod *tem-*
„ *pus non eſt motus, ſed aliquid eius*,
„ & S. Th. Opuſc. 36. c. 1. *Tempus*, in-
„ quit, *habet eſſe per motum, ſicut acci-*
„ *dens per ſubiectum*. Tum etiam ratio-
„ ne D. Th. & Ariſt. nam motus, &
„ tempus differunt ſecundum proprie-
„ tates: ergo & ſecundum eſſentiam:
„ Conſequentia patet, nam proprietates
„ notificant eſſentiam. Probatur antece-
„ dens &c.] Si adhuc plura deſideras, vide Iac. Caſimir. Guerinois ord. Praed. in Clypeo Philoſ. Thomiſticae, t. 3. 1. p. Phyſ. q. 12. *de tempore*, ar. 1.

(*b*) *Aliud quo metimur*. = Tanta amplitudine loquitur, ut veroſimile admodum ſit, non quamcumque, ſed veram diſtinctionem velle: eam ſaltem, quae muneris eſt, ſive modi. Tempus autem eſſe menſuram motus, & quidem iuxta quod vertigini ſubeſt, ſeu ut verbis utamur Ariſt. *ſecundum prius, & poſterius*, & alibi non ſemel obſervat: ut de Muſica lib. 1. c. 13. lib. de Gen. ad Litt. Imperf. c. 3. nec non perfecto lib. 5. c. 5. Tract. 38. in loan n. 10. & 12. de Civit. Dei, c. 15. n. 2.

(*c*) *Etiam ſtatum tempore metimur*. = Ideo Edmundus Purchotius in Inſtitutionibus Philoſoph. ad faciliorem &c. t. 2. Phyſic. 1. p. ſect. 4. c. 4. prop. 3. impetens temporis definitionem ab Ariſt. traditam. = Tempus minus apte dici-
„ tur numerus, aut menſura motus.
„ Probatur &c. Deinde ſi tempus dici
„ debeat menſura, non minus quietem,
„ quam motum metitur, quia res non
„ minus tempori ſubiiciuntur, dum quie-
„ ſcunt, quam ubi moventur. Unde
„ Lucretius modo laudatus: *Nec per ſe*
„ *quemquam tempus ſentire fatendum eſt*.
„ *Semotum ab rerum motu, placidaque*
„ *quiete* (1). „

Sed iuvat audire Ieſuitas Conimbricenſes, qui in Phyſic. Ariſt. l. 4. c. 14. q. 1. ar. 1. dum Ariſtotelicam definitionem propugnant, hoc ſibi argumentum obiiciunt. = Sexto tempus non ſolum eſt
„ numerus motus, ſed etiam quietis:
„ igitur tempus non debuit definiri nu-
„ merus motus dumtaxat; ſed motus,
„ & quietis. Antecedens probatur ex
„ D. Auguſtino id aſſerente 11. Con-
„ feſſionum lib. cap. 24. hiſce verbis:
„ *Et ſi varie corpus aliquando movetur,*
„ *aliquando ſtat, non ſolum motum eius,*
„ *ſed etiam &c.*] Cui ſic faciunt ſatis
ar. 3. = Ad ſextum: Tempus eſſe per
„ ſe menſuram motus; quietis autem
„ ex accidente, ut Ariſt. aſſeruit cap.
„ 12. huius lib. text. 118. quatenus vi-
„ delicet quies eſt privatio motus. Nam
„ ea quae per ſe habitui conveniunt, ex
„ accidente privationi accommodantur.
„ Ut enim aſpectus per ſe ſit luminis, ex
„ accidente eſt tenebrarum. Quod enim
„ tempus ſolius motus, non autem quie-
„ tis per ſe menſura ſit, ex eo convin-
„ citur; quia tempus metitur rem ſecun-
„ dum prius, & poſterius, a quorum
„ uno ad alterum eſt tranſitus; at haec in
„ quiete non inſunt, niſi facta ad mo-
„ tum relatione, atque adeo ex acci-
„ dente. Ob hanc igitur rationem Ari-
„ ſtoteles (2) non per quietem, ſed per
„ motum tempus definiit; cum unum-
„ quodque per id, quod per ſe illi
„ convenit definiri oporteat. „

Llll 1 CA-

(1) Lib. 1. de Rerum natura v. 463., & 464.

(2) V. infra c. 27. H.

C A P U T XXV.

A R G U M E N T U M.

Tot quanquam de tempore dixerit : adhuc naturam eius minime exacte ſibi perſpectam eſſe profitetur ; quum tamen haec in tempore proferat, & longa diſputatione longum tempus inſumſerit. Licet magis inde vigilans, ſuſpicetur temporis ſecretiora ſe penetraſſe: ſed non expedite, & exacte ea proloqui, & nobis digerere. Ut ut autem ea res ſe habeat, divini luminis indiget : ſaltem enim ubi deficiat ignorat.

ET confiteor tibi, Domine, ignorare me adhuc quid ſit tempus; & rurſus confiteor tibi, Domine, ſcire me in tempore iſta dicere, & diu me iam loqui de tempore: atque ipſum diu non eſſe diu niſi mora temporis. Quomodo igitur hoc ſcio, quando quid ſit tempus neſcio? An forte neſcio (*a*), quemadmodum dicam quod ſcio? Hei mihi, qui neſcio ſaltem quid neſciam (*b*). Ecce Deus meus coram te, quia non mentior; ſicut loquor, ita eſt cor meum. Tu illuminabis lucernam meam, Domine Deus meus, illumina tenebras meas.

(*a*) *An forte neſcio &c.* = Ita potius dicendum, ut neſcias expedite, & exacte eloqui quid de tempore ſcias. Sed & tibi parcimus, quod primum temporis naturam tibi abſconditam dixeris: prolixa enim diſputatio tibi innumeras ſupra ſolitas, forte nunquam eliquandas difficultates auxit; inhias vero tui ipſius contemtui, ut *Pherepenus* gloriae, iactantiae: adeo ut diviniis rationibus, a quibus nunquam diverteris, in implexa aenigmata, eorumque minutias, & adiacentia plurima, nec ab Apolline extricanda fere mediate vadas: ubi te inſcium utcunque citra mendacium praedicare poſſis, & in tui contemtu velut in deorum menſa ſpatiari. Cum interim *Pherepenus*, utroque tametſi laeſus lumine, omni tergiverſatione difficultatibus diſſimulatis, & contecta ignorantia, omniſcium ſe ubique magnis vocibus praedicet.

Ceterum ante tot nimis minutas hominum forte captum, vel ſaltem eloquentiam excedentes quaeſtiones: cumque ſimpliciter loquereris, c. 14 dixiſti: *Quid ergo eſt tempus? ſi nemo ex me quaerat, ſcio &c.* Interim ſi cuncta tua expendantur, manifeſtum eſt quae a Philoſophis paſſim de tempore expenduntur, omnia a te diſputata eſſe; qui inſuper alia plura, quae diſſimulari ſolent, licet ſemper (ut es ſupra modum prudens, & cautus) haeſitans, agitaſti.

(*b*) *Neſcio ſaltem quid neſciam.* = Vide quanto ſtudio conetur ignorantiam expiscari, quam deploret, qua deprimatur, qua divinum ſubſidium imploret! Quod tamen haud intelligendum eſt de tempore, ſed de minutioribus, iuxta dicta, illi adiacentibus. Conabatur enim, ut ita loquar, temporis & capillos, & ungues exacte videre, & expedito ſermone aliis digerere. Sequentibus autem verbis Paulum imitatur, qui Galat. 1. 20. *Quae ſcribo vobis. ecce coram Deo quia non mentior.* Sicut reliqua verbis Davidem Pſal. 17. 29.

Digitized by Google

C A P U T XXVI.

A R G U M E N T U M.

Scenam ſe agere putat, ſi tempus neſciat, quod tamen metitur. Sicut & durum videtur, corporis motum in tempore, & non ipſum tempus metiri; Quin immo ſi motus, & ipſius temporis quantitatem exigis. Quaeris igitur unde tempus metiamur; an longum ex breviori, ut in quibusdam rebus contingit? Potius ſibi videtur ad antiquam ſuſpicionem redeundum, ut tempus ſit quaedam extenſio, & fortean animi. Quandoquidem tempus vere conſiſtens, quodque menſuram patiatur, deſignari haud poteſt; praeſens enim extenſione caret: futurum non adceſſit: praeteritum abiit. Niſi dicas, non praeterita, ſed praeſentia tempora a noſtris menſuris inſpici.

NOnne tibi confitetur anima mea confeſſione veridica, metiri me tempora? Itane Deus meus metior, & quid metiar neſcio? Metior motum corporis tempore, item ipſum tempus non metior? An vero corporis motum metirer, quamdiu ſit, & quamdiu hinc illuc perveniat, niſi tempus in quo movetur metirer? Ipſum ergo tempus unde metior (*a*)? An tempore breviore metimur longius, ſicut ſpatio cubiti ſpatium tranſtri? Sic enim videmur ſpatio brevis ſyllabae metiri ſpatium longae ſyllabae, atque id duplum dicere. Ita metimur ſpatia carminum. Spatiis verſuum, & ſpatia verſuum, ſpatiis pedum, & ſpatia pedum ſpatiis ſyllabarum, & ſpatia longarum ſpatiis brevium: non in paginis; (Nam eo modo loca metimur, non tempora,) ſed cum voces pronuntiando tranſeunt, & dicimus, longum carmen eſt, nam tot verſibus contexitur; longi verſus, nam tot pedibus conſtant; longi pedes, nam tot ſyllabis tenduntur; longa ſyllaba, nam dupla eſt ad brevem. Sed neque ita comprehenditur certa menſura temporis: quandoquidem fieri poteſt ut ampliori ſpatio temporis perſonet verſus brevior, ſi productius pronuntietur, quam longior, ſi correptius. Ita carmen, ita pes, ita ſyllaba. Inde mihi viſum eſt, nihil eſſe aliud tempus, quam diſtentionem (*b*): ſed cuius rei, neſcio; & mirum ſi non ipſius animi. Quid enim metior, obſecro Deus meus, & dico aut indefinite, Longius eſt hoc tempus quam illud; aut etiam definite, Duplum eſt hoc ad illud? Tempus metior, ſcio (*c*); Sed non metior futurum, quia nondum eſt; Non metior praeſens, quia nullo ſpatio tenditur (*d*); Non metior praeteritum, quia iam non eſt. Quid ergo metior? An praetereuntia tempora non praeterita? ſic enim dixeram.

(*a*) *Ipſum ergo tempus unde metior?* = In hoc cap. (ſicut & in aliis pluribus) inconſtanti ſermone utitur, quod, ut mihi videtur, nimis in diſputatione ſit velox, ambiatque innomera, quibus circa tempus pongitur, vel diſcutere, vel proponere. Dicet autem quiſpiam, nos tempus metiri, vel alia eiuſdem rationis menſura, horam hora &c. ut in reliqois, puta ulnam ulna &c. Vel per ſuperiorem menſuram, dies v. gr. menſes, & annos per Solis motum, ac Lunae: motum autem unius caeli per motum ſuperioris. Verum hic peculiarem menſuram, ni fallor, exhibere non cogimur; Videtur enim de actu, ut loquuntur, rei exo Auguſtinum dicere. Adeoqoe reſponderi poteſt, tempore mente concepto nos verum tempus metiri; ut adveitimus, bene, vel male, tarde vel celeriter nos ambulare, ratiocinari.

(*b*) *Quam diſtentionem*. = Recole dicta cap. 23. comment. ultimo. Cum ergo bis non adeo haeſitanter S. D. tempus diſtentionem appellaverit; ipſum ſerio ita ſentire concludere poſſumus. = *Mirum ſi non &c.* = Scimus ex dictis, quorumdam iudicio (t) nonniſi in animo tempus conſiſtere. Vidimus etiam fere iudicio omnium, ab animo ſaltem tempus compleri. Hic igitur ſi Auguſtinus non recta, ut conicimus, tempus ipſum, ſed tempus reflexum, quo illud metimur, intueatur, libere ſtatuere poſſumus, re vera nonniſi animi, ſeu mentis diſtentionem eſſe.

(*c*) *Tempus metior, ſcio.* = Prorſus igitur, inquies, tempus vulgare, non aliud, quo illud metimur, Auguſtinus intuetur. R. 1. Fortean quum minutiora quaerat, difficultatem variat, 2. Vel de tempore agens ut menſurae ſubiicitur, de ipſa menſura loquitur. Sed & tempus ipſum ut menſurae, & comparationi ſubiectum, ut tale inquam, vel, ut Schola loquitur, reduplicative in animum, vel mentem revocandum eſt. Ut autem praeteritum, & futurum utcunque, nonnullorum, immo plurium iudicio, metiamur, diximus, c. 14. C.

(*d*) *Quia nullo ſpatio tenditur*. = Ita profecto, ſi maxime proprie ſumatur praeſens. Recole dicta c. 15. B. Verum ad propoſitionem hanc, ſicut & ad ſequentem, *An praetereuntia &c.* dilucidandam, lubet quaedam Patrum Conimbric. recitare, qui in Phyſic. Ariſt. l. 4. c. 14. q. 1. ar. 1. dum Ariſt. definitionem exponunt, & vindicant, hanc ſeptimo, & ultimo loco ſibi difficultatem obiiciunt = Septimo: Nullum verum ens componitur ex iis, quae neutiquam eſſe poſſunt: ſed tempus „ ita ſe habet; non eſt igitur verum „ ens, atque adeo non ei convenit A- „ riſtotelica definitio. Minor ſuadetur „ quia tempus conſtat ex praeterito, „ praeſenti, & futuro. At quod nul- „ lum horum poſſit eſſe probatur, quia „ praeteritum iam evanuit, futurum „ nondum eſt, praeſens autem non ve- „ re eſſe tempus ſuadetur ex D. Au- „ guſt. lib. proxime citato, cap. 15. „ ubi docet, *ſi quid intelligitur tempo-* „ *ris, quod in nullas iam &c. praeſens* „ *autem nullum habet ſpatium*. Quo pa- „ tet id, quod ex tempore praeſens di- „ citur, eſſe ſolum momentum, quod „ neutiquam tempus eſt, ſicut nec pun- „ ctus linea] Hanc difficultatem art. 3. ita ſuperare conantur. = Ad ultimum: Conceſſa maiori, neganda eſt „ minor, dicendumque alium exiſtendi „ modum vendicare res ſucceſſivas, a- „ lium permanentes: etenim hae con- „ ſtant partibus ſimul exiſtentibus; illae „ partibus, quae cum in perpetuo flu- „ xu conſiſtant, ita ſe habent, ut non- „ niſi una intereunte, alia ſuccedat. „ Itaque fatendum eſt partes temporis „ non exiſtere ſimul, negandum nullo „ modo exiſtere. Et vero è tribus tem- „ poribus, praeterito, praeſenti, & fu- „ turo; praeſens dicitur actu exiſtere; „ non quod eius partes cohaereant ſi- „ mul, ſed quia ita praetervolant, ut „ tamen copulentur praeſenti inſtanti, „ quo etiam modo extitit id, quod „ iam effluxit, & exiſtet id, quod fu- „ turum eſt. Cum autem D. Auguſti- „ nus loco citato nihil temporis prae- „ ſens appellare vult praeter id, quod „ in eo dividi non poteſt, quod eſt „ momentum, paulo preſſius nomen „ praeſentis uſurpat.

CA-

(t) Cap. 24. C.

CAPUT XXVII.

ARGUMENTUM.

Extendit ſui ingenii vires; difficultatem auget; & fere quaeſtionem reſolvit. Oſtenditque acri diſputatione, vocum, & carminum elegantibus, & liquidis exemplis condita tempora haud nos metiri, vel ipſa menſurae ſubiici poſſe, niſi mentis, vel memoriae ſubſidia advocentur. Quandoquidem extentio, ſeu intervallum, ſi mentis artem ſemoveas, vel non adhuc oritur, vel nondum conſummatur, vel abiit. Tempora vero terminorum inſcia menſuram pati non poſſe, mox liquet: unde omne effugium praecluditur. Ceterum animo iuvante mox oſtenditur, ut etiam ſilentium, vocis puta cogitatione, metiamur.

I. INſiſte anime meus, & adtende fortiter (*a*). Deus adiutor noſter, ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Attende ubi albeſcit veritas. Ecce puta, vox corporis incipit ſonare & ſonat, & adhuc ſonat, & ecce definit, iamque ſilentium eſt, & vox illa praeterita eſt: & non eſt iam vox. Futura erat antequam ſonaret, & non poterat metiri, quia nondum erat, & nunc non poteſt, quia iam non eſt. Tunc ergo poterat, cum ſonabat, quia tunc erat quae metiri poſſet. Sed & tunc non ſtabat; ibat enim, & praeteribat. An ideo magis poterat? Praeteriens enim tendebatur in aliquod ſpatium temporis, quo metiri poſſet, quoniam praeſens nullum habet ſpatium. Si ergo tunc poterat, ecce puta, altera coepit ſonare, & adhuc ſonat, continuato tenore ſine ulla diſtinctione, metiamur eam dum ſonat; cum enim ſonare ceſſaverit, iam praeterita erit, & non erit quae poſſit metiri; Metiamur plane, & dicamus, quanta ſit. Sed adhuc ſonat, nec metiri poteſt, niſi ab initio ſui quo ſonare coepit, uſque ad finem quo definit. Ipſum quippe intervallum metimur (*b*), ab aliquo initio uſque ad aliquem finem. Qua propter vox quae nondum finita eſt, metiri non poteſt, ut dicatur quam longa, vel brevis ſit: nec dici, aut aequalis alicui, aut ad aliquam ſimpla, vel dupla, vel quid aliud. Cum autem finita fuerit, iam non erit. Quo pacto igitur metiri poterit? Et metimur tamen tempora, nec ea quae nondum ſunt, nec ea quae iam non ſunt, nec ea quae nulla mora extenduntur, nec ea quae terminos non habent (*c*). Nec futura ergo, nec praeterita, nec praeſentia, nec praetereuntia tempora metimur, & metimur tamen tempora.

II. Deus creator omnium; verſus iſte octo ſyllabarum, brevibus & longis alternat ſyllabis. Quatuor itaque breves; prima, tertia, quinta, ſeptima, ſimplae ſunt ad quatuor longas, ſecundam, quartam, ſextam, octavam. Hae ſingulae ad illas ſingulas duplum habent temporis: pronuntio, & renuntio; & ita eſt, quantum ſentitur ſenſu manifeſte. Quantum ſenſus manifeſtus eſt, brevi ſyllaba longam metior, eamque habere bis tantum ſentio. Sed cum altera poſt alteram ſonat, ſi prior brevis, longa poſterior, quomodo tenebo brevem, & quomodo eam longae metiens applicabo ut inveniam, quod bis tantum habeat, quandoquidem longa ſonare non incipit, niſi brevis ſonare deſtiterit? Ipſam quoque longam non

non praeſentem metior, quando niſi finitam non metior. Eius autem finitio, praeteritio eſt. Quid ergo eſt, quod metior? Ubi eſt, qua metior brevis (*d*)? Ubi eſt longa, quam metior? Ambae ſonuerunt, avolaverunt, praeterierunt iam non ſunt; & ego metior, fidenterque reſpondeo, quantum exercitato ſenſu fiditur, illam ſimplam eſſe, illam duplam in ſpatio, ſcilicet temporis. Neque hoc poſſum, niſi quia praeterierunt, & finitae ſunt. Non ergo ipſas, quae iam non ſunt, ſed aliquid in memoria (*e*) mea metior, quod infixum manet.

III. In te anime meus, tempora metior: noli mihi obſtrepere, Quod eſt (*f*)? Noli tibi obſtrepere turbis affectionum tuarum. In te, inquam, tempora metior; affectionem, quam res praetereuntes in te faciunt, & cum illae praeterirint, manet, ipſam metior praeſentèm (*g*), non eas quae praeterierunt ut fieret: ipſam metior cum tempora metior. Ergo aut ipſa ſunt tempora, aut non tempora metior. Quid cum metimur ſilentia (*h*), & dicimus, illud ſilentium tantum tenuiſſe temporis, quantum illa vox tenuit? Nonne cogitationem tendimus ad menſuram vocis, quaſi ſonaret: ut aliquid de intervallis ſilentiorum in ſpatio temporis renuntiare poſſimus? Nam & voce atque ore ceſſante, peragimus cogitando carmina, & verſus, & quemque ſermonem, motionumque dimenſiones quaslibet, & de ſpatiis temporum, quantum illud ad illud ſit renuntiamus, non aliter, ac ſi ea ſonando diceremus. Si voluerit aliquis edere longiuſculam vocem, & conſtituerit praemeditando quam longa futura ſit, egit utique iſte ſpatium temporis in ſilentio, memoriaeque commendans, coepit edere illam vocem quae ſonat, donec ad propoſitum terminum perducatur; immo ſonuit, & ſonabit. Nam quod eius iam peractum eſt, utique ſonuit; quod autem reſtat, ſonabit; atque ita peragitur, dum praeſens intentio futurum in praeteritum traiicit, diminutione futuri creſcente praeterito, donec conſumtione futuri ſit totum praeteritum.

(*a*) *Et adtende fortiter*. = Quaſi diceret: nunc maxime *age quod agis*. Celebre proverbium, quod reconditae eruditionis quidam in Numam (1) Pompilium revocant. = *Ipſe fecit nos &c.* = Aeternus hoc Davidis oraculum Pſ. 99. 3. ſibi praefigit, ut omnem a ſe iactantiam amoveat, quae ex magno ſenigmate iamiam dilucidando poſſet exſurgere. = *Ubi albeſcit veritas*. = Liquida nempe exemplis, quibus non dure, & barbare, ut in Ariſtothelicis phraſibus, ſed commode, & leniter temporis natura diſcuti poteſt.

Hucuſque cum haeſitanter, & quidem de rebus vel paſſim a Philoſophis agitatis, vel nimis minutis, ſcilicet non levibus, ſed nimis ſubtilibus, nec neceſſario complanandis Auguſtinus diſputaverit, aliorum doctrinis exhibitis, nos fere conticuimus, proprio iudicio vel ſuſpenſo, vel diſſimulato. Nunc vero cum ſerio, & acriter diſputet, & quidem de re admodum nobili, & occurrente: quaeque communem Philoſophorum eruditionem ſuperat, proprios ſenſus diſſimulare turpe arbitramur.

(*b*) *Ipſum quippe intervallum metimur*. = Tempus eſſe verum ens, ab animo noſtro nequaquam pendens, vix ſubſtinere poſſumus, ſi cuncta haec Auguſtini argumenta ſerio, ingenue, & depoſitis ambagibus, quae difficultates minime expediunt, ſed vel eludunt, vel contegunt, expendantur. Adeo ut ſimplicius ac cap. 29. A. accipiendum ſic illud S. Th. *Quantum ad id, quod eſt formale in tempore, ſcilicet numeratio, completur per operationem intellectus numerantis*. Et ſimile Ariſt. *Aut oportet di-*

[1] Secund. Rom. reg. qui, ut referunt Florus l. 1. c. 2. & Plutarchus, legem condidit de maxima adtentione edendis ſacris caeremoniis, & colendis diis. Floruit ante Chr. an. 670.

dicere quod tempus noc ſit, ſi non eſt aeime: aut oportet dicere verius quod tempus eſt. Uteunque ens *ſine aeima.* Nee phantaſticum id, atque novum; Quemadmodum enim in Peripatetica ſcho-la materia prima non prorſus, ſed quaſi nihil eſt: exſiſtit vero appellaturque ens beneficio formae, quam maxime reſpi eit, ut lib. ſeq. fuſe explicabitur; Ita tempus non equidem rationis figmentum eſſe: ſed ens imperfectum, propriis meritis tantum e nihilo erumpens, quod tamen ſuis ab involucris prorſus eruatur, ut vere exiſtat, ſuamque nobis praeſentiam obiieiat, noſtra indiget mente, qua immaturum, nimis mox cadens, & evaneſcens eſſe ſuum refrenetur, & ſtabilia-tur, diei forte an poſſet, ne ſubſtineri. At vero potior Philoſophorum pars praedicet adhue tempus ens verum eſſe. Nos haud accendemur ira: immo nec propoſito contradicemus; hic enim, ubi Auguſtinus acrius diſputat, non tempus, qua late patet, ſed peculiari ſub ratione diſeutitur.

Nunc ergo ad textum: *ipſum quippe &c.* Temporis intervallum indeterminatum & vagum praeſens utcunque fieri, adeoque ens appellari poſſe permittatur. Id vero tantum maiorem Philoſophorum partem petere eredimus. At Auguſtinus de eerto hic intervallo loquitur, ut ſatis liquet. Id vero in animi noſtri beneficium, ſcilicet meditationem, revocandum, eſſe nimis aequum, & neceſſarium eſt. Cum enim velint Philoſophi, tempus fieri utcunque praeſens non in ſolo momento, quod nihil iuvaret, ſed & in ei ex utroque latere adiacentibus partibus: dicant quot exigantur partes, ne tempori quidquam vel deficiat, vel adcedat ſuperfluum? Tempus igitur ſuis meritis incertus partium numerus, incerta extentio eſt; adeoque determinata extentio ab animo eſt petenda. In abſtruſa hac materia exacta exempla non facile occurrunt; ſed dicamus: Tibi in ripa ſedenti torrens praeſens eſt: at quoad partes vage fluentes; Si autem determinatas iungere, & ſtabilire velis, animi meditatione utaris oportet.

(c) *Nec ea, quae terminos noc habeet.* = Involvitur quippe in ipſis vocibus implicantia. Quandoquidem menſura terminos poriſſimum intuetur: quo. pacto igitur id metiemur, quod terminis caret? = *Nec praetereuntia &c* = Eadem ratione: talia enim tempora eertis non gaudent terminis: unde nonniſi animi induſtria, terminos gignentis, menſurae ſubiici poſſunt. Recole dicta cap. praeced. D. Quod ſequitur: *Deus creator omnium*, Ambroſiani hymni exordium eſt, de quo l. p. c. 12. K. Vide lib. 6. de Muſica, c. 2.

(d) *Ubi eſt qua metior brevis?* = Haec eſt genuina lectio, quam volunt & Benedictini, qui merito ita loquuntur in margine. = Lov. & antiquiores editio-
„ nes, *quam metior.* Sed melius Arn.
„ cum MSS. *qua metior*: ſtatim quippe
„ dixerat Auguſtinus brevi ſyllaba longam
„ ſe metiri.] Ita etiam Ricar. & Feſ.

Sermo ergo, vel ſonus ſecundum partes incertas praeſentiam, & extentionem propriis meritis habet. At non colligentur partes, nec determinata erit extentio, cui proxima menſura congruat, niſi adtendentis animi artificium adcedat.

(e) *Sed aliquid in memoria &c.* = Memoria quippe teneo brevis ſyllabae, quam animo item eollegi extentionem: eaque metior longam, quam quidem nonniſi abeuntem totam indico: ſed partes eius primas, atque medias, quae in ſemetipſis abierunt, animo adhuc detineo, & mihimet praeſentes facio. Ut cum evanuere torrentis partes, mente nihilominus eas retardo, & nunc adcedentibus iungo.

(*f*) *Noli mihi obſtrepere*, *Quod eſt?* = Hae forma eum Benedictinis (qui tamen ſilent) ſcribendum videtur; non ut apud alios: *Noli mihi obſtrepere, quod eſt.* Senſus autem hie dari poteſt, Noli me interpellare, noli me terrere, dicens, Quod eſt hoe, quod loqueris? Alius forte hunc ſenſum ſuſpicabitur: Quod ergo in tempore, vel ex tempore exſiſtat? Poſterior ſcribendi forma obſcurior eſt; at ſic forte exponi poſſet: Noli mihi eum de menſura temporis loquimur, anxie offerre rem veram, extra mentem exſiſtentem. Itali, qui poſteriorem communem ſcribendi formam adtendunt, ſic reddunt: *Noe mi ſtar dunque a ſuſſurrare che qaelche coſa ci ſia.* ideſt: Noli ſuſurrare igitur, aliquid verum non deeſſe. Verum, ſi id ſignificare voluit Auguſtinus, aut barbare, aut minus commode loquutus eſt.

Noli tibi obſtrepere, = Et hic ſermo obſcuros eſt. Forte vero eumdem ſenſum habet, ſed magis extenſum; ſcilieet: Noli tibi obſtrepere (idem enim eſt, obſtrepere mihi, ac, obſtrepere tibimetipſi) turbis adfectionum tuarum (quae temporis menſuram quaſi verum ens concepere, aut volunt concipere) praeoccupatus, deceptus.

(*g*) *Ipſum metior praeſentem.* = Cum metior tempora, adfectionem, impreſſionem, ſpeciem, a ſyllaba, a verſu, a tor-

Digitized by Google

a torrentis parte relictam, & a memoria adſervatam metior. Sed reddendus eſt planiori modo integer ſermonis huius ſenſus „ Dixi, animo metiri nos tempora. Noli mi anime mihi (quod eſt tibimetipſi) obſtrepere, iraſci, ſtupere, dicens, Quid eſt minime tutum, novum, ſtupendum hoc dogma? Videtur enim, & ita paſſim creditur, tempus, eiusque menſuram quidquam eſſe verum, & proprium. Noli ſtupere, vel contradicere, adfectionum tuarum turbis deceptus. Videntur tibi vere praeſentes ſyllabae, verſus, horae, adeoque eorum durationes? Deciperis: non ipſae prorſus res, ſed earum adfectiones, impreſſiones, ſpecies tibi praeſentes ſunt memoriae beneficio; & has adfectiones, non res, a quibus cauſatae ſunt, metiris. Ipſas, inquam, ſi bene vigilas, metiris, quum tempora metiris.

(b) *Quid cum metimur ſilentia?* = Recole dicta c. 24. C. Et vide, ſi placet, lib. 4. de Muſica, cap. 7. in fine. Hic tam dilucide loquitur, ut expoſitore neququam egeat. Niſi quod inculcandum eſt, ſilentium per reſpectum ad vocem extentionem obiicere, ut tenebras per privationem lucis iudicamus. Quod ipſe S. D. obſervat lib. contra Epiſt. Manichaei, c. 31. hiſce verbis. = Novi„ mus enim tenebras, aquas, ventos &c. „ in quibus omnibus, exceptis tenebris, „ quae ut dixi, nihil ſunt aliud, quam „ lucis abſentia, quae oculis non viden„ do diſcernuntur, ſicut ſilentium au„ ribus non audiendo: non quia tene„ brae ſunt aliquid, ſed quia lux non „ eſt; ſicut non quia ſilentium eſt ali„ quid, ſed quia ſonus non eſt.] Similia, & etiam doctiora habet lib. Expoſit. quarumdam expoſit. ex Epiſt. ad Rom. propoſit. 43. in Pſal. 7. ad v. 18. n. 19. & lib. 11. de Civit. Dei, c. 10. n. 2.

C A P U T XXVIII.

A R G U M E N T U M.

Rem prorſus ab ambagibus eximit: datamque ſententiam, quam magis ſtabilit, patefacit, ac in meridiana luce reponit. Si enim mentis ſubſidium advoces, futura mox adcedunt, praeterita minime abeunt: praeſens vero tempus laxas, & extentioni ſubiicis. Id ſi puta dicturus ſis canticum, in temetipſo experieris. Quod vero in cantico, hoc in ſingulis eius particulis, atque ſyllabis; hoc in hominum qua late patet vita, & in toto ſaeculo occurris.

I. SEd quomodo minuitur aut conſumitur futurum, quod nondum eſt? Aut quomodo creſcit praeteritum, quod iam non eſt, niſi quia in animo, qui illud agit, tria ſunt? Nam exſpectat & adtendit, & meminit, ut id quod exſpectat, per id quod adtendit, tranſeat in id, quod meminerit. Quis igitur negat futura nondum eſſe? Sed tamen iam eſt in animo exſpectatio futurorum. Et quis negat praeterita iam non eſſe? Sed tamen adhuc eſt in animo memoria praeteritorum. Et quis negat praeſens tempus carere ſpatio, quia in puncto praeterit? Sed tamen perdurat adtentio, per quam pergat abeſſe (a), quod aderit. Non igitur longum tempus futurum, quod non eſt, ſed longum futurum, longa exſpectatio futuri eſt. Neque longum praeteritum tempus quod non eſt; ſed longum praeteritum, longa memoria praeteriti eſt.

II. Dicturus ſum canticum, quod novi; Antequam incipiam, in totum exſpectatio mea tenditur: cum autem coepero, quantum ex illo in praeteritum decerpſero, tenditur in memoria mea; atque diſtenditur vita huius actionis meae in memoriam, propter quod dixi; & in exſpectationem, propter quod dicturus ſum; praeſens tamen adeſt adtentio mea, per quam traiiciatur quod erat futurum,

tum, ut fiat praeteritum. Quod quanto magis agitur, & agitur tanto breviata exſpectatione prolongatur memoria, donec tota exſpectatio conſummatur, cum tota illa actio finita tranſierit in memoriam. Et quod in toto cantico, hoc in ſingulis particulis eius fit, atque in ſingulis ſyllabis eius; hoc in actione longiore, cuius forte particula eſt illud canticum; hoc in tota vita hominis, cuius partes ſunt omnes actiones hominis; hoc in toto ſaeculo (*b*) filiorum hominum, cuius partes ſunt omnes vitae hominum.

(*a*) *Per quam pergat abeſſe.* = Sequimur Benedictinos, qui lectionis huius non quidem, indicio noſtro, ineluctabilem, ſed veroſimilem rationem hanc exhibent = In prius editis, *peragat abeſſe*. Melius in MSS. *pergat abeſſe*: „ ideſt per quam !adtentionem pergat „ abire in praeteritum, quod eſt futurum.] Ita etiam Som. MS. optimus S. Cr. & unus S Mar. MSS. autem duo Med. editis ſuffragantur. Quorum tamen editorum lectio eamdem doctrinam complectitur. Aliquis ſuſpicabitur legendum fore, *pergat ad eſſe*: vel, *adeſſe*; hic enim Auguſtinus videtur docere tempus praeſens, quod mox fugit, animi beneficio eſſe, vel adeſſe, ideſt, conſiſtere, & laxari. Verum talis lectio nonniſi (quod ſciamus) in uno MS. Med. occurrit. E tribus MSS. S Mar. unus deficit libro 7. Alter hoc lib. cap. praeced. iis verbis, *Noli mihi obſtrepere &c.* In MS autem Feſ. non temporum iniuria, ſed ſcriptorum oſcitantia clauditur hic liber xi. iis verbis cap. praeced. *aut non tempora meτior*.

(*b*) *In toto ſaeculo &c.* = Praeteritum, praeſens, & futurum ita animi beneficio conſiſtunt, certamque extentionem patiuntur, etſi de toto humano aevo, ſcilicet de tempore a mundi incunabulis uſque ad ſenectutem & exitum ſermonem habeas. Animi beneficio Adae aetatem tenemus, Antichriſti aetas adcaſſit: & praeſens minime labitur.

CAPUT XXIX.

ARGUMENTUM.

Metaphyſicam de tempore diſputationem ad allegoricam, atque divinam transfert: Expetiſque, Divini brachii, meritis Salvatoris flectendi virtute a temporalibus expediri, & ſiſti aeternis; Adeo ut ſcilicet praeterita oblitus, futura conſtantiam haud ſapientia contemnens, ea tantum intueatur, ambiat, & velit quae praeſentiam habent, quidem vertiginis inſciam. Anhelat inde ad caeleſtes iuſtis promiſſas coronas, quibus adcedentibus, divino prorſus amore liqueſcens, a tumultuoſis varietatibus, quibus nunc dilaniatur, optime reſpirabis.

SEd quoniam melior eſt (*a*) miſericordia tua ſuper vitas ecce diſtentio eſt vita mea, & me ſuſcepit dextera tua in Domino meo, mediatore filio hominis inter te unum, & nos multos, in multis, per multa (*b*); ut per eum adprehendam, in quo & adprehenſus ſum; & a veteribus diebus colligar, ſequens unum, praeterita oblitus; non in ea, quae futura ſunt, & tranſitura ſunt, ſed in ea, quae ante ſunt, non diſtentus, ſed extentus (*c*), non ſecundum diſtentionem, ſed ſecundum intentionem ſe-

Mmmmm

(*a*) Ut Rieſe,

ſequor ad palmam ſupernae vocationis, ubi audiam vocem laudis tuae, & contempler delectationem tuam, nec venientem, nec praetereuntem (*d*). Nunc vero anni mei in gemitibus. Et tu ſolatium meum Domine pater meus aeternus es; At ego in tempora diſſilui quorum ordinem neſcio; & tumultuoſis varietatibus dilaniantur cogitationes meae, intima viſcera animae meae, donec in te confluam purgatus & liquidus igne amoris tui,

(*a*) *Quoniam melior eſt &c.* = Verba ſunt Davidis Pſal. 62. 4. quae ipſe Auguſtinus n. 12. ſic dilucidat = Multae „ ſunt vitae humanae, ſed Deus unam „ vitam promittit: & non illam dat no„ bis quaſi propter merita noſtra, ſed „ propter miſericordiam ſuam &c. Quas „ vitas? Quas ſibi homines elegerunt. A„ lius elegit ſibi vitam negotiandi: alius „ &c. Diverſae ſunt vitae, ſed *melior* „ *eſt &c.* = *Ecce diſtentia eſt &c.* = Diſtentio hic idem eſt, ac diſtractio, ſeu diſſipatio. = *Et me ſuſcepit &c.* = Et haec verba ſunt Davidis Pſal. 17. 36. & 62. 9.

(*b*) *In multis per multa.* = In multis plagis; Nec enim uno modo, nec ex una cauſſa Adae filii labuntur. Per multas actiones Chriſtus redemptionem exercuit; licet maxime atque potiſſimum per ſacrificium in Crucis ligno peractum. = *Ut per eum adprehendam &c.* = Cum Apoſtolo loquitur Philipp. 3. 12. *Sequor autem ſi quo modo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum a Chriſto Ieſu.* Ubi ipſe legit, *adprehendam*.

(*c*) *Non diſtensus, ſed extentus.* = Et BB. hanc lectionem praeferunt, monentes in imo margine. = Ita MSS. At „ editi habent, *intentus*] Ita etiam MSS. ſex Ετr. Licet tres editis ſuffragentur. Verum in hac lectione fluctuare non decet; Ita enim l. 13. c. 13. Ulterius: hoc loco Auguſtinus magnam Paulini ſermonis partem adſumit: *Ego me non arbitror comprehendiſſe. Unum autem, quae quidem retro ſunt obliviſcens, ad ea vero, quae ſunt priora extendens meipſum. Ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſupernae vocationis Dei in Chriſto Ieſu* Philipp. 3. v. 13. & 14. Quae Auguſtinus legit: *Ego non arbitror me apprehendiſſe: unum autem quae retro oblitus; in ea, quae ante ſunt extentus, ſecundum intentionem ſequor ad palmam ſupernae &c.* Quae non ſemel a S. D. exponuntur nunc fuſe, nunc breviter. Nos quaedam tantummodo rei praeſenti magis conſona dabimus. Serm. de Utilitate ieiunii, cap. 1. in fine = *Dicit ſe nondum eſſe perfectum, quod nondum acceperit, nondum apprehenderit: dicit ſe extendi, dicit ſe ſequi ad palmam ſupernae vocationis. In via ſtat, eſurit, impleri vult &c.* In Pſal. 38. ad v. 5. n. 6. = Secundum intentionem, non„ dum ſecundum perventionem, non„ dum ſecundum apprehenſionem. Non „ relabamur unde iam tranſiivimus, „ nec remaneamus in illis, in quae iam „ venimus. Curramus, intendamus, in „ via ſumus; nec tam ſis ſecurus ex „ eis, quae tranſiiſti, quam ſollicitus „ pro eis, ad quae nondum perveniſti „ &c. Ipſe enim (*Chriſtus*) eſt finis. „ Unum autem, hoc eſt illud unum, „ *Domine oſtende nobis Patrem, &* „ *ſufficit nobis*. Unum autem, quae „ & una dicitur in illo Pſalmo, *U*„ *nam petii a Domino, hanc requiram* „ *ut inhabitem &c.* Propter quid? ut „ &c.] Vide ſi plura deſidaras, n 8. 9. & 14 in Pſal. 130. n. 14. & Serm. 91. de verbis Matth. 22. (Alias, 234. de Temp.) c. 6 n. 6.

(*d*) *Nec venientem, nec praetereuntem.* = Haec enim rebus tempori ſubiectis neceſſario contingunt; ut ad illas veniat modo, quod olim non erat: quodque venerat, tandem abeat. Delectationi Domini; ſeu divinae eſſentiae, que beatos paſcit, nihil novi adcedit, & ex ea nihil abit. = *Nunc vero anni mei &c.* = Et hic imitatur Davidem, qui Pſ. 30. 11. *Deficit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.*

In tempora diſſilui. = Ita cum Vet. & aliis editis MSS. 2. Med. MS. S. Mar. Ricar. & optimus S. Cr. At MSS. Benignianus, Corbeienſis, & alii non deteriores, Benedictinis teſtibus, quibus ſuffragantur duo S. Cr. & unus Med. *diſſolvi*. Barbare, & citra propoſitum, niſi ſubintelligatur, *meipſum*: ut Auguſtinus in temporis examine ſit diſſolutus; addatque aliquis nimio conatu:

(1) Ioann. 14. 9.

Pſal. 26. 4.

Digitized by Google

tur: cum Auguſtinus praecedentibus verbis ſignificaverit, cupere ſe diſſolvi, & eſſe cum Chriſto nunc addere, huſque modo ſe diſſolutum in examine temporia. Et quidem ad illud Pſal. 30. *anni mei in gemitibus*, Enarr. 3. n. 5. ita loquitur S. D. = Dicit Apoſtolus, Nunc vivimus, ſi vos ſtatis in Domino. Quicumque perfecti ſunt ex Evangelio „ & gratia Dei, non hic vivunt niſi „ propter alios: nam vita eorum in hoc „ ſaeculo eis iam non eſt neceſſaria; „ ſed quia diſpenſatio eorum aliis neceſſa„ ria eſt, fit in eis quod ait idem Apo„ ſtolus, Concupiſcentiam habens diſſol„ vi, & eſſe cum Chriſto; multo enim „ magis optimum: manere autem in „ carne neceſſarium propter vos &c.] At haec nimis coacta. Et legendum, *diſſilui*: quod hic eſt, geſtivi; vel potius, fractus ſum. Virgil. 3. Georg. *Aeraque diſſiliunt vulgo*. Horat. l. 1. epiſt. 18. v. 42. *Gratia ſic fratrum diſſiluit*. Et eſt ſenſus tum litteralis, tum allegoricus: Attritus ſum nunc in diſputatione de tempore: & olim in amore temporalium.

C A P U T XXX.

A R G U M E N T U M.

Extollit adhuc iuſtos ab hac terra ereptos adtendentem felicitatem; Ad eam ipſe evectus, mox ſolidatus, uſque ad frontem Divinae veritatis conſtitutus, humanarum quaeſtionum faſtidium prorſus exſuet. Nec enim ex nobili genio, ſed ex poenali morbo homines plus ſitiunt, quam haurire poſſint: ut in quaeſtione in praecedentibus ſoluta, & contempta ſatis viſum eſt. Nonne quippe ſtultum eſt percontari, Quid faceret Deus antequam caelum, & terram crearet; aut quid ei in mentem venerit, ut tandem otium rumperet, cui ante tanta quiete litaverat? Huiuſmodi enim quaeſtio ſomnio eſt ſimillima, ut dicebatur, ſuis ipſis implicatur vocibus, & evaneſcit. Utinam diſputatoribus illis quo infirmis, eo audacibus, aeternarum rationum lux adfulgeat; & ſtatim in divinis rebus doctiores facti, a puerilibus quaeſtionibus illis conticeſcent.

ET ſtabo, atque ſolidabor in te, in forma mea, veritate tua (*a*); nec patiar quaeſtiones hominum, qui poenali morbo (*b*) plus ſitiunt, quam capiunt, & dicunt: Quid faciebat Deus, antequam faceret coelum, & terram? Aut quid ei venit in mentem, ut aliquid faceret, cum antea nunquam aliquid fecerit? Da illis Domine bene cogitare quid dicant, & invenire quia non dicitur nunquam, ubi non eſt tempus. Quod ergo dicitur nunquam feciſſe, quid aliud dicitur niſi nullo tempore feciſſe? Videant itaque nullum tempus eſſe poſſe ſine creatura tua, & deſinant iſtam vanitatem loqui. Extendantur etiam in ea, quae ante ſunt (*c*), & intelligant te ante omnia tempora aeternum creatorem omnium temporum, neque ulla tempora tibi eſſe coaeterna, nec ullam creaturam, etiamſi eſt aliqua ſupra tempora (*d*).

(*a*) *In forma mea, veritate tua.* = Ut enim divina bonitas voluntatem, ita divina veritas intellectum beati informabit; illa ne peccet, iſta ne fallatur. Licet verbum, *informare* non heic ſumamus in rigore Scholarum. Immo *formae* huius voce lumen gloriae, quod ab eſſentia divina, ut eſt ſui ipſius intelle-

1. Teſſ. 5. 6. (c) Philipp. 1. 23.

ſilva emergit, & ut cauſſa nedum efficiens, ſed & formalis ad viſionem beatam, ad qoam omnino deſideratur, & concurrit, ab Aoguſtino deſignatum Scholaſticus quiſpiam fortean ſuſpicabitor. Conſule, ſi in hac re hoſpes ſis, huiuſmodi Theologos in tract. de Viſione Dei.

(b) *Qui paenali morbo &c.* = Ex humani ingenii infirmitate, Adae lapſu cauſſata oritur, ut nonnulli plus ſcire ambiant, quam exacte deprehendere poſſint. Quoniam vero liber hic, ut vides, ad exitum vergit, ad Paganorum ſophiſmata, & cavillationes redit, a quibus ad amplam de temporis natura, & proprietatibus diſpotationem tractus eſt,

(c) *In ea, quae ante ſunt,* = Arbitrabitur qoiſquam haec creata eſſe, quae ante nos poſiti, ſeu nobis praeſentia ſunt: ex quibus divinae veritates conſpici poſſont; iuxta illud Pauli Rom. 1. 20. *Invisibilia ipſius a creatura mundi per ea, quae facta ſunt, intellecta conſpiciuntur &c.* Verum ex iis, quae cap. praeced. dicta ſunt, & aliis, quae nunc ſequuntur, manifeſtom nobis eſt loqui Auguſtinum de divinis rationibus, ſeo de aeternitate: quae ante nos poſita dicitur, quod exacte conſiſtat, & nullo modo effluat, atque labatur.

(d) *Etiamſi eſt aliqua ſupra tempora,* = Manifeſte de Angelis loquitur, qui temporum viciſſitudinibus haud ſubiiciuntur: & aevi menſuram habent: quae initium equidem, at finem non patitur. Et nihilominus aeterni dici non poſſont. De quo audiendus eſt ipſe S. D. qui lib. QQ. 83. q. 19. haec habet. = Idque „ inter immortale, (*immortalis Angelus*) „ & aeternum intereſt, quod omne „ aeternum immortale eſt, non omne „ immortale ſatis ſalubriter aeternum „ dicitur: quia etſi ſemper aliquid „ vivat, tamen ſi mutabilitatem patiatur, non proprie aeternum appellatur; „ quia noo ſemper eiusdem modi eſt: „ quamvis immortale, quia ſemper vivit, recte dici poſſit. Vocatur autem „ aeternum interdum etiam qood immortale eſt.] Et lib. de Natura boni contra Manichaeos, cap. 39. = Aeternus autem ignis, non ſicut Deus „ aeternus, quod etſi ſine fine ſit, non „ eſt tamen ſine initio; Deus autem etiam ſine initio eſt. Deinde qoia licet „ perpetuus (1) peccatorum ſuppliciis adhibeatur, mutabilis tamen natura eſt. „ Illa eſt autem vera aeternitas, quae „ vera immortalitas, hoc eſt, illa ſumma incommutabilitas, qoam ſolus Deus „ habet, qoi mutari omnino non poteſt. „ Aliod eſt enim non mutari; aliud autem prorſus non poſſe mutari. Sicut „ ergo dicitur homo bonus, non tamen ſicut Deus, de quo dictum eſt, „ *Nemo bonus, niſi unus Deus* (2): & ſicut „ dicitur anima immortalis, non tamen „ ſicut Deus, de quo dictum eſt, *Qui* „ *ſolus habet immortalitatem* (3): & ſicut dicitur homo ſapiens, non tamen „ ſicut Deus, de quo dictum eſt, *Soli* „ *ſapienti Deo* (4): ſic dicitur ignis aeternus, non tamen ſicut Deus, cuius „ ſolius immortalitas ipſa eſt vera aeternitas.] Similia habet lib. 1. de Symbolo ad Catechum. (qui genuinus ſoetus eſt S. D. etſi alii tres merito ab eodem abiudicentur) c. 3. lib. QQ. 83., q. 23. & 72. Serm. 117. de verb. Ioan. 1. (Alias, de Verb. Dom. 38) c. 7. & lib. 12. de Civit. Dei, c. 12., & 15. Tempus, inquiunt Scholaſtici, *ſubſtantialem*, & *accidentalem*; Aevum *accidentalem*, non *ſubſtantialem*; Aeternitas nullam *mutabilitatem* habet. Vide etiam, ſi placet, S. Thom. 1. p. q 10. ar. 50. Scotum in 2. Diſt. 2. q. 1. Henricum Quodlib. 5. q. 13.

MONITUM.

Ex iis autem, quae ſaepe hoc libro protulit Auguſtinus, male quiſpiam inferret, ipſum opinari creaturam nullam (quidquid ſit de tempore) ab aeterno fieri potoiſſe; Loquitur enim de eo quod contigit, non quod contingere potuiſſet. Et ſi alicubi dicit, nec fuiſſe creaturam aeternam, nec eſſe potuiſſe, loquitor de aeternitate omnibus dotibus ſuis ſociata, iuxta ſoperius dicta ex eodem S. Doctore. Quae quidem dum Patrum volumina hac de re excurris, continuo prae oculis habeas. Immo nonnunquam ita loquitur Auguſtinus, ut videatur hypotheſi illi omnino ſavere; vide lib. 12 de Civit. Dei, cap. 15. Unde Auguſtino ſaltem nec plaudente, nec improbante, potior Scholarum pars creaturas permanentes Dei omnipotentia ab aeterno produci potuiſſe docet. Et hic vero otio litat Mayro; tranſcripto cap. ab illis verbis, *De illis Domine*, uſque ad finem, ad ſua redit, & conticeſcit.

CA-

(1) Sic MSS. Edit autem *perpetuis*.
(2) Matt. 10. 18.
(3) 1. Tim. 6 16.
(4) Rom. 16. 27.

C A P U T XXXI.

A R G U M E N T U M.

Suſpicit magno religioſo obſequio divini intuitus, ſeu aeternitatis celſitudinem: a qua ſe nimis abſtractum in delictorum ſuorum malas ſequelas revocat. Expendit inde quam huſque ad horrorem mirabilis haberetur animus, cui omnia qua late patent praeterita, atque futura perſpecta eſſent, ut ipſi praeteritum, & futurum notiſſimi cantici. Iam vero, ſubſumit, quid de Deo praedicandum, qui praeterita, & futura quaelibet longe praeſtantiori modo intuetur!

DOmine Deus meus, quis ille ſinus (*a*) eſt alti ſecreti tui; & quam longe inde me proiecerunt conſequentia delictorum meorum? Sana oculos meos, ut congaudeam luci tuae. Certe ſi eſt iam grandi ſcientia, & praeſcientia pollens animus, cui cuncta praeterita, & futura ita nota ſint, ſicut mihi unum canticum notiſſimum, nimium mirabilis eſt animus iste, atque ad horrorem ſtupendus; Quippe quem ita non lateat quidquid peractum, & quidquid reliquum ſaeculorum eſt, quemadmodum me non latet cantantem illum canticum, quid & quantum eius abierit ab exordio, quid, & quantum reſtet ad finem. Sed abſit, ut tu conditor univerſitatis, conditor animarum, & corporum, abſit ut ita noveris omnia futura, & praeterita. Longe tu, longe mirabilius, longeque ſecretius. Neque enim ſicut nota cantantis, notumve canticum audientis, exſpectatione vocum futurarum, & memoria praeteritarum variatur adfectus, ſenſuſque diſtenditur: ita tibi aliquid accidit incommutabiliter aeterno, hoc eſt, vere aeterno creatori mentium. Sicut ergo noſti in principio caelum & terram ſine varietate notitiae tuae, ita feciſti in principio caelum & terram, ſine diſtentione (*b*) actionis tuae. Qui intelligit, confiteatur tibi; & qui non intelligit, confiteatur tibi. O quam excelſus es! & humiles corde ſunt domus tua. Tu enim erigis eliſos, & non cadunt quorum celſitudo tu es (*c*).

(*a*) *Quis ille ſinus &c.* = Sinus, vel ſecretum Dei, hoc loco, aeternitas eſt, ſive divinus intuitus, cui praeterita, atque futura aeque ac praeſentia obiiciuntur. *Quam longe &c.* = Adludit ad illud Davidis Pſal. 21. 2. *Longe a ſalute mea verba delictorum meorum.* Niſi quod pro *verba*, hic habetur, *conſequentia*. Quaſi diceret; Caecitas peccatum inequuta ab utcunque inſpicienda aeternitate me ſupra modum diſtraxit. Loquitur vero, ut opinor, non tam de actuali, quam de communi labe, qua nos omnes primus parens Adam veluti mala haereditate infecit.

(*b*) *Sine diſtentione &c.* = Omnino ita legendum cum BB. qui & lectionem hanc ſic bene ſuadent. = In vulgatis, „ & aliquot MSS. *ſine diſtinctione*. At in „ MSS. pluribus, & melioris notae ha„ betur *ſine diſtentione*, conſequenter „ porro ad illud, quod praecedit. *Ne„ que enim ſicut nota cantantis .. . va„ riatur affectus ſenſuſque diſtenditur.*] Ita etiam 2. S. Cr. & unus Med. Licet Vet. unus S. Cr. unus item S. Mar. & duo Med. editi foveant.

De ſcientia autem Dei agit frequentiſſime Auguſtinus; at brevitatis cauſſa ea tantum hic dabimus quae habet lib. 2. de QQ. diverſ. ad Simplicianum, q. 2. n. 2. = Quid eſt enim praeſcientia, „ niſi ſcientia futurorum? Quid autem „ futurum eſt Deo, qui omnia ſuper-

„ greditur tempora? Si enim (1) ſcien-
„ tia Dei res ipſas habet, non ſunt ei
„ futurae, ſed praeſentes: ac per hoc
„ non iam praeſcientia, ſed tantum ſcien-
„ tia dici poteſt. Si autem ſicut in or-
„ dine temporalium creaturarum, ita
„ & apud Deum nondum ſunt quae fu-
„ tura ſunt, ſed ea praevenit ſciendo;
„ bis ergo ea ſentit, uno quidem modo
„ ſecundum futurorum praeſcientiam,
„ altero vero ſecundum praeſentium
„ ſcientiam. Aliquid ergo temporaliter
„ accedit ſcientiae Dei: quod abſurdiſ-
„ ſimum atque falſiſſimum eſt.] Cum
Auguſtino concinit ſcholaſtica, & amplio-
ri forma egregius eius diſcipulus S. Tho-
mas, qui 1. p. q. 57. ar. 3. = Deus
„ videt omnia ſua aeternitate, quae cum
„ ſit ſimplex, toti tempori adeſt, &
„ ipſum concludit. Et ideo unus Dei
„ intuitus fertur in omnia, quae agun-
„ tur per totum tempus, ſicut in prae-
„ ſentia, & videt omnia, ut in ſeipſa
„ ſunt, ſicut ſupra dictum eſt, cum de
„ Dei ſcientia ageretur.] Et 1. p. q.
14. ar. 13. = Licet contingentia fiant
„ in actu ſucceſſive, non tamen Deus
„ ſucceſſive contingentia, prout in ſuo
„ eſſe, ſicuti nos, ſed ſimul. Quia ſua
„ cognitio menſuratur aeternitate, ſicut
„ etiam ſuum eſſe. Aeternitas autem
„ tota ſimul exiſtens, ambit totum tem-
„ pus, ut ſupra dictum eſt. Unde om-
„ nia, quae ſunt in tempore, ſunt Deo
„ ab aeterno praeſentia: non ſolum ea
„ ratione, qua habet rationes rerum
„ apud ſe praeſentes, ut quidam dicunt,
„ ſed quia eius intuitus fertur ab aeter-
„ no ſupra omnia, prout ſunt in ſua
„ praeſentialitate. Unde manifeſtum eſt,
„ quod contingentia, & infallibiliter a
„ Deo cognoſcuntur, in quantum ſub-
„ duntur divino conſpectui, ſecundum
„ ſuam praeſentialitatem, & tamen ſunt
„ futura ſuis cauſis comparata.] Vide,
ſi plura deſideras, eumdem in 1. Diſt.
38. q. un. ar. 5 & 1. contra Gen. c 66.
6. & q. 12. de Verit. ar. 12.

(c) *Quorum celſitudo tu es.* = Ita cum BB. (qui nihil admonent) ex editis Baſil. & quidam alii vetuſti: nec non MSS. 3. S. Cr. unus Med. At editi fere omnes, *quorum fortitudo*. Ideo forte, quia S. D. videtur adludere ad quaedam Davidis, qui Pſal. 30. 4. *Quoniam fortitudo mea ... es tu*. Pſ. 42. 2. *Quia tu es Deus fortitudo mea*. Et 117. 14. *Fortitudo mea ... Dominus*. Verum haud neceſſum erat, omnibus prorſus vocibus loci, ad quem fortaſſe adludebat Auguſtinum inhaerere; Quandoquidem quum dictum eſſet, Deum eſſe *excelſum*, & eius excelſi domum eſſe humiles, potius addenda erat vox, *celſitudo*, quae praecedentibus exactius ac fortitudo reſpondebat.

Ceterum animus *tam grandi ſcientia & praeſcientia pollens, cui cuncta praeterita, & futura ita nota ſint, ſicut nobis unum canticum notiſſimum* (quod Auguſtinus poſt initium quaerebat) nec datur, nec aliquando, ut opinamur dabitur.

CON.

(1) Sic MSS excepto uno e Vatic. qui cum ante editis ferebat, *in ſcientia res ipſas habet*.

Digitized by Google

CONFESSIONUM
LIBER XII.

ARGUMENTUM.

E*Adem Geneſis verba*: In principio fecit Deus caelum, & terram &c. *interpretatione inſequitur; iisque concitatus, plurima detegere ambit. Habet mox bipartitum caelum, bipartitam & terram. Hinc de incompoſita materia, & abyſſo tenebris obſita, terrae nomine ſignificata; Deque informi, quod olim, rem levius adtendens, male pictum, ac foedum credebat. Rem inde diſputandam colligens, obiicit ſibi caelum, terramque velut duo, quorum primum ſummum, alterum infimum: utrumque a Deo compactum; adeo vero ut ex materia ad nihili fines poſita cuncta Deus eduxerit. E levibus autem ad maiora procedens, Caelum caeli ſpiritualem creaturam, Conditori equidem minime coaeternam, at ſupra temporum viciſſitudines poſitam interpretatur. Neve plurimis, quae turmatim ſe diſputationi ingerunt, obruatur: prodit quae certa iam ſcientia deprehenderit; puta Deum eſſe immutabilem: omnia, excepto peccato, quod nec ipſi, nec eius dominio nocet, in Deum revocanda. Quibus praeiactis: ſtatuit duo temporis principatum eludere, Angelum, & informem materiam. Quoniam vero Divinorum eloquiorum generalis notio haud importune hic deſiderari poſſet: docet primum, hanc non levem eorumdem laudem eſſe, ut mira profunditate deliteſcant, & ſimul parvulis vulgari ſuperficie blandiantur. Tum ad innumerabiles in illis latentes doctrinas: quod ut ſenſim digeret, certis a dubiis ſemotis: profitetur ſe cum duris illis diſputatoribus nolle conferre ſermonem, qui aut nimis manifeſta ad quaeſtionem vocant, aut non prorſus Moſi fidunt. Pii ergo, atque ingenio mites adcedant; hi autem de Angelo, ac terra informi ſtatuta haud improbabunt; at forte contendent, caeli nomine Angelum terrae informem materiam Moſem ſignificare noluiſſe: qua de re varia offert aut data, aut danda iudicia: ipſe interim Chriſtianam concordiam maxime penſans, litigio parcens. Nec tamen ſententiam, auro ſcribendam tacens, quaelibet non mala iudicia, ſi non a Moſe, a Spiritu-Sancto praeintendi potuiſſe. Sed & hic, ut eſt confertus doctrinis, quae haud negari poſ-*

poſſunt, varios commentarios illis verbis, In principio fecit &c. *& aliis*, Terra autem erat inviſibilis, *facile aptandos enumerat, & etiam diſcutit. Illud tantum maxime volens, ne falſa aut doceamus, aut a Moſe docta ſuſpicemur. Commendans etiam, ne ita fidenter praedicemus, hanc, vel illam ſententiam potiſſimum à Moſe inſpectam: ſed curandum ut vera, & Spiritu-Sancto digna ſtatuantur: quandoquidem, juxta dicta, unus Scripturae ſinus plurimos poteſt partus gerere. Nec renuit alias expoſitiones initio Geneſeos a bonis, vel malis hominibus dandas exhibere; quarum item, exceptis carnalibus, nullam contemnendam monet: praeferendam tamen luce veritatis, & fruge utilitatis inter ceteras eminentem. Uſque dum tandem ſermonem colligens, apertioribus verbis praedicat: non contendendum quid Moſes ſenſerit, cum innumeras, & etiam omnes verbis ſuis cohaerentes aequas ſententias voluerit. Licet interim ipſe Auguſtinus ad maxime inſpectam nitatur.*

C A P U T   P R I M U M.

A R G U M E N T U M.

Sacrae Scripturae verbis ſollicitatus, multa illius rimari ambit. Et quidem cum optime noverit humanae mentis deſideria plerumque aut in caſſum ire, aut non bene ſatiari: in ipſo diſputationis exordio nonnihil deſpondet animo. Verum Redemptoris oraculo Matth. 7. expreſſo, quo docemur conſtanter, & juſte quaerenti veritatem detectum iri mox in ſpem magnam erectus, religioſa fidentia in ſacram arenam proſilit.

Multa ſatagit cor meum, Domine, in hac inopia vitae meae pulſatum verbis ſanctae Scripturae tuae; Et ideo plerumque in ſermone copioſa eſt egeſtas humanae intelligentiae, quia plus loquitur inquiſitio (*a*), quam inventio, & longior eſt petitio, quam impetratio, & operoſior eſt manus pulſans, quam ſumens. Tenemus promiſſum, quis corrumpet illud? Si Deus pro nobis, quis contra nos (1)? Petite, & accipietis: quaerite, & invenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quaerit invenit, & pulſanti aperietur (2). Promiſſa tua ſunt; Et quis falli timeat, cum (*b*) promittit veritas?

(*a*) *Plus loquitur inquiſitio, quam inventio.* = Id vero, inquiunt plures, maxime ex iniquis, potiſſimum in Auguſtino conſpicitur. Lutherus in praefat. Aſſert. art. *Quoties Auguſtinus ſolum diſputat, nihil definit?* Eraſmum lib. 25. Epiſt. 34. *Plura defendit interdum non ſine tergiverſatione*. Ell Du Pin t. 3. Novae Biblioth. Auctorum Eccleſ. *Circa res theologicas, de eo dici poteſt, quod de ſeipſo dicebat Cicero circa Philoſophiam, quod fuerit magnus opinator, ideſt, quod plurimas opiniones, quae merum habebant probabilitatem in medium protulerit.* Mox vero addit: *Sed id fecit ſanctus Auguſtinus admodum modeſte, ac prudenter: non ea mente, ut alios ad arbitrium ſuum caecorum in morem ſe-*

(1) Rom. 8. 31.

(2) Matt. 7. v. 7. & 8.

Digitized by Google

ſequendum adigeret. Eadem iniquis phraſibus, & livida rabie clamat ſaepe *Ioannes Pherepontus*.

Auguſtinum ſaepe diſputare, nihil definire: plurimas opiniones probabiles exhibere, quas Lectores, graviſſime cunctis expenſis, aut ſequantur, aut improbent, ut incomparabilem Virum amore *non caeco* ſequimur, inficiari nolumus. Sed quid inde? Anne malum: immo an non inſigne bonum implexas, intricatiſſimas difficultates ad examen ducere, vigili mente pervadere, acute, enucleate diſcutere; erroribus hinc vero propulſatis, & manifeſta veritate ſemota; plura veroſimilia offerre dogmata, quorum aequiora, ut cenſebunt, Lectores ſequantur? Anne de beneficio indignaris? quod Doctorum ſummus nedum typho, qui omnes dedecet, ſed & magiſterio, quo tanto iure frui poterat, ab ecto: ceu vir e trivio tibi etiam homuncioni amicus, atque domeſticus, minime ſentiendi fines praefixerit, ſed plurimas ad bonam inſpiciendam lucem rimas obtulerit, ut quam opportuniorem iudicabis arripias: paratus etiam quam idoneo momento improbaveris mox improbare, delere, eiurare? Quin immo haec in Chriſtianorum doctiſſimo dum adtenduntur eximia ſagacitatis, modeſtiae, atque prudentiae exempla: cur non potius ſalutari pudore ſubſunduntur Lutherus, Eraſmus, Du Pin, Pherepontus, aliique vel haeretici, vel impii, vel audaciſſimi homunculi (quibus ſaeculum noſtrum abundat) qui vel errores, vel quiſquilias velut oracula praedicant inflatis buccis, eoſque exſecrantur, quos eiſdem vident adverſos?

(*b*) *Promiſſa tua ſunt: & quis falli timeat, cum &c.* = In haec verba ceu nimis pia, & religioſa ita adlatret *Ioannes Pherepontus* = At verba, *petite*,
„ *& accipietis &c.* ita non ſunt intelli-
„ genda, quaſi quarumvis Metaphyſi-
„ carum quaeſtionum ſolutionem peten-
„ ti eam tribuere neceſſe habeat Deus.
„ Verum haec intelligenda tantum de
„ neceſſariis abſolute, conditione etiam
„ hac, poſita, ut qui ea intelligere cu-
„ pit, non tantum precibus ad Deum
„ confugiat, ſed etiam omnia faciat,
„ quae ratio ſuadet eſſe facienda, ut
„ conſequatur quod vult. Si quis ve-
„ ro peteret, & acciperet a Deo pe-
„ ritiam linguarum Graece, & Latinae,
„ an propterea impetraret, ſi interea
„ nihil faceret ad eam ſibi comparan-
„ dam? Sane neque illa peritia neceſſa-
„ ria eſt ad ſalutem, neque ſine labo-
„ re acquiri nunc poteſt. Idem de a-
„ liis eiuſdem generis dixeris. Nec ſi-
„ ne periculo eſſet opinio eius, qui
„ exiſtimaret ſe id, quod cogitas de
„ re quapiam divinitus accepiſſe, quia
„ Deum oraſſet prius, ut ſibi verita-
„ tis cognitionem impertiretur. *Me-*
„ rus hoc tandem Enthuſiaſmus eſſet,
„ cuius ope omnia quaevis divinae re-
„ velationi, etiam repugnante recta ra-
„ tione aequarentur. Vide ad Lib. 13.
„ cap. 25.

℞. I. *Ita non ſunt intelligenda &c.* = Iam de fere primis Religionis noſtrae veritatibus Chriſtianos omnes, eorumve Sapientiſſimum inſtruis! Quis non tibi ad veterum Heroum ſibiam palmas decantet? Quis non centeno gutture cum Valerio Flacco Argonauticon lib. 4. v. 326. clamet: *Salve vera Iovis, vera a Iovis undique proles*. Quod vero daterius eſt, Auguſtinus non hic tantum, ſed & alibi frequentiſſime eumdem ſuum, ſi tibi credimus, errorem confirmat. Immo lib. 1. de Moribus Eccleſ. Cathol. cap. 17. n. 31. magnis vocibus praedicat = Nam ſi ſa-
„ pientia, & Veritas non totius ani-
„ mi viribus concupiſcatur, inveniri
„ nullo pacto poteſt. At ſi ita quae-
„ ratur, ut dignum eſt, ſubtrahere
„ ſeſe, atque abſcondere e ſuis dile-
„ ctoribus non poteſt. Hinc eſt illud,
„ quod in ore habere etiam vos ſole-
„ tis, quod ait: *Petite, & accipietis:*
„ *quaerite, & invenietis &c.* Amore
„ petitur, amore quaeritur, amore pul-
„ ſatur, amore revelatur, amore de-
„ nique in eo, quod revelatum fuerit,
„ permanetur.

II *Quarumvis Metaphyſicarum &c.* = Fingis hoſtem, quem ferias? Non *quarumvis* Metaphyſicarum quaeſtionum, ſed talium, quae ad prima Scripturae oracula apte diſcutienda ducere poſſint, cognitionem e Deo Auguſtinus poſtulat. Liquet id fere ex integro praeced. libro: maxime ex cap. 2. & 22. At nolumus verbis agere, & veritas mox aperienda eſt ſine ambagibus. Quaecunque res, dummodo honeſta, & honeſtis modis, & honeſto fine poſtuletur, ab eo, a quo omne datum optimum, dabitur. Id in Chriſtiana ſcola notum, tritum eſt. Sed quoniam quod maxime & primo, & ſemper, vel expreſſe, vel tacite poſtulatur & eſt potior Dei gloria, & ſpirituale noſtrum bonum; hinc dum hoc conceditur, peculiaria deſideria fruſtrari videntur. Quod fere expreſſit S. D. l. 5. c. 8. n. 2. illis ver-

Nonnn bis,

Sed tu alte conſulens, & exaudiens, cardinem deſiderii eius &c. Quod millies (1) alibi docet: quod Catholici omnes fatentur: quod vetulae item, & pueri didicerunt. Quanquam vero haec ita ſe habeant: quanquam haec cunctis Fidelibus ſint notiſſima; Adhue non inde ſequitur, peculiaria beneficia non inſigni ſolicitudine, & fiducia poſtulanda; Niſi velis praedicare, & ſancta quoque frigide, & haeſitanter petenda: cum & ſancta aliquando negentur, ut veniant ſanctiora; Sed conſtanter orandum eſt, excitandus fervor, augenda fiducia, & non dubitandum de gratia; vel enim poſtulatum argentum: vel eius loco aurum, & topazion obtinebimus.

III. *Tantum de neceſſariis abſolute.* = Praedicat Dei Filius v. 19. c. 17. Matth. *Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: Tranſi hinc illuc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis.* & Lucae 17. 6. *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis.* Similis habentur Matth. 21. v. 21. & 22. & Mar. 11. v. 23. & 24. Quaerimus, an haec ſint *de neceſſariis*, & quidem *abſolute*? Quaerimus, an quaecumque inſigni fiducia ſanctiſſimi viri, atque Dei domeſtici poſtularunt, & obtinuere, fuerint *abſolute de neceſſariis*? Quaerimus tandem, utrum de rebus Divinis bene loqui potuerit *Pherepонus*, qui capitalia, & prima Chriſtianorum dogmata improbavit?

IV. *Omnia faciat, quae &c.* = Id quidem tibi adſentior, Sed quale tuum genium vir otii, & verborum, ut vel fabuleris, vel in ſubſidium fabularum veritatem advoces? Auguſtinus hic methaphyſicis, te ipſo teſte, indulget quaeſtionibus; profeſſus es autem ſuſpicere te Auguſtini ingenium maxime ad res metaphyſicas natum, aptiſſimum; Quid ergo Auguſtino deeſt: quid non fecit ex neceſſariis ad metaphyſicas has quaeſtiones diſcutiendas? Tuo certe ingenio ad phaleras nato pro metaphiſicis rebus plurimum deeſt. Et ad ſcripturae arcana inſpicienda deeſt quod mox ipſius Auguſtini verbis aperiam. Lib. 2. de Serm. Dom in monte ſec. Matth. c. 20. n 68., & 69. = In hoc
„ autem praecepto (2), quo prohibemur
„ Sanctum dare canibus, & mittere ante
„ porcos margaritas: diligenter quae-
„ rendum eſt quid ſit Sanctum, quid
„ margaritae, quid canes, quid porci.
„ Sanctum eſt, quod violare, atque
„ corrumpere nefas eſt &c. Margaritae
„ autem quaecumque ſpiritalia magni
„ aeſtimanda ſunt, & quia in abdito
„ latent, tamquam de profundo eruun-
„ tur, & allegoriarum integumentis
„ quaſi apertis conchis inveniuntur.
„ Licet itaque intelligi, quod una, ea-
„ demque res & Sanctum, & margari-
„ ta dici poteſt: ſed ſanctum ex eo quod
„ non debet corrumpi, margarita ex
„ eo quod non debet contemni. Co-
„ natur autem quiſque corrumpere (3)
„ quod non vult eſſe integrum: con-
„ temnit vero quod vile ducit, & qua-
„ ſi infra ſe eſſe exiſtimat; & ideo cal-
„ cari dicitur quidquid contemnitur.
„ Quapropter canes quoniam inſiliunt
„ ad dilacerandum, quod autem dila-
„ cerant integrum eſſe non ſinunt: *Noli-*
„ *te*, inquit, *Sanctum dare canibus*:
„ quia etſi dilacerari, & corrumpi non
„ poteſt, & manet integrum, atque
„ inviolabile: illi tamen quid velint co-
„ gitandum eſt, qui acriter, atque
„ inimiciſſime reſiſtunt, & quantum in
„ ipſis eſt, ſi fieri poſſit, conantur
„ perimere veritatem. Porci vero quam-
„ vis non ita ut canes morſu appetant:
„ paſſim tamen calcando coinquinant.
„ Non ergo *miſeritis &c.* Canes ergo
„ pro oppugnatoribus veritatis, porcos
„ pro contemtoribus poſitos non incon-
„ grue accipimus. Quod autem ait,
„ *Converſi dirumpant vos*, non ait ipſas
„ margaritas dirumpant. Illas enim con-
„ culcando, etiam, cum convertuntur,
„ ut adhuc aliquid audiant, dirumpunt
„ tamen eum, a quo iam miſſas marga-
„ ritas conculcaverunt. Non enim facile
„ inveneris quid gratum ei eſſe poſſit, qui
„ margaritas calcaverit, ideſt, cum ma-
„ gno labore divina inventa contemſerit.
„ Qui autem tales docet, quomodo non
„ diſrumpatur indignando, & ſtomachan-
„ do non video. Utrumque autem a-
„ nimal immundum eſt, & canis, &
„ porcus &c.

V. *Peritiam linguarum, Graecae.* = Quouſque vir impudentiſſime recoctam crambem hanc ad menſam noſtram intrudes? Cantas, & recantas, frigis, & re-

(1) Vide l. 2. de Serm. Dom. in monte ſec. Matth. c. 17. n. 58.
(2) Matth. 7. 6.

(3) *Pherepонus* quod Divinas veritates contemſerit, & latraverit porcis, & canibus ſimilis.

refrigis; ut nunquam non meminerimus plauſu, & horrore aliqua te Graeca verba didiciſſe!

VI. *Si interea nihil faceret &c.* = Hic vero tam ſtupendo delirio inſanis, ut iram nobis ingeras, & horrorem! Vides quali, quantoque tum divino, tum humano adparatu ſe ad diſputationem Auguſtinus adcingat; Aenigmata, quae digerere expetit, te iudice metaphyſica ſunt. Fateris Auguſtinum eximio ingenio, maxime pro metaphyſicis rebus praeditum. Nunc vero eſutis, ſaltem oblique eumdem S. D. ad diſcutienda quae hic proponit, nihil facere; ac ſi utroque pede claudus ad aſtra volare contenderet.

VII. *Neque .. acquiri nunc poteſt.* = Quam oblique ſerpentis inſtar incedis! Quorſum hae ſtrophae ad rem noſtram nihil ſpectantes? Nec Graeca, nec Malabarica, nec Anglica, nec quaevis alia lingua ſine ullo labore adquiri poteſt; Sed nec a colo ſine labore muliercula fila ducit. Cur autem addis, *nunc*? Aut verbis, aut fatua malitia abundas. An olim ſine labore Graecae, & Latinae linguae peritia adquirebatur? Immo vero longe hodie facilius plurium, qui emerſere, codicum, indicumque, & exactiſſimarum Grammaticarum beneficio. Sed quid adhuc patior malitiam tuam deliteſcere? Au vero licet peſſimus, ſimul adeo bonus fuiſti, ut tibi blandireris, ſtupendis tuas haſce ſtrophas nonniſi a pueris lectum iri? Ingenium tuum, & genium iam novimus. Priſcae aetatis hominum Orientalium linguarum profeſſorum exiſtimationem non ſemel verbo, & ſcripto conatus es elevare: nunc autem ut vel una, vel alia ratione fauſta tibi ea cedat alea, innuis vetuſtis temporibus earum linguarum cognitionem admodum obviam fuiſſe: ut ſic ex utraque parte tendantur reticula, dicaturque, veteres aut linguarum imperitos: aut peritos quidem, ſed ita ut nulla ex hoc ipſis debeatur laus. Sed quid tibi, ſi veterum decurtata fama, tua interim, cui uſque ad phreneſim inhias, haudquaquam protenderetur? Quos erat ut praedicares, hodie eas linguas familiares nobis haud fieri citra inſignem laborem: ut cum centies earumdem linguarum excellentiſſimum te profeſſorem iactaveris: deceptus, atque deterritus orbis, cunctis, maxime vetuſtioris aetatis, deſpicatui doctis, te ceu hominem e caelo delapſum, Apollinis primogenitum, & reliquis Moſis cariſſimum horrore ſalutaret, ſuſpiceret, veneraretur! Equidem in ſuſpicionem hanc indignaberis: ſed patere quemquam uti iure ſuo: & tua in Auguſtinum beneficia tibi nos remetiri; Tu Doctorum modeſtiſſimum, ubique inſigni candore incedentem perpetuis calumniis, & iniquis interpretamentis inſectatus es; Non ergo magnum quid eſt in te nebulone poſt hominum memoriam ſuperbiſſimo, extra chorum, & oblique canente lactantiae genium, & machinam ſuſpicari. Etſi autem hanc in te collatam, ut tu vocabis, criminationem, vel Apollinis oraculo diluas, quid inde? Graviſſime effatus eſt S. Syneſius Ptolem. epiſc. Epiſt. 50. ad Fratrem, poſt init. = Ego vero quamvis obſcura ſit res, & incerta, arbitror oportere omnes pariter averſari illum, quod ita moratus ſit, ut quamvis non fecerit, facturus fuerit: & receperit crimen moribus ſuis conveniens &c. Alexander autem ſi non femina, at certe effeminatus erat, & id crimen capiebat. Siſyphum autem, & Ulyſſem odio habeo, nam etſi quid veri dicerent, at certe tales erant, qui plura mentiebantur."

VIII. *Nec ſine periculo &c.* = Tu vero tam ubique, at maxime in Divinis hoſpes, & impudens os, ut fere citra reperiundae veritatis periculum blateres. Quoniam autem Salvatoris oraculo Sanctum canibus dandum non eſt, nec margaritae ante porcos proiiciendae: non ad *Pherepopum*, ſed ad Fidelem Lectorem verba mea. Te veritatem aliquam prorſus divinitus accepiſſe, difficillime, & nonniſi graviſſime humanarum divinarumque rerum praeiacto examine exiſtimabis. Nunquam vero etſi cuncti Caelites tibi famularentur, doctrinam tuam eis, quae Prophetis, & Apoſtolis revelatae ſunt, Orthodoxae nempe Fidei dogmatibus aequiparare poteris. In divinum hoc foedus dum Auguſtinum peccaſſe oſtenderit *Pherepopus*, mihi, cum nonne ſit ſcurra, magnus erit Apollo. Vide infra ad c. 25. lib. 13. *Mero tandem eothuſiaſma* ſupplantatus, ſibi blanditus eſt Ioan. *Pherepopus*, verbis iſtis ſomnio ſimillimis Auguſtini amicos deterritum iri.

C A P U T II.

A R G U M E N T U M.

Iamiam ad diſputationem adcedens, profitetur primo caeli, quod nobis obiicitur, & terrae, quam calcamus Deum factorem. Mox vero, dilato iudicio, quaeſtionem excitat, Quid ſit Caelum caeli, quod non mortalibus, ſed Domino reſervatum Scripturae produnt, quodque noſtros intuitus fugit? Tale equidem, cui quidquid conſpicimus comparatum terrae vices impleat.

Confitetur altitudini tuae humilitas linguae meae, quoniam tu feciſti caelum & terram; hoc caelum quod video, terramque quam calco; unde eſt haec terra, quam porto (*a*): tu feciſti. Sed ubi eſt Caelum caeli (*b*), Domine, de quo audivimus in voce Pſalmi, Caelum caeli Domino, terram autem dedit filiis hominum (1)? Ubi eſt Caelum, quod non cernimus (*c*), cui terra eſt hoc omne quod cernimus? Hoc enim totum corporeum, non ubique totum, ita accepit ſpeciem pulcram in noviſſimis, cuius fundus eſt terra noſtra; ſed ad illud Caelum caeli, etiam terrae noſtrae caelum terra eſt (*d*). Et hoc utrumque magnum corpus non abſurde terra eſt, ad illud neſcio quale Caelum, quod Domino eſt, non (*e*) filiis hominum.

(*a*) *Haec terra, quam porto.* = Caro nempe, vel humanitas. Sed hanc mox quaeſtionem abicit; ſat ratus profiteri eamdem terram a Deo factam eſſe. Quaeſtionem vero de Caelo caeli reſolvit infra, maxime c 9. Unde hic non tam ad retegendam Auguſtini mentem, quam ad Lectoris commodum, ampliorem que eruditionem quaedam proferemus.

(*b*) *Ubi eſt Caelum caeli* =. De hoc Caelo nedum Pſal. 113. v. 16. quem potiſſimum S. D. intuetur, ſed & Pſ. 67. v. 34. *Qui adſcendit ſuper Caelum caeli, ad Orientem.* Et Deuter. 10. v. 14. *En Domini Dei tui Caelum eſt, & Caelum caeli.* Sed & quaedam ſimilia apud ethnicos ſcriptores reperiuntur, quorum nunc illud tantum Homeri occurrit: *Iuppiter accepit ſummum ſuper ethera Caelum.* Caelum caeli Empyreum Beatorum ſedem plures Patrum, Theologorum, Philoſophorumque interpretantur, quod inter omnes caelos eminens, Caelum caeli dici poteſt, ut appellatur Chriſtus *Sanctus ſanctorum* (2). Vide S. Thom. 1. p q 66. art. 3 & Scholaſticos, apud quos invenies Athanaſium, Ioan. Chryſoſtomum, Clementem, Hilarium, Baſilium, Theophylactum, Damaſcenum, Theodoretum, Rupertum, Magiſtrum Sentent, Bedam, Strabum, Alenſem, Albertum M. & alios.

(*c*) *Ubi eſt Caelum, quod non cernimus?* = Cur Empyreum noſtros intuitus fugit, non adeo liquide demonſtratur. Ut de iuniorum, qui ad omnem caeli gyrum novam Philoſophiam, & quoad haec, & fere quoad omnia obtrudunt, placitis taceam; Sunt qui arbitrentur, Empyrei viſcera, intra quae nonnullorum ſententia Beati triumphant, mira perfundi luce, at non itidem corticem. Unde &c. Ricardus in 2. Diſt. 2. q 2. 3. ſi cenſeas Empyreum & in ſuperficie convexa lucidum: cur non videatur, quatuor tibi coniectationes affert. I. Quod interpoſitum aqueum, vel cryſtallinum caelum Empyrei radios decurtet, vel frangat. II. Quod Empyreum ipſum nimis ſit a nobis ſemotum. III. Mira, inquit, Empyrei lux, ſed quae Beatorum, non mortalium oculis congruat. IV. Fortaſſis tandem lux illa & adſpectibus noſtris quadraret; at Dei placito quoad hoc deturbari, praepediri. Sed quatuor hae conjecturae facile, niſi fuſior de his rebus, fere digreſſione inductis, ſermo nos

(1) Pſal. 113. v. 18.

(2) Daniel. 9. 24.

Digitized by Google

nos dedeceret, improbari poſſent. S. Thomas in 2. Diſt. 2. q. 2. ar. 2. ad 1. ita loquitur: *Illa entio* (quod lucis cauſſa, vel beneficio nobis corpora obiiciantur) *procedit de eo, quod eſt hoc modo lucidum, ut radios emittat ſenſui noſtro viſibiles: propter quod etiam ignis in propria ſphera non lucet; ſic autem non dicimus lucidum caelum Empyreum, ſed quia in natura ſua lucem habet*. Brevius autem, ſimplicoſque 1. p. q. 66. ar. 3. *Poteſt dici quod habet lucem caelum Empyreum non condenſatum, ut radios emittat, ſicut corpus ſolis, ſed magis ſubtilem*.

I. Scotus cum ſuis contendit Beatorum Regi m inter Empyrei viſcera, ſeu in ſuperficie concava poſitam. E contra S. Thomas (qui olim iunior in 3. Diſt. 22. q. 3. ar. 3 quaeſtiunc. 1. ad 1. idem forte ſenſerat) Lib. 4. contra Gentes, c. 87. & 3. p. q 57. ar. 4. arbitratur Chriſtum, & Beatos quoslibet Empyrei ſuperficiei convexae inſidere, & illic aeternis triumphis geſtire. Cui nedum ex antiquis, & domeſticis, ſed ex neotericis etiam, atque extraneis plures adſtipulantur. Quique volunt, idem ſenſiſſe Chryſoſt. Theophylact. Aecumen. Anſelm. & alios quosdam. Advocantes etiam in propriae ſententiae, coniecturis haud contemnendis firmitate, patrocinium aliquot Scripturarum teſtimonia v. gr. Pſal. 8. v. 8., 67. v. 34., 113. v. 16. Epheſ. 4. 10. Hebr. 7. 26. In qua quidem controverſia nihil ego pronuntio, tum quod textus minime poſtulet; tum quod deterreat graviſſima Auguſtini ſententia: qui lib. de Fide, & Symbolo, c. 6. ita loquitur: *Credimus in caelum adſcendiſſe*, (Salvatorem) *quem beatitudinis locum etiam nobis promiſit, dicens* (1), Erunt ſicut Angeli in caelis, *in illa civitate, quae eſt mater omnium noſtrum Ieruſalem aeterna in caelis* (2). *Solet autem quosdam offendere vel impios gentiles, vel haereticos &c.* Et horum propulſata blaſphemia, ex Divinarum ignorantia rerum deducta, concludit: *Sed ubi, & quomodo ſit in caelo corpus Dominicum curioſiſſimum, & ſupervacaneum eſt quaerere; tantummodo in caelo eſſe credendum eſt. Non enim eſt fragilitatis noſtrae caelorum ſecreta diſcutere, ſed eſt noſtrae fidei de Dominici corporis dignitate ſublimia, & honeſta ſentire*.

(*d*) *Etiam terrae noſtrae caelum terrae eſt*. = Quodnam terrae caelum? Aer quiſpiam inquiet. Et aer enim caeli nomine deſignatur in ſacris Litteris: Pſal. 8. v. 9. 103. v. 12. Ierem. 7. 3. & 9. 10. Ezechiel. 38. 20. Daniel. 2. 38 & 3. 80. Oſeae 2. 18. Matth. 8. 20. Mar 4. 4 & Lucae 8. 5. Id nullo modo credendum eſt; Nedum ſiquidem Empyreo, ſed & reliquis caelis collatus aer terra dici poteſt. Item nulla inde Empireo laus accederet. Loquitur ergo de cunctis caelis, qui innumeris dotibus adeo Empyreo concedunt, ut illi collati quaſi terra ſordeſcant.

(*e*) *Quod Domini eſt, non &c.* = Reliqui caeli ad hominum conſervationem, & bonum compacti ſunt. At Empyreum vel ſolum, vel potiſſimum (contendunt ſiquidem Scholaſticorum plures & ipſum influere in haec inferiora) pro Dei, & amicorum eius throno, & aula inſtitutum eſt. Caelos autem plures eſſe exploratum habuit Auguſtinus; nunquam tamen certum eorum numerum ſtatuit Lib. de Gen. ad Litt. Imperſ. c. 12. n. 37. *An quoniam in Scripturis & caelos multos legimus, & caelum &c.* Lib. 12. perf. c. 29. = Si autem ſic accipimus tertium caelum, quo Apoſtolus raptus eſt, ut quartum etiam, & aliquot ultra ſuperius caelos eſſe credamus, infra quos eſt hoc tertium caelum, ſicut eos alii ſeptem, alii octo, alii novem, vel etiam decem perhibent, & in ipſo uno quod dicitur firmamentum, multos gradatim eſſe confirmant, ac per hoc corporeos eſſe vel ratiocinantur, vel opinantur, de quorum ratione, ſive opinione nunc diſſerere longum eſt] Lib. ad Quodvult. D. de haereſ. 4. *Baſilidiani a Baſilide, qui hos diſtabat a Simonianis, quod trecentos ſexaginta quinque caelos eſſe dicebat, quo numero dierum annus includitur*. Vide etiam, ſi placet, in Pſal. 32. Enar. 3. quae eſt Sermo 2. ad v. 6. n. 6. Philoſophi non pauci antiqui, quibus noviſſime adſtipulatus eſt Moyſes Aegyptius tot eſſe coelos dixere, quot ſunt ſtellae. Vide B. Albertum 2. de Caelo, tract. 3. cap. 19. Sed & fuerunt qui ſomniarent innumerabiles infinitos caelos, ſicut & mundos. Vide ipſum Auguſt. de haereſ. 77.

DIGRESSIO.

Quid vero de motu? Caelis ne inſidet, vel potius Terrae? Non hic mihi animo eſt eam quaeſtionem qua late pa-

(1) Matth. 22. 30.

(2) Gal. 4. 26.

tet diſcutere; minus vero de Ptolemaico, vel Copernicano, vel Tychonico ſyſtemate dicere. Vix mei inſtituti ratio patitur, ut brevi digreſſione tutiorem in Theologia, ſeu Divina ſcientia doctrinam aperiam, & Copernicano, eorumque patronos a nonnullis cacſpitationibus eximam. Dicendum eſt Caelum, ſeu, Solem, non Terram moveri. Quandoquidem Ioſue 10. 12. *Sol contra Gabaon ne movearis &c.* Pſal. 103. 5. *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſaeculum ſaeculi.* Et Eccleſiaſtes 1. a v. 4. *Terra autem in aeternum ſtat. Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum revertitur; ibique renaſcens, gyrat per meridiem &c.* Haec ſi Evangelico candore ſumantur; haec niſi ſomnis litemus; haec niſi velimus Divinas veritates noſtrarum quiſquiliarum eſſe pediſſequas, innuunt, ſignificant, teſtantur, motum non Terrae inſidere, ſed, Soli. At inquiunt Copernicani, plurimique neoterici in quaeſtione hac, & ſimilibus; Voluit Spiritus-Sanctus per ſacras Litteras nos efficere bonos fideles, non Philoſophos, vel Mathematicos. Id ego quoque video, & fateor. Sed & certior ſum, ac ſim me vivere: Spiritum-Sanctum nec Philoſophicas, nec Mathematicas, nec alias quaſcunque veritates excogitare poſſis ſugere, & latere; immo quidquid intuemur, eius nos intueri lumine, & beneficio. Iam vero ſi dum nos in ſacris inſtruit, & ad pietatem excitat, quaedam interponit, & docet ad humanas facultates ſpectantia: cur non mox proni cedimus: cur ut noſtri mercurii tueamur machinas, eius oracula vel diſſimulamus, vel duris interpretamentis in ſenſus aut nimis violentos, aut certe minus naturales inflectimus? Neque enim de modis hic diſputatur, vel adiacentibus, Spiritus-Sanctus teſtatur Terram in aeternum ſtare: Solem vero, in gyrum agi; Vos praedicatis in gyrum agi Terram, conſiſtere vero Solem. Adtendite quid diſputetur: An Spiritus-Sanctus nomine motus expreſſerit quietem, & e contra &c. Egregii quidem interpretes; quibus album, dulce, lucidum ſonant: nigrum, amarum, tenebroſum.

Verum Copernicani ſubſumunt: Nec de iota a Spiritu-Sancto ſerio adſerto litem habere decet. At clementiſſimus ille Spiritus, cuius *deliciae, eſſe cum filiis hominum* (t) nobis libenter connivet, noſtroque captui, atque ſermoni ſe iungit. Id argumenti amplificat Ludovic. Anton. Muratorius ſub Lamindi Pritanii larva deliteſcens, de Ingeniorum moderatione in religionis negotio lib. 1. cap. 22, 23., & 24. exhibitaque verborum congerie, in quibus Spiritus-Sanctus connivet: ſubſumit poſt med. triumphans: *Quae quum ita ſint, & tot exemplis iam pateat, non raro Scripturam Sacram, & praeſertim dum de corporibus coeleſtibus agit, humano more, & ex vulgi uſu ſolere loqui &c.*

R. Id vero nec textores inficiantur; unde & tam profuſo ſermoni parcere poterat Muratorius, niſi de verbis plerumque diſputare ſibi animo deſpondiſſet. Manifeſtum tritum eſt, Spiritum-Sanctum aliquoties humano ſermone loqui. Sed nunc controverſia eſt, an in re hac hominum ſermoni, & captui ſe iunxerit. Profecto id ſuſpicari non audent divini Sapientes, niſi vel alterius Scripturae, vel ineluctabilis doctrinae Eccleſiaſticae, vel manifeſtae naturalis demonſtrationis inditio. Scripturae autem phraſes omnes, quas tanta pompa Ludovicus Antonius congeſſit, vel ſaltem potiorem earum partem allegoriam, metaphoram, metonymiam, Spiritus-Sancti conniventiam redolere, & Catholicus e trivio mox guſtaret, definiret. At vero quale Scripturae oraculum, qualis Eccleſiae definitio, quae manifeſta naturalis demonſtratio nobis iubet, vel conſulit, ut dicamus, allegorice, metaphorice, per metonymiam, & conniventiam Spiritum-Sanctum loqui, dum adſerit conſiſtere Terram, Solem vero, moveri? Immo optime in eam rem Scripturae concordant: Eccleſia ut ſuo loco dicam apertius, atque Patres metonymiam ibi non ſunt ſuſpicati; nec vulgaribus tantum hominibus, ſed ſummis quoque Philoſophis, & Mathematicis viſum eſt, ſtare Terram, moveri Solem, & oppoſitum ſi non omnium, plurimorum certe rationi ſomnium videtur.

Quoniam vero tribus illis capitibus lib. 1. plura dicit Ludovicus Antonius, quae ſpongia, ut mihi videtur, indigent; nec vacat hic mihi de cunctis diſſerere; quaedam tantum ſeligam ad rem praeſentem magis ſpectantia, & inter reliqua eminentia, quibus diſiectis, plura corruant neceſſe eſt Cap. 22. poſt med. (pag. 179.) ita loquitur: *Non eſt illa quidem certa, non demonſtrativis rationibus probata,*

(t) Prov. 8. 31.

Digitized by Google

bata, *&* *per Tychonicam ſyſtema ſupple- ri forſitan poteſt : ſed veriſimilis tan- tum &c.* Cap. 24. ante med. (pag. 196.) *Atque hactenus aratia noſtra*, *&* *tanta verborum moles*, *non at Copernici patro- cinium ſuſcipiamus*, *cuius opinionem nun- quam nobis animus fuit adoptare*, *aut pluſquam veriſimilem arbitrari &c.* Cap. 22. poſt med. (pag. 179.) *Nam quod in hanc rem aliqui aiunt*, omnem ſa- crae Scripturae propoſitionem accipien- dam eſſe in ſenſu literali, & proprio, quotieſcumque in tali ſenſu non eſt re- pugnantia cum aliis propoſitionibus eiuſ- dem Scripturae aeque, aut magis cer- tis, aut cum definitione ſummi Pontifi- cis, aut cum propoſitione aliqua natu- rali lumine certa, & evidenti; *hoc in- quam tam latam*, *at generale axioma neſcio quam opportune inculcetur*. Idem axioma recitat, & improbat cap. 23. poſt med. (pag 188.) ubi recitato er- rore Terrae rotunditatem, Antipodaſ que negantium : ſubſumit geſtiens, & ovans = Quid heic feciſſent qui Scri- ,, pturam ſacram de his etiam indiffe- ,, rentibus rebus loquentem in ſenſu ,, Literali pruprio, neque figurato u- ,, bique, & ſemper accipiendam eſſe ,, contendunt, quoties hic ſenſus *non* ,, *repugnat &c.* Non erant Scripturae ,, loca, quibus adverſaretur opinio, An- ,, tipodas, Terrae rotunditatem negans.] Cap. 24. poſt init. (pag. 195.) = Cap. ,, 10. eiuſdem Lib. 2 (*ideſt*, *de Gen.* ,, *ad Litt.*) alia Auguſtinus habet, quae ,, a cauſa Copernici penitus aliena eſſe ,, nonnolli affirmant, de quorum iudi- ,, cio eruditi viri, nullo partium ſtu- ,, dio capti iudicabunt. De motu et- ,, iam Coeli, ait ille, nonnulli fratres ,, quaeſtionem movent, utrum ſtet, an ,, moveatur : quia ſi movetur, inquiunt ,, quomodu firmamentum eſt? Si autem ,, ſtat, quomodo ſidera, quae in illo ,, fixa creduntur ab Oriente uſque ad ,, Occidentem circumeunt &c.? Quid ,, ad haec Auguſtinus? Neutram ille ,, Philoſophantium opinionem reiicit, ,, neutram affirmat temerariam; ſed po- ,, tius contemnit, earumque rationes ,, ne ullo quidem examine dignatur, ,, tamquam controverſias ad Fidem, ,, & Eccleſiam inutiles, & minime ne- ,, ceſſarias &c.] Cap. 22. poſt init. (pag. 173.) *Eam ſententiam nedum Eccleſia*, *aut Apoſtolica Sedes damnavit*. Cap. 22. ante finem (pag. 182.) *Donec Eccleſia hanc rite controverſiam decernat*, *ſi ta- men id facere aut utile ſit*, *aut neceſ- ſarium ſanctiſſimae Religioni*. Et in fine cap. *Interim ergo prudentis eſt ſuſpen- dere iudicium*, *neque tam acriter &c.* *Id enim eſt contra Eccleſiae ipſius men- tem*, *cuius in hiſce quaeſtionibus mode- rationem omnia monumenta antiquitatis teſtantur*. Similia habet cap. 24. circa med. pag. 197.

Et haec ſufficiant. Quin plura ad- deremus, vim nobis ipſis intulimus : Commentatori, maxime in digreſſioni- bus, anguſtia praefixis limitibus territi. Nunc ſingula breviter, & exacte diſcu- tienda, & propulſanda ſunt. Agimus enim cum homine, quidquid alii iudi- cent, ingenii ad plura quidem edicen- da admodum prompti, ſed non aeque ad ſingula comparati.

I. *Non eſt illa quidem certa*, *non &c.* = Pro opinione minime certa, mi- nime demonſtrativis probata rationibus, minime pluſquam veriſimili, quam ado- ptare nonquam tibi animus fuit, *tan- tam verborum molem* congeſſiſti, tanta anxietate exſodaſti! Nimis te bonum prodis, tuorumque verborum, & ſudo- rum, non liberalem, ſed prodigum. Sed nec admodum religioſus videris qui pro tam levi homini ingenii machina meliu- res Fideles irritas, & nonnihil etiam Eccleſiam : (ut ſuo loco oſtendemus) cur autem Scripturas in alienos ſenſus de- rivas. Aegre Eccleſia Copernicanos to- lerat; At quam te illi tolerabiliores, qui nec tanta praefidentia in Eccleſiae & Scripturarum ſacraria ingrediuntur, ut ſententiam tueantur, in quam nimis amice deportantur, quamque exiſtimant egregie ſtabilitam! Niſi forte & hic con- ſueto tuo ingenio indulgeas; Et pluſ- quam veroſimilem enim ſententiam de in- temerata Virginis Conceptione dum te ve- nerari, atque etiam adoptaſſe profiteris, oblique, & per latus, ut poteras, tuis ſuphiſmatibus confodiebas.

II. *Et per Tychonicum Syſtema &c.* = Adeo ne hiſce in rebus hoſpes es, ut in ipſis principiis hallucineris? Tychonicum Syſtema quoad controverſiam praeſen- tem, Copernicanum non ſupplet, ſed prorſus evertit. Ut autem citius aga- mus iuvabit duorum hac in re perito- rum verba recitare. Antonius Gaudin ord. Praedic in Philoſophia iuxta incon- cuſſa &c. t. 3. Phyſicae par. 2. diſput. unica, q. 4. ar. 1. *Praecipue ſententiae circa Mundi Syſtema proponuntur* = *Syſtema demum Tychonicum ita ſe ha- bet*, *ut terram quidem collocet in Mun- di centro prorſus immobilem*; *Fixas ve-*

ra,

ra, *ac Primum mobile in circumferentia ſpatio vigintiquatuor horarum circa illam quotidie revolvi concedat, non ſecus ac fit in Syſtemate Ptolemaico*. Preſſius loquitur Edmundus Purchotius, qui licet Capernicanum ſyſtema (non quidem ut nec alii plures, Copernicani ut theſim, ſed ut hypotheſim : quod nempe recte incederet, niſi ei adverſaretur Scriptura) adoptet : haec habet Inſtit. Philoſophicarum t. 3. Phyſic. par. 2. ſect. 2. cap. 4. = Cum Syſtema Ptolemaicum
„ rationi, & experientiae, Capernicanum
„ vero auctoritati, ac praeiudiciis adver-
„ ſari videatur, tertium ex utroque con-
„ flavit Tycho Brahaeus nobilis Da-
„ nus, inclinante ſaeculo decimoſexto,
„ ſcilicet Chryſtiano IV. in Dania re-
„ gnante, quod ab Auctoris nomine
„ *Tychonicum* noncupatur. Sic autem ſe
„ habet. Terram cum Ptolomaeo im-
„ mobilem ſtatuit *Thycho* in centro, aut
„ certe non longe a centro Firmamen-
„ ti; Solem vero in centro motus Pla-
„ netarum cum Copernico reponit, niſi
„ qood Lunam circum Terram conver-
„ ti decernit. Tria quippe in hoc ſy-
„ ſtemate *Mobilia* circa Terram, tan-
„ quam circa centrum vertuntur; Lu-
„ na quidem, quae ipſi proxima eſt;
„ motu menſtruo; Sol, qui eſt remo-
„ tior, & quaſi medius, motu annuo;
„ Firmamentum denique, ſeu ſphaera
„ fixarum, quae remotiſſima eſt, mo-
„ tu lento, nempe 25000. annorum
„ &c.] Nunc vigila nobiſcum Laminde, & adtende : an pro re noſtra, addere, Copernicanum ſyſtema per Tychonicum ſuppleri poſſe, non in idem redeat ac dicere = Moveri terram, ſtare Solem Scripturae non adverſatur; ſuppleri autem id poteſt dicendo, quod moveatur Sol, Terra vero conſiſtat?

III. *Nam quod in hanc rem aliqui aiant, omnem &c.* = Quaſi de unius, & alterius Theologi, & quidem parum celebris opinione loquereris! Axioma illud ex omnium Patrum iudiciis bene expenſis conſlatum eſt; maxime vero ex Athanaſii, & Auguſtini. Athanaſius, ſeu quicumque (1), ſcripſerit Teſtimonia ex ſacra Scriptura de naturali communione ſimilis eſſentiae inter Patrem, & Filium, & Spiritum-Sanctum, ante finem, ſub titulo, *Obtrectare Filio eſt obtrectare Spiritui-Sancto*: Hoc inquam loco Athanaſius, non quidem, ut plures fama decepti autumant, integrum monitum illud complectitur, ſed tantum partem, quam late probat: videlicet deſerendam litteram, cum manifeſtiori alteri adverſatur: vel cum patentem in Fide errorem inducit. Ex qua tamen parte altera quoque emergit oblique; videlicet non deſerendam litteram, niſi cum &c. Illius ergo axiomatis integre, & exacte accepti protoparens habetur Auguſtinus, qui ſaepius illud proponit, & digerit. Nunc autem mihi non occurrit, niſi lib. 3. de Doctrina Chriſtiana, cap. 10. n. 14. initio, ubi = Huic autem ob-
„ ſervationi, qua caveamus figuratam
„ locutionem, ideſt tranſlatam quaſi pro-
„ priam ſequi, adiungenda etiam illa
„ eſt, ne propriam quaſi figuratam ve-
„ limus accipere. Demonſtrandus eſt i-
„ gitur prius modus inveniendae locu-
„ tionis, propria ne, an figurata ſit.
„ Et iſte omnino modus eſt, ut quid-
„ quid ſermone divino neque ad mo-
„ rum honeſtatem, neque ad fidei ve-
„ ritatem proprie referri poteſt, fi-
„ guratum eſſe cognoſcas.] Eximium hocce monitum ita hominum in ſacra ſcientia doctorum animos occupavit, tantoque plauſu exceptum eſt, ut cum in his ſtudiis fere aetatem conſumſerim, in nullum Theologum vel modeſtum, vel audaciſſimum adhuc impegerim, qui illud vel contemnat, vel in dubium vocet. Auguſtinus Calmet ord. S. Benedicti Theologus equidem minime rudis, Scripturarum item interpres longe praeſtantiſſimus, ſed & libertatis ſentiendi vix non ad exceſſum amator, & cultor, tom. 4. Antiquitatum ſacrar. & profanar. diſſert. de Baptiſmate mortuor. de quo 1. Cor. cap. 15. v. 29. ante finem n. 17. ita pronunciat: Eſt regula admiſſa a Commentatoribus omnibus, non eundum eſſe ad ſenſum metaphoricum, niſi cum ſenſus litteralis, & naturalis nobis deficiunt, vel abſurdum, contradictionem, vel blaſphemiam involvunt. At hic ſimile nihil &c. Quid dicis Laminde? Item; Ioſeph Averanus ſimplex laicus Academicus, Etruſcarum lectionum t. 1. lect. 16. Academicos adloquens (de Solis Eclypſi in morte Chriſti) poſt initium = Sò che le parole
„ degli Scrittori non ſi debbono interpre-
„ tare in rigore metafiſico; ma sò an-
„ cora

(1) Hoc opus olim habebatur ut exploratum. Nunc Criticis ſeverioribus dubium.

„ coſa che non ſi denno traſvolgere dal „ vero, e proprio ſignificato, e molto „ meno ciò far ſi dee delle ſagroſante, „ e venerande parole della Scrittura &c. „ Or perchè andar ſofiſticando, e di„ lungarſi capricciosamente dal ſenſo let„ terale, e dal vero, e naturale, e „ proprio ſignificato delle parole? Que„ ſte non puole alcuno ſtiracchiare, e „ violentare, nè a ſuo ſenno ſpiegare, „ o limitare, ſe o 'l medeſimo ſagro te„ ſto non l'accenna, o incontraſtabil ra„ gione nol perſuade.] Quae hunc ſignificatum habent Latinum: Scio Scripturarum verba in rigore metaphyſico exponenda non eſſe; at ſcio etiam detorquenda non eſſe a vero, & propria ſignificatione, & multo minus id agi debet de ſacroſanctis, & venerandis verbis Scripturae &c. Cur ergo ſophiſtice cavillari, & ſeiungi cerebri genio a ſenſu litterali, & a vero, naturali, propriaque ſignificatione verborum? Haec poteſt nemo cavillari, & cogere, nec ad ſuum placitum exponere, & limitare, niſi aut idem ſacer textus id inſinuet, aut ineluctabilis ratio ſuadeat. En Laminde, velut monitum ineluctabile, exploratum, lyppis atque tonſoribus notum id obiicit ſimplex laicus: quod velut obſcurum, dubium, & ab aliquot tantum hominibus traditum, refers tu Sacerdos, & quidem paſtor animarum! Ferrettius Anconitanus Iudaeus ſuorum eximius Magiſter, vix ad Chriſtianam lucem converſus, lib. cuius titulus: *La Verità della fede Chriſtiana*, cap. 2. de Adſcenſione Meſſiae ad Caelum, tract. 8. mox ceu apud Iudaeos etiam exploratam veritatem protulit: *Non dovendo noi eccettuare dove la Scrittura non eccettua, ſe non in caſo che dal non eccettuare ne ſiegua qualche inconvenienza, ed empietà.* Quae etiam latinitate donare iuvat: Cum non debeamus nos exceptionem ponere, ubi non ponit Scriptura: niſi exceptione omiſſa, inconveniens, vel impietas deducatur. Nunc vide quid expiſceris Laminde: Tu, qui in univerſum qua iste protenditur Theologorum chorum cenſuriam virgam exerces, ignoras, vel ceu novum, dubium, periculoſum excipis, quod infans in Chriſto, & vix Eccleſiae Catholicae natus mox tam bene vidit, & tanta pace praedicavit! Dum conaretur ſcilicet & Chriſti Sponſae placere: & Synagogae de meridiana luce dubitanti effugia praecludere. Et talis furfuris homines, plurium iudicio, eximii doctores? O tempora! o mores! Tandem quoniam eundo creſcit oratio: Thomas Burnetius vir de omnibus dubitans, nulli religioni addictus, nullique hominum fidens, lib. de Statu mortuorum, & reſurgentium, cap. 8. de Reſurrectione mortuorum, & reſuſcitatorum ſtatu, & corporibus, ante med. pag. 136. = At inquies forſan: „ Caro, & ſanguis in hoc dicto Apo„ ſtoli non accipiendi ſunt litteraliter, „ ſed myſtice, aut allegorice: quate„ nus denotant &c. Reſpondeo, primo „ hoc gratis dictum eſt, nec gratis „ tantum, ſed etiam contra RECE„ PTAM interpretandi Regulam, qua „ prohibemur recedere a litera, niſi ad „ id nos premat neceſſitas a natura rei „ & materiae ſubiectae: hic autem nul„ la eſt iſtiuſmodi neceſſitas &c]. Equidem impium dogma intuetur: ſed de illo hic nihil ad nos. Subfunderisne adhuc Laminde ſalutari pudore? En opportunus ſalvatoris oraculo locus: *Filii huius ſaeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.* Lucae 16. 8.

IV, *Quid heic feciſſent, qui &c.* = Tot nudia, & ita mox laberis, virorum fortiſſime, ut pigeat, & vix non pudeat tecum luctari! Et iure merituque doctus Migliaccina Panormitanus Canonicus tibi improperavit: *In hos incurris ſcopulos, qui abſque Dialecticae gubernaculis navigas.* Nec es Thelogus, nec Dialecticus: hiſtoriam autem vel non calles, vel, ut in aliis tuis libellis frequenter ſuſpicati ſumus, malitioſe corrumpis. Perſius Satyra 5. v. 76. & 77. *His Dama eſt non treſſis agaſo, Vappa, & Lippus, & in tenui farragine mendax.* Ut verborum tuorum congeries quidquam concludat, ad huncce ſyllogiſmum vel expreſſe, vel tacite reduca oportet: Ad improbandos Antipodas, Terraeque rotunditatem tot, tamque manifeſta erant Scripturarum oracula, quot, & qualia ſunt, ad negandum moveri Terram, conſiſtere Caelos; ſed nihilominus argumentis haud gravioribus illis, quibus Copernicanum ſyſtema propugnari ſolet, concluſum eſt dari Antipodas, Terramque eſſe rotundam: erg. &c. Huiuſmodi ſermo bonus eſſet ex forma, peſſimus vero ex materia; Unde negarem non maiorem, negarem minorem: adeoque & illationem. His adde, non ita fuiſſe apud patres communem ſententiam in Antipodas, Terraeque rotunditatem; ſicut pro motu Caeli, & Terrae quiete; Eorum item plu-

res ea in controverſia Scripturarum nec meminiſſe. Accipe verba Auguſtini lib. 2. de Gen. ad Litt. c. 9 v. 22. = Et ,, illa quidem apud nos camerae ſimilitudo, etiam ſecundum litteram accepta, non impedit eos, qui ſphaeram ,, dicunt. Bene quippe creditur ſecundum eam partem, quae ſuper nos eſt ,, de caeli figura Scripturam loqui voluiſſe. Si ergo ſphaera non eſt, ex ,, una parte camera eſt, ex qua parte ,, caelum terram contegit: ſi autem ,, ſphaera eſt, undique camera eſt.] Item lib. 16. de Civit. Dei, c. 9. ſermonem habens de Antipodis (quos non populari phantaſmate illo quod tales nobis adverſa veſtigia prementes, velut ſuſpenſi baereant, ſed gravioribus momentis non credidit) ita loquitur: *Nec adtendant, etiamſi figura conglobata, & rotunda mundus eſſe credatur; ſive aliqua ratione monſtretur, non tamen eſſe conſequens &c.* Lib autem 1. de Gen. ad litt. c. 12. abſolute Terrae rotunditatem adſtruit: *Cum enim totam terram adbuc aqua tegeret, nihil impediebat, ut aquoſa, & globoſa moles ex una parte faceret diem lucis praeſentia, ex alia autem lucis abſentia*

V. *Alia Auguſtinus habet, quae &c.* = Igitur ſi haec Copernicani adducunt; ſi eorum adverſari contemnunt: verum pſyttacum agis, & quidem nimis otioſum, dum refricas extra propriam ſedem nullis talia novis luminibus aucta: Anti Copernicanorum reſponſa nec innuens, quae tamen debebas & prorſus exhibere, & expugnare. Quid ergo Anti Copernicani huic Auguſtini ſermoni reſponant, ut candide fatear, ignoro. Illud unum video, hocce nos argumento nihil terrendos, ſi & alia, quae ibi Auguſtinus habet, quaeque Lamindus aut ſolito candori indulgens ſ aut a Copernicanis textum ad verbum ſumens, ſeu voluit, ſeu non potuit non reticere, hic proferantur. En igitur quae integro ſermoni lucem conciliant. = ,, Hoc ſane noverint, nec nomen firmamenti cogere, ut ſtare caelum ,, putemus (Firmamentum enim non ,, propter ſtationem, ſed propter firmitatem, aut propter intranſgreſſibilem terminum ſuperiorem, & inferiorem aquarum, vocatum intelligere ,, licet:) nec ſi veritas caelum ſtare ,, perſuaſerit, impediri nos circuitu ſiderum, ne hoc intelligere poſſimus] Quid amplius optare poſſumus? Non de univerſis Caelis, ſed de Firmamento, us peculiari caelo, quod *ſidereum*, vel *ſtelliferum* vocant, loquitur Auguſtinus, ut patet. Unde adhuc remanet moveri Solem, conſiſtere Terram. Et hic, & alibi (ut de Gen. ad Litt. Imperf. cap. 8 & 14.) variis modis Firmamenti vocem excipit: numquam tamen quaſi ſit caelum a motu abhorrens. De circuitu ſiderum numquam dubitat, illumque varias inter interpretationum procellas in tuto ponit. Prodat Lamindus locum, ubi Auguſtinus doceat, abſque Scripturae injuria praedicari poſſe conſiſtere ſidera, Solem, Lunam, omneſque Caelos: vel ſaltem Solem, de quo maxime diſputatur: moveri autem Terram. Sed & illud inculcandum eſt: Aliud eſſe de dogmatibus diſputare: & aliud de Ipſis adiacentibus. Habemus puta ex Scripturis hominem haud ſancte operari, niſi divina gratia motum. Item ſemper eligere, & arbitrio gaudere. Ut haec ſimul iungi poſſint: ut gratia arbitrium nequaquam violet: ut arbitrium gratiam patiatur, exacte diſcutere, non ad Eccleſiaſticam doctrinam, proxime, ſed ad Scholam ſpectat Et frequenter viri aut ſcholaſticis diſputationibus parum apti, aut gravioribus implicati concludunt, Sat nobis eſt credere, & arbitrium numquam violari, & ſine grasia nihil aeternae gloriae nos promereri.

VI. *Eam ſententiam eandem Eccleſia &c.* = O tu quis es, aut ubi gentium inhabitas: apud Garamantas ne vel Malabaricos, ut Chriſtianorum textoribus, textricibuſque notiſſima ignores?

Equidem Eccleſiam ultimo ſupremoque iudicio eam controverſiam non diremiſſe: ſeu Terram ſtare, Solem moveri non ita ab Eccleſia definitum, ut id inter Orthodoxae Fidei dogmata adcenſendum ſit, libenter fatemur. Tu vero ita loqueris, ac ſi Eccleſia, vel Apoſtolica Sedes nec muſſitaverit. Cum tamen cunctis perſpectum ſit, Copernicanum, quoad rem illam, ſyſtema Romae a Fidei Inquiſitoribus ſub Paulo V. an. 1616. & ſub Urbano VIII. an. 1633. improbatum, damnatum. Quo conterriti Copernicani, in varias partes diſtracti ſunt; Carteſius iamiam cuncta ſua ſcripta flamma delebat. Nonnulli ad effugia, & interpretationes abierunt; Plerique ſyſtemate ut theſi eiurato, illi ut hypotheſi tantum adhaeſere; Saniores vero, & prudentiſſimi Copernicano ſyſtemate prorſus reiecto, in Ptolemaici nonnihil aucti, & emendati amicitiam rediere.

Digitized by Google

re. Interim ſat erit Edmundum Purchotium audire Inſtitut. Philoſophicarum &c. t. 3. Phyſicae par. 2. ſect. 1. cap. 3. ita diſſerentem. = „ Syſtema Copernicanum defendi poteſt, ſaltem ut hypotheſis explicandis naturae phaenomenis accommodatiſſima. Obiicies primo. Illud ſyſtema defendi non poteſt, quod Scripturae ſacrae auctoritati videtur oppoſitum. Atqui &c. Huc adde quod Galilaeus huius opinionis aſſertor damnatus ſit Romae a Cardinalibus fidei inquiſitoribus anno 1616. ſub Paulo V. & anno 1633. ſub Urbano VIII. Pont. ſiſicibus Romanis. Ergo &c. Reſpondeo primo, diſtingui poſſe maiorem hoc modo. Defendi non poteſt ut *theſis*, concedo: ut *hypotheſis*, nego. Theſis enim rem ita eſſe affirmat; hypotheſis vero ex re certo modo conſtituta aliquid deducit, ſed an res ita ſit, non decernit. Quamvis autem Cardinales fidei inquiſitores vetuerint ſyſtema Copernicanum defendi ut theſim, ſeu aſſertionem, ob Scripturae ſacrae teſtimonia modo allegata: illud tamen tanquam hypotheſim propugnari conceſſerunt decreto facto anno 1620. nec immerito: non enim per hanc conceſſionem habetur, terram moveri localiter, ſed ſi terra localiter moveretur, Quod tamen non eſt verum, optime phaenomena omnia &c.] Ita Purchotius, cui pluſquam *veroſimile* rum in Phyſica, tum in Aſtronomia Copernici ſyſtema viſum eſt: cuique *aemus* fuit illud prudenter *adoptare*. Huiuſmodi lo u ſiturum (qui conſulto Pontifice Romano loquuntur) decretum in diſſitas quoque regiones deportatum, & earum partium Copernicanus exagitavi. Unde Thomas Burnetius, de quo ſupra n. 3. Epiſt. 2. ad Virum Clar. circa nuper editum de Archaeologiis Philoſophic. libellum, longe poſt med. pag. 392. *Pauci ſunt hodie rerum Aſtronomicorum periti, qui hanc hypotheſin de Telluris motu non amplectantur vel aperte, vel tacite. Tacite inquam ubi regnat tyrannis Inquiſitoria. Hic ſenſus ſuos, & cogitata diſſimulare, & comprimere coguntur Philoſophi. Sed ubicumque fas eſt &c.* En igitur Laminde haud ſugit diſſitarum regionum haereticos, quod lateat te virum Catholicum, Sacerdotali caractere inſignitum, & animarum Paſtorem, qui fere ad Sionis, Vaticani ſcilicet, unde lex, & verbum Domini egrediuntur (1), ſacratas portas inhabitas!

VII. *Si tamen id facere, aut utile ſit &c.* = Id vero te prudentiores, doctioreſque iudicabunt. Et hic ſicut alibi, maxime in re intemeratae Conceptionis Virginis, dum ab eo privilegio ultimo Iudicio ſtabiliendo Eccleſiam conaris avertere, ita loqueris, ac ſi tibi blandiris Vaticani Praeſides, quibus praeſtantiſſimi tot Theologi famulantur, quot in caelo ſtellae cullucent, ubique a te ceu Chriſtiani orbis oraculo, anxie, maxime, potiſſimum, ac vix non unice conſilium, ſuffragium poſtulaturus! Adeo, ut ex ſcriptis tuis deprehendimus, tibi fidis, adeo tibi defers, adeo tibi bellua videris ubique! Ceterum Eccleſiam in meſſem alienam ſuam non immittere falcem, de rebus nampe prorſus naturalibus minime iudicare, te ſilente, agnoſcunt omnes, & praedicant. At ſi quid manifeſte de Philoſophicis, Aſtronomicis, & quibuſcumque rebus Scriptura nullo prorſus obnoxia errori taſtatur, quis niſi Eccleſia, quae eius eſt cuſtos, tutabitur? Non omnia naturalium facultatum arcana perſpecta habet Eccleſia: at certiſſime novit, nihil Spiritum Sanctum latere, eiuſque teſtimoniis ubique fidendum.

Ut autem cardinibus prorſus concuſſi, totum etiam aedificium corruat oportet: dogmatibus illis, quae velut prima quaedam principia ad Copernicani ſyſtematis ſulatium a Lamindo firmabantur, convulſis, & expugnatis: cetera, quae per tria capita 22. 23., & 24. in eamdem rem ille decantat, aut mox labentur, aut ruinae ita erunt proxima, ut levi talitro a quocunque everti poſſint. Et haec digreſſione forte nimis ampla, & fervidiori ſtylo doctrinae ſanioris amore; Cui frequenter in lib. de Ingeniorum moderatione (ſicut & in aliis pluribus) non admodum propitium Ludovicum Anton. Muratorium; ut ſaepe (nonnullis quamvis paululum moderaris) cum Perſio Satyra 2. a v. 61. clamaveſim: *O curvae in terris animae, & caeleſtium inanes. Quid iuvat hos Templis noſtros immittere mores? Et bona diis ex hac ſcelerata ducere pulpa?* Ex quo quidem iudicio minime deſpondebit animu ille., ſed triumphabit, ſe expertus ſi malum Theologum, certe egregium ario-

(1) *De Sion egreditur lex, & verbum Dom. de Ieruſalem*. Micheae 4. 2.

ariolum ; eius enim operis lib. 2. c. 6. n. 3. ſeu poſt initium, pag. 233. magna vaticinium hocce fiducia cecinerat: *Erunt, ita me Deus amet, qui & hunc Librum cenſeant ad temeritatem accedere.* Nunc igitur Deus illum amabit; non data vero cenſura, iuxta imprudentem eius imprecationem, non amaviſſet. Sed huic imprecationi, vel iuriiurando quomodo conformatur quod n. ſeq. praedicas = „ Sacramento ſeſe obſtrinxerant, atque „ voverunt ſe pro huiuſmodi Opinione „ (*de immaculata Conceptione Deiparae*) „ tuenda ſanguinem, & vitam daturos, „ quoties occaſio poſceret &c. Non pro „ opinionibus noſtris, ſed pro divinitus „ revelatis, legibuſque ſanctiſſimis pro- „ fundendus eſt ſanguis. Hominum e- „ nim Opiniones tam falſum, quam ve- „ rum complecti poſſunt &c.] Rides tu quod aliqui Opinioni admodum piae, & longe pluſquam veroſimili ſanguinem fidant: & nos vehementem in riſum non effundemur, quod tu ſuſpicioni nullo modo certae Dei amorem, ſeu gratiam commiſeris? *ita me Deus amet.* At in poſterioribus hiſce cavillatione ioculati ſimus. Votum illud, quod hominibus te longe doctioribus placuit, nonniſi in ſuperficie, penetraſti; Quandoquidem non in ipſam prorſus Opinionem, ſed in pietatem, ex qua pro immaculata Conceptione ſudores, ultimo revocatur. Certe autem pium, ac religioſum eſt pro eo certo, vel incerto Virginis privilegio ſudores fundere. Addendum eſt etiam occaſione data: Perperam a te, & impudenter piam doctrinam illam vocari *Sententiam Scotiſticam*; non eſt Scotiſtica ſententia doctrina illa, quam integer propemodum iam Catholicus orbis complectitur. Ex quo inſigni conſenſu fit etiam idem Virginis privilegium nedum vehemente probabilitate, ſed & qualicunque (non quidem dogmatica) certitudine gaudere.

Ut vero calamo nimis adhuc ex zelo prurienti quidquam indulgeam, eiuſdem Theologaſtri nugas aliquot, minuſque ſana monita per alia opuſcula ſparſa breviter, & levi manu diſiiciam. Sacerdotes in publicis Templis eleemoſinas ad Miſſas celebrandas colligentes miniſtri ſunt pietatis & ſuffragiorum. Patrum errores minime probare decet: ſed nec tanta cura expiſcari, retegere, praedicare. Dum Eccleſiaſtica officia Sanctis (Feriis omiſſis) litamus, haudquaquam in Numen delinquimus; tum quod ipſorum quorumcunque officiorum magna pars ad eiuſdem Numinis laudem ſpectet; tum quod eatenus celebrentur Sancti, quia Numini tam bene famulati ſunt, iuxta illud Pſal. 67. 36. *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis.* Dum Chriſtum colimus, Deum colimus citra controverſiam; Immo Chriſti humanitas colenda eſt adoratione Latriae; Itidemque, Chriſti Humanitas, una eademque adoratione colenda eſt, qua Divinitas. Quae propoſito, late, & manifeſte oſtenduntur a S. Thoma quinto Eccleſiae Doctore 3. p. q. 25. art. 1. & 2. Dum Chriſtum, & Patrem, Spiritumve colimus; *Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum &c. Ego, & Pater unum ſumus* (1). Iure meritoque, & ſancte Virginem *ſpem noſtram* dicimus: non quod ipſa ſit ſpei obiectum: vel quae rem ſperatam conferre debeat: Sed quia maxime (poſt Filium) opportunum medium eſt ad quod ſperamus obtinendum; eſtque (poſt Filium) cariſſima illi, ad quem ſpectat gratiam & gloriam conferre. Etſi vero tot Virgini deferantur honores: adhuc & noſtrae cucurbitae ſciunt, & profitentur eſſe feminam, creaturam: non *Deam*. Sacram Liturgiam vernaculo ſermone celebrandam eſſe iam diu volebant haeretici plures: repulſi ſunt ab Eccleſia. Tu rem non bonam a malis acceptam veluti tuam, & novam: & quidem non in ſecreto gravi volumine ad Eccleſiae Praeſules, vel doctos ſcripto, ſed in miſeris pagellis mulierecularum terendis manibus, refrigis, recantas! Utrum S. Lucia propter conſtantiam Chriſtianae fidei amiſerit oculos: S. Antonius Abbas portentoſum quidquam in igne extinguendo peregerit; has inquam, ſimileſve controverſias cum eruditis Criticis tracta. Quaecunque autem peculiarium pietatum quarumdam fuerint exordia, vel occaſiones: rudes Catholici dum inſigni fiducia Luciam v. gr. pro ſanitate oculorum, Antonium pro incendii evitandis periculis apud Deum interponunt, quod poſtulant obtinere poſſunt. Denique in magna parte eorum, in quibus Ludovicus Antonius vera dixit (etſi fere ſemper popularia & omnibus nota) modeſtiam, & gravitatem rei congruentem de-

(1) Ioan. 14. 9. & Ioan. 10. 30.

deſidero. Stomachum autem movet, dum oblique Romanos Pontifices ad emergentes quaquaverſus in Eccleſia pietatis exceſſus reſecandos velut e ſomno excitat, atque ſolicitat. Nimis ne diebus noſtris irrepſit religioſus cultus, fervida devotio, atque pietas? Ceo ſeo ego a ſumma Eccleſiae Praeſulibus, ſi generatim, ut hic debemus, loquamur, non cohibendam, ſed fovendam pietatem, quae in pluribus Chriſtiani orbis partibus, maxime ad quaedam Mutinenſia Scriptoris latera, vetuſti fervoris magnam partem exſiit, & vix non inalſit. Ut plurimom otii ſaepe ego exoptaverim ad tot ſcribenda ad pietatem inſtaurandam opuſcula, quot ſcripſit ille ad cohibendam (1).

C A P U T III.

A R G U M E N T U M.

Quaeſtione de Caelis, opportuniore loco reſumenda, depoſita; ad diſputandum de invisibili, & incompoſita terra, profundaque abyſſo luce, & ſpecie carente ſeſe adcingit. Interim duo ſtatuens; tenebras nihil aliud eſſe quam lucis abſentiam; informemque materiam etſi omni ſpecie vacuam, minime prorſus nihil dicendam.

ET nimirum haec terra erat inviſibilis, & incompoſita, & neſcio quae profunditas abyſſi (*a*), ſuper quam non erat lux; quia nulla ſpecies erat illi; Unde iuſſiſti, ut ſcriberetur, quod tenebrae erant ſuper abyſſum; quid aliud, quam lucis abſentia? Ubi enim lux eſſet, ſi eſſet, niſi supereſſet eminendo, & illuſtrando (*b*)? Ubi ergo lux nondum erat, quid erat adeſſe tenebras, niſi abeſſe lucem? Super itaque erant tenebrae, quia lux ſuper aberat (*c*): ſicut ſonus ubi non eſt, ſilentium eſt. Et quid eſt eſſe ibi ſilentium, niſi ſonum ibi non eſſe? Nonne tu Domine docuiſti hanc animam, quae tibi confitetur? Nonne tu Domine docuiſti me, quod priuſquam iſtam informem materiam formares, atque diſtingueres, non erat aliquid, non color, non figura (*d*), non corpus, non ſpiritus? Non tamen omnino nihil; erat quaedam informitas, ſine ulla ſpecie.

(a) *Profunditas abyſſi &c.* = Lib. de Gen. ad Litt. Imperf quem ſcripſerat circa an. 393. cap. 4. n. 11., & 12. haec habet S. D. = An ſic melius in„telligitur, ut in hac execotione rorſus „eadem rerum materies commendare„tur, qoae ſuperius caeli, & terrae „nomine ouncupata eſt, ut iſte ſit ſen„ſus: In principio fecit Deus caelum, „& terram, hoc aotem quod caelom, „& terra dictum eſt, terra erat inviſi„bilis, & incoiopoſita, & tenebrae ſu„per abyſſum; ideſt quod caelom, & „terra appellatum eſt, materies erat „confuſa quaedam, de qua mundos, „qui duabus maximis (2) partibus, cae„lo ſcilicet, & terra conſtat, digeſtis „elementis, & accepta forma fabrieare„tur. Quae confuſo materiae, ſic po„toit inſinuari populari intelligentiae, „ſi diceretur terra inviſibilis, vel inor„dinata, vel imparata, & tenebrae ſu„per abyſſum, ideſt ſuper profondita„tem vaſtiſſimam: quae rurſus profun„ditas

(1) Benedictus XIV feliciter regnans Epiſt. ad Praeſid. inquiſit. Hiſpan data 31. Iul. an. 1748 cuius initium, *Dum praeterito menſe Iunio &c.* ante med. *Notum denique tibi erit nomen Ludovici Antonii Muratori adhuc viventis, multorumque librorum communi plauſu receptorum editoris. Oh quam multa in eis reperiuntur cenſura digna! Quot huiusce furfuris nos ipſi eos legentes offendimus! Quot nobis ab aemulis & accuſatoribus oblata ſunt!*

(2) Editi, maxime. MS. Vat. maximis.

Digitized by Google

„ ditas ex eo fortaſſe nominata eſt, quia
„ nullius intelligentia, propter ipſam in-
„ furmitatem penetrari poteſt. *Et tene-*
„ *brae erant ſuper abyſſum*. Utrum ſub-
„ ter abyſſus erat, & ſupra tenebrae,
„ quaſi iam loca diſtincta eſſent? At
„ quoniam materiae adhuc confuſio ex-
„ ponitur, quod etiam Xaos Graece di-
„ citur, ideo dictum eſt, *tenebrae erant*
„ *ſuper abyſſum*, quia lux non erat:
„ quae ſi eſſet, utique ſupra eſſet, quia
„ eſſet eminentior, & ea quae ipſi ſu-
„ biecta erant, illuminaret? Et revera
„ qui diligenter conſiderat quid ſint te-
„ nebrae, nihil aliud invenit, quam lucis
„ abſentiam. Ita igitur dictum eſt, *Tene-*
„ *brae erant ſuper abyſſum*, ac ſi dictum eſ-
„ ſet, Non erat lux ſuper abyſſum] Vide, ſi plura deſideras, lib. 1. de Gen ad Litt. perf. c. 2. n. 3. c. 7. n. 13. c. 13. n. 27. & c. 15. n. 30. Hanc autem abyſſum exacte pingit Vener. Beda. Ipſe vero Auguſtinus pro *inaeſtimabili aquarum profunditate* ſumit abyſſum lib. 22. contra Fauſt. c. 11. & alibi. Harum rerum mentio fit & quidem maxime ex Auguſtino a Petro Lambardo lib. 2. Sententiarum, diſt. 12. 13., & 14.

(*b*) *Niſi ſupereſſet emicande, & illuſtranda*. = Ita Benedictini, qui ſilent: quod, ut cenſendum eſt, nullam hic codicum diſcrepantiam obſervaverint. Et quidem ita omnes ad unum tum editi, tum MSS. codices. Vet. Am Er. Luv. Som. 3. MSS. S. Ce. Ricar. Feſ. Car. &c. *Pherepoeus* tamen arbitratur codices emendandos, & quidem momento urgentiſſimo; en eius verba, = Crediderim
„ legendum, *emicando*: nam, *Ignea con-*
„ *vexi, & ſine pondere Caeli- Emicuit*,
„ *ſummaque locum ſibi legit in arte*,
„ Ut utar verbis Ovidianis.] Ego vero crediderim te delirare. Secedendum ab omnium codicum fide; ut S. Patris de arcanis divinis agentis verbum apetur verbo: cuius? Poetae: & quidem profani, & ethnici! Sed & tuarum querelarum memineris; Critic. enim t. 2. par. 3. ſect. 1. c. 16. n. 26. contra Ian. Fabri lib. 1. Epiſt. 52. ita clamaſti: *Idem lib.* 1. *de Arte amatoria* (Ovidii) *verſum contra Codicum omnium conſenſum mutare aggreſſus eſt*. Item: Cum agatur hic de tenebris luce propulſandis, longe aptius dicitur, *illuſtrando*, quod eſt ſplendorem adferre: quam *emicando*, quod non exprimit, niſi ſimpliciter *ſplendere*. Inſuper, Lucis iam in textu inductae naturae plus addit, *illuſtrando*, quam, *emicando*. Denique ſerm. ex lib. de Gen. commentario praeced. recitato, ante finem iiſdem verbis utitur Auguſtinus: *eminentior &c. illuminaret*. Hinc ergo abi *Pherepoee*: & vade ad Ovidii *Amatoria*.

(*c*) *Quia lux ſuper abeeat*. = Ex pluribus, quae in rem hanc S. D. obſervat, pauca quaedam excerpamus. Lib. 1. de Gen. ad Litt. c. 2. n. 4. (1). *Si per creaturam dixit Deus*, Fiat lux; *quomodo eſt prima creatura lux, ſi erat iam creatura, per quam Deus diceret*, Fiat lux. *An non eſt lux prima creatura: quia iam dictum erat*, In principio fecit Deus caelum, & terram; *& poterat per caeleſtem creaturam vox fieri temporaliter, atque mutabiliter, qua diceretur*, Fiat lux &c. Nihil autem reſolvit. Eiuſdem libri cap. 10 n. 22., ſeu in fine. = Quapropter
„ ſi ſpiritalis lux primo die facta eſt,
„ numquidnam occidit, ut ei ſuccederet
„ nox? Si autem corporalis, quaenam
„ illa lux eſt, quam poſt occaſum ſolis
„ videre non poſſumus? quia nec luna
„ erat adhuc, nec aliquae ſtellae. Aut
„ ſi ſemper in ea parte caeli eſt, in qua
„ ſol, ut non ſit ſolis lux, ſed quaſi
„ comes eius, eidem ita coniuncta, ut
„ diſcerni, dignoſcique non poſſit, ad
„ eamdem reditur difficultatem ſolven-
„ dae huius quaeſtionis: quia & iſta lux
„ eodem modo, quo ſol, tamquam co-
„ mes eius ab occaſu in ortum circu-
„ miens redit: & eſt in alia parte mun-
„ di, quo tempore pars iſta, in qua
„ ſumus tenebreſcit(2) in noctem. Ex quo
„ cogit, quod abſit, in una parte cre-
„ dere Deum fuiſſe, quam partem lux
„ iſta dereſeret, ut poſſet ei veſpera fie-
„ ri. An forte in ea parte lucem fece-
„ rat, in qua facturus erat hominem;
„ & ideo cum ab ipſa parte lux diſceſ-
„ ſiſſet, veſpera facta dicitur, etiam
„ cum in alia parte lux illa eſſet, quae
„ inde diſceſſerat, mane exortura pera-
„ cto circuitu.] Cap. 11. = Ut quid
„ ergo factus eſt ſol in poteſtatem diei,
„ qui luceret ſuper terram, ſi lux illa
„ diei faciendo ſuffecerat, quae dies e-
„ tiam vocata eſt? An illa prior regio-
„ nes ſuperiores a terra longinquas illu-
„ ſtrabat, ut ſentiri non poſſet in ter-
„ ris: atque ita oportebat ſolem fieri,
„ per

(1) Quos inchoavit circa an. 401. abſolvit ſub an. 415.

(2) MSS. conſtanter: *tenebraſcit*.

Digitized by Google

,, per quem dies inferioribus mundi par-
,, tibus appareret? Poteſt & hoc dici,
,, auctum eſſe fulgorem diei ſole addito,
,, ut per illam lucem minus fulgens
,, dies, quam nunc eſt fuiſſe credatur.
,, Etiam hoc a quoquam dictum ſcio
,, &c.] Cap. 12. n. 24. = Quod ante-
,, quam fieret, quo circuitu ſibi potue-
,, rint tres dies noctesque ſuccedere, lu-
,, cis, quae primo facta eſt, permanente
,, natura, ſi lux corporalis tunc facta in-
,, telligenda eſt, & invenire, & explicare
,, difficile eſt. Niſi forte molem terre-
,, nam, & aquoſam antequam eſſet ab
,, alterutro utrumque diſcretum, quod
,, tertio die factum ſcribitur, tenebras
,, Deum appellaſſe quis dixerit, propter
,, craſſiorem corpulentiam, quam lux
,, penetrare non poterat, vel propter
,, obſcuriſſimam umbram tantae molis,
,, quam neceſſe eſt ut ex altera parte
,, habeat corpus, ſi ex aliqua parte lux
,, fuerit &c] Lib. 11. de Civit. Dei,
c. 7. initio. = Videmus quippe iſtos
,, dies notos non habere veſperam, niſi
,, de ſolis occaſu, nec mane niſi de ſo-
,, lis exortu: illorum autem priores tres
,, dies ſine ſole peracti ſunt, qui quarto
,, die factus refertur. Et primitus qui-
,, dem lux verbo Dei facta, atque inter
,, ipſam, & tenebras Deus ſeparaſſe nar-
,, ratur, & eandem lucem vocaſſe diem,
,, tenebras autem noctem: ſed qualis illa
,, ſit lux, & quo alternante motu, qualem-
,, que veſperam, & mane fecerit remo-
,, tum eſt a ſenſibus noſtris: nec ita ut
,, eſt, intelligi a nobis poteſt; quod ta-
,, men ſine ulla haeſitatione credendum
,, eſt. Aut enim aliqua lux corporea eſt,
,, ſive in ſuperioribus mundi partibus,
,, longe a conſpectibus noſtris, ſive unde
,, poſtmodum ſol accenſus eſt; aut lucis
,, nomine ſignificata eſt ſancta Civitas in
,, ſanctis Angelis, & ſpiritibus beatis (1)
,, &c.] Qui plura deſiderat, conſulat
integros, quos decurtatos laudavimus
textus; nec non lib. de Gen. Imperf.
c. 5. n. 21. & in Pſal. 93. n. 3. ſub finem.

(d) *Non color, non figura &c.* =
Quomodo iſtud? Adeo enim materia abſ-
que ulla forma, vel ſpecie non conſiſtit,
ut id nec per ſummam Dei potentiam,
quam extraordinariam appellant, fieri
poſſe S. Thomas cum ſuis inſigni ar-
gumentorum adparatu contendat. Equi-
dem Thomiſtis nedum Scotus cum di-
ſcipulis, ſed & Nominales, Suarez,
Rubio, aliique Neoterici plures refra-
gantur. Verum materiam in communi na-
turae ſyſtemate non poſſe (2), tanto magis
nunquam in facto abſque ſpecie, vel for-
ma ſubſiſtere, adeo exploratum eſt,
ut nemo ſaniorum Philoſophorum, vel
Theologorum, quod ſciamus, hucuſque
inficiatus ſit. Certe Auguſtinus ipſe Phi-
loſophorum Theologorumve princeps vi-
detur praeluſiſſe Thomiſtis Epiſt. 11. (A-
lias, 268.) ad Nebridium, n. 3. ſeu,
circa med. ubi ita loquitur. = Nulla
,, natura eſt, Nebridi, & omnino nulla
,, ſubſtantia, quae non in ſe habeat haec
,, tria, & prae ſe gerat, primo ut ſit,
,, deinde ut hoc, vel illud ſit, tertio
,, ut in eo quod eſt, maneat quantum
,, poteſt. Primum illud cauſſam ipſam
,, naturae oſtentat, ex qua ſunt omnia:
,, alterum ſpeciem, per quam fabrican-
,, tur, & quodammodo formantur om-
,, nia: tertium manentiam quamdam, ut
,, ita dicam, in qua ſunt omnia. Quod
,, ſi fieri poteſt, ut aliquid ſit, quod
,, non hoc, vel illud ſit, neque in ge-
,, nere ſuo maneat ..... fieri etiam po-
,, teſt, ut in illa Trinitate aliqua perſo-
,, na praeter alias aliquid faciat. At ſi
,, cernis neceſſe eſſe, ut quidquid ſit,
,, continuo & hoc, aut illud ſit &c]
Sed quidquid ſit de Scholarum contro-
verſiis, quarum hic patrocinium ſume-
re dedecet; Cum certiſſime nunquam
materia abſque omni ſpecie conſiſtat;
quaerimus cur hic Auguſtinus &c. Di-
cendum eſt S. D. inſpicere naturam,
non tempus; adeo ut nunquam re vera
materia ab omni ſpecie, vel forma diviſa
extiterit. Adtende ipſum Auguſtinum
ſui ipſius interpretem; Lib. 2. de Ani-
ma, & eius Origine, c. 3. n. 5. in fi-
ne. = Ex illo enim (*ex Deo creatura*)
,, propterea dicitur, quia ipſum auctorem
,, habet ut ſit: non ita ut ab illo nata
,, ſit, vel proceſſerit; ſed ab illo crea-
,, ta, condita, facta ſit; partim ex nulla
,, alia, ideſt omnino ex nihilo, ſicut
,, caelum, & terra, vel potius univer-
,, ſae mundanae molis univerſa cum
,, mundo concreata materia: partim ve-
,, ro ex alia iam creata, atque exſiſten-
,, te natura, ſicut vir ex limo, mulier
,, ex viro, ex parentibus homo &c.]
Et preſſius, ac fuſius lib. 1. de Gen. ad
Litt. c. 15. initio. = Non quia informis
,, materia formatis rebus tempore prior
,, eſt, cum ſit utrumque ſimul concrea-
,, tum

(1) Gal. 4. 26. 1. Theſſ. 5. 5.

(2) V. Infra c. 6. C.

„ tum, & unde factum eſt, & quod
„ factum eſt. Sicut enim vox materia
„ eſt verborum, verba vero formatam
„ vocem indicant; non autem qui lo
„ quitur, prius emittit informem vo
„ cem, quam poſſit poſtea colligere,
„ atque in verba formare: ita creator
„ Deus non priore tempore fecit infor-
„ mem materiam, & eam poſtea per
„ ordinem quarumque naturarum, qua-
„ ſi ſecunda conſideratione formavit:
„ formatam quippe creavit materiam.
„ Sed quia illud unde fit aliquid, etſi
„ non tempore, tamen quadam origine
„ prius eſt, quam illud, quod inde fit; po-
„ tuit dividere Scriptura loquendi tempo-
„ ribus, quod Deus faciendi temporibus
„ non diviſit. Si enim quaeratur, utrum
„ vocem de verbis, an de voce verba
„ faciamus, non facile quiſquam ita tar-
„ do ingenio reperitur, qui non potius
„ verba fieri de voce reſpondeat: ita
„ quamvis utrumque ſimul qui loquitur
„ faciat, quid unde faciat naturali ad-
„ tentione ſatis apparet. Quamobrem
„ cum ſimul utrumque Deus fecerit,
„ & materiam, quam formavit, & res,
„ in quas eam formavit, & utrumque
„ ab Scriptura dici oportuerit, nec ſi-
„ mul utrumque dici potuerit, prius
„ illud unde aliquid factum eſt, quam
„ illud quod inde factum eſt, dici de-
„ buiſſe quis dubitet? &c.] Quod ob-
ſervat etiam inf. a c. 29. & l. 13 c. 33.

Placet autem hic dare quod Conim-
bricenſis Collegii Ieſuitae obſervant in
Phyſic. Ariſtot lib. 1. c. 9. q 2. art. 1.
dum materiae definitionem a Stagyrita
datam exponunt. = Materia, quod prae-
„ ter alios advertit D. Bonav. in 2. d. 3.
„ ar. 1. q. 2. n 12. ob eius tenuitatem,
„ ac defectum, dupliciter a nobis expli-
„ catur: vel inficiatione, dum ei omnem
„ actum, perfectionemque denegamus:
„ vel affirmatione, cum eidem id quod
„ defectum, & potentiam deſignat, at-
„ tribuimus. Priori modo deſcripta fuit
„ a Platone in Timaeo, & ab Ariſtot. 7.
„ Metaph c. 1. tex. 8. hiſce verbis:
„ *Materia non eſt quid, nec quantum;*
„ *nec aliquid eorum quibus ens determi-*
„ *natur*. Quam etiam materiae deſcri-
„ bendae rationem ſecutus eſt D. Augu-
„ ſtinus lib. 12 Confeſſ. cap. 3., & 6.
„ Ubi, *materia*, inquit, *non color*, *non*
„ *figura*, *non corpus eſt*, *non ſpiri-*
„ *tus*; *non tamen omnino nihil*. Poſte-
„ riori definita eſt ab Ariſtotele, tum
„ aliis in locis, tum cap. 6. huius libri,
„ tex 82. hoc pacto. Materia eſt pri-
„ mum cuiuſque ſubiectum, e quo quip-
„ piam eo fit pacto, ut non per acci-
„ dens inſit. Quae definitio &c. „

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Cum tanta ſit materiae abiectio, & turpitudo, iure meritoque per abyſſum, terramque inviſibilem, & incompoſitam ſignificatam obſervat; Sic enim proviſum eſt infirmis mentibus, quibus ſatis perſpectum eſt, terra, abyſſoque nihil abiectius.

QUid ergo vacaretur, quo etiam ſenſu tardioribus utcunque inſinuaretur, niſi uſitato aliquo vocabulo? Quid autem in omnibus mundi partibus reperiri poteſt propinquius informitati omnimodae, quam terra, & abyſſus (*a*)? Minus enim ſpecioſa ſunt, pro ſuo gradu infimo (*b*) quam cetera ſuperiora perlucida, & luculenta omnia. Cur ergo non accipiam informitatem materiae, quam ſine ſpecie feceras, unde ſpecioſum mundum faceres, ita commode hominibus intimatam, ut appellaretur terra inviſibilis, & incompoſita (1).

(*a*) *Quam*

(1) Gen. 1. 2.

(*a*) *Quam terra , & abyſſus ?* = Terra quippe inter omnia elementa infimum eſt ; unde & omnibus loco concedit . Abyſſus etiam , quae eſt immenſa aquarum profunditas , adeo in abiectam partem ſumitur, ut deiectionem phraſibus in vulgaribus etiam hominum adloquiis paſſim inferviat ; *Profondata nell' abiſſo del ſuo niente . Caſtigò l' alterezza facendola ritirare in un abiſſo di confuſione &c.*

(*b*) *Pro ſua gradu infimo .* = Id excipi poteſt dupliciter: 1. Ratione gradus infimi, quem obtinent . 2. Si non quicunque , ſed infimus eorum gradus ſumatur . Nam plura terrae . & aquae nomine venire poſſunt ; puta nobiliſſima mixta , vel compoſita . Nunc terra , & aqua in prima , ut inquiunt Philoſophi, ſimplicitate ſumendae ſunt .

De Mundi ortu, & prima confuſione utcunque bene diſſeruerunt & Gentium Philoſophi . Ovidius Metamorphoſeos lib. 1. a v. 5.

„ Ante mare , & terras, & quod te-
„ git omnia caelum ;
„ Unus erat toto naturae vultus in orbe
„ Quem dixere chaos : rudis indige-
„ ſtaque moles
„ Nec quicquam niſi pondus iners,
„ congeſtaque eodem
„ Non bene iunctarum diſcordia ſemi-
„ na rerum .
„ Nullus adhuc mundo praebebat lu-
„ mina titan .
„ Nec nova creſcendo reparabat cor-
„ nua phoebe .
„ Nec circumfuſo pendebat in aere
„ tellus
„ Ponderibus liberata ſuis , nec bra-
„ chia longo
„ Margine terrarum porrexerat am-
„ phitrite .
„ Quaque erat & tellus : illic & pon-
„ tus , & aer .
„ Sic erat inſtabilis tellus, innabilis unda
„ Lucis egens aer , nulli ſua forma
„ manebat
„ Obſtabatque aliis aliud , quia cor-
„ pore in uno
„ Frigida pugnabant calidis , humentia
„ ſiccis
„ Mollia cum duris &c.

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

Oſtendit quam commode iuxta dicta , terrae nomine materia intelligatur ; Hanc enim facile deprehendimus intelligibilem formam non eſſe, quum ſit corporearum rerum materia. Nec item ſenſibilem , quum haud reperire ſit quid ſentiatur in re inviſibili , & incompoſita . Haec autem inter utcunque ad materiae naturam accedimus .

UT cum in ea (*a*) quaerit cogitatio , quid ſenſus attingat, & dicit tibi , Non eſt intelligibilis forma, ſicut vita , ſicut iuſtitia , quia materies eſt corporum ; neque ſenſibilis , quoniam quod videatur , & quod ſentiatur in viſibili , & incompoſita , non eſt , Dum ſibi haec dicit humana cogitatio , conetur eam , vel noſſe ignorando , vel ignorare noſcendo (*b*) .

(*a*) *Ut cum in ea &c.* = Sequimur BB. qui inquiunt, = Ita MSS. & concinnius , quam ſi legas ut in vulgatis, „ *Et cum in ea &c.*] Ita etiam MSS. tres Ftr. At unus Med. & optimus S. Cr. editis ſuffragantur. Som. vero , Feſ. & Car. utraque particula : *incompoſita . Cum in ea &c.*

Hic autem commodum eſt exhibere quae habet S. D. contra Epiſt. Manichaei , ſeu Fundamenti , c. 29. = Non „ enim ſicut chaos deſcribere , vel quo„ quomodo inſinuare etiam Poetae ſo„ lent , informem quamdam materiam „ ſine ſpecie , ſine qualitate , ſine men„ ſura , ſine numero , & pondere , ſine „ ordine , ac diſtinctione confuſum neſcio „ quid , atque omnino expers omni „ qualitate ; unde illud quidam , doctq„ rea Graeci ἄποιον &c.] Et lib. de Na-

Natura boni contra Manichaeos cap. 18. „ Neque enim vel illa materies, quam antiqui *hylen* dixerunt, malum dicenda eſt. Non eam dico, quam Manichaeus *hylen* appellat dementiſſima vanitate, neſciens quid loquatur, formatricem corporum: unde recte illi dictum eſt, quod alterum deum inducat: nemo enim fo mare, & creare corpora niſi Deus poteſt: neque enim creantur, niſi cum eis modus, & ſpecies, & ordo ſubſiſtit, quae bona eſſe, nec eſſe poſſe niſi a Deo, puto quod iam etiam ipſi confitentur. Sed *hylen* dico quamdam penitus informem, & ſine qualitate materiam, unde iſtae, quas ſentimus qualitates formantur, ut antiqui dixerunt. Hinc enim & ſylva Graece ὕλη dicitur, quod operantibus apta ſit, non ut aliquid ipſa faciat, ſed unde aliquid fiat. Nec iſta ergo *hyle* malum dicenda eſt, quae non per aliquam ſpeciem ſentiri, ſed per omnimodam ſpeciei privationem cogitari vix poteſt. Habet enim & ipſa capacitate formarum: nam ſi capere impoſitam ab artifice formam non poſſet, nec materies utique diceretur. Porro ſi bonum aliquod eſt forma, unde qui ea praevalent, formoſi appellantur, ſicut a ſpecie ſpecioſi, procul dubio bonum aliquod eſt etiam capacitas formae. Sicut quia bonum eſt ſapientia, nemo dubitat quod bonum ſit capacem eſſe ſapientiae. Et quia omne bonum a Deo, neminem oportet dubitare, etiam iſtam, ſi qua eſt, materiem non eſſe niſi a Deo. „

(*b*) *Vel ignorare noſcendo*. = Docet Philoſophorum ſchola materiam primam non eſſe ens, niſi per reſpectum ad formam: non eſſe bonam, niſi per reſpectum ad formam: itemque non inſpici, niſi per eumdem reſpectum. Secundum merita propria ſpectatam eſſe ens ſecundum quid, bonam ſecundum quid, intelligibilem ſecundum quid. Ut brevius dicamus: intelligibile quidquam non eſt, niſi ex actu: materia prima igitur cum ſit pura potentia, non habet unde fiat intelligibilis. Niſi quod a Deo bene materia ordinem ad formam imbibit, ut ſola etiam ſpectata paululum intelligibilis dici poſſit.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Solito deponit candore, quam longe olim a vera materiae notione exorbitaverit. Nimis acriter cuncta ad examen vocans, egregii doctoris ſubſidio deſtitutus: pro informi materia rem non quidem omni forma exutam, ſed innumeris foediſque perturbatis ordinibus iunctis cinctam reponebat. Et id non admodum ſerio: ſed quod rem omni exſutam forma extra nihili abyſſum poſitam concipere non valeret. Utique a tenebris illis inde emergens, corporis a forma in formam tranſitum per informe quiddam, non per omnino nihil contingere velut ex adſtante rumore delibavit: Sed adhuc anxietas Iuveni non ſuſpicioni, ſed apertae tantummodo ſcientiae, acerrimaeque demonſtrationi adquieſcenti. Praedicat inde genuinas quaſdam materiae notiones, ut eſt illa, ad omnes rerum mutabilium formas excipiendas, paratam, ac diſpoſitam eſſe.

EGo vero, Domine, ſi totum confitear tibi (*a*) ore meo, & calamo meo, quidquid de iſta materia docuiſti me (*b*): cuius antea nomen audiens & non intelligens, narrantibus mihi eis qui non intelligerent, eam (*c*) cum ſpeciebus innumeris, & variis cogitabam; & ideo non eam cogitabam; foedas & horribiles formas perturbatis ordinibus volvebat animus, ſed formas tamen; & informe appellabam, non quod careret forma, ſed quod talem haberet, ut ſi adpareret, inſolitum

& in-

& incongruum averſaretur ſenſus meus, & conturbaretur infirmitas hominis. Verum autem illud, quod cogitabam, non privatione omnis formae, ſed comparatione formoſiorum erat informe: & ſuadebat vera ratio, ut omnis formae qualeſcumque reliquias omnino detraherem, ſi vellem prorſus informe cogitare; & non poteram: Citius enim non eſſe cenſebam, quod omni forma privaretur; quam cogitabam quiddam inter formatum, & nihil, nec formatum, nec nihil, informe prope nihil (*d*). Et ceſſavit mens mea interrogare hinc ſpiritum meum plenum imaginibus formatorum corporum, & eas pro arbitrio mutantem, atque variantem, & intendi in ipſa corpora, eorumque mutabilitatem altius inſpexi, qua deſinunt eſſe quod fuerant, & incipiunt eſſe quod non erant; eumdemque tranſitum de forma in formam per informe quiddam (*e*) fieri ſuſpicatus ſum, non per omnino nihil: ſed noſſe cupiebam, non ſuſpicari (*f*). Et ſi totum tibi confiteatur vox & ſtilus meus, quidquid de iſta quaeſtione enodaſti mihi, quis legentium capere durabit? Nec ideo tamen ceſſabit cor meum dare tibi honorem & canticum laudis de his quae dictare non ſufficit. Mutabilitas enim rerum mutabilium capax ipſa eſt formarum omnium, in quas mutantur res mutabiles. Et haec quid eſt? Numquid animus? numquid corpus? numquid ſpecies animi, vel corporis? Si dici poſſet: Nihil aliquid, & eſt non eſt (*g*); hoc eam dicerem: & tamen iam utcumque erat, ut ſpecies caperet iſtas viſibiles, & compoſitas.

(*a*) *Si totum confitetur tibi*. = Hoc loco BB. advertunt. = In MSS. „ omnibus habetur, *ſi totum confitear*. „ Cuius propoſitionis ſenſus ex iſtis com„ pletur verbis, *quis legentium capere* „ *durabit*?] Quid velint non adeo liquet. An relinquendum verbum *tibi*, quod tamen & ipſi retinent? At habetur illud nedum in editis omnibus, ſed & in MSS. Ricar. Feſ. S. Mar. Car. & optimo S. Cr. Maxime quoniam ſub finem cap. dum idem ſermo reſumitur, iterum verbum illud habetur: *Et ſi totum tibi confiteatur vox &c.* Verum eſt, in MS. S. Mar. pro, *totum*, haberi, *toto*; quaſi nempe eſſet adiectivum nexum cum *ore &c.*

Iidem Benedictini ad cap. huius marginem talia verba adponunt ceu illius argumentum: *Quid olim cum Manichaeis ſenſerit de materia informi, quid modo.* Manichaeorum ſomnia hic ab Auguſtino inſpici & nos quoque ſuſpicamur: at exploratum id non videtur: ideo in cap. ſummario ſiluimus. Quanquam enim plura capitis huius iis videantur ſimilia, quae de materia ſcholae Manicheae ſcribit S. D lib. de Natura boni, c 18. & antecedentibus: nec non lib. contra Epiſt. Manichaei, ſeu Fundamenti, cap. 25. 26. 27 28. 29. 30., & alibi; adhuc ſi haec cum illis bene conferantur, non videbuntur adeo concordia. Certe cap. 29. poſt verba cap. praeced. A. laudata, haec habet S. D. = Non ergo „ ſic iſti hanc quam vocant terram te„ nebrarum inſinuare conantur: ſed om„ nino aliter, longeque diverſe, atque „ contrarie latus lateri adiungunt, atque „ colliniant (1): naturas quinque nume„ rant, diſtinguunt, ordinant qualitati„ bus propriis enuntiant; nec eas de„ ſertas, ac infecundas eſſe permittunt, „ ſed ſuis inhabitatoribus complent: eiſ„ que ipſis formas congruas, & ſuis ha„ bitationibus accommodatas adtribuunt, „ & quod antecellit omnibus vitam. „ Haec tanta bona, enumerare, & ab „ auctore omnium bonorum Deo aliena „ eſſe dicere, hoc eſt nec in his rebus „ agnoſcere tantum ordinis bonum, nec „ in ſe tantum erroris malum.] Vel „ ta ia, inquam, utrum cum his, quae praeſ. capite habentur, conveniant, obſerva.

(*b*) *Docuiſti me*. = Auguſtinianae vitae, & Auguſtinianarum rerum Scriptores quidam rem velut exploratam

(1) Am. *colliniant*. Er. & Lov. *collineant*. At MSS. habent, *colliniant*: ſeu, quod idem eſt, *conliniant* forte pro, *collineant*,

tradunt, de abſtruſa, & latente materiae primae natura caelitus Auguſtinum edoctum: idque ex hoc cap. haberi eredunt, Nunc occurrit tantum P. Nicolaua a S. Ioan. Bapt. in Philoſophia Auguſtin. t. 3. q. 3. c. 1. de Materia. Huic nos iudicio oon quidem vehemeoter repugnamus, ſed nec adſentimor; Si enim S. D. de communi Manichaeorum errore loquatur: dicitur divino magiſterio illum exſoiſſe, quia bonia Eecleſiae filiis ſolet Deus aliquid ſuae lueis indulgere. Si autem de peeuliari errore dicat: ſuae pbraſi iuſiſtit; ſolet enim religioſua homo omne lucrum etiam naturae vitibus factum in divinum ſubſidium revocare. Neutra vero hypotheſia veram, propriam, & peculiarem revolationem infert.

(c) *Qui nae intelligerent, eam &c.* = Hi forte a Benedictinis putati ſunt Manichaei. Verum & homunciones intelligi poſſunt, qui vulgi mora materiae arcana caeſpitatiooibua corrupta, & inquinata praedicareor. Ceterum materiam Geneſcos informam appellatam, non quod omni aſſet forma vacua, ſed quod turpibua, & male digeſtis ſtiparetur, & nonuulli doctiſſimi atiam ex Eccleſiaſticis forte ſenſerunt; quod, ſicut & alia quaedam ut bene deprehendas: adtende aruditos Patres Conimbricenſes, qui in Phyſicam Ariſtot. lib. 1. cap. 9. q. 6. art. 3. baec habent = Non
„ eſt autem hoc loco praetereundum,
„ qooſdam fuiſſe, qui in tuenda ſententia
„ de conſervatione materiae abſque ſor-
„ ma longius prograſſi affirmarint, non
„ ſolum poſſa divina virtuta fieri, ſed
„ effectum iam aliquando, ut materia
„ abſque omui forma conſiſteret. Non-
„ nulli eoim, quos Argentinas in 2.
„ diſt. 12. qoaeſt. unica, art. 2. refert,
„ opinati ſunt. in ipſa naſcentia mundi
„ origine fuiſſe a Deo procreatam ma-
„ teriam abſque ulla forma, idque ſi-
„ gnificari cap. 1. Geneſ. illis verbis:
„ *Terra autem erat inanis, & vatua:*
„ ubi, ut Auguſtinus cap. 4. lib. imperf.
„ de Gen. ad litaram ait, per terram,
„ quae omnibua elementis ſubſidet, ma-
„ teria; per inanitatem, eius iuformi-
„ tas deſignatur, quod etiam inculcat
„ 12. Confeſs. cap. 7. Atque huic ſen-
„ tentiae ſuffragari etiam videntur D.
„ Ambroſiua lib. 3. Hexam. cap. 8. D.
„ Baſilius homil. 2. Hexam. D. Chry-
„ ſoſtomus homil. 2. in Geneſim, Eu-
„ cheriua in 1. caplt. Gen. & rurſum
„ D. Auguſtinus 12. Conf. c. 6., & 8.
„ qui materiae informitatem inductione
„ formarum priorem fuiſſe affirmant.
„ Marſilius etiam in 3. q. 13. ar. 1. &
„ Gabriel in 3. d. 21. quaeſt. unic. art.
„ 3. eredunt, in morte Chriſti, abſce-
„ dente anima, manſiſſa divinum illud
„ eorpus ſine ulla forma. Verum hae
„ ſeutentiae non placent. Nulla euim
„ ratio perſuadet, fuiſſe aliquando ma-
„ teriam ſine forma, tametſi divinitus eſſa
„ potuerit. Nam quod ad locum illum
„ Geneſeoa attinet (praeter quam quod
„ inania terrae uomine, nonniſi ipſum
„ terrae elementum, quod inane, ideſt
„ ſine ornatu, & pulcritudine iacebat,
„ proprie ſignificatur; materia vero per
„ tropum dumtaxat) etſi D. Auguſti-
„ nus per informitatem, omoia formau
„ vacuitatem intellexerit; eam tamen
„ nunniſi origina formas antegreſſam fuiſ-
„ ſe credidit, ut ipſemet 1. ſuper Ge-
„ neſ. ad lit. cap. 15. & l 5. c. 8. ex-
„ plicat. Reliqui vero patres citati,
„ per materiae informitatem non om-
„ nium furmarum, ſed decuris, & di-
„ ſtinctionis privationem ſignificarunt.
„ Neque etiam in morte Chriſti fuit
„ materia ſine forma, quia abeunti a-
„ nimae forma eadaveris ſucceſſit. Qua
„ da re in lib. de generatione plura.

Verum Auguſtinua a materia Geneſeos uonnihil capite hocce digreditur, daque illa diſputat iuxta geniom Scholarum: Talem vero informem dici quod omnibus, non quod pulcris ſit formia vacua, certum aſt.

(d) *Qiddam inter formatum, & nihil, nec formatum, nec nihil, informe prape nihil.* = Lectionem hanc retinendam ceuſuimus in obſequium BB. qui haec Lectorem commonent = Sequimur
„ MSS. Benignianum, Thaodericenſem
„ &c. Non pauci tamen cum Lov. &
„ Arn. habent *quiddam inter formam,*
„ *& nihil &c.* At Bad. Am. & Er. cum
„ duobus MSS. ſic ferunt, *quam cogi-*
„ *tabam quiddam informe, & nihil for-*
„ *matum, nec nihil informe, prope ni-*
„ *hil.*] Poſterior haec lectio, quam ſere habet & Vet. utpote confuſa, & barbara iure contemnitur. Maxime quooiam non quid ſentienduui ſit (quod nunc proditur) ſed quid olim de materia Auguſtinus ſenſerit potius docere videtur. Lectio autem Lov. quae eſt & Som. MS. Ricar. S. Mar. Feſ. Car. & optimi S. Cr. (Licet Feſ. & Car. pro, *nec formatum*, habeant, *deformatum*) primae, a qua nonniſi phraſi diſcrepat, aut nihil, aut parum concedit.

Dicit ergo, eatenus ſe informem materiam velut rem non omnibus, ſed

pul-

pulcris tantummodo vacuam ſormis conceipiſſe, quia inter formatum, vel formam, & nibil ot qoidquam interponi queat non videbat; quod enim oullo modo exſiſtit, nihil videtur. Hinc re vera quidam etiam ex his, qoi lyceum eoloere, materiam primam (lieet audactar, & immerito) ad Ariſtotelica ſomnia amandaruat.

(e) *Per informe quiddam &c.* = Ut ad formam attificialem per lignom eadem forma vacnum fit trenſitus. Sicut enim lignom formas artifieiales, ita materia prima ſobſtantieles intoetor, Qnod & S. Thomas obſervat Opuſc. 41. paragr. 1. Hic vero locum habet Ariſtotelica definitio 1. Phyſic. c. ult. text. 82. *Materia eſt primum ſubiectum uniuſcuiuſque, ex quo aliquid fit, cum inſit, non ſecundum accidens*. Dicitor etiam poſt initium cap. 5. lib. de Principiis Dialecticae, qui tom. 1. ſub Auguſtini nomine circumfertur: *Informis materia eſt mutabilitas mutabilium rerum, capax omnium formarum*. Quae tamen verba, Benedictinis teſtibus, abſunt a MSS. Huc etiam ſpectat ſermo quorumdam ad materiae neceſſitatem tevincendam. Iacob. Coſim. Guerinois ord. Praedic. Clypei Philoſophiae Thom. t. 3. Phyſic. 1. p. q. 1. *de Materia prima*, poſt init. = Exiſtera „ autem materiam perſpicoum eſt; nam in „ primis &c. Deinde, ex oomium Philo„ ſophorum conſenſo, hoc inter ereatio„ nem, & generationem diſcrimen eſt, „ quod creatio ex nihilo fiat, generatio „ vero ex praeſuppoſito ſubiecto; eum „ ergo homines, leones, boves &c. ge„ nerari quotidiana doceat experientia, „ in omnibus illis generationibns debet „ praeſuppoſitum inveniri ſubiectum: & „ cum in ſubiectis inquirendis, in infini„ tum progredi oon liceat, devenien„ dum eſt ad unum primum ſubiectum, „ quod alio nomine materiam primam „ oominamus. „

(f) *Sed noſſe ſapiebam, non ſuſpicari*. = Quod iuxta ſermonis propoſitom dupliciter exponi poteſt 1. Ineluctabili argumento firmare. 2. Clare, facile eoncipere, intueri eupiebam. Poſterior autem expoſitio veroſimilior eſt, ſi non ita nuda, ſed priori adiuvata ſumatur. Unde dixerat ante: *Et ſuadebat vera ratio, ut &c. & non poteram*.

Ex quibus infetri poſſe videtur; Non dicere hic Auguſtinum de errore, quem Manichaeus cum Manichaeis adoptaverit; neque enim Manichaeos ſynagogae ſuae dogmata ita, ut philoſophicum hunc de materia errorem, improprie amplexabatur, proprie vero, & ſerio improbabat. Infertur etiam, & quidem apertius, Auguſtinum eirca ioformem materiam ounquam erraſſe; nequa enim, ſi proprie loquamor, imaginatione, ſed iodicio error committitur. Sic non errant Catholici, qoamvis Deum velot corpus concipiant, quia interim iudicio ſtatuunt, eſſe illum expertem corporis. Immo: nullum ex hoc Auguſtini ingenio deducas; Reſonat enim conſtanter in Philoſophorum ſcholis: *Materia eſt relatum quoddam impraeſcindibile, & traſcendentale ad formam*. Sola ergo, ſcilicet ut pura potentia ſpectata, vel nullo modo, vel ſaltem exacte concipi, inſpici nequit. Et Philoſophi omnes, ſaltem qui materiam puram potentiam arbitrantor (quod propoſito noſtro ſat eſt) eam ſe ooo poſſe bene concipere; & intueri oltronee fateotur. Quae profecto ex ipſa rerum natura deducuntur: & ex Platone in Timaeo frequeoter. Ex Ariſtotele lib. 1. Phyſic. c. 7. tex. 69. lib. 2. c. 2. tex. 26. & 1. de Gener. c. 3. tex. 12. Plotino lib. 4. c. 6. Enneadis 2. Porphyr. lib. de Occaſionibus c. 11. Alcin. lib. de Doctr. Platonis c. 8. Maxime vero ex Averr. lib. 4. Phyſic. comm. 17. S. Thom. 1. p. q. 87. art. 1. Aegid. Quodlib. 2. q. 13. Quidquid ſit de Themiſt. l. 1. Phyſic. ad text. 62. & Scoto q. 1. Prologi Sentet. & in 2. diſt. 12. q. 1.

(g) *Nihil aliquid, & , eſt non eſt*. = Sic Benedictini, a qoibus aegre divellimur. Commonent autem. = Sic MSS. „ paucis exceptis. At Lov. cum antiquio„ ribus editionibus, *nihil aliquid eſt*, „ *& non eſt*] Ita etiam MS. Ricar. porro MS. Car. Lov. ſuffragatur. Utriuſque autem lectionis unus idemque ſenſus eſt. Scilicet, fere dicendum, materiam oon eſſe ex rebus, quibus convenit, eſt. Sed eſſe, nihil.

Et tamen iam &c. = Si, *aliquid*, ſumatur ut paſſio entis, revera materia prima non eſt, *aliquid*. Item ſi, *eſt*, pro vera exſiſtentia intelligatur, materia non *eſt*. At quoniam &, *aliquid*, &, *eſt* late ſumi poſſunt, qua ratione nihilo tantummodo denegantur: ideo velut propoſitionem corrigens, ſubſumit, *& tamen iam &c.* Materiam enim a forma etiam praeciſam eſſe aliquid, & exſiſtere lato benigniori ſermone concedi poteſt. Quidquid cavilloſi quidam homines dicant, qui ſi velint, ſublatis ambagibus, propriis inhaerere principiis, materiam ſomnium prorſus, & nihil eſſe concedant oportet. Et tamen iidem ipſi (quod adole-

ſeſcens his rebus propoſito incumbens, non ſemel ſtomachi motu meditatus ſum) qui dum non adtendunt, & nolunt, materiam ſomnium, & nihil evincunt, eamdem mille oneribus gravant, innumeris dotibus veſtiunt, & ſedulo meditantur ceu inſigne fere totius Phyſicae obiectum.

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Ut ut vero materia exſiſtat, eam in divinam liberalitatem, actionemve reducendam docet. Sed & caelum, terramque eumdem Deum maxime unum, & ſimplicem ex nihilo feciſſe certum, & exploratum habendum addit, probatque. Caelum vero maximam rem abitratur Deo proximam: materiam minimam ad nihili confinia conſiſtentem.

ET unde utcunque erat, niſi eſſet abs te, a quo ſunt omnia in quantumcunque ſunt? Sed tanto a te longius, quanto diſſimilius (*a*); Neque enim locis. Itaque tu Domine, qui non es alias aliud (*b*), & alias aliter, ſed idipſum, & idipſum, & idipſum; Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens (1); in Principio, quod eſt de te, in Sapientia tua, quae nata eſt de (*c*) ſubſtantia tua, feciſti aliquid, & de nihilo. Feciſti enim caelum & terram, non de te; nam eſſet aequale Unigenito tuo, ac per hoc & tibi; & nullo modo iuſtum eſſet, ut aequale tibi eſſet, quod in te non eſſet (*d*). Et aliud praeter te non erat, unde faceres ea, Deus una Trinitas, & trina Unitas; Et ideo de nihilo feciſti caelum, & terram, magnum quiddam, & parvum quiddam (*e*); quoniam omnipotens & bonus es ad facienda omnia bona, magnum caelum & parvam terram; Tu eras, & aliud nihil, unde feciſti caelum & terram, duo quaedam; unum prope te, alterum (*f*) prope nihil; Unum quo ſuperior tu eſſes, alterum quo inferius nihil eſſet.

(*a*) *Quanto diſſimilius.* = Cum ſit Deus immenſus, nec materia, nec aliud quidquam loco ab eo diſtare poteſt. Diſtat vero materia, & quidem maxime diſſimilitudine; Ille quippe puriſſimus actus: haec pura potentia. Ex actu vero omnis ſplendor, ex potentia ignominia.

(*b*) *Qui non es alias aliud.* = Haec eſt lectio BB. qui inquiunt. = Editi, „ *alibi aliud*.] Nobiſcum ſunt tamen nedum MS. Ricar. Feſ. Car. S. Mar. & optimus S. Car. ſed & Som. Licet Vet. editis ſuffragetur. Senſus autem integrae propoſitionis eſt: Qui nec in ſubſtantia, ut materia, mutaris: nec quoad accidentia: ut creatura quaelibet, etiam Angelica.

(*c*) *Quae nata eſt de &c.* = Nata eſt Sapientia de Patris ſubſtantia, quia vera, propriaque generatione nata; eſt quippe generatio origo a parientis natura: iuxta tritam generationis definitionem: *Origo viventis a principio vivente coniuncto, in ſimilitudinem naturae eiuſdem ſpeciei.* De qua definitione Ariſtot. 7. Metaphyſic. c. 8. & 8. Ethic. c. 12. & 1. de Gener. Animal. c. 1. & 2. & S. Thom. 4. contra Gent. c. 11. De vera autem, propriaque generatione Sapientiae vide Scholaſticos in tract. de Trinit. qui Patres, & ipſam S. Scripturam advocant: & S. Thom. 4. contra Gen. c. 2. inſuper & ipſum Auguſtinum lib. 5. de Trinit. cap. 6., & 7.

(*d*) *Quod in te non eſſet.* = Monſtruo-

(1) Iſaiae 6. 3. & Apocalypſ. 4. 8.

ſtruoſum eſt , quidquam Deo aequale credere ; pluſquam vero monſtruoſum, & aequale , & extra eum, hoc eſt naturae eius non iunctum . Unde de Verbo Patri aequali dicitur Ioan. 1. *Verbum erat apud Deum* . Et v. 18. *Unigenitus Filius , qui eſt in ſinu Patris* .

Una Trinitas . = Hoc addit , ut oſtendat , qua ratione Filius ſit aequalis Patri , ut nempe ſint cum Spiritu Sancto non tres dii , ſed una Trinitas. Et etiam quia creatio , ſicut quaelibet actio , quam Schola *ad extra* vocat, non ab aliqua Divinarum perſonarum , ſed a tota eſt Trinitate .

(e) *Magnum quiddam , & parvum quiddam* . = Omnium altiſſimum caelum , ideſt Empyreum , adeo terrae magnitudinem excedit , eique eminet, ut Mathematicorum plurium iudicio ſi quis die quolibet per centum milliaria ſurſum ferretur , vix poſt octo annorum millia concavam illius ſuperficiem attingeret. Alii eiuſdem eruditionis homines ſic adumbrant Empyrei celſitudinem : Graviſſima pila ex illius ſummitate proiecta vix poſt annos quingentos a terra hac videretur . Denique illud tritum eſt , globum noſtrum ex terra . & aqua compactum Empyreo collatum puncto eſſe ſimillimum . Videat rerum harum curioſus Origenem lib 2. Periarch c. 3. Ambroſium lib. 6. Exam. c. 8. Anſelmum lib. 4. de Similitudinibus , c. 44. Serm. 2. de Aſſumt. Bernardin. Caſſaneum 3. p. Catalogi gloriae mundi . Henaum lib. 4 Exercit. 15. ſect. 2. ut de Iunioribus taceamus paſſim notiſſimis .

Verum , hic Auguſtinus , ut ſtatim dicemus , potius metaphora de magno caelo loquitur ; eique obiicit , non vulgarem terram , ſed materiam primam , terrae nomine forte ſignificatam .

(f) *Unum prope te , alterum &c.* = Manifeſtum eſt , magni caeli nomine Angelum inſinuare ; vide infra , c. 9. A. Inquit S. Thomas 1. contra Gentes , c. 43. *In rebus invenitur aliquid , quod eſt potentia tantum , et materia prima ; & aliquid , quod eſt actus tantum , ut Deus ; & aliquid , quod eſt actus , & potentia , ut ceterae res* . His praedictis : Angelus ex mediis rebus eſt , ita tamen , ut omnibus illis emineat ; quoad accidentia tantum ſiquidem eſt in potentia : qua ratione Deo proximus dicitur . Materia autem nihilo eſt proxima , quia eſt pura potentia , non quidem , ut Schola loquitur, *obiective* , talis enim eſt prorſus nihil , ſed , *ſubiective* . Unde cunctis rebus , ſaltem quas appellamus ſubſtantias , etſi minimis , concedere debet . Quod exploratum habent Ricardus Quodlib. 2. q. 5. & in 2. Senteut diſt. 12. q. 2. Durandus diſt. 12. q. 1. Argentinas in 1. diſt. 44. q 1. ar. 2. Aegidius Quodlib. 3. q. 5. Abulenſis ad cap. 21. Matth. q. 112. & alii omnes , qui ſuis ipſorum principiis inhaerent . Immo ſunt qui & accidentibus (quae perperam nonnulli Iuniores e medio tollere conantur) materiam primam poſthabeant . Certe ſequentia Auguſtini verba , *quo inferius nihil eſſet* , admodum urgent . Ut autem ad primum redeamus : eſt Angelus Deo proximus non , ut cum Schola loquamur, poſitive , ſed negative . Inter finitum enim , quantumvis maximum , & infinitum nulla datur proportio . Unde ſequitur , *quo ſuperior tu eſſes* , quod ad negativam proportionem ſpectat .

CA-

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

Ediſſerit amplius informem terram, abyſſumque tenebris obſitam, utramque in decore, & luce initio longe diverſam ab iis, quae nunc inſpiciuntur. Quanquam autem ea ſit materiae adiectio, & infirmitas, ut pene nihilo compararetur: adhuc ex eadem, ex nihilo facta caelum corporeum, inter aquas conſiſtens, Firmamentum *appellatum, ſecunda die compactum. Ex materia tandem quaelibet educta, quae ſenſibus vel adtinguntur, vel poſſunt adtingi.*

SEd illud Caelum caeli tibi, Domine; terra autem quam dediſti filiis hominum cernendam, atque tangendam, non erat talis, qualem nunc cernimus, & tangimus. Inviſibilis enim erat & incompoſita: & abyſſus erat, ſuper quam non erat lux; aut tenebrae (*a*) erant ſuper abyſſum (1): id eſt, magis quam in abyſſo. Iſta quippe abyſſus aquarum iam viſibilium etiam in profundis ſuis habet ſpeciei ſuae lucem, utcunque ſenſibilem piſcibus, & repentibus in ſuo fundo animantibus; illud autem totum prope nihil erat, quoniam adhuc omnino informe erat; iam tamen erat, quod formari poterat. Tu enim Domine feciſti mundum de materia informi, quam feciſti de nulla re (*b*) pene nullam rem, unde faceres magna, quae miramur filii hominum. Valde enim mirabile hoc caelum corporeum, quod firmamentum inter aquam & aquam (*c*), ſecundo die poſt conditionem lucis dixiſti, Fiat (2); & ſic factum eſt. Quod firmamentum vocaſti caelum, ſed caelum terrae huius & maris, quae feciſti tertio die, dando ſpeciem viſibilem informi materiae, quam feciſti ante omnem diem. Iam enim feceras & caelum ante omnem diem; ſed Caelum caeli huius: quia in principio feceras caelum & terram. Terra autem ipſa quam feceras, informis materies erat, quia inviſibilis erat & incompoſita, & tenebrae ſuper abyſſum (*d*). De qua terra inviſibili, & incompoſita, de qua informitate, de quo pene nihilo faceres haec omnia, quibus iſte mutabilis mundus conſtat, & non conſtat, in quo ipſa mutabilitas adparet, in qua ſentiri, & dinumerari poſſunt tempora: quia rerum mutationibus fiunt tempora, dum variantur, & vertuntur ſpecies, quarum materies praedicta eſt terra inviſibilis.

(*a*) *Aut tenebrae &c.* = Sequimur Benedictinos, qui = Ita in melioribus „ MSS. & Bad. Porro in aliis editis, *ſed* „ *tenebrae erant &c.*] Ita & Som. & merito. Videtur ſiquidem claritatis cauſſa duplici cauſſa eadem ſententia recitata.

In ſequentibus autem inquiens: *Tu &c. de materia informi*, ex Divino oraculo loquitur Sap. 11. v. 18. *Quae* (manus Dei) *creavit orbem terrarum ex materia inviſa*. Sed Auguſtinus ſequutus hic eſt codices Graecos, apud quos pro, *inviſa*, habetur *informi*. Cum hoc autem cap. conferri poſſent quae habet S. D. lib. de Fide, & Symbolo, cap. 2 n. 2. ex quibus nonnulla tantum hic damus. = Etſi aliquid fecit ex aliquo, „ ſicut hominem de limo, non utique „ fecit ex eo quod ipſe non fecerit: „ quia terram, unde limus eſt, ex nihi-
„ lo

(1) Gen. 1. 2.

(2) Gen. 1. 15.

„ lo fecerat. Etſi ipſum caelum, & terram, ideſt mundum, & omnia, quae in eo ſunt, ex aliqua materia fecerat, ſicut ſcriptum eſt. *Qui feciſti mundum ex materia inviſa, vel etiam informi*, ſicut nonnulla exemplaria tenent: nullo modo credendum eſt illam ipſam materiam, de qua factus eſt mundus, quamvis informem, quamvis inviſam, quocumque modo eſſet, per ſeipſam eſſe potuiſſe, tamquam coaeternam, & coaevam Deo: ſed quemlibet modum ſuum, quem habebat, ut quoquomodo eſſet, & diſtinctarum rerum formas poſſet accipere, non habebat niſi ab omnipotente Deo, cuius beneficio eſt res non ſolum quaecumque formata, ſed etiam quaecumque formabilis &c. „

Fuerunt enim qui materiam a Deo nihil pendentem, eique coaeternam blaſphemarent, ipſo S. D. teſte lib. de Haereſibus 59. *Seleatiani ſunt, vel Hermiani ab auctoribus Seleuco, vel Hermia, qui elementorum materiam, de qua factus eſt mundus, non a Deo factam dicunt, ſed Deo coaeternam &c.* Ei autem Sap. oraculo ſimile eſt illud Hebr. 11. 3. *Fide intelligimus aptata eſſe ſaecula verbo Dei, ut ex inviſibilibus viſibilia fierent.*

(*b*) *De nulla re.* = Hoc eſt per creationem actionem omnium nobiliſſimam, Numini tantummodo competentem. Creatio enim ex nullo fit, ut Schola loquitur, praeſuppoſito ſubiecto. Idem docet S. D. alibi frequenter, ut lib. 1. de Gen. contra Manichaeos, cap. 6., & 7. Immo, aliter fieri non potuit, ni proceſſum in infinitum concedamus. Quod obſervavit & Ariſtoteles, qui lib. 1. Phyſic. c. 9. tex. 82. *Incorruptibilem, & ingenitam neceſſe eſt ipſam eſſe, ſi enim fiat, ſubiici aliquid oportet primum, ex quo inexiſtente fiat; hoc autem eſt ipſius natura: quare erit antequam fiat.* Ariſtoteli quoad hoc adhaerent S. Thomas ibi in lectione, & 1. p. q. 46. ar. 1. ad 3. & reliqui omnes Philoſophi, quos utcumque novérimus.

(*c*) *Quod firmamentum inter aquam, & aquam.* = Caelum ſidereum, vel ſtellatum, iuxta communiorem Eruditorum ſententiam ordine octavum. De quo S. D. lib. 2. de Gen. ad litt. c. 10. lib. 4. c. 2. & praefat. in Pſalm. 47.

De aquis ſuper Firmamentum conſiſtentibus non unum eſt Eruditorum iudicium. Nonnullis (1) aquae illae caelum cryſtallinum; aliis media aeris (2) regio, in qua nubes condenſantur, ſunt. Quae poſterior opinio ex Iobi oraculo c. 26. v. 8. deſumi: placere vero & Plinio lib. 31. c. 1. videtur. Auguſtinus plures aquis illis expoſitiones aptat: at nullam adoptat; ſaepe ſuperiorum aquarum nomine bonos inferiorum malos angelos excipit. Vide lib. 11. de Civit. Dei, cap. ultimo: & lib. 13. huius operis, c. 2. Nicolaus tamen, exalceatus Auguſtini filius t. 5. Philoſophiae Auguſt. 3. p. c. 6. de operibus ſex dierum, aſſert, a, ita de Patris ſui iudicio diſſerit. = Denique „ ablegatis dictis, & aliis pluribus de hac re opinionibus, ſuam explicans ſententiam (*Auguſtinus*) docet lib. 2. de Gen. ad lit. c. 1. tam ſupra, quam infra caelos veras eſſe aquas, dicens: Deo cuncta poſſibilia ſunt, neque enim ſi vellet ſub aqua oleum aliquando manere, non fieret. Itaque ſecundum omnipotentiam Dei oportet nos credere aquas etiam tam graves, quas novimus, atque ſentimus caeleſti corpori, in quo ſunt ſydera, ſuperfuſas.] Perperam vero, & etiam mala fide: eſt quippe Auguſtini ſermo mirum in modum corruptus. Et ſat erit illum ad verbum exſcribere. = Utrum (3) autem „ nunc illud caelum fiat, quod excedit aeris omnia ſpatia, eiuſque omnem altitudinem, ubi etiam luminaria, ſtellaeque conſtituuntur quarto die; an ipſe aer vocetur firmamentum, quaeri merito poteſt. Multi enim aſſerunt iſtarum aquarum naturam ſuper ſydereum caelum eſſe non poſſe, quod ſic habeant ordinatum pondus ſuum, ut vel ſuper terram fluitent, vel in aere terris proximo vaporaliter ferantur. Neque quiſquam iſtos debet ita refellere, ut dicat, ſecundum omnipotentiam Dei, cui cuncta poſſibilia ſunt, oportere nos credere, aquas etiam tam graves, quam novimus, atque ſentimus, caeleſti corpori, in quo ſunt ſidera ſuperfuſas. Nunc enim quemadmodum Deus inſtituerit naturas rerum, ſecundum Scripturas eius nos convenit quaerere; non quid in eis, vel ex eis ad miraculum potentiae ſuae velit operari. Neque enim ſi vellet Deus ſub aqua oleum aliquando manere, non fieret; non ex eo tamen

„ olei

(1) S. Bonavent. in 2. diſt. 14. art. 1. & alii.
(2) Ipſe Aug. 2. de Gen. ad lit. c. 4. circa med. S. Th. 1. p. q. 68. art. 2. in corp. & art. 3. ad 1. & alii.
(3) 1. p. 1. 3. c. 1. n. 1. & 4.

„ olei natura nobis eſſet incognita, quod „ ita facta ſit, ut appetendo ſuum lo„ cum, etiamſi ſubterfuſa fuerit, per„ rumpat aquas, eiſque ſe ſuperpoſitam „ collocet. Nunc ergo quaerimus, u„ trum conditor rerum, qui (1) omnia „ in menſura, & numero, & pondere „ diſpuſuit, non unum locum proprium „ ponderi aquarum circa terram tribue„ rit, ſed & ſuper caelum, quod ultra „ limitem aeris circumfuſum, atque ſo„ lidatum eſt. Quod qui negant eſſe „ credendum, de ponderibus elemento„ rum argumetantur, negantes &c.] Et integro ſic iudicantium argumento propoſito: nihil ipſe in oppoſitum adfert, & quaeſtionem ſic pendentem omittit.

(d) *Et tenebrae ſuper abyſſum*. = Fere in omnibus editis, *& tenebrae erant ſuper &c.* Sed abeſt, *erant* a MSS. Benedictinis teſtibus, & etiam ab editione Som. & MS. Ricar. Ex ſequentibus autem verbis: *De qua terra &c. faceres haec omnia*, colligi Eruditi plures arbitrantur, Auguſtini iudicio ex eadem ipſa terreſtri materia terrenum atque caeleſtem orbem eductos. Quod iudicium tribuitur & Triſmegiſto, Empedocli, Heraclito, Thaleti Mileſio, Xenophani, Anaximeni, Xenocrati, Anaximandro, Platoni, Avicennae; Item Ambroſio, Hieronymo, Baſilio, Chryſoſtomo, Gregorio Nyſſ., Bedae, Straboni, Hyppolito, Severiano, Alcuino, Rabano, Magiſtro Sentent. in 2. diſt. 14. c. 1. Bonaventurae in 2. diſt. 12. q. 2. Scoto diſt. 14. q. 1., Ochamo, Aegidio. Molinae &c. At Auguſtini verba nullo conatu, nullaque violentia, ſed expedite, & facile ex ſpeciei ad ordinis unitatem deduci poſſunt; ut id velit tantummodo, unumquodque compoſitum ex prima ſua materia eductum: caelum quidem ex materia caeleſti, terram ex terrena. Quod placet Ariſtoteli lib. 2. Metaphyſic. c. 7. tex. 10. & lib. 1. de Ortu, & Interitu, c. 6. tex. 43. S. Thomae 1. p. q. 66. ar. 2. Ricar. in 2. diſt. 12. q. 8. Alenſi 2. p. q. 44. memb. 2. Capreolo, Caietano, Henrico, Hiſpalenſi, & omnibus Thomiſticae ſcholae doctoribus, & pluribus ex Ignatii Filiis.

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Per caelum caeli creaturam ſpiritualem deſignari ſuſpicatus, in idem arcanum ſervatum in primis Geneſis verbis, temporum, dierumque ſilentium revocat, quod nempe Angelus utcumque aeternitatis dotibus perfruatur. Addens earumdem nec terram inviſibilem, & incompoſitam prorſus expertem.

IDeoque Spiritus doctor Famuli tui (*a*), cum te commemorat feciſſe in principio caelum, & terram, tacet de temporibus, ſilet de diebus. Nimirum enim Caelum caeli, quod in principio feciſti, creatura eſt aliqua intellectualis: quanquam nequaquam tibi Trinitati coaeterna: particeps tamen aeternitatis tuae, valde mutabilitatem ſuam prae (*b*) dulcedine feliciſſimae contemplationis tuae cohibet, & ſine ullo lapſu, ex quo facta eſt inhaerendo tibi, excedit omnem volubilem viciſſitudinem temporum. Iſta vero informitas, terra inviſibilis (*c*) & incompoſita, nec ipſa in diebus numerata eſt. Ubi enim nulla ſpecies, nullus ordo, nec venit quidquam, nec praeterit: & ubi hoc non fit, non ſunt utique dies, nec viciſſitudo ſpatiorum temporalium.

(*a*) *Spiritus doctor Famuli tui*. = Spiritus Sanctus, qui Moſem Dei famulum Geneſim ſcribentem dirigebat, inſpirabat. = *Particeps tamen aeternitatis tuae*. = Et id quidem non una ratione. Quamvis enim Angelus initium habuerit ad-

(1) Sap. 11. 21.

adhuc non habiturus eſt finem, & quidem non gratiae; vel dona gratuito: ſed ex propriae naturae conditione; licet ſemper (quod in ſimpliciorum tantum gratiam addimus) Dei liberalitate ſpectata. Item: Angelus minimam (reliquis creaturis collatus) mutabilitatem patitur. Et tandem: in beatitudine eſt, quam metitur aeternitas, non quidem, ut Schola loquitur ſubſtantialis, ſed, participata. En igitur myſterium prodit Auguſtinus, oſtenditque ſe hucuſque vel nullo modo, vel non tantum de Empyreo, ſed in Empyrei, in ſummi caeli ſymbolo de Angelo ſe fuiſſe loquutum.

(b) *Mutabilitatem ſuam prae &c.* = Diffluit genus noſter, diffluit intellectus; itemque diffluit, labitur, vagatur voluntas; Deus ergo ſummum bonum, primum verum, & ultimus finis, ab Angelo egregio inſpectus, cohibet illius genium, intellectum & voluntatem.

--- *Et ſine ullo lapſu &c.* = Id tum ſi phyſice loquaris, tum ſi moraliter. Neque enim ullam, quae ſubſtantiam adfecerit, mutationem Angelus paſſus eſt: nec aliquando a Divini iuris apicibus exorbitavit; In primo enim inſtanti ſanctus citra meritum fuit; ut malus eſſe non poſſet: in ſecundo arbitrio, & merito ſanctitati adhaeſit: inde ſanctitatem adeptus eſt mutationis expertem. Eſt quippe ea omnis angeli tum boni, tum mali indoles, ut ab eo, quod ſemel arbitrio elegit, nunquam divellatur. Fortean tamen quiddam iis verbis Auguſtinus ſignificare voluit, quod phyſicum, & moralem ſenſum involvere dicas; nec per momentum ſcilicet Angelum a beata viſione diſtractum.

(l) *Informitas, terra inviſibilis &c.* = Lectionem hanc, quam Benedictini reddidere, tenere placuit, quod informitatem exhibeat, non abſtractam, ſed terrae adhaerentem; ſcilicet ſermo eſt non prorſus de ipſa informitate, ſed de terra informi. Praeferunt autem eamdem genuinam lectionem MS. Ricar. S. Mar. Licet Vet. Am. Car. Faſ. & etiam optimus S. Cr. reiectae ſuffragentur. = *Ubi enim nulla ſpecies.* = Corpus v. gr. piſcis tranſit in corpus hominis; circulus in triangulum &c. = *Nullus ordo.* = Contingit mutatio ordinis, vel ex ordine v. gr. quum ex lapidibus paries, ex diverſarum rerum mixtione, vel diſpoſitione novus color exſurgit. Ubi ergo nullus ordo, nulla ſpecies, quid accedere debet, quid praeterire?

Auguſtini ergo opinione ipſo ſtatim ſui operis initio Angelos Deus creavit; quod praeced. capite dixerat: *Iam enim feceras & caelum ante omnem diem &c.* repetitque infra c. 15. n. 13. Verum audiendus eſt Auguſtinus Calmet Ord. S. Benedicti theologus eruditiſſimus, qui t. 3. Antiquitatum Sacr. & Prof. diſſert. de Angelis bonis, & malis, art. 1. de Bonis, edit. Luc. an. 1731. pag. 296. haec habet, quae Latine dare placet. = S. Auguſtinus haud conſtanti iu„ dicio quo tempore creati fuerint An„ geli ſcribit. Aliquoties docet (1) primo „ Mundi die creatos. Alibi a luce non „ dividere (2) eos videtur. Alio loco ante „ res creatis illos ſubſiſtentes (3) punit. „ Et tandem nonnunquam rem dubiam (4) „ relinquit, & indeciſam. Potior iuniorum Theologorum pars, qui Angelos „ cum Mundo creatos cenſent, ut id „ ſtatuant, hocce Eccleſiaſtici (5) textu „ utuntur: *Qui vivit in aeternum, crea„ vit omnia ſimul*; ſimul videlicet, & „ eodem tempore. „

(1) L. 22. contra Fauſt. c. 10., & l. 8. de Gen. ad litt. c. 8.
(2) L. 11. de Civit. c. 19. &c.
(3) L. 11. Conf. c. 15.
(4) L. Imperf. de Gen. ad litt. c. 3. & de Civit.
(5) Eccleſ. 18. 1.

C A P U T X.

A R G U M E N T U M.

A diſputatione nonnihil excurrens: ad temporalia ſe defluxiſſe plorat, quanquam & ex his in ſupernum amorem exarſerit. Eouſque vero malis tumultibus ſe diſtractum olim addit, ut vix invitantem Dei vocem adtenderit. Nunc autem tandem aliquando, nihil ſibi, prorſus Deo fidens, ad ipſum geſtiens, ac triumphans revertitur.

O Veritas lumen cordis mei, non tenebrae meae loquantur mihi. Defluxi ad iſta (*a*), & obſcuratus ſum; ſed hinc etiam, hinc adamavi te. Erravi & recordatus ſum tui. Audivi vocem tuam poſt me, ut redirem, & vix audivi, propter tumultus impacatorum (*b*). Et nunc ecce redeo, aeſtuans & anhelans ad fontem tuum. Nemo me prohibeat, hunc bibam, & hinc vivam. Non ego vita mea ſim; male vixi ex me, mors mihi fui; & in te reviviſco. Tu me adloquere, tu mihi ſermoncinare. Credidi libris tuis, & verba eorum arcana valde.

(*a*) *Defluxi ad iſta.* = Ad temporalia, de quibus in calce praeced. capitis dixerat. Imitatur autem phraſim Sap 1. 16. & Iſaiae 24. 4. = *Et obſcuratus ſum.* = Quin caeleſtia, & divina conſpicerem. *Sed hinc etiam &c.* = Ex viſibilium enim exſiſtentia atque ſplendore Creator deprehenditur, & amatur. = *Et vix audivi.* = Et nec facile, nec mox te ſequutus ſum.

(*b*) *Propter tumultus impacatorum.* = Benedictinis adſentimur, qui haec in imo margine obſervant. = Lov. & Arn. *pro-*
„ *pter tumultus peccatorum.* Sed melius
„ Bad. Am. & Er. *impacatorum.* Nam
„ ita MSS. nullo fere excepto; atque
„ hoc nomine deſignati videntur Mani-
„ chaei Scripturarum ſacrarum inimici.] Ita etiam MSS. ſeptem. At Vet. unus S. Cr. & unus Med. praeferunt, *populorum.* MS. optimus S. Cr. non tam iudicio, ut credimus, quam oſcitantia, *impeccatorum.* Som. & MS. Med. Lov. & Arn. ſuffragantur. Eodem autem vocabulo utitur Virgilius 3. Georg. v. 408. *Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.*

Hunc bibam, & hinc vivam. = Et hic Benedictinos ſequimur: qui admonent. = In prius editis ſic habetur,
„ *hunc bibam, & tunc vivam: nam non*
„ *ego vita mea. Si male vixi, ex me*
„ *mors mihi fui, & in te reviviſco.*] Nobiſcum ſunt etiam quinque MSS. At ſex ſaltem quoad priora verba, & Vet. editio favent. Ceterum ex MSS. quos pro nobis laudavimus, ſaltem 2. ideſt Med. & S. Cr. pro, *hinc*, habent, *hunc.*

Arcana valde. = Ut non mirum ſit, Iuvenem egregii quidem ingenii: ſed Manichaeorum vaſritie carnalibus addictum, ab eorum myſteriis, latentibuſque divitiis exorbitaſſe.

CA-

CAPUT XI.

ARGUMENTUM.

Ad diſputationem, a qua diverterat, rediens, nimis manifeſta ineluctabili argumentatione detecta ſegregat; ideſt, Deum aeternum eſſe, & immortalem: Nihil, excepto peccato, deſignari poſſe, quod exſiſtat, & illi totum non debeat; Eidem Deo, vel eius imperii ordini peccatum nihil efficere; Angelum, cuius egregiam divinam ſortem religioſe ſuſpicit, ea, quae Dei eſt, aeternitate non frui. Rediens tandem ad ſolita, Angelum, informemque materiam denuo a temporis viciſſitudine eximit.

I. Iam dixiſti mihi Domine voce forti in (*a*) aurem interiorem, quia tu aeternus es, ſolus habens immortalitatem (1); quoniam ex nulla ſpecie motuve mutaris, nec temporibus variatur voluntas tua; quia non eſt immortalis voluntas, quae alia, & alia eſt. Hoc in conſpectu tuo claret mihi, & magis magiſque clareſcat oro te, atque in ea manifeſtatione perſiſtam ſobrius ſub alis tuis. Item dixiſti mihi Domine voce forti in aurem interiorem, quod omnes naturas, atque ſubſtantias, quae non ſunt quod tu es, & tamen ſunt, tu feciſti; & hoc ſolum a te non eſt quod non eſt, motuſque voluntatis a te, qui es, ad id, quod minus eſt (*b*), quia talis motus delictum atque peccatum eſt. Et, quod nullius peccatum aut tibi nocet, aut perturbat ordinem imperii tui, vel in primo, vel in imo. Hoc in conſpectu tuo claret mihi, & magis magiſque clareſcat oro te, atque in ea manifeſtatione perſiſtam ſobrius ſub alis tuis.

II. Item dixiſti mihi voce forti in aurem interiorem, quod nec illa creatura tibi coaeterna eſt, cuius voluptas tu ſolus es (*c*) teque perſeverantiſſima caſtitate hauriens, mutabilitatem ſuam nunquam & nuſquam exſerit, & te ſibi ſemper praeſente, ad quem toto affectu ſe tenet, non habens futurum quod exſpectet, nec in praeteritum traiiciens quod meminerit, nulla via variatur, nec in tempore ulla diſtenditur. O beata, ſi qua iſta eſt, inhaerendo beatitudini tuae, beata ſempiterno inhabitatore te atque illuſtratore ſuo! Nec invenio quid libentius appellandum exiſtimem Caelum caeli Domino, quam domum tuam contemplantem delectationem tuam, ſine ullo defectu egrediendi in aliud, mentem puram concordiſſime unam ſtabilimento pacis ſanctorum ſpirituum, civium civitatis tuae in caeleſtibus, ſuper iſta caeleſtia.

III. Unde intelligat anima, cuius peregrinatio longinqua facta eſt, ſi iam ſitit tibi; ſi iam factae ſunt ei lacrymae ſuae panis, dum dicitur ei per ſingulos dies, ubi eſt Deus tuus (2)? ſi iam petit a te unam, & hanc requirit, ut inhabitet in domo tua per omnes dies vitae ſuae (3). (Et quae vita eius, niſi tu? Et qui dies tui, niſi aeternitas tua, ſicut anni tui, qui non deficiunt, quia idem ipſe es? (4)) Hinc ergo intelligat anima, quae poteſt, quam lon-

(1) Tim. 6 16.
(2) Pſal. 41 4.
(3) Pſal. 22. 7. & 26. 4.
(4) Pſal. 101. 28.

longe ſuper omnia tempora ſis aeternus, quando tua domus, quae peregrinata non eſt (*d*), quamvis non ſit tibi coaeterna, tamen indeſinenter, & indeficienter tibi cohaerendo, nullam patitur viciſſitudinem temporum. Hoc in conſpectu tuo claret mihi, & magis magiſque clareſcat oro te, atque in hac manifeſtatione perſiſtam ſobrius ſub alis tuis.

IV. Ecce neſcio quid informe in iſtis mutationibus rerum extremarum atque infimarum. Et quis dicet mihi, niſi quiſquis per inania cordis ſuis phantaſmatibus vagatur, & volvitur: quis niſi talis dicet mihi, quod diminuta, atque conſumta omni ſpecie, ſi ſola remaneat informitas, per quam de ſpecie in ſpeciem res mutabatur, & vertebatur, poſſit exhibere vices temporum? Omnino enim non poteſt; quia ſine varietate motionum (*e*) non ſunt tempora: & nulla varietas ubi nulla ſpecies.

(*a*) *Voce forti in &c.* = Antiquae editiones omnes, quas, ut ſemper in hac re Benedictini imitantur, haec verba praeſenti capiti, ceu ſummarii loco praefigunt: *Quid a Deo didicerit*. Verum non cogimur hic peculiare Dei magiſterium credere. Haec omnia ſuo Auguſtinus ingenio detexit; at revocat in Divinam vocem, vel quia de eiſdem dogmatibus nos tutos facit Catholica fides: vel quod eiſdem naturali quidem ſtudio detectis, ſed & omnino ad aeternam ſalutem credendis adeo vehementer adhaeſerit, ut huius modi ratione aliquid Divinae lucis ſuſpicatus ſit. Ut enim ſuperbus v. g. *Pherepontus*, etiam quae non debet propriis viribus tribuit: ſic religioſus modeſtus homo omnia ambit in Divinum ſubſidium revocare. *Vox ergo fortis* eſt robuſta ratio, non peculiari, ſed communi nobis Dei beneficio conceſſa; *Auris interior* mens, qua rationem illam, ſeu argumentationem ordinamus, & adtendimus.

(*b*) *A te, qui es, ad id quod minus eſt &c.* = Quod & in hoc, & in aliis ſuis operibus frequenter obſervat. Lib. 2. de Libero Arbitr. c. 19. n. 53. = Vo„luntas ergo adhaerens communi, at„que incommutabili bono, impetrat pri„ma, & magna hominis bona, cum ipſa „ſit medium quoddam bonum. Volun„tas autem averſa ab incommutabili, „& communi bono, converſa ad pro„prium bonum, aut ad exterius, aut „ad inferius peccat.. Ad proprium „convertitur cum &c.] Lib. 12. de Civit. Dei, cap. 8. circa med. *Deficitur enim non ad mala, ſed male, ideſt non ad malas naturas, ſed ideo male, quia contra ordinem naturarum ab eo, quod ſumme eſt, ad id, quod minus eſt*. Quae Ieremiae oraculo c. 2. v. 13. conformia ſunt: *Duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquae vivae, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quae continere non valent aquas*.

(*c*) *Cuius voluptas tu ſolus es*. = Ita, Benedictinis teſtibus, in MSS. Germanenſi, Foſſatenſi, & aliis ſex: nec non in viſis a nobis, MS. S. Mar. Feſ. Car. & optimo S. Cr. At ipſi Benedictini cum Vet. Am. Lov. & aliis editis, quibus ſuffragatur MS. Ricar. *cuius voluntas*. Non quidem male; & utraque lectio in idem vadit; niſi quod ſelecta iis quae ſequuntur, *teque perſeverantiſſima caſtitate &c.* magis congruit: & Angelicae conſtantiae intimiorem, doctioremque radicem detegit: quod nempe eius voluptas ſolus Deus ſit. Nos autem inconſtantes ſumus, quod nunc in re hac, nunc in illa voluptatem captemus.

Cuius peregrinatio &c. = Benedictinis adſtipulamur, qui lectionem hanc ita tuentur. = Lov. & Aru. *Unde in„telligat anima quantum peregrinatione „longinqua facta eſt*. Praetulimus le„ctionem Bad. Am. & Er. quae ex plu„ribus MSS. comprobatur, & hic ap„prime convenit; nam iſthaec verba, „*Unde intelligat*, ad illa referuntur, „*quam longe ſuper omnia tempora ſis „aeternus*.] Videlicet, ſenſus priorum verborum uſque ad haec, *quam longe &c.* fere ſuſpenditur; Si autem legendum eſſet, *quantum peregrinatione*, mox caderet, & ibi emareſceret. Cum Lov. & Aru. eſt Som. Nobiſcum autem ſunt MS. S. Mar. Ricar. Feſ. Car. & optimus S. Cr.

Praecedentia verba, *in caeleſtibus ſuper iſta caeleſtia*, quae ſapiunt Paulinam phraſim Epheſ. 1. 3., & 20. & 3. 10. &c. ſignificant aut ſummum caelorum, nempe Empyreum ſuper caelos iſtos naturali ratione deprehenſos eminens,

Digitized by Google

nens: vel Eccleſiam triumphantem noſtrae huic velut praeſidentem.

(d) *Quae peregrinata non eſt.* = Metaphoram hanc ut intelligas, accipe verba S. D. in Pſal. 119. ad v. 5. n. 6., & 7. = Iam ergo iſte coepit proficere, „ & coepit videre malos, & multa mala, quae ante non noverat, & clamat ad Dominum: *Heu me*, quod incolatus „ meus longinquus, inquit, factus eſt. „ Multum a te receſſi, peregrinatio mea „ facta eſt longinqua. Nondum veni in „ patriam illam, ubi cum nullo malo „ victurus ſum: nondum veni ad illam „ ſocietatem Angelorum, ubi ſcandala „ non timebo. Quare autem nondum „ ſum ibi? Quia *incolatus meus longinquus factus eſt*. Incolatus peregrinatio eſt. Incola dicitur qui habitat in „ terra aliena, non in civitate ſua . . . „ Et ubi longinquus? Aliquando cum „ peregrinatur homo, inter meliores vivit, quam in patria ſua forte viveret; „ ſed non ſic eſt quando de illa Ieruſalem caeleſti peregrinamur . . . Non ſic „ eſt patria illa Ieruſalem, ubi omnes „ boni; quicumque inde peregrinatur, „ inter malos eſt: nec recedere a malis „ poteſt niſi cum redierit ad ſocietatem „ Angelorum &c. Sed quod ait ille, „ *Longinqua facta eſt peregrinatio mea* „ maxime eorum vox eſt, idest, ipſius „ Eccleſiae, quae laborat in hac terra. Illius vox eſt; quae clamat a „ finibus terrae in alio Pſalmo dicens, „ *A finibus terrae ad te clamavi*. (1)] Vide tamen eumdem S. D. & in Pſal. 118. ad v. 19 Serm. 8. n. 1. Non vero admodum reluctabimur, ſi quis peregrinationem hic pro infirmitate morali, & culpa poſitam arbitrabitur; ſequentem enim v. *multum incola fuit anima mea*, qui apud ipſum eſt, *multum peregrinata eſt anima mea*: ſic exponit n. 8. = *Ne peregrinationem corporalem intelligeres, animam dixit peregrinari. Corpus peregrinatur locis, anima peregrinatur affectibus. Si amaveris terram, peregrinaris a Deo: ſi amaveris Deum, adſcendis ad Deum*. Angelus autem nunquam vel paululum deliquit: & licet delinquere poſſit, infirmitatis tamen, qualem communiter dicimus prorſus expers eſt. Certe ſuperiora verba, *cuius peregrinatio longinqua facta eſt*, de quibus comment. praeced. ſecundo loco actum eſt, hocce poſteriori ſenſu accipienda eſſe amplius ſuſpicamur.

(e) *Sine varietate motionum &c.* = Et Ariſtoteles enim tempus definiit lib. 4. Phyſic. c. 10. *Menſura motus ſecundum prius, & poſterius.* = Angelus autem ſupra, *domus Dei* merito dictus eſt: Paulus quippe etiam hominibus 1. Cor. 3. v. 16., & 17. *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? . . . Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Ut etiam c. 6 v. 19. & 2. epiſt. c. 6. v. 16. ex Levit. 26. 12.

CAPUT XII.

ARGUMENTUM.

Sermonem colligens, ſtatuit, duo licet Deo non coaeterna, temporis tamen experſia, Angelum utpote nimis bene formatum; & materiam, quod omnis formae bono deſtituta ſit. Ediſſerit inde ut prima Geneſis verba rem ſenſim prodant & nulla praeditam ſpecie, & nihili abyſſo minime abſortam.

QUibus conſideratis, quantum donas Deus meus, quantum me ad pulſandum excitas, quantumque pulſanti aperis: duo reperio, quae feciſti carentia temporibus, cum tibi neutrum coaeternum ſit. Unum quod ita formatum eſt, ſine ullo defectu contemplationis, ſine ullo intervallo mutationis, quamvis mutabile, tamen non mutatum, tua aeternitate atque incommutabilitate perfruatur. Alterum quod ita informe erat, ut ex qua forma, in quam formam vel motionis vel ſtationis mutaretur, quo tem-

(1) Pſal. 60. 3.

tempori ſubderetur, non haberet. Sed hoc ut informe eſſet (a) non reliquiſti, quoniam feciſti ante omnem diem, in principio caelum & terram, haec duo quae dicebam. Terra autem inviſibilis erat, & incompoſita, & tenebrae ſuper abyſſum (1). Quibus verbis inſinuatur formitas, ut gradatim excipiantur, qui omnimodam ſpeciei privationem, nec tamen ad nihil perventionem, cogitare non poſſunt, unde fieret alterum caelum, & terra viſibilis atque compoſita, & aqua ſpecioſa, & quidquid deinceps in conſtitutione huius mundi non ſine diebus (b) factum commemoratur, quia talia ſunt, ut in eis agantur viciſſitudines temporum, propter ordinatas commutationes motionum, atque formarum.

(a) *Sed hoc ut informe eſſet, non reliquiſti.* = Qui inter informem, & formatam materiam nihil temporis interceſſit; fuit enim, ut alibi ex ipſo S. D. viſum eſt, illa hac prior natura, non tempore. = *Qui &c. cogitare non poſſunt.* = Quod de ratione intelligendum eſt; Nam, ut alibi diximus, materiam primam omni prorſus forma denudatam vix, & ne vix quidem acutiſſima ingenia phantaſia cogitare, meditari exacte poſſunt.

(b) *Non ſine diebus &c.* = Ita hic, & in ſequentibus loquitur, ut in creatione mundi veros naturaleſque dies elapſos eſſe, minime ſe inficiari innuat. Immo vero lib. 1. de Gen. contra Manich. c. 23. & alibi manifeſte eos dies agnoſcit. Nihilominus aquilinus Doctor ad plurima propemodum inextricabiles difficultates, quae in enumeratione naturalium dierum emergunt, propulſandas, eludendas, ſententiam ingenioſiſſimam ad Paganorum Religionis noſtrae ſimpliciora irridentium retundendam audaciam aptiſſimam excogitavit, & lib. 11. de Civit. Dei, c. 7. fuſius vero lib. 4. de Gen. ad Litt. a c. 22. digeſſit, elaboravit, & non una ratione communivit. Ea ſententia, quam levioris ingenii homines mille caeſpitationibus, & ſomniis corrupere, plura quidem in ſui ſubſidium, & maieſtatem advocat; at vero cuncta ad unam revocat, dies videlicet in Geneſi enumeratos, Angelorum diverſos intuitus ſignificare: qui quidem utpote admodum luminoſi, recte pro diebus ponuntur, vel in diebus ſignificantur. Hi dies in veſpere, & mane dividuntur: quod Angelorum intuitus alius ſit veſpertinus, alius matutinus; Ille eſt qui extra res ipſas naturales minime excurrens, non omnes tenebras exſuit, & veſpere inſtar emoritur; Hic vero qui inſpectas res ad Dei laudem referens, quaſi mane in ampliorem lucem geſtit. At iuvat hic ex pluribus, quae S. D. in rem hanc habet, aliqua ſaltem Lectorum oculis ſiſtere. Lib. 11. de Civit. cap. 7. a med. „ Si tamen (2), & veſperam diei huius, „ & mane aliquatenus congruenter intel„ligere valeamus. Quoniam ſcientia „ creaturae in comparatione ſcientiae „ Creatoris quodammodo veſperaſcit: i„temque luceſcit, & mane fit, cum & „ ipſa refertur ad laudem dilectionem„que Creatoris: nec in noctem vergitur, „ ubi non Creator creaturae dilectione „ relinquitur. Denique Scriptura cum „ illos dies dinumeraret ex ordine, nuſ„quam interpoſuit vocabulum noctis; „ Non enim ait alicubi, Facta eſt nox: „ ſed, *Facta eſt veſpera*, &, *Factum* „ *eſt mane dies unus*. Ita dies ſecundus, „ & ceteri. Cognitio quippe creaturae „ ſeipſa decoloratior eſt, ut ita dicam, „ quam cum in Dei Sapientia cognoſci„tur, velut in arte, qua facta eſt. „ Ideo veſpera congruentius, quam nox „ dici poteſt; quae tamen, ut dixi, cum „ ad laudandum, & amandum refertur „ Creatorem, recurrit in mane. Et hoc „ cum facit in cognitione ſuiipſius, dies „ unus eſt: cum in cognitione firma„menti, quod inter aquas inferiores, & „ ſuperiores caelum appellatum eſt, dies „ ſecundus: cum in cognitione terrae, „ ac maris, omniumque gignentium, „ quae radicibus continuata ſunt terrae, „ dies tertius: cum in cognitione lumi„narium maioris, & minoris, omnium„que ſiderum, dies quartus; cum in „ cognitione omnium ex aquis animalium „ natatilium, atque volatilium, dies quin„tus: cum in cognitione omnium anima„lium terrenorum, atque ipſius homi„nis, dies ſextus.] Nec iſta contemnas, quaſi

(1) Gen. 1. 2.
(2) Sic MSS. At edit., *Fit tamen & veſpera diei huius, & mane aliquatenus: quoniam ſcientia creaturae &c.*

quaſi per metaphoram Scripturae litteram
in alienum ſenſum detorqueant; praemo-
nuit enim graviſſime idem S. D. lib. 4.
de Gen. ad Litt. c. 28. n. 45. = Nec
„ quiſquam arbitretur illud, quod dixi
„ de luce ſpiritali, & de condito die ſpi-
„ ritali, & angelica creatura, & de con-
„ templatione, quam habet in Verbo
„ Dei, & de cognitione, qua in ſeipſa
„ creatura cognoſcitur, eiuſque relatio-
„ ne ad laudem incommutabilis veritatis,
„ ubi prius ratio videbatur rei facien-
„ dae, quae cognita eſt facta, non iam
„ proprie, ſed quaſi figurate, atque al-
„ legorice convenire ad intelligendum
„ diem, & veſperam, & mane; ſed ali-
„ ter quidem quam in hac conſuetudine
„ quotidianae lucis huius, & corporalis,
„ non tamen tanquam hic proprie, ibi
„ figurate. Ubi enim melior, & certior
„ lux, ibi verior etiam dies: cur ergo
„ non & verior veſpera, & verius ma-
„ ne? Nam ſi in iſtis diebus habet quam-
„ dam declinationem ſuam lux in occa-
„ ſum, quam veſperae nomine nuncupa-
„ mus, & ad ortum iterum reditum,
„ quod mane dicimus; cur & illic ve-
„ ſperam non dicamus, cum a contem-
„ platione Creatoris creatura deſpicitur,
„ & mane cum a cognitione creaturae
„ in laudem Creatoris adſurgitur? Ne-
„ que enim & Chriſtus ſic dicitur lux,
„ quomodo dicitur lapis: ſed illud pro-
„ prie, hoc utique figurate. „

Hanc vero ſententiam Auguſtinus
minime pro aris, ac focis propugnat:
nec etiam certam habet; ſed quo doctior,
eo modeſtior, & ubique prudentiſſimus,
eam ſubtimide retegit, velut probabilem
praedicat, nullius importune ſuffragium
poſtulat, & quemlibet proprio arbitrio
relinquit; paratus etiam nova adfulgente
luce, id revocare iudicii, meliori ſub-
ſtituto. Lib. 11. de Gen. ad Litt. cap. 6,
& 7. = Qui dies cuiuſmodi ſint, aut
„ perdifficile nobis, aut etiam impoſſibi-
„ le eſt cogitare, quanto magis dicere
„ &c. Aut enim aliqua lux corporea eſt,
„ ſive in ſuperioribus mundi partibus
„ longe a conſpectibus noſtris, ſive unde
„ ſol poſtmodum accenſus eſt: aut lucis
„ nomine ſignificata eſt ſancta Civitas in
„ ſanctis Angelis, & ſpiritibus beatis, de
„ qua dicit Apoſtolus &c.] Lib. 4. de
Gen. ad Litt. c. 28. poſt med. = Quiſ-
„ quis ergo non eam, quam pro noſtro
„ modulo vel indagare, vel putare po-
„ tuimus, ſed aliam requirit in illorum
„ dierum enumeratione ſententiam, quae
„ non in prophetia figurate, ſed in hac
„ creaturarum conditione proprie, me-
„ liuſque poſſit intelligi: quaerat, & di-
„ vinitus adiutus inveniat. Fieri enim
„ poteſt ut etiam ego aliam his divinae
„ Scripturae verbis congruentiorem for-
„ taſſis inveniam. Neque enim ita hanc
„ confirmo, ut aliam, quae praeponen-
„ da ſit, inveniri non poſſe contendam.

Quanquam tamen ſyſtema ingenioſiſ-
ſimum iis dotibus fulgens; quanquam tan-
ta ſagacitate, & modeſtia praedicatum;
adhuc quorumdam aut levis, aut auda-
cis ingenii hominum paſſum eſt cenſuras,
qui Auguſtini quidem ingenium, ſoler-
tiamque & in hoc admirati, Angelicorum
dierum hypotheſim faſtidio excepere,
eamque iam citra temeritatis, ac etiam
erroris periculum, & notam eligi, doce-
ri, praedicari non poſſe blaterarunt.
Non vacat hic pro ea ae, haud brevi
ſermone digerenda diſſertationem ſcribe-
re. At vero erit in tuto Auguſtinus,
ſi oſtendero circa iudicium illud plures
viros longe doctiſſimos ei vel utcumque
praeiviſſe, vel ſequutis inde temporibus
adſtipulatos; alios vero non reluctatos
fuiſſe. Quod cum egerit iam P. Lauren-
tius Berti Erem. Auguſt. t. 2. de Theo-
log. Diſcip. lib. 11. cap. 2. Prop. 1. ne
viro pio, & erudito iuſtum honorem in-
videam, eius hic prorſus verba recita-
bo. = Deinde inconſulte opponitur cen-
„ ſoriae ſeveritatis notatio alicui doctri-
„ nae, quam alii vel ſequuntur, vel
„ plurimum commendant, vel nulla ani-
„ madverſione caſtigandam eſſe conce-
„ dunt. Talem eſſe Auguſtini ſuper Ge-
„ neſim expoſitionem nemo unus igno-
„ rat. Eamdem iam tradiderat lib. 6.
„ Stromatum S. Clemens Alexandrinus,
„ & ab ea non abhorruiſſe Athanaſium
„ obſervat lib. 1. de opere ſex dierum
„ cap. 5. Petavius. It in eamdem ma-
„ nibus pedibuſque Iſidorus lib. 1. de
„ Summo Bono, cap. 8. Caſſiodorus ge-
„ neris nobilitate, literiſque clariſſimus
„ in t. Divin. Inſtitut. cap. 22. Iunilius
„ Africanus in aureo ſuper Geneſim li-
„ bello. Contendit Fridericus Gavardi
„ q. 1. in Hexam. ar. 10. neque ab illa
„ recedere Ambroſium lib. 1. in Hexam.
„ cap. 3. & Magnum Gregorium lib. 32.
„ Moral. cap. 10. Neque alii Patres,
„ qui ſex dies diſtinctus numeraverunt
„ illico cenſendi Auguſtino adverſari,
„ niſi hanc dierum diſtinctionem repetant

(n) Gal. 4. 26. 1. Theſ. 5. 5.

„ ex temporum intercarpedine, quod
„ faciunt revera plures: ſed Auguſtinus
„ de Geneſi aggreſſus eſt peculiarem diſ-
„ quiſitionem, quam Xiſtus Senenſis lib.
„ 4. Biblioth. S. tam ſublimem, & eru-
„ ditam eſſe indicat, ut neque ante,
„ neque poſt Auguſtini tempora talis
„ unquam prodierit. Sunt autem in ali-
„ qua deſinienda quaeſtione ii Patres
„ praeponendi, qui ut eam aſſequeren-
„ tur, vim ſuam, nervoſque omnes ad-
„ hibuerunt. Quid vero de hac ſententia
„ Magiſtri, ac Duces Scholaſticorum?
„ Albertus Magnus 1. p. q. 12. art. 6.
„ *Videtur*, inquit, *Auguſtino conſentien-*
„ *dum*. S. Thomas in 2. Sent. diſtinct.
„ 12. q. 1. art. 2. expoſitionem Augu-
„ ſtini appellat *ſubtiliorem*; ait *magis ab*
„ *irriſione infidelium Scripturas defende-*
„ *re*: addit haec plane verba: *Opinio*
„ *Auguſtini plus mihi placet*. Atque in
„ Somma p. 1. q. 58. art. 6. admittit
„ in Angelis cognitionem veſpertinam,
„ & matutinam, per quam S. P. ſex
„ dies Geneſeos expoſuit, illo, ut ſeq.
„ art. egregie de hac re diſputando.
„ Quanquam q. 74. art. 2. *ut neutri ſen-*
„ *tentiae praejudicetur*, utriuſque ratio-
„ nibus reſpondendum exiſtimavit. In
„ quo & ſe Auguſtinianum probavit, &
„ ceteris Theologis praeclarum reve-
„ rentiae exhibuit erga omnes Patres
„ exemplum. Eumdem imitatus eſt Ae-
„ gidius Romanus in Hexamer. 1. p. cap.
„ 26. Et Caietanus cap. 1. in Gen. Ex
„ recentioribus in partes Auguſtini ac-
„ ceſſerunt permulti, Franciſcus Mace-
„ do, Cardinalis Noriſius, Ludovicus de
„ Angelis, Hyacinthus Tonti, Emmanuel
„ de la Cerda, Carolus, Moreau, &
„ alii apud Macedo 2. tom. Collat.
„ col. 6. diff. 2. Diſputavit in Acade-
„ mia Patavina non ſemel pro Auguſti-
„ na ſententia notiſſimus P. Serry. Mitto
„ Dionyſium Cartuſianum, Procopium,
„ Philonem Iudaeum, alioſque complu-
„ res. Nam ſatis liquet ex dictis ſenten-
„ tiam Auguſtini clariſſimos habere pa-
„ tronos, propugnatores acerrimos, at-
„ que ex omni claſſe Sanctorum Patrum,
„ Sacrorum Interpretum, Scholaſtico-
„ rum Theologorum eximios laudatores:
„ eſſe denique ranam in ſolem coaxan-
„ tem, & corvum crocitantem prope
„ Iovem, quiſquis magni Auguſtini ſen-
„ tentiam in circulis vellicat, & ſugillat;
„ Propoſitio 2. Auguſtini de ſimultanea
„ creatione ſententia non ſolum ab omni
„ animadverſione immunis eſt, verum
„ etiam probabilis, & prope certa. Mul-
„ ta Auguſtiniani huc argumenta congeſ-
„ ſerunt: ſed notiora proferam; & ea
„ (quod pollicitus ſum) notulis meis
„ colluſtrabo &c. „

Vide etiam apud Cardinalem de Noris in Vindiciis Auguſtin. paragr. 9. S. Bonaventuram in 2. diſt. 13. ar. 1. q. 1. Scotum 2. diſt. 3. q. 9. Soarez lib. 1. de Opere ſex diet. c. 10. Vaſquez 1. p. diſp. 51. cap. 2. & alios plures. Bannes 1. p. q. 74. ar. 2. laudat pro eadem opinione & Melchiorem Canum. Vide denique P. Iac. Hiac. Serry t. 1. Praelect. Theolog. &c. Diſp. unica de Mundi Opificio &c. Praelect. 2. Et haec ut arrepta occaſione, admodum probabilem, nobiliſſimam autem Auguſtini ſententiam a cenſuris vindicaremus.

CA-

C A P U T XIII.

A R G U M E N T U M.

Iterum profitetur, opinari ſe, in creatione caeli, ac terrae dierum non factum mentionem, quod Angelus, & materia tempori, diverſis licet rationibus, haud ſubſint; loquitur ſiquidem non ad vulgi ſenſum de caelo, & terra: ſed de Caelo caeli, ac terra inviſibili. Haec autem inter Angelicum ingenium pauſis, gradibus, aenigmatibus minime ſubditum eximiis laudibus celebrat.

HOc interim ſentio, Deus meus, cum audio loquentem Scripturam tuam, In principio fecit Deus caelum & terram; terra autem erat inviſibilis, & incompoſita, & tenebrae erant ſuper abyſſum (1): neque commemorantem quoto die feceris haec. Sic interim ſentio, propter illud Caelum caeli, Caelum intellectuale, ubi eſt intellectus noſſe ſimul (*a*), non ex parte (*b*), non in aenigmate, non per ſpeculum, ſed ex toto in manifeſtatione facie (*c*) ad faciem: non modo hoc, modo illud; ſed quod dictum eſt, noſſe ſimul ſine ulla viciſſitudine temporum, quae ſolet habere modo hoc, & modo illud; quia ubi nulla ſpecies, nuſquam eſt hoc, & illud. Propter duo haec primitus formatum, & penitus informe, illud caelum, ſed Caelum caeli, hoc vero terram, ſed terram inviſibilem, & incompoſitam; propter duo haec interim ſentio ſine commemoratione dierum dicere Scripturam tuam: In principio fecit Deus caelum & terram; ſtatim quippe ſubiecit, quam terram dixerit. Et quod ſecundo die commemoratur factum firmamentum, & vocatum caelum, inſinuat de quo caelo prius ſine diebus ſermo loquutus ſit.

(*a*) *Noſſe ſimul* = Quod & alibi docet non ſemel. Lib. 4. de Gen. ad Litt. c. 29. initio. = Quamobrem poteſt „ aliquis fortaſſe mecum diſputando certare, ut dicat ſublimium caelorum Angelos non alternatim contueri, primo „ rationes creaturarum incommutabiliter „ in verbis Dei incommutabili veritate, „ ac deinde ipſas creaturas, & tertio earum etiam in ſeipſis cognitionem ad „ laudem referre Creatoris; ſed eorum „ mentem mirabili facilitate haec omnia „ ſimul poſſe.. Numquid tamen dicet „ &c.] Et cap. 32. n. 49. pariter initio. = *An etiam tunc ſimul omnia, quia non ſecundum temporum moras, ſicut fiunt dies iſti, cum oritur, & occidit ſol, & in locum ſuum redit, ut rurſus oriatur; ſed ſecundum potentiam ſpiritalem mentis angelicae, cuncta, quae voluerit ſimul notitia facillima comprehendentem*? Id ſtatuit, & late probat S. Thoma 1. p. q. 58. ar. 2. ubi quum plura dixiſſet, concludit. = Quaecunque igitur per unam ſpeciem intelligibilem co„ gnoſci poſſunt, cognoſcuntur ut unum „ intelligibile, & ideo ſimul cognoſcun„ tur. Quae vero per diverſas ſpecies „ intelligibiles cognoſcuntur, ut diverſa „ intelligibilia capiuntur.. Angeli igitur „ ea cognitione, qua cognoſcunt res per „ Verbum omnia cognoſcunt una intel„ ligibili ſpecie, quae eſt eſſentia divina, „ & ideo quantum ad talem cognitio„ nem omnia ſimul cognoſcunt: ſicut & „ in patria non erunt volubiles noſtrae „ cognitiones ab aliis in alia euntes, at„ que redeuntes: ſed omnem ſcien„ tiam noſtram ſimul uno conſpectu vi„ debimus, ut Auguſtinus dicit in 15. „ de Trinit. cap. 16. Ea vero cognitio„ ne, qua cognoſcunt res per ſpecies

(1) Gen. 1. 1.

„ innatas, omnia illa ſimul poſſunt intel-
„ ligere, quae una ſpecie cognoſcuntur,
„ non autem illa, quae diverſis.] Sta-
tuit etiam ar. 1. eiusdem quaeſt. intel-
lectum Angeli nunquam eſſe in potentia;
qood in arg. *Sed contra* probat ex Au-
guſt. lib. 2. de Gen. ad Litt. c. 8. inde
ſic tem dilucidans. = Reſpondeo dicen-
„ dum, quod ſicut Philoſophus dicit in
„ 2. de Anima, & in 8. Phyſic. intelle-
„ ctus dupliciter eſt in potentia. Uno
„ modo ſicut ante addiſcere, vel invenire,
„ ideſt, an equam habeat habitum ſcien-
„ tiae. Alio modo dicitur eſſe in po-
„ tentia: ſicut cum iam habet habitum
„ ſcientiae, ſed non conſiderat. Primo
„ igitur modo, intellectus Angeli nun-
„ quam eſt in potentia reſpectu eorum
„ ad quae eius cognitio naturalis ſe ex-
„ tendere poteſt. Sicut enim &c. Secun-
„ do vero modo intellectus Angeli po-
„ teſt eſſe in potentia ad ea, quae co-
„ gnoſcit naturali cognitione. Non enim
„ omnia, quae naturali cognitiune co-
„ gnoſcit, ſemper actu conſiderat; ſed
„ ad cognitiunem Verbi, & eorum, quae
„ in Verbo videt, nunquam hoc modo
„ eſt in potentia, quia ſemper actu in-
„ tuetur Verbum, & ea, quae in Ver-
„ bo videt &c.] Art. 3. ſtatuit, & e-
vincit, Angelum non *cognoſcere di-
ſcurrendo*. Art. 4. nec *componendo*,
& dividendo. Art. 5. Angelum circa na-
turalia nullo modo, circa ſupernaturalia
tantum per accidens falli poſſe, puta ſi
ex naturalibus ſupernaturalia iudicare
aggrediatur, a qua dementia quum pro-
cul abſit Angelus bonus: hinc iuſtum nec
aliquando, nec ullo modo falli tuto prae-
dicare poſſumus.

(*h*) *Non ex parte &c.* = Intuerur
illud Apoſt. 1. Cor. c. 13. v. 12. *Vide-
mus nunc per ſpeculum in aenigmate:
tunc autem facie ad faciem. Nunc co-
gnoſco ex parte: tunc autem cognoſcam,
ſicut & cognitus ſum*. Per *ſpeculum*: per
rem (puta mentem, vel animam) Dei
reddentis imaginem. Lib. 15. de Trinit.
c. 8. = Quale ſit, & quod ſit hoc ſpe-
„ culum ſi quaeramus, profecto illud
„ occurrit, quod in ſpeculo niſi imago
„ non cernitur. Hoc ergo facere conati
„ ſumus, ut per imaginem hanc, quod
„ nos ſumus, videremus utcumque a
„ quo facti ſumus, tamquam per ſpe-
„ culum. Huc ſignificat etiam illud,
„ quod ait idem Apoſtolus: *Nos autem
„ revelata facie gloriam Domini ſpecu-
„ lantes* (1) *&c.* Speculantes dixit, per
„ ſpeculum videntes, non de ſpecula
„ proſpicientes. Quod in Graeca lingua
„ non eſt ambiguum, unde in Latinam
„ translatae ſunt Apoſtolicae literae, ibi
„ quippe &c.] *In aenigmate*: In obſcura
allegoria, vel ſimilitudine. Sicut Ipſemet
exponit lib. 15. de Trinit. c. 9. n. 15.
& 16. *Ex parte*: Velut a latere, per
medietatem, imperfecte: ut ſatis liquet,
& fatentur omnes Sacrarum Scriptura-
rum Interpretes. Sed qui haec bene te-
nere geſtit, videat integros Auguſtini ſer-
mones, quos laudavimus. Videat etiam
lib. 15. de Trinit. c. 10. n. 19. & c. 23.,
& 24. lib. 5. QQ. in Deuter. q. 9. n. 2.
lib. 22. de Civit. Dei, c. 29. n. 1. & 2.

I. Et haec ſi de Angelis ut beatis
loquamur. At vero eosdem nec ex na-
turae conditione per ſpeculum, in aenig-
mate, & ex parte cognoſcere fatentur
Theologi, dum non per ſpecies a rebus
acceptas eos cognoſcere, & meditari
ſtatuunt. Quod ut contingat ipſe Augu-
ſtinus explicat lib. 2. de Gen. ad Litt. c.
8. lib. 4. c. 32. lib. 11. de Civit. Dei,
c. 9., & alibi. Nec non S. Thomas
egregius eius diſcipulus 1. p. q. 55. ar.
2. in cuius ar. corp. cum plura dixiſ-
ſet, concludit. = Subſtantiae vero ſu-
„ periores, ideſt Angeli, ſunt a corpo-
„ ribus totaliter abſolutae, immateriali-
„ ter, & in eſſe intelligibili ſubſiſtentes
„ & ideo ſuam perfectionem intelligibi-
„ lem conſequuntur per intelligibilem
„ fluxum, quo a Deo ſpecies rerum
„ cognitarum acceperunt ſimul cum in-
„ tellectuali natura. Unde Auguſtinus
„ dicit 2. ſuper Gen. ad litt. qood cete-
„ ra, quae infra Angelos ſunt, ita cau-
„ ſantur, ut prius fiant in cognitione ra-
„ tionalis creaturae, ac deinde in genere
„ ſuo.] Cumque ſibi obieciſſet primo
loco: *Omne quod intelligitur, per ali-
quam ſui ſimilitudinem in intelligente in-
telligitur &c.* reſpondet = In mente
„ Angeli ſunt ſimilitudines creaturarum,
„ non quidem ab ipſis creaturis acceptae,
„ ſed a Deo, qui eſt creaturarum cau-
„ ſa, & in quo primo ſimilitudines re-
„ rum exiſtunt. Unde Auguſtinus dicit
„ in eodem libro (2), quod ſicut ratio
„ qua creatura conditur, prius eſt in
„ Verbo Dei, quam ipſa creatura, quae
„ conditur: ſic & eiusdem rationis co-
„ gnitio prius fit in creatura intellectua-
„ li, ac deinde eſt ipſa conditio crea-
„ turae. „

Ex

(1) 2. Cor. 3. 18.

(2) Lib. 2. de Gen. c. 8.

Digitized by Google

Ex his concludimus, Auguſtinum hic Angelum non adeo peculiari ſub ratione ſibi obieciſſe, ſed vago, & incerto uti ſermone; & de praecelſa creatura illa & ſecundum naturae, & ſecundum gratiae dotes dicere. Quandoquidem ſolum, puta, eſſe ſimul, quoad naturalia, ſpeculum, aenigma, & partis cognitionem tollit.

(c) *In manifeſtatione facie ad faciem.* = Ita Er. & BB. quibus addere poſſumus MS. Ricar. praeferentem, *in manifeſtatione faciei &c.* Lov. & Som. non male, *in manifeſtata facie &c.* Et ex propria conditione naturalia obiecta *in manifeſtatione facie ad faciem* Angelum intueri dici poſſet ex obſervatis commentariis praecedenti, & prio. ri. Et ex oppoſita ratione naturalia quoque obiecta agnoſci a nobis *ex parte, per ſpeculum, in aenigmate.*

I. Verum, inſignem difficultatem amplius diſſimulare haud decet. Si cuncta quae Auguſtinus a cap. 9. de Angelorum felici ſorte protulit, ſimul iuncta expendantur, videtur eius opinione Angelos quoslibet vix creatos, mox beatitudinem adſequutos; ab eaque peccato malos decidiſſe, eus perſeverantiae beneficio boni adhaeſere. Difficultas augetur ex pluribus in hanc rem ſententiis, etiam exactioribus, quas Auguſtinus alibi tradidit. Nos qui genio ubique; hic vero debito, & iure brevitati ſtudemus, unam recitabimus. Lib. 11. de Civit. Dei, c. 13. initio. = Quocirca cuivis iam „ non difficulter occurrit utroque con„ iuncto effici beatitudinem, quam recto „ propoſito intellectualis natura deſide„ rat; hoc eſt & ut & bono incommu„ tabili, quod Deus eſt, ſine ulla mo„ leſtia perfruatur, & in eo ſe in ae„ ternum eſſe manſuram, nec ulla du„ bitatione cunctetur, nec ullo errore „ fallatur. Hanc habere Angelos lucis „ pia fide credimus: hanc nec antequam „ caderent habuiſſe angelos peccatores, „ qui ſua pravitate illa luce privati ſunt, „ conſequenti ratione colligimus, habuiſ„ ſe tamen aliquam, etſi non praeſciam „ beatitudinem ſi vitam egerunt abſque „ peccato, profecto credendi ſunt. „

Cenſent nonnulli de naturali Auguſtinum beatitudine dicere. At id vero ad libitum: ut integrum S. D. Sermonem diligenter adtendenti conſtabit. Ioan. Laur. Berti t. 2. de Theolog. Diſciplinis lib. 10. cap. 8. de hac quaeſtione differens, haec expendit initio = In beati„ tudine tres potiſſimum dotes ſunt di„ ſtinguendae. Prima eſt quod beati „ ſunt recti per gratiam: altera quod „ abſque ulla moleſtia praeſentis bonis „ delectatione fruuntur: tertia denique, „ quod immutabili bono tanta ſcientia „ & caritatis plenitudine adhaerent, ut „ certiſſime ſciant ſe amplius non eſſe „ caſuros] Inde ſtatuit propoſit. 1. S. P. *Auguſtinus nunquam aſſeruit Angelos conditus eſſe beatos beatitudine ſupernaturali, quae plenitudinem felicitatis nuper expoſitam complecteretur.* Et propoſit. 2. *Auguſtinus dum ait Angelos conditos eſſe beatos, non loquitur de ſola beatitudine naturali, ſed potius de beatitudine ſupernaturali prout duas priores dotes comprehendit, gratiam ſcilicet, & ſanctam delectationem, ſive de beatitudine ſupernaturali inchoata.* Verum & id nimium nobis videtur. Aut certe res in omni luce poſita haud eſt, nec preſſe tractata; ſed quidquid ſit de viri docti iudicio. Cenſemus nos, Auguſtinum amplitudine loqui, & ponere ſpeciem pro genere; ſcilicet beatitudinem (quam paſſim quum de comprehenſoribus agimus, nominamus) pro felicitate comprehenſoribus, viatoribuſque communi. Adeo ut Angelorum nondum coronatorum beatitudo eiuſdem, non quidem intentionis, ſed ſpeciei dici poſſit cum illa, quam homines maxime ſancti hac in vita non raro adſequuntur. Id ex ipſo Auguſtino deducitur: neque enim S. D. primis generis humani parentibus veram propriamque beatitudinem aliquando adſeruit; at vero eiſdem propemodum phraſibus, quibus Angelorum, & noſtrorum protoparentum beatitudinem praedicat. Lib. 11. de Civ. Dei, cap. 12. quum dixiſſet cap. praeced. & dicturus eſſet ſeq. de beatitudine Angelorum, haec interpoſuit = Nec ipſos tantum (1), quod „ adtinet ad rationalem, vel intellectua„ lem creaturam, beatos nuncupandos, „ putamus: Quis enim primos illos ho„ mines in paradiſo negare audeat bea„ tos fuiſſe ante peccatum, quamvis de „ ſua beatitudine, quam diuturna, vel „ utrum aeterna eſſet incertos (eſſet „ autem aeterna, niſi peccaſſent) cum „ hodie non impudenter beatos voce„ mus, quos videmus iuſte, ac pie, „ cum ſpe futurae immortalitatis hanc „ vitam

(1) Editiones tres, Vind. Am. & Er. *Nec ipſos enim hanc tantae beatitudinis comparatae quod adtinet ad rationalem, vel intellectualem creaturam beatos nuncupandos putamus.* Emendati ſunt a BB. ad Lov. & MSS.

,, vitam ducere, ſine crimine vaſtante
,, conſcientiam (1) . . . . . Qui licet de
,, ſuae perſeverantiae praemio certi
,, ſint, de ipſa tamen perſeverantia ſua
,, reperiuntur incerti.] Lib. de Correct.
& Gratia c. 10. n. 28. poſtquam preſ-
ſiuribus etiam verbis ac lib. 11. de Civ.
Dei c. 13. Angelorum beatitudinem prae-
dicaverat, mox = Sic & hominem fecit
,, cum libero arbitrio, & quamvis ſui fu-
,, turi caſus ignarum, tamen ideo beatum,
,, quia & non mori, & miſerum non fieri
,, in ſua poteſtate eſſe ſentiebat. In quo
,, ſtatu recto, ac ſine vitio ſi per ipſum
,, liberum arbitrium manere voluiſſet,
,, profecto ſine ullo mortis, & infeli-
,, citatis experimento, acciperet illam
,, merito huius permanſionis, beatitu-
,, dinis plenitudinem, qua & ſancti An-
,, geli ſunt beati, ideſt ut cadere non
,, poſſet ulterius, & hoc certiſſime ſci-
,, ret. ,, . .

II. Et Auguſtino ergo adſtipulatore
docent paſſim, & unanimi ſenſu Catho-
lici: nec aliquando malos angelos, nec,
dum in via eſſent, bonos vera donatos
beatitudine, quae ex clara Dei viſione
ſpeculis, & aenigmatibus perpulſatis, ex-
ſurgit. Quanquam vero Angelorum, &
noſtrorum parentum felicitas ab ea,
quam ſanctorum nonnulli hac in via
adepti ſunt, minime ſpecie diſtulerit,
pluribus adhuc rationibus, iiſque ma-
gnis eamdem praeceſſit; Nec enim illi,
ut communes pii homines concupiſcen-
tiae ſtimulis pungebantur; Nulla in il-
lis ſecreta lucta, atque diſcordia: nul-
laeque mentis tenebrae; Angelus item
nullo praeditus corpore; Adam tali,
quo minime degravaretur, eluderet ve-
ro elementorum iniurias &c.

At inquies; Si Auguſtinus de vul-
gari beatitudine, non de peculiariſſima
illa, quae comprehenſorum eſt, quaeve
faciem habet ad faciem, loquutus eſt:
cur igitur certitudinem tantum ſemper
conſiſtendi ei defuiſſe addit? R. Perfe-
ctum illud eſt, cui non omne quod
fingi poteſt bonum, ſed quod propriam
conditionem ineuetur non deeſt; adeo-
que beatitudo illa, conſtantia addita,
ſua pro conditione perfecta fuiſſet.

III. Haud importune autem hic
diſputari poſſet, quo loco Angeli crea-
ti ſint? Verum dedecet ultra ſermonem
protrahere. Quidquam de Auguſtini
mente dicendum eſt. P. Laur. Berti de
Theologi Diſciplinis, t. 2. lib. 10. c. 6.
Propoſ. 3. haec habet: *Neque ad fidem
ſpectat, immo nullatenus certa eſt vulga-
ris opinio, Angelos fuiſſe in Empyreo
creatos*. Et poſt plura. = Arbitrantur
,, itaque nonnulli, atque inter hos S. P.
,, Auguſtinus lib. 3. de Gen. ad lit. cap.
,, 10. & Rupertus in Geneſ. c. 11. An-
,, gelos creatos in ſuperiori parte aeris:
,, quod de Angelis, qui peccaverunt,
,, putat S. Thomas citato loco ad 3. eſſe
,, valde probabile: atque ad auctoritatem
,, Auguſtini reſpondet, vel de ſuprema
,, parte aeris eum loqui, quatenus idem
,, eſt ac Empyreum, vel de Angelis il-
,, lis tantum, qui ceciderunt. Sed neu-
,, trum certum, ſolidumque videtur.
,, Quippe neque Auguſtinus &c.] Et
utraque expoſitione impetita, concludit:
*Erit ergo Auguſtini ſententia communi
illae, ac vulgari longe probabilior, aut
ſaltem non poterit manifeſtae falſitatis
revinci*. Rem iſtam ita concludimus.
Manifeſtum eſt, Auguſtinum de vero
aere, & de angelis tranſgreſſoribus dice-
re. Nec autem rem prorſus reſolvit,
ſed anceps, & ex hypotheſi loquitur.
Quandoquidem in rem illam haec tantum
laudato c. 10. l. 3. leguntur. = Su-
,, perior vero pars aeris (*de quo vero
,, aere plura dixerat*) propter puram
,, tranquillitatem, caelo, cui conlimina-
,, tur, communi pace coniungitur, &
,, eius vocabulo nuncupatur. In qua for-
,, taſſis parte ſi fuerunt ante tranſgreſſio-
,, nem ſuam tranſgreſſores angeli cum
,, principe ſuo: nunc diabolo, tunc ar-
,, changelo (nam nonnulli noſtri non eos
,, putant caeleſtes vel ſuper caeleſtes an-
,, gelos fuiſſe) non mirum ſi poſt pec-
,, catum in iſtam ſunt detruſi caliginem;
,, ubi tamen & aer ſit &c. ,,

CA-

(1) Celebris codex Veron. *aſtante conſtantia*.
(2) Vide lib. de Correct. & Grat. c. 10. n. 27.
(3) 1. Parte t. 1. 3. n. 14.

Digitized by Google

CAPUT XIV.

ARGUMENTUM.

A diſputatione digreſſus, in Divinorum eloquiorum, profunditate territantium, vulgari ſuperficie parvulis blandimenta admoventium laudes effunditur. Eouſque vero, ut eorum hoſtes acri odio, etſi religioſo, inſequatur. Inde ad earumdem litterarum adoratores, qui propriis commentariis velut caelitus revelatis, aliorum quorumcunque contemtu, nimis mordicus haerent.

MIra profunditas eloquiorum tuorum, quorum ecce ante nos ſuperficies blandiens parvulis; ſed mira profunditas, Deus meus, mira profunditas! Horror eſt intendere in eam, horror honoris, & tremor amoris. Odi hoſtes eius vehementer (*a*). O ſi occidas eos de gladio bis acuto (*b*), & non ſint hoſtes eius! Sic enim amo eos occidi ſibi, ut vivant tibi. Ecce autem alii non reprehenſores, ſed laudatores libri Geneſeos: „ Non, inquiunt, hoc voluit in his verbis intelligi Spiritus Dei, qui per „ Moyſen famulum eius iſta conſcripſit; non hoc voluit intelligi, „ quod tu dicis, ſed aliud, quod nos dicimus. „ Quibus ergo te arbitro, Deus omnium noſtrorum, ita reſpondeo.

(*a*) *Odi hoſtes eius vehementer.* = Religioſo illo odio, quod iniquitatem, ſeu culpam inſectatur, ralicta perſona: ut Pſaltes 138. 22. *Perfecto odio oderam illos.* Hoſtes Scripturae plures ſunt: at potiſſimum hic Manichaeos inſpici, coniicimus ex dictis l. 9. huius operis, c. 4. O. & ex iis, quae habet alibi S. D. Lib. enim de Utilitate Credendi, c. 6. poſt initium Manichaeorum audaciam perſtringens. = Sed nihil eſt profecto temeritatis „ plenius (quae nobis tunc pueris inerat) quam quorumque librorum ex„ poſitores deſerere, qui eos ſe tenere, „ ac diſcipulis tradere poſſe profitentur, „ & eorum ſententiam requirere ab his, „ qui conditoribus illorum, atque auctoribus acerbiſſimum, neſcio qua co„ gente cauſſa, bellum indixerunt. Quis „ enim ſibi unquam libros Ariſtotelis re„ conditos, & obſcuros ab eius inimico „ exponendos putavit? &c. Agendum „ enim tecum prius eſt, ut auctores „ ipſos non oderis, deinde ut ames &c. „ Propterea quia ſi Virgilium odiſſemus „ &c.] Lib. 1. contra Adverſ. Legis, & Proph. c. 3. n. 5. *Ut ab ipſis etiam Manichaeis, qui eum fortaſſe, quia inimicum Legi, Prophetiſque reperiunt, libentiſſime legunt, iudicetur inſanus.* Hoſtes etiam Scripturae, vetuſtioris maxime Foederis Manichaeos Auguſtinus vocat lib. 11. contra Fauſtum, c. 2. & lib. 32. c. 19. Lib. contra Secundinum, c. 21. Lib. de Dono Perſ. c. 11. n. 26., & 27. & lib. 6. Oper. Imperf. 16. circa med.

De Scripturae profunditate blanda ſuperficie picta dixerat iam lib. 3. huius operis, c. 5. & lib. 6. c. 5. n. 2. & c. 27., & 28. Vide etiam, ſi placet, lib. de Catechizandis Rudibus, c. 8.

(*b*) *Gladio bis acuto.* = Nempe virtute Scripturae temporalia abſcindente, aeterna ſanante. Quod ut bene teneas, adtende ipſum S. D. qui in Pſal. 143. ad v. 11. *Qui redemiſti David ſervum tuum de gladio maligno.* n. 17. haec habet: *Eſt ergo benignus gladius bis acutus, utraque acumine praepotens, veteris, & novi Teſtamenti, narratione praeteritorum, & promiſſione futurorum. Eſt ergo iſte gladius benignus, ille autem malignus. eſt &c.* Et magis ad rem noſtram, in Pſal. 149. ad v. 6. *Et gladii ancipites in manibus eorum*; qui apud ipſum eſt: *Et frameae bis acutae in manibus eorum*, n. 12. = Framea appellatur, quam „ vulgo ſpatam dicunt. Sunt enim gla„ dii ex una parte acuti, ipſae ſunt ma„ cherae. Ipſae autem frameae, ipſae & „ rompheae, ipſae etiam ſpatae appellan„ tur ..... Frameas bis acutas intelligi„ mus ſermonem Domini &c. (1) Sermo „ ergo Dei, gladius bis acutus. Unde „ bis

(1) Hebr. 4. 12.

„ bis acutus ? Dicit de temporalibus, „ dicit de aeternis. In utroque probat „ quod dicit, & eum, quem ferit, ſe- „ parat a mundo. Nonne ipſe eſt gla- „ dius, de quo Dominus dicit, *Non ve- „ ni pacem mittere in terram, ſed gla- „ dium? &c.* (i) „

Quod ſequitur: *ſic enim &c.* ex Scripturis depromtum eſt: v. gr. Deuter 32. 39. *Ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego ſanabo.* 1. Reg. 2. 6. *Dominus mortificat, & vivificat &c.*

CAPUT XV.

ARGUMENTUM.

Contradictorum ut inſolentem mercurium cobibeat, graviſſimis, atque manifeſtis momentis innixas veritates eis obiicit; Divinam puta ſubſtantiam, a voluntate minime ſeparatam, temporum inconſtantiam non ſequi: Rerum futurarum expectationem iis adcedentibus, fieri contuitum, huncque eiſdem abeuntibus, appellari memoriam; Rem omnem aut formatam, aut formabilem a Deo eſſe: Et quamdam dari naturam tempori ſuperiorem, Creatori maxime adhaerentem, ſapientiam ſcilicet initio creatam, Sapientiae quidem non factae nullo pacto conferendam, at eximiis dotibus praeditam. Rediens tandem ad informem materiam.

I. NUm dicetis falſa eſſe, quae mihi veritas voce forti in aurem interiorem dicit de vera aeternitate Creatoris: quod nequavam eius ſubſtantia per tempora varietur, nec eius voluntas extra eius ſubſtantiam ſit? Unde non eum modo velle hoc, modo velle illud, ſed ſemel, & ſimul, & ſemper velle omnia quae vult: non iterum, & iterum, neque nunc iſta, nunc illa, nec velle poſtea quod nolebat, aut nolle quod prius volebat; quia talis voluntas mutabilis eſt, & omne mutabile aeternum non eſt; Deus aurem noſter aeternus eſt. Item, quod dicit mihi, dicit in aurem (*a*) interiorem; expectatio rerum venturarum fit contuitus, cum venerint; idemque contuitus fit memoria cum praeterierint; Omnis porro intentio, quae ita variatur, mutabilis eſt, & omne mutabile aeternum non eſt. Deus autem noſter aeternus eſt. Haec colligo, atque coniungo, & invenio Deum meum, Deum aeternum, non aliqua nova voluntate condidiſſe creaturam, nec ſcientiam eius tranſitorium aliquid pati.

II. Quid ergo dicetia contradictores? An falſa ſunt iſta? Non, inquiunt. Quid illud? Nam falſum eſt, omnem naturam formatam, materiamve formabilem non eſſe, niſi ab illo, qui ſumme bonus eſt, quia ſumme eſt? Neque hoc negamus, inquiunt. Quid igitur? An illud negatis, ſublimem quamdam eſſe creaturam, tam caſto amore cohaerentem Deo vero & vere aeterno, ut quamvis ei coaeterna non ſit, in nullam tamen temporum varietatem, & viciſſitudinem ab illo ſe revolvat, ac defluat; ſed in eius ſolius veraciſſima contemplatione requieſcat? Quoniam ru Deus diligenti te quantum praecipis, oſtendis ei te, & ſufficis ei (2); & ideo non declinat a te, nec ad ſe. Haec eſt domus Dei non terrena, neque ulla caele-

ſti

(1) Matth. 10. 34.

(2) Matth. 24. 8.

ſti mole corporea; ſed ſpiritualis, & particeps aeternitatis tuae, quia ſine labe in aeternum (b). Statuiſti enim eam in ſaeculum, & in ſaeculum ſaeculi, praeceptum poſuiſti, & non praeteribit (1). Nec tamen tibi Deo coaeterna, quoniam non ſine initio; facta eſt enim.

III. Nam etſi non invenimus tempus ante illam, prior quippe omnium creata eſt ſapientia (2): nec utique illa Sapientia tibi Deus noſter Patri ſuo plane coaeterna, & aequalis, & per quam creata ſunt omnia, & in quo Principio feciſti caelum, & terram; ſed profecto ſapientia, quae creata eſt, intellectualis natura ſcilicet, quae contemplatione luminis lumen eſt: dicitur enim & ipſa, quamvis creata, ſapientia. Sed quantum intereſt inter lumen, quod illuminat, & quod illuminatur, tantum inter Sapientiam quae creat, & iſtam quae creata eſt; ſicut inter iuſtitiam iuſtificantem, & iuſtitiam, quae iuſtificatione facta eſt. Nam & nos dicti ſumus iuſtitia tua. Ait enim quidam ſervus tuus, ut nos ſimus iuſtitia Dei in ipſo (3). Ergo quia prior omnium creata eſt quaedam ſapientia, quae creata eſt, mens rationalis, & intellectualis caſtae civitatis tuae, matris noſtrae, quae ſurſum eſt, & libera eſt (4), & aeterna in caelis; (quibus caelis, niſi qui te laudant Caeli caelorum? quia hoc eſt & Caelum caeli domino:) & ſi non invenimus tempus ante illam, quia & creaturam temporis antecedit, quae prior omnium creata eſt; ante illam tamen eſt ipſius Creatoris aeternitas, a quo facta ſumſit exordium, quamvis non temporis, quia nondum erat tempus, ipſius tamen conditionis ſuae.

IV. Unde ita eſt abs te Deo noſtro, ut aliud ſit plane quam tu; & non idipſum. Quoniam & ſi non ſolum ante illam, ſed nec in illa invenimus tempus, quia eſt idonea faciem tuam ſemper videre, nec uſquam deflectitur ab ea: quo fit ut nulla mutatione varietur: ineſt ei tamen ipſa mutabilitas, unde (c) tenebreſceret, & frigeſceret, niſi amore grandi tibi cohaerens, tanquam ſemper meridies luceret, & ferveret ex te. O domus luminoſa, & ſpecioſa, dilexi decorem tuum, & locum habitationis gloriae Domini mei (5), fabricatoris & poſſeſſoris tui. Tibi ſuſpiret peregrinatio mea, & dico ei, qui fecit te, ut poſſideat & me in te, quia fecit & me. Erravi ſicut ovis perdita (6), ſed in humeris paſtoris (7) mei, ſtructoris tui, ſpero me reportari tibi.

V. Quid dicitis mihi quos adloquebar contradictores, qui tamen & Moyſen pium famulum Dei, & libros eius oracula Sancti - Spiritus creditis? Eſtne iſta domus Dei, non quidem Deo coaeterna ſed tamen ſecundum modum ſuum aeterna in caelis: Ubi vices temporum fruſtra quaeritis, quia non invenietis? Supergreditur enim omne diſtentionem, & omne ſpatium aetatis volubile, cui ſemper inhaerere Deo bonum eſt (8). Eſt, inquiunt. Quid igitur ex his, quae clamavit cor meum ad Deum meum, cum audiret interius vocem laudis eius, quid tandem falſum eſſe contenditis? An quia erat informis materies, ubi propter nullam formam nullus ordo erat? Ubi autem nullus ordo erat, nulla eſſe viciſſitudo temporum poterat: & tamen hoc pene nihil, inquantum non omnino

Sssss nihil

(1) Pſal. 148. 6.
(2) Eccleſ. 1. 4.
(3) 1 Cor. 5. 21.
(4) Galat. 4. 26.
(5) Pſal. 25. 8.
(6) Pſal. 118. 175.
(7) Lucae 15. 2 v. 4.
(8) Pſal. 72. 27.

nihil erat, ab illo utique erat, a quo eſt quidquid eſt, quod utcunque aliquid eſt. Hoc quoque, aiunt, non negamus.

(a) *Item, quod dicit mihi, dicit in aurem &c.* = Lectionem hanc poſtulant BB. cum ſuis MSS. quibus ſuffragantur MS. S. Mar. Ricar. Feſ. & Car. Sed editi cum Vet. non male: *Item, quod mihi dicitur in aurem &c.* Licet admodum eſſet aequum, ut eadem prima phraſis, quam data lectio habet, hic repeteretur.

Sed ſpiritalis. = Angelos ergo Auguſtinus ſpiritales, non corporeos arbitratur. Recole dicta l. 11. c. 42. G. Verum ut S. D. hac de re mentem plene adſequaris accipe verba Io. Laur. Berti, qui t. 2. de Theolog. Diſcipl. lib. 10. c. 2. ad oppoſit. 3. ex Patrum ſententiis depromtam, haec obſervat. = Au-
„ guſtinus vero, ut ſcribit Noriſius,
„ cap. 4. Vindiciarum §. a dubium
„ ſe de Angelorum corpore fuiſſe ſi-
„ gnificat. Etenim poſteaquam in 21.
„ de Civ. Dei ſcripſerat, *Sunt etiam*
„ *quaedam daemonibus corpora, ſicut*
„ *doctis hominibus viſum eſt*, paucis
„ interiectis, ait: *Si autem quiſquam*
„ *nulla habere corpora daemones aſſeve-*
„ *rat, non eſt de hac re operoſa inqui-*
„ *ſitione laborandum, aut contentioſa di-*
„ *ſputatione certandum*. Explanatque
„ ibidem quomodo ſpiritus daemones
„ cruciari poſſint corporeo igne, etiamſi
„ nulla eis inſint corpora, comparatione
„ rationalis animae, quae cum ſit ſpiri-
„ tualis, membris corporalibus colliga-
„ tur. Haec Noriſius ſatis, ut arbitror
„ ad repellendum Annatum. Sed Auguſti-
„ ni dubitationem comprobat ulterius inſi-
„ gne teſtimonium Epiſtolae xcv. 8. Sive
„ habeant Angeli corpora, ſive quiſ-
„ quam poſſit oſtendere quemadmodum
„ corpora non habentes, gerere illa om-
„ nia potuerint &c. Quamquam vero in
„ affirmantem ſententiam pluribus in lo-
„ cis inclinat, ibique non ſolum opinio-
„ nem aliorum, ut ait Magiſter Senten-
„ tiarum in 2. diſt. 8. ſed propriam vi-
„ deatur exponere; nihiloſecius Enarr.
„ in Pſalm. 103. ait Angelos eſſe *natura*
„ *ſpiritus*. Et in 1. Retract. cap. 11.
„ Angelorum Sanctorum nomine omnem
„ ſanctam creaturam ſpiritalem intelligi in
„ ſecreto, & occulto miniſterio conſti-
„ tutam. Negat ibidem Angelos habe-
„ re animam, atque hoc nomen eis
„ convenire, retractans quod alibi vo-
„ cabulum iſtud Angelis attribuerit, quo
„ ſecundum divinam Scripturam, huma-
„ namque rationem intelligitur ſpiritalis
„ quaedam forma materiam vivificans
„ corporalem. Quamobrem videtur Au-
„ guſtinus priorem de Angelorum cor-
„ pore ſententiam tandem depoſuiſſe:
„ nam ſi carent anima, ſeu forma aliqua
„ ſpirituali, oportet ut ſint vel corpo-
„ ra in ſolidum, vel ſpiritus undequaque.
„ At Auguſtinum credidiſſe Angelos eſſe
„ corpora ſine ſpiritu, nemo ſanae mentis
„ poterit opinari. Erunt ergo Angeli iuxta
„ Auguſtinum ſpiritales omnino: ac pri-
„ mo S. Pater Platonicorum tenuerit opi-
„ nionem, poſtea revocaverit in dubium,
„ ac tandem eam quoque abiecerit.
„ Quod niſi probare velis: fateberis ta-
„ men ſummam Auguſtini cum ingenio
„ prudentiam, qui de tam perplexa
„ quaeſtione in alterutram partem di-
„ ſputavit.] Infra vero in Proſtheſi,
ipſo ſtatim initio, haec idem eruditus Scriptor obſervat. = Quaeſtio de cor-
„ pore Angelorum ad hunc modum ſe
„ habet: eaque ſententia quam defendi-
„ mus, vera eſt, & ob allatam defini-
„ tionem Concilii Lateranenſis IV. eam-
„ dem oppugnare videtur praeceps, &
„ inconſiderata temeritas. Attamen etſi
„ appareat illius Concilii Patres creato-
„ ram Angelicam appellare ſpiritualem,
„ & ſecernere a corporali; noſtrum iu-
„ dicium eſt, minime ſpectare ad fidem,
„ immo neque irrefragabili ratione de-
„ monſtrari, hanc ſpiritualem creaturam
„ cuiuſvis tenuiſſimi corporis expertem
„ eſſe. Nam ad petitum ex Scripturae
„ argumentum reſpondet S. P. Auguſti-
„ nus Epiſt. 95. &c. „

Angelos prorſus incorporeos eſſe non adhuc Catholicae Fidei certitudine haberi, omnes propemodum graviores Theologi arbitrantur. Scripturarum enim hanc in rem phraſes laudari ſolitae expoſitiones non admodum duras patiuntur. Concilium autem Lateranenſe 4. c. 1. inquiens, *Creator omnium, qui ſua omnipotente virtute ſimul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam, ac deinde humanam, quaſi communem, ex ſpiritu, & corpore conſtitutam*: hocce inquam oraculo Concilium Albigenſium errorem, non omnes a Deo creaturas exiiſſe, aliquas item e deo malo cum Manichaeis blaſphemantium impietatem frangere voluiſſe, Eruditis notum eſt. Ex quo liquet cetera ea in definitione

caſu,

caſſu, & praeter ſcopum nominata; adeoque inſigne equidem robur, ſed non illud, quod Catholicam Fidem comitatur, iis adceſſiſſe. Unde & aetate noſtra ſi quis Angelos aliquo praeditos corpore diceret, pluribus licet Theologicis cenſuris merito vapularet, non tamen mox ab Eccleſiae promptuariis eiiceretur.

(b) *Sine labe in aeternum.* = Haec eſt tum editorum, tum MSS. omnium codicum lectio. Am. tamen, & MSS. 4. BB. teſtibus: *ſine labe ſtat in aeternum.* Quanquam otraque lectio quoad rem in idem vadat: communis tamen elegantior, & ſuavior videtur.

Quod paullo ante dixerat: *oſtendit ei te, & ſufficis ei*: ex illo Ioan. 14. 8. eſt: *Dixit ei Philippus, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* De quo S. D. in Ioan. Tract. 70. Bernardus Indtizeali vertit: *Vi date a conoſcere tanto, quanto gli baſta.* Imperite: nec enim Auguſtinus inquit, *oſtendis ei te quantum ſufficis ei*: ſed &c. Unde ſic vertendum erat: *Vi date a conoſcere, vi moſtrate: e ciò gli baſta.* Nempe, facies Dei revelata eſt integra Angeli beatitudo, Angeli omne deſiderium explet. Quod copioſiori ſermone ediſſerit ipſe S. D. lib. de Spiritu, & Littera, c. 33. n. 59. ſub finem, & in Pſal. 90. ad v. 16. n. 13. poſt init.

Addens autem: *Et ideo non declinat a te, nec ad ſe*, duas peccati formas complectitur: averſionem a Deo, & converſionem ad creaturam: iuxta illud Ierem. 2. 13. *Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquae vivae: & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas &c.* Ex clara vero Dei viſione fieri, Beatos nec delinquere re vera, nec poſſe delinquere arbitratur etiam S. Thomas, qui 1. p. q. 62. art. 8. ſic diſputat.

„ Eſſentia Dei eſt ipſa eſſentia bonitatis: „ Unde hoc modo ſe habet videns Deum „ ad ipſum, ſicut ſe habet quicumque „ non videns Deum ad communem ra„ tionem boni: impoſſibile eſt autem „ quod aliquis quidquam velit, vel o„ peretur, niſi attendens ad bonum, vel „ quod velit divertere a bono in quan„ tum huiuſmodi; Angelus igitur bea„ tus (ac proinde & homo) non poteſt „ velle, vel agere, niſi attendens ad „ Deum: ſic autem volens, vel agens, „ non poteſt peccare.] Vide adhuc Aug. de Gen. ad Litt. lib. 12. c. 36. n. 69. Ex quo, & aliis a ratione, a Patrum ſententiis, & Scripturarum oraculis petitis momentis inferunt Theologorum plerique in tract. de Beatitudine, comprehenſores tum Angelos, tum homines impeccabiles eſſe *ab intrinſeco*; Adeo ut niſi a viſione propellantur (propelli autem poſſunt tantum ſummo, extraordinario, non communi, & ordinario Dei placito). nulla Dei potentia contingere poſſit, ut peccent.

(c) *Ineſt ei tamen ipſa mutabilitas, unde &c.* = Quandoquidem & Angelus ex nihilo eſt; unde ſi a viſione divellatur, mox frigeſcet &c. iuxta dicta in fine praeced. commentarii. Ceterum, ut cum Schola loquamur, Beatos neceſſitari, ſi non *quoad exercitium*, ſaltem, *quoad ſpecificationem* ad amandum Deum, omnibus Theologis perſuaſum eſt; Videlicet, quidquid ſit, an aliqua in hypotheſi, queant intermittere amorem: ſi amare velint, Deum amare coguntur. Dicens inferius: *Erravi ſicut &c.* intuetur illud Pſal. 118. v. 176. *Erravi ſicut ovis, quae periit*; & alterum Lucae 15. a v. 4. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: & ſi perdiderit unam ex illis, nonne &c. Et cum invenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens &c.*

CAPUT XVI.

ARGUMENTUM.

Iamiam Theologicam in arenam proſiliens, profitetur ſe cum iis pugnaturum, qui praedictas veritates, ſimileſque patentes ultronei amplexantur. Litigioſos vero homines, qui & de eisdem cavillari volunt, Deo, vel continendos, vel ſanandos commendatos ſuo a colloquio dimittit, & abigit; Caeleſti interim ſolatio inhians, Dei familiaritate gignendo. Cum iis vero, qui & admodum patentia non inficiantur, & Scripturas religioſe colunt en diſceptat, Deum provocans in diſputationis magiſtrum, & arbitrum.

CUm, his enim volo coram te aliquid colloqui, Deus meus, qui haec omnia, quae intus in mente mea non tacet veritas tua, vera eſſe concedunt. Nam qui haec negant, latrent quantum volunt, & obſtrepant ſibi: perſuadere conabor, ut quieſcant, & viam praebeant ad ſe verbo tuo (*a*). Quod ſi noluerint, & repulerint me, obſecro te Deus meus, ne tu ſileas a me (1). Tu loquere in corde meo veraciter, ſolus enim tu ſic loqueris; & dimittam eos foris ſufflantes in pulverem, & excitantes terram in oculos ſuos, & intrem in cubile meum, & cantem tibi amatoria, gemens inenarrabiles gemitus in peregrinatione mea, & recordans Ieruſalem, extento in eam ſurſum corde, Ieruſalem patriam meam, Ieruſalem matrem meam; teque ſuper eam regnatorem, illuſtratorem, patrem, tutorem, maritum, caſtas & fortes delicias, & ſolidum gaudium, & omnia bona ineffabilia ſimul omnia: quia unum ſummum, & verum bonum: & non avertar, donec in eius pacem matris cariſſimae, ubi ſunt primitiae ſpiritus mei (*b*), unde mihi iſta certa ſunt, colligas totum quod ſum, a diſperſione, & deformitate hac, & conformes, atque confirmes in aeternum, Deus meus, miſericordia mea. Cum his autem, qui cuncta illa, quae vera ſunt, falſa eſſe non dicunt, honorantes & in columine ſequendae autoritatis nobiſcum conſtituentes illam per ſanctum Moyſen editam ſanctam Scripturam tuam, & tamen nobis aliquid contradicunt, ita loquor. Tu eſto Deus noſter arbiter inter confeſſiones meas, & contraditiones eorum.

(*a*) *Et viam praebeant ad ſe verbo tuo.* = Cavillatores homines, qui velut ſolo genio contradicunt, & primas, atque manifeſtas veritates in dubium vocant, divinis illuſtrationibus, quibus nobiliores, maxime ſacras veritates detegimus, viam occludunt. Adeo ut mihi perſuaſum ſit, ex haereticis, & omnibus, qui religionis, & aeternae ſalutis diſpendio inſignes in errores impegere, nullum decenter, rite, & ingenue veritatem quaeſiviſſe.

Foris ſufflantes &c. = Extra Dei illuſtrationes, atque ſubſidium proprio cerebello nimis fidentes: quo ſibimetipſis tenebras conciliabunt. = *Et cantem tibi amatoria.* = Attende ipſum S. D. in Pſal. 66. ad v. 4. n. 6. = Cantate vos „ in hac via; (*non ſcilicet in Eccleſia* „ *Africae, Galatiae &c. ſed in communi, per univerſum terrarum orbem diffuſa*) obſecro vos per ipſam viam, „ cantate in hac via: canticum novum „ cantate, nemo ibi vetera cantet: cantate amatoria patriae veſtrae, nemo „ vetera &c. Ipſa cantatio confeſſio eſt, „ cun-

(1) Pſal 27. 1. & 34. 22. & 38. 13.

„ confeſſio peccatorum tuorum, & vir-
„ tutis Dei. Tuam iniquitatem confi-
„ tere, gratiam Dei confitere: te ac-
„ cuſa, illum glorifica te reprehende,
„ illum lauda &c.„

(*b*) *Ubi ſunt primitiae ſpiritus mei*. = Imitatur Apoſtolum 2. Theſſal. 2. 13. dicentem: *Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis, quod elegerit vos Deus primitias in ſalutem &c.* & Rom 8: 23 *Sed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes &c.* Id autem hocce loco ſic interpretamur; Ubi eſt, non meum corpus, ſed ſpiritus, non caro, non ſenſus, ſed mens, ratio; S. D enim in Pſal 118. ad v. 37. Serm. 12. n. 2. haec habet. = Denique poſt pauca,
„ *Non ſolum autem*, inquit, *ſed & nos*
„ *ipſi primitias ſpiritus habentes*, id eſt
„ qui nondum quidem ex toto quod
„ ſumus, ſed ex ea parte, qua pecori-
„ bus meliores ſumus, Deo, non vani-
„ tati ſubditi ſumus, hoc eſt, per pri-
„ mitias ſpiritus &c.„

C A P U T XVII.

A R G U M E N T U M.

Hominibus docilis utcumque, & religioſi ingenii ad diſputationem advocatis: ipſorum nunc iudicia, & contradictiones exponit. Supradictas manifeſtas veritates hi quidem fatentur: at a Moſe dicente, In principio fecit Deus caelum, & terram *inſpectas inficiantur. Nec caeli nomine ſpiritualem creaturam: nec terrae informem materiam; ſed nomine caeli, ac terrae iſtum viſibilem mundum, prius univerſatim, ac breviter, inde diſtincte, & fuſe Moſem inſpexiſſe contendant. Alius etiam contendet informitatem, confuſionemque materiae caeli, ac terrae nomine prius ſignificatam, quod ex ea integer mundus iſte viſibilis, qui in caeli, terraeque vocabulis intelligi ſolet, perfectus emerſerit. Quid ſi quiſquam iis verbis univerſam viſibilem, & inviſibilem naturam informi quidem terra rerum corporearum, abyſſo tenebris obſita ſpiritalium materiam inſinuatam arbitretur? Quibus etiam alia opinio addi poteſt, ut non tam viſibilis, inviſibiliſque natura, quam utriuſque exordia Moſis verbis ſignificentur.*

I. DIcunt enim, quamvis vera ſint haec, non ea tamen duo Moyſes intuebatur, cum Spiritu revelante diceret: In principio fecit Deus caelum, & terram (1). Non caeli nomine ſpiritalem vel intellectualem illam creaturam, ſemper faciem Dei contemplantem ſignificavit; nec terrae nomine informem materiam. Quid igitur? Quod nos dicimus, inquiunt, hoc ille vir ſenſit, hoc verbis iſtis eloquutus eſt. Quid illud eſt? Nomine, aiunt, caeli & terrae totum iſtum viſibilem mundum prius univerſaliter, & breviter ſignificare voluit, ut poſtea digereret dierum enumeratione, quaſi articulatim univerſa, quae Sancto-Spiritui placuit, ſic enunciare (*a*). Tales quippe homines erant, rudis ille, atque carnalis populus, cui loquebatur, ut eis opera Dei nonniſi ſola viſibilia commendanda iudicaret. Terram vero inviſibilem, & incompoſitam, tenebroſamque abyſſum, unde conſequenter oſtenditur, per illos dies facta, atque diſpoſita eſſe cuncta illa viſibilia, quae nota ſunt omnibus, non incongruenter informem iſtam materiam intelligendam eſſe conſentiunt.

II. Quid

(1) Gen. 1. 1.

II. Quid ſi dicat alius, eamdem informitatem confuſionemque materiae, caeli & terrae nomine prius inſinuatam, quod ex ea mundus iſte viſibilis, cum omnibus naturis quae in eo manifeſtiſſime adparent, qui caeli & terrae nomine ſaepe appellari ſolet, conditus atque perfectus eſt? Quid ſi dicat & alius, caelum & terram quidem inviſibilem, viſibilemque naturam non indecenter appellatam, ac per hoc univerſam creaturam, quam fecit in Sapientia, ideſt in Principio Deus, huiuſcemodi duobus vocabulis eſſe comprehenſam? Veruntamen quia non de ipſa ſubſtantia Dei, ſed ex nihilo cuncta facta ſunt, quia non ſunt idipſum quod Deus, & ineſt quaedam mutabilitas omnibus, ſive maneant, ſicut aeterna domus Dei; ſive mutentur, ſicut anima hominis, & corpus; communem omnium rerum inviſibilium, viſibiliumque materiem adhuc informem, ſed certe formabilem, unde fieret caelum, & terra, id eſt inviſibilis atque viſibilis iam utraque formata creatura, his nominibus enuntiatam, quibus appellaretur terra inviſibilis & incompoſita, & taenebrae ſuper abyſſum; ea diſtinctione, ut terra inviſibilis, & incompoſita intelligatur materies corporalis ante qualitatem formae: tenebrae autem ſuper abyſſum, ſpiritalis materies ante (*b*) cohibitionem quaſi fluentis immoderationis, & ante illuminationem ſapientiae?

III. Eſt adhuc quod dicat ſi quis alius velit (*c*), non ſcilicet iam perfectas atque formatas inviſibiles viſibileſque naturas caeli, & terrae nomine ſignificari cum legitur, In principio fecit Deus caelum & terram; ſed ipſam adhuc informem inchoationem rerum formabilem creabilemque materiam his nominibus appellatam, quod in ea iam eſſent iſta confuſa, nondum qualitatibus formiſque diſtincta, quae nunc iam digeſta ſuis ordinibus vocantur caelum & terra; illa ſpiritalis, haec corporalis creatura.

(*a*) *Namiae, aiunt, caeli, & terrae &c. placuit ſic enuntiare.* = Iam imus ad Scripturarum ſecretiora, atque graviſſima. Hic ergo *Pherepont*, quem hucuſque contemſimus, ducatum, & magiſterium optamus; eſt quippe is, ſi ipſi credimus, inter Expoſitores omnes oraculum. Tum veteris, tum novi Foederis paginas ſedulo evolvit; earumve arcana quaelibet pluſquam mille Auguſtini, Hieronymi, Chryſoſtomi &c. velut Sol implicatas in aere atomos vidit, detexit, penetravit! Nec mirum; Si enim ingenium adtendas, Apollinis dices domeſticum, & primogenitum; Quibus vero, & quot ſtudiis tantum ingenium excoluit? Logicam, ne in differendo *falleretur*, etſi in abſtruſis latentem involucris, dextere non ſemel feſellit, rapuit, & ſuam fecit. Latinam nedum, ſed & Graecam, Hebraicamque linguam, quibus Scripturae primo impreſſae ſunt, ſupra omnes mortale didicit &c. talem denique in *Pherepona*, ipſo *Pherepona* teſte, Scripturarum doctorem habes, ut ipſo aureae linguae nodos ſolvente, in meridiana luce, circa res divinas, geſtire cogaris, etſi malo genio, etſi arbitrio, etſi meditate palpare velis ad tenabras. Videamus. Ad exſcriptum textum haec obſervat. = Hi ſane contradictores, „ quicumque ſint, multo melius Moſem „ intelligebant, quam Auguſtinus, qui niſi „ fallor, cogitabat hic de Platonicorum „ ſuorum ὑπέρχος μυστρόνω. De quo „ Plato in Phaedro. Interea dignum eſt „ notatu, quod habet Auguſtinus cap. „ 9. coelum hoc inconſpicuum eſſe ae„ ternitatis participem, quod ante tempus „ conditum eſſet. At mira eſt ratio ex„ plicandae Scripturae, quam poſtea pro„ ponit cap. 18 *Dum quiſque conatur „ id ſentire ... nec tamen hoc ſenſerit?* „ Eſt hoc malum, quod ex quovis loco „ quaevis veritas educi poſſit, & paul„ latim nulla certa ſuperfutura ſit ratio „ explicandae Scripturae; ſi nulla re„ gularum Criticarum habeatur ratio, „ & hoc unum quaeratur, an ſit per ſe „ verum quod dicitur, commodum „ quidem hoc eſt declamatoribus, ſed „ plane contrarium recte inſtituto Seri„ pturae Sacrae ſtudio, quod eo ſpe„ ctat, ut quid ſinguls loca ſignificent „ quatenus licet, liqueat. Ceterum ubi „ ambigua eſt ſententia, nec ulla arte in-

„ intelligi poteſt quid ſpectaverit Scriptor „ Sacer, cum vero nihil affirmandum. „ Abſimilia veris reiici poſſunt, ſed nulla eſt cauſa, cur aeque veriſimili id „ praeferas, quod ex omnibus artis Criticae canonibus veriſimilius non eſt. „ Quaerere vero in quopiam Scripturae „ loco, quod nulla ratio Grammatica „ ei ineſſe docet, hoc demum eſt Scripturam interpretari, ut campanarum „ ſonitum pueri ſolent. „

I. *Multo melius Moſem intelligebat, quam &c.* = Adeo Muſarum primogenitus es, ut & in primis, atque potiſſimis tui oraculi verbis neſcias quid loquaris! & cogas nos etſi parvulos tibi cum Perſio Satyra 3. a v. 58. dicere:

„ Stertis adhuc? laxumque caput compage ſoluta
„ Oſcitat heſternum diſſutis undique malis?
„ Eſt aliquid quo tendis, & in quod dirigis arcum?
„ An paſſim ſequeris corvos, teſtaque lutoque
„ Securus quo pes ferat &c.
„ Helleborum fruſtra cum iam cutis aegra tumebit.
„ Poſcentes videas &c.

Quid doles, quid in Auguſtinum concludis? Eam interpretationem tibi placentem ipſe offert: minime improbat: ſuam non aliis praefert. Quid igitur cantas? Non quaerit hic Auguſtinus, quae interpretatio ſit vera, quae falſa: immo nec quae ceteris praeferenda ſit; ſed dolet quosdam ita propriis inhaerere, ut alienas contemnant, derideant. Tu ergo ut livori, quo in Auguſtinum aeſtuas, non ſtulte litares, debebas ab eo hucuſque datam interpretationem manifeſtae falſitati revincere, atque oſtendere nullo modo ſubſtineri poſſe. Quod quum nec egeris, nec agere tentaveris: annonne te in ſpectra iaculari iure meritiſſimo diximus? Debebas etiam, ut quidquam conficeres, non ſuſpicari, (qui enim, ut ex alibi dictis patet, tibi in mari montes ſuſpicanti adſentietur?) ſed oſtendere Auguſtinum Platonicos, & non utcumque, ſed errantes imitatum.

II. *Interea &c. caelum hac inconſpicuum &c. quod ante tempus conditum eſſet.* = Et hic mutas quadrata rotundis: & hic cuncta corrumpis: & hic calumniaris? Nunquam ne reſipiſcas? Scias ab Auguſtino quod *Humanum eſt peccare*, ſed, *diabolicum perſeverare*. Non loquitur ibi S. D. de caelo, ſed de Angelo, per Caelum caeli ſignificato, Nec vocat aeternitatis participem, quia ante tempus conditus ſit: ſed propter alias rationes, quas nos ſaepe dilucidavimus: & quas tu nunquam expugnabis.

III. *Et paullatim nulla terra &c.* = Cum noctuas diſputamus! Vidiſti aliquando, *Pherepone*, Auguſtini in Sacras paginas commentarios? In illis autem id non tantum curat, ut vera proferat, aut ſuis conveniant locis, aut repugnent? Minime certe gentium. Ex eo igitur, quod alibi conſtanter egit, quid hic velit, conijcere poteras. At coniecturis opus non eſt, ubi res ipſa ſub meridiana luce cubat; Ex integro hac de re Auguſtini ſermone liquet, agi hic, non de quacunque veritate, ſed de ea, quam licet non maxime Sacer Scriptor, utcumque tamen Deus inſpexerit. Licet autem non omnium interpretationum unum ſit pretium, nulla tamen, quam potuerit Deus inſpicere, contemnenda eſt. Interim etiam S. D. ex prudentia, & caritate aliqua amplificatione utitur; ad retundendam nempe fervidiorum hominum, qui in quaslibet interpretationes textui non optime cohaerentes ceu in blaſphemias invahuntur, audaciam, & impudentiam: eo inquam fine contendit, quemlibet pium Scripturae ſtudioſum, a textu licet aberrantem, Catholicas tamen veritates ſtatuentem in tuto eſſe, & minime deridendum, Ex quo tamen haud ſequitur, interpretationem textui preſſius haerentem praeferendam non eſſe: nec, minime laborandum, maxime quum neceſſitas poſtulat, ut potiſſimus Sacri Scriptoris ſcopus detegatur.

IV. *Et hoc unum quaeratur &c.* = Obſervaſti ne utrum Auguſtinus in ſuis &c. Quod ſcilicet n. praeced & hic inculcatum volumus. Maxime quoniam frequenter quod tibi diſſonum textui videtur, conſonum aliis, te forte etiam doctioribus videri ſolet. Verum hac in difficultate bardus quidem, at non impius adpares; quandoquidem vel in ſpeciem ſedulum Scripturarum ſtudium curas.

V. *Recte inſtituto &c.* = Quaſi peculiare, eximium, a vulgi captu ſemotum oraculum funderis! Id ex ipſius terminis liquet; ſed & qui commentatur Aeſopum, eius ſenſa ambit retegere. Vere tu *declamator* inſanus, qui rem unam, & quidem minimam tot verbis decantas.

VI. *Tum vero nihil affirmandum.* = Vide ne dum nimis cautus es, atque times, ſtoliditate abripiaris; Adeoque tibi M. Valer. Martialem in Apophoretis ita com-

commonentem adtendere expedit, dummodo monitum metaphora ex uas: *Frangere dum metuis, frangis cryſtallyna: peccant Securae nimium, ſollicitaeque manus.* *Si ambigua eſt ſententia*, ambiguae, nempe veroſimiles expoſitiones dandae ſunt. Licet non conſtet, *quid ſpectaverit Scriptor Sacer*, adhuc quidquam dici poteſt: quod enim Sacer Scriptor ſpectavit, potiſſimus ſenſus eſt; ultra vero hunc, alii innumeri dantur. Et quidem ſi nonniſi quod Sacrum Scriptorem ſpectaſſe liquet, dici poſſet; ex omnibus commentariis, qui ab Apoſtolorum abſceſſu in Sacram Scripturam prodiere, vix aliquot tenues pagellae retinendae eſſent. Stulte ergo agis, & dum ambigua quaſi certa praedicas, &, ſi dum certa non ſuppetunt, nec ex veroſimili muſſitandum contendis. At vero ut quoties nec veroſimilie velut manifeſte in Orthodoxae fidei damnum decantaſti?

VII. *Cur aeque veriſimili &c.* = Vere es *Pherepoaas*, hoc eſt patiens multi laboris, utpote qui es & inſignia λάλος (lalos: loquax) patleus inquam plurimorum verborum, quorum quodlibet extra chorum ſonat. Quis mortalium vel in ſacra, vel in profana re aliquando voluit expoſitionem, ſententiam, doctrinam ei praeferendam eſſe, qua veroſimiliorem nulla prorſus ratio demonſtras? Sed & deſtruis hacce in periodo, quod in antecedenti tanto tumore aedificabas. Scilicet cum non conſtat *quid ſpectaverit Scriptor Sacer, tum nihil affirmandum*. Nunc quippe fateris, expoſitiones veroſimiles dari, quae etiam invicem conferantur; At vero quum conſtat, *quid Sacer Scriptor ſpectaverit*, non veroſimilem, ſed certam expoſitionem prolimus, nec erit alia, quae huic conferri poſſit.

VIII. *Quod nulla ratio Grammatico &c.* = Si de Grammatica vulgari modo loquaris, adhuc parvulus es, cui ad virorum aulas acceſſus inhibeatur. Si autem de Grammatice iste ſumta ad metaphoras, atque divina translata, quaeque & unius eiuſdem periodi diviſiones patitur, concedimus omnem expoſitionem Grammaticae aptari debere; At oſtende ubinam Augoſtinus Scripturam illuſtrans, Grammaticam ſic acceptam corrumpat? Ubinam panem vinum interpretetur, atque abſceſſum diſceſſum.

IX. *Ut pueri ſolent.* = Non inficiamur monitum Auguſtini, ut campanarum ſonitum, pueri ſolent, te interpretatum. Et ex hucuſque dictis liquet, te e *Pherepoaa* puerum factum eſſe, cui bene congruat balbe clamare: Παππα (Pappa, Babo, Tata) & ψίξ (Pſix, Mica, Panis fragmentum.) Quemque Ἅρπυιαι (Harpyae, Arpie) deterreant,

Et haec vir ζάθεος (Zatheos, Praedivinos, molto divino.) Cui (ut quidquam humano more loquamur.) Oracula praedicam: ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ (Gnothi Sayton, Noſce teipſum.)

(*b*) *Spiritalis materies ante &c.* = Quaenam ſpiritalis materies? Spiritus, & Materia ex ipſis vocibus invicem certant, & repelluntur. Non quidem datur proprie ſpiritualis materia; ſed in re omni creata eſt ſimilitudo materiae: ſubiectum ſcilicet, quod dum quidquam recipit, eius vices explet; In quacunque creatura vero aut eſſentia in alio, aut in eſſentia recipitur exſiſtentia. Poſterius hoc contingit in Angelo: cuius proinde eſſentia ſimilitudinem praeſefert materiae: exſiſtentia vero formae utcunque dici poteſt, non tamen proprie: forma quippe eſt rei eſſentiae, nulli autem creaturae ex eſſentia, ſeu, per eſſentiam exſiſtere vel convenit, vel convenire poteſt.

Ante cohibitionem quaſi &c. = Antequam (eſt hic ſermo de anteceſſu naturae, non temporis) exſiſtentia Angeli eſſentiam, imperfectam quamdam infinitatem (1) ſapientem velut reſtringeret, ac determinaret. = *Et ante illuminationem ſapientiae*: = Antequam ab eſſentia intellectus emergeret. Vel melius: Antequam Sapientia, ſecunda ex Divinis Perſona Angelico intellectui ſpecies infereret.

(*c*) *Si quis alius velit.* = Sic Benedictini, qui nihil advertunt: & ante ipſos Er. & Feſ. At Som. & MS. S. Mar. non minus bene: *ſi quis aliud*. Ex his autem verbis, ſicut ex omnibus, quibus praecedentes opiniones (prima excepta) propoſitae ſunt: *Quid ſi dicat alius*, liquet Auguſtinum hic eas ſententias non ab alicuius ſcripto, vel ſermone accepiſſe, ſed meditate, & ex proprio mercurio formaſſe: nec veros contradictores, ſed e ſe fictos impetere. Ex hypotesi inquam, ſaltem poſt opinionem primam, loquitur: exhibetque ipſemet poſt opinionem ſuam alias, quas quiſque ut lubet amplectatur: & quarum nullam improbat, nullam alteri praefert, ut ſumma hac extreme modeſtia ſtudioſos quoſdam audaciam impudentiamque dedoceat, qui vix propriae opinioni quidquam veroſimilitudinis conciliant, vel con-

(1) S. Thom. 1. p. q. 50. art. 2. ad 4.

conciliaſſe ſibi blandiuntur, & mox victoriam canout, ceterorumve iodicia contemnunt; talium, quibus orbis abundabat, abundat, & abundabit immodeſtiae modeſtia ſumma mederi voluit Auguſtinus. Qui tamen alibi dum non id conſilii perſequitor, & textus merita, circumſtantiaſque diligenter adtendit: nec dubitat, licet ubique modeſtia ſervata, gravibus momentis adcedentibus, unam opinionem alteri praeferre. His, & pluribus aliis, quae in hoc libro opportunis occaſionibus obſervabimus, in *Phereponum* iacta maxime dilocidabuntur.

Erit forte qui arbitretur, debuiſſe nos quidquam de diverſis iis, & ſequentibus opinionibus dicere: qoae v. gr. praeferenda ceteris: quae aliquos, quae plures patronos habebat &c. Verum quum haec apud Expoſitores, maxiore noviſſimos facile videri poſſint, imprudenter opellam hanc, iam vix non ad exceſſum auctam, ea etiam mole, & quidem haud modica oneraremus.

C A P. U T XVIII.

A R G U M E N T U M.

Tot expoſitis opinionibus, erras ſi vel pro una Auguſtinum acriter dimicaturum arbitreris. Quid ſiquidem ex contentionibus, niſi audientium ſubverſio? At vero Caritatem foecundam caeleſtium fructuum matrem omnis ratio divina praedicat. Quid autem turpis, & mali, ſi dum ſatagimus quod voluit ille, qui ſcripſit, retegere, ab eius quidem mente exeidimus, at interim nonniſi vera, & religioſa praedicamus?

QUibus omnibus auditis & conſideratis; nolo verbis contendere; ad nihil enim utile eſt niſi ad ſubverſionem audientium. Ad aedificationem autem bona eſt lex, ſi quis ea legitime utatur (1); quia finis eius eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta (2). Et novit Magiſter noſter in quibus duobus praeceptis totam Legem Prophetasque (3) ſuſpenderit. Quae mihi ardenter confitenti, Deus meus lumen oculorum meorum in occulto, quid mihi obeſt, cum diverſa in his verbis (*a*) intelligi poſſint, quae tamen vera ſint, quid inquam mihi obeſt, ſi aliud ego ſenſero quam ſenſit alius eum ſenſiſſe qui ſcripſit? Omnes quidem qui legimus, nitimur hoc indagare atque comprehendere quod voluit ille, quem legimus (*b*). Et cum eum veridicum credimus, nihil quod falſum eſſe vel novimus vel putamus, audemus eum exiſtimare dixiſſe. Dum ergo quiſque conatur id ſentire in Scripturis Sanctis, quod in eis ſenſit ille qui ſcripſit; quid mali eſt (*c*) ſi hoc ſentiat, quod tu lux omnium veridicarum mentium oſtendis verum eſſe; etiam ſi hoc non ſenſit ille quem legit, cum & ille verum, nec tamen hoc ſenſerit?

(*a*) *Cum diverſa in his verbis &c.* = Non igitur Auguſtinus tantum curandum eſſe docet, ut *ſit per ſe verum quod dicitur*. Nec praedicandum de *quopiam Scripturae loco, quod nulla ratio Grammatica ei ineſſe docet*. In quae velut Auguſtini monita *Phereponus* debacchabatur.

(*b*) *Quod voluit ille, quem legimus.* = Igitur monitum illud e caelo delapſum: *Plane contrarium recte inſtituto Scripturae Sacrae ſtudio, quod eo ſpectat, et quid ſingula loca ſignificent &c.* ab Auguſtino minime improbatur, ſed adſtruitur: immo ut exploratum ponitur.

(1) 1. Tim. 1. 8.
(2) Ibidem v. 5.
(3) Matth. 22. 40.

Nec non curat quaerere, *quid ſpectaverit Scriptor Sacer*. Sed utrumque ab omnibus quaeri non dubitat. Adeoque & Auguſtino diſplicet, *Scripturam interpretari, ut campanarum ſonitum pueri ſolent*.

Sed quaerimus, An omnes Divini eloquii ſenſus Sacro Scriptori innoteſcant? Quandoquidem id arbitrari, ſi bene adtendis, Auguſtinus videtur: neque enim adeo anxie de Moſis mente quaereret: non diceret omnes niti indagare, atque comprehendere quod voluit ille, quem legunt, niſi Scriptori ſuis verbis haerentia arcana qualibet perſpecta arbitraretur.

Quaeſtionem hanc haud levem pauci tractant; plures vero aut ſubtimide, aut obſcure reſolvunt. Auguſtinus adfirmare videtur; Lib. enim contra Adimantum Manichaei diſcipulum, quum plura fere in hanc rem dixiſſet, ſub finem cap. 28. & totius libri ita concludit. = Non eſt autem Propheta veri „ Dei, & ſummi, qui oblata divinitus „ viſa, vel ſolo corpore, vel etiam illa parte ſpiritus videt, qua corporum „ capiuntur imagines, & mente non videt. Sed plerumque in Scripturis ſic „ poſita inveniuntur, quemadmodum viſa „ ſunt, non etiam quemadmodum intel„ lecta ſunt, ut mentis viſio, in qua totus „ fructus eſt, exercendis lectoribus ſer„ varetur.] Lib. 12. de Gen. ad Litt. cap. 9. = Proinde quibus ſigna per ali„ quas rerum corporalium ſimilitudines „ demonſtrabantur in ſpiritu, niſi acceſ„ ſiſſet mentis officium, ut etiam intel„ ligerentur, nondum erat prophetia; „ magiſque propheta erat qui interpreta„ batur quod alius vidiſſet, quam ipſe „ qui vidiſſet. Unde apparet magis ad „ mentem pertinere prophetiam, quam „ &c. Itaque magis Ioſeph propheta, „ qui intellexit, quid (1) ſignificarent „ ſeptem ſpicae, & ſeptem boves, quam „ Pharao, qui eas vidit in ſomnis &c.] Lib. tamen 2. de Diverſ. QQ. ad Simplicianum, q. 1. paulo poſt init. = Spi„ ritus (2) ubi vult ſpirat: & ſpiritum „ prophetiae nullarum animarum poteſt „ maculare contactus. Adtingit (3) enim „ ubique propter ſuam munditiam. Af„ ficit autem non omnes eodem modo, „ ſed alios per informationem eorum„ dem hominum, ubi rerum demon„ ſtrantur imagines; alios per fructum (4) „ mentis ad intelligentiam: alios utraque „ inſpiratione, alios etiam neſcientes.] Sed de prophetia, & viſione tota ea quaeſtione agit. Admodum item fuſe lib. 12. de Gen. ad Litt. a cap. 8. uſque ad 31. & alibi ſaepe.

Verum Auguſtinus non ſtatuit (quod nec inquirit) omnia prorſus, quae propriis aut verbis, aut factis inſunt arcana Prophetae perſpecta eſſe. Unde dicendum eſt cum S. Thoma (cuius ſermonem, utpote non adeo brevem omittimus) 22. q. 173. art. 4. Nonnunquam eam cognitionem abeſſe, ut liquet ex Daniel. 7. Ioan. 11. v. 49. 50. & 51. & 19. 24. Actor. 10. a v. 10. At vero contingit tum inſtinctus propheticus, non propria, ſeu perfecta prophetia. Hanc autem comitatur ſemper arcani, ſaltem primo verbis, vel factis inſidentis cognitio. Et haec eſt Auguſtini in laudatis teſtimoniis ſententia. Quum tamen ſit propheta inſtrumentum, ut loquitur S. Thomas, *deficiens*, omnium prorſus arcanorum, ſecundo emergentium cognitionem nec poſtulat, nec habere poteſt. De quo infra cap. 31. & 32. Ut autem prorſus ad rem noſtram accedamus: Si omni Prophetae vere tali propriis verbis inſidentia arcana potiora, atque proxima perſpecta eſſe debent: quot perſpecta fuiſſe arbitrabimur Moſi (ſi cuncta adtendantur) Prophetarum (5) ſummo, & principi? maxime quum eius quinque libri non tam allegoricum, ſeu myſticum, quam naturalem & hiſtoricum ſenſum inſequantur; unde tuto concludere poſſumus, Moſi omnes ſuorum librorum ſenſus ſaltem litterales innotuiſſe.

(c) *Quid mali eſt &c.* = En ergo *Pherepone* videre potes aliquando tandem, ſi velis utcunque cum Perſio Satyra 1. v. 47. canere. *Neque enim mihi cornea fibra eſt*. Auguſtinum non *hoc unum quaerere, an ſit per ſe verum quod dicitur*: ſed an conveniat verbis, & menti Sacri Scriptoris; Contendere autem prudentem Doctorem, nihil mali eſſe, ſi dum a mente Sacri Scriptoris exorbitamus, interim nonniſi quod per ſe verum, ac religioſum eſt, docemus. Non dicit, Quam egregia eſt huiuſmodi expoſitio! ſed, *quid mali eſt*? Non laudat expoſitionem: ſed vituperat litigioſos homines, qui eam velut haereſim, vel noxiam doctrinam exſecrantur.

CA-

(1) Gen. 41.
(2) Ioan. 3. 8.
(3) Sap. 7. 24.

(4) Scilicet, *ductum*, vel *provectum*.
(5) Ita S. Thom. 22. q. 174. ar. 4. per totum.

Digitized by Google

CAPUT XIX.

ARGUMENTUM.

Ut rixarum filum abſcindat, & ſe a contradictionibus eximat, ſeligit manifeſta nonnulla, quae praedicet. Certum quippe eſt, Deum feciſſe caelum, & terram: & unum idemque eſſe Principium, & Sapientiam, in qua omnia fecit. Item, mundum iſtum viſibilem e duabus magnis partibus, Caelo, Terraque, & parvis pluribus, quae in iis continentur emergere. Omne mutabile informitatem quamdam, & quae ex ea profluunt teſtari. Quod non mutatur, licet mutabile, informitatemque temporis dominium eludere. Manifeſtum quoque eſt, non immerito id, unde fit aliquid, huius nomine deſignari. Ex formatis rebus nihil terra, & abyſſo magis informi cognatum. Nedum creatum, formatum: ſed omne, quod creari, vel formari poteſt a Deo eſſe. Ex ipſis tandem terminis liquet, quod formatur ex informi, prius informe eſſe, deinde formatum.

VErum eſt enim, Domine, feciſſe te caelum & terram; & verum eſt Principium eſſe Sapientiam tuam (*a*) in qua feciſti omnia. Item, Verum eſt quod mundus iſte viſibilis habet magnas partes ſuas caelum & terram brevi complexione factarum omnium conditarumque naturarum. Et verum eſt quod omne mutabile inſinuat (*b*) notitiae noſtrae quamdam informitatem, qua formam capit, vel qua mutatur & vertitur. Verum eſt, nulla tempora perpeti quod ita cohaeret formae incommutabili, ut quamvis ſit mutabile, non mutetur. Verum eſt, informitatem, quae prope nihil eſt (*c*), vices temporum habere non poſſe. Verum eſt, quod unde fit aliquid, poteſt quodam genere loquutionis habere iam nomen eius rei quae inde fit; unde potuit vocari caelum & terra quaelibet informitas, unde factum eſt caelum & terra. Verum eſt, omnium formatorum nihil eſſe informi vicinius, quam terram & abyſſum. Verum eſt, quod non ſolum creatum atque formatum; ſed etiam quidquid creabile atque formabile eſt, tu feciſti ex quo ſunt omnia. Verum eſt, omne quod ex informi formatur, prius eſſe informe, deinde formatum.

(*a*) *Principium eſſe Sapientiam tuam &c.* = Legimus enim Ioan. 8. 25. *Dixit eis Ieſus: Principium, qui & loquor vobis*. Et Ioan. 1. 3. *Omnia per ipſum facta ſunt &c.* & Pſal. 103. 24. *Omnia in Sapientia feciſti*. Omittimus illud Pſal. 109. 3. *Tecum principium &c.* Id enim dicit Pater Filio, non, Filius Patri; adeoque evincit & Patrem eſſe Principium, ut S. D. ad eum locum obſervat, n. 13. Verum, ut ex contextu, ſubiectaque materia coniicimus, intuetur hic Auguſtinus exordium Genes. *In principio creavit Deus &c.* ut latenter oſtendat, pace Contradictorum, haud perperam ſuſpicari plures, ibi agi de Verbo, aut Sapientia; Si enim Chriſtus apud Ioan. ſeipſum appellat Principium: & eiusdem Ioannis teſtimonio, omnia per ipſum facta ſunt; igitur verba Genes. *In principio creavit Deus &c.* exponi poſſunt, in Verbo, in Sapientia creavit Deus &c.

(*b*) *Quod omne mutabile inſinuat &c.* = Utique: motus enim definitur a Philoſophis (1), *Actus entis in poten-*

 tia.

(1) Ariſt. l. 3. Phyſ. tex 6. S. Thom. ibi lect. 2 & 2, contra Gent. c. 17. & 1. p. q. 9.

tia, ſecundum quod in potentia. Ad quid in potentia? Ad formam vel parandam, vel amittend m. Mutatio autem ex initio cap. 21. Categoriarum, quae t. 1. in Appendice ſub Auguſtini nomine circumferuntur, tripliciter fieri po eſt. „ Omnis immutatio .. fit tribus modis: „ aut ex non ſubiecto in ſubiectum, ut „ eſt ortus, vel nativitas ... aut ex ſubiecto in non ſubiectum, ut eſt interi „ tus, vel corruptio ... aut ex ſubie- „ cto in ſubiectum, ut eſt motus ... (1) „ Sed & ipſe motus tres ſpecies habet, „ ideſt, incrementum, imminutionem, „ commutationem qualitatis, ſive loci. „

Loquitur paulo poſt de Angelo inquiens, *quod ita cohaereret formae &c.* qui ut Deo, & propriae quaſi formae cohaereat ex dictis in antecedentibus liquet.

(c) *Quae prope nihil eſt*. = Ita Vet. & MSS decem Etruriae omnes denique codices tum editi, tum MSS. At Lov. *quae proprie*. Perperam omnino: centies enim Auguſtinus docuerat, informitatem, ſeu, materiam informem non, *proprie*, ſed, *prope* nihil eſſe. Quod docet etiam lib. 1. contra Adverſ. Legis, & Prophet. c. 8 lib. 1 de Gen. ad Litt. c. 15. n. 29 & alibi.

Unde fit aliquid, poteſt &c. = Id Philoſophi libenter fatentur (2): Materia prima ex relatione ad equum fit equus, ad leonem leo &c Addunt Philoſophi, & intellectum utcumque omnia eſſe, quatenus intellectione in omnia migrare poteſt. Quod & ipſe Auguſtinus integri totius qua late patet ſcibilis doctor obſervavit lib. 2. de Ordine, c. 9. n. 26. *Per quae cum d ctis factus fuerit, tum demum diſcet &c. & quid ſit ipſa ratio ... & quid intellectus, in quo uni- verſa ſunt, vel ipſe* (3) *potius univerſa*. Quod inferius addit: *Nihil eſſe informi vicinius*, oſtenderat ſupra cap 4.

C A P U T XX.

A R G U M E N T U M.

Quae ex praedictis manifeſtis veritatibus diverſi Scripturarum ſtudioſi placita educant, vel educere poſſint edifferit. Illa enim verba In principio creavit Deus caelum, & terram, *ſic illuſtrari poſſunt: In Verbo ſuo ſibi coaeterno fecit Deus intelligibilem & ſenſibilem creaturam. Vel univerſam molem corporei mundi huius, cum omnibus manifeſtis naturis, quae in ipſo continentur. Sive informem materiam creaturae ſpiritualis, & corporalis. Aut etiam, informem materiam corporalis tantummodo creaturae, ubi implicatum erat caelum, & terra. Quiſpiam tandem, principium non Verbum, ſed faciendi exordium interpretabitur, in quo informem materiam, confuſe caelum, ac terram habentem Deus creaverit.*

EX his omnibus veris, de quibus non dubitant quorum interiori oculo talia videre donaſti, & qui Moyſen famulum tuum in Spiritu veritatis loquutum eſſe immobiliter credunt; ex his ergo omnibus aliud ſibi tollit qui dicit, in principio fecit Deus caelum & terram, id eſt, in Verbo ſuo ſibi coaeterno fecit Deus intelligibilem atque ſenſibilem, vel ſpiritalem corporalemque creaturam. Aliud qui dicit, In principio fecit Deus caelum & terram, id eſt, in Verbo ſuo ſibi coeterno fecit Deus univerſam iſtam molem corporei mundi huius, cum omnibus quas continet manifeſtis notiſque naturis. Aliud qui dicit, In principio fecit Deus caelum, & terram, id eſt, in Verbo ſuo ſibi coaeterno fecit Deus informem materiam creaturae ſpirita-

---

(1) Alteratio
(2) Ariſt. 3. de An. S. Thom. licet 13.
(3) In prius vulgatis, *ipſa potius univerſa*. Sed melius BB. ex MSS. *ipſe*.

ritalis, & corporalis. Aliud qui dicit, In principio fecit Deus caelum & terram, id eſt, in Verbo ſuo ſibi coeterno fecit Deus informem materiam creaturae corporalis ubi confuſum adhuc erat caelum & terra, quae nunc iam diſtincta atque formata in iſtius mundi mole ſentimus. Aliud qui dicit, In principio fecit Deus caelum & terram, id eſt, in ipſo exordio faciendi atque operandi fecit Deus informem materiam confuſe habentem caelum & terram, unde formata nunc eminent & adparent cum omnibus quae in eis ſunt.

(a) *In ipſo exordio faciendi*. = His iungamus verba ipſius S. D. lib de Gen. ad litt. Imperf. c. 3. n. 6 = Se„ cundum hiſtoriam quaeritur, quid ſit, „ *In principio*: ideſt, utrum in principio „ temporis, an in principio in ipſa Sa„ pientia Dei, quia & ipſe Dei Filius „ principium ſe dixit, quando ei dictum „ eſt, *Tu quis es?* & dixit, *Principium, „ quod & loquor vobis*(1). Eſt enim Prin„ cipium ſine principio, & eſt Princi„ pium cum (2) alio Principio. Princi„ pium ſine principio ſolus Pater eſt, „ ideo ex uno principio eſſe omnia cre„ dimus. Filius autem ita Principium „ eſt, ut de Patre ſit.] Et lib 1 de Gen. ad Litt. c. 1. n. 2. *Quaeramus quomodo dictum eſt, praeter allegoricam ſignificationem*, In principio &c. *utrum in principio temporis: an quia primo omnium facta ſint: an in principio, quod eſt Verbum Dei unigenitus Filius*. Arbitrantur autem paſſim Theologi tres eos ſenſus omnes bonos eſſe, notiſſimos, & litterales.

C A P U T XXI.

A R G U M E N T U M.

Expendit ut ex eisdem praeiactis manifeſtis veritatibus, ſequentia verba, Terra autem erat inviſibilis &c. *queant exponi. Aliquis enim arbitrabitur, iis verbis deſignari, corporale illud a Deo factum corporearum rerum informem materiam ordine, & luce deſtitutam fuiſſe. Alius, totum, quod caelum, ac terra appellatum eſt, fuiſſe materiam informem, ac tenebroſam, ex qua educerentur caelum corporeum, terraque item corporea, & reliqua ipſis adiacentia ſenſibus nota. Erit etiam qui autumet, totum illud informem quidem tenebroſamque fuiſſe materiam, ſed ex qua inde emergerent creatura inviſibilis, atque viſibilis. Nec item forte deerit qui caeli, terraeque verbis informem materiam inſinuatam ita inficietur, ut dicat eam iam praeexſtitiſſe, exque ipſa corpoream, incorporeamve creaturam eductam. Huic autem ultima opinio admodum cognata eſt: niſi quod ex vetuſta illa materia corpoream tantummodo, qua ſuperiorem, & inferiorem complectitur, creaturam factam arbitratur.*

ITem quod adtinet ad intellectum Verborum ſequentium, ex illis omnibus verbis, aliud ſibi tollit qui dicit, Terra autem erat inviſibilis & compoſita, & tenebrae erant ſuper abyſſum, ideſt corporale (a) illud quod fecit Deus, adhuc materies erat corporearum rerum informis ſine ordine, ſine luce. Aliud qui dicit, Terra autem erat inviſibilis & incompoſita, & tenebrae erant ſuper abyſſum, ideſt hoc totum quod caelum & terra appellatum eſt, adhuc informis & tenebroſa materies erat, un-

(1) Ioan. 8. 25.

(2) Forte legendum, de.

unde fieret caelum corporeum & terra corporea, cum omnibus quae in eis ſunt corporeis ſenſibus nota. Aliud qui dicit, Terra autem erat inviſibilis & incompoſita, & tenebrae erant ſuper abyſſum, id eſt, hoc totum quod caelum & terra appellatum eſt, adhuc informis & tenebroſa materies erat, unde fieret caelum intelligibile, quod alibi dicitur caelum caeli; & terra, ſcilicet omnis natura corporea, ſub quo nomine intelligatur etiam hoc caelum corporeum; id eſt unde fieret omnis inviſibilis, viſibiliſque creatura. Aliud qui dicit, Terra autem erat inviſibilis & incompoſita, & tenebre erant ſuper abyſſum; non illam informitatem nomine caeli & terrae ſcriptura appellavit, ſed iam erat, inquit, ipſa informitas, quam terram inviſibilem, & incompoſitam tenebroſamque abyſſum nominavit, de qua caelum & terram Deum feciſſe praedixerat, ſpiritalem ſcilicet, corporalemque creaturam. Aliud qui dicit, Terra autem erat inviſibilis & incompoſita, & tenebrae erant ſuper abyſſum; id eſt, informitas quaedam iam materies erat, unde caelum & terram Deum feciſſe Scriptura praedixit, totam ſcilicet corpoream mundi molem, in duas maximas partes ſuperiorem atque inferiorem diſtributam, cum omnibus quae in eis ſunt uſitatis notiſque creaturis.

(*a*) *Ideſt corporale &c.* = Adſtipulamur Benedictinis, qui inquiunt = Ita „ plures, & potiores MSS. cum Arn. Ac „ Bad. Am. Er. Som. & Blaſ. cum quin- „ que MSS. habent, *ideſt incorporale* „ Lov., *ideſt, corporabile*.] Ita etiam MS. S. Mar. Feſ. Car. & optimus S. Cr. Et quidem merito: ſi enim illud corporearum rerum materies erat, utique & ipſum corporale, ſive corporeum.

Opiniones hae a praecedentibus maxime, & fere ſolum ex hoc a S. Doctore ſeparantur, quod illae proxime prima verba Geneſeos intuerentur: hae autem illas a ſequentibus, velut a *poſteriori*, ut loquuntur Dialectici, exponant.

C A P U T XXII.

A R G U M E N T U M.

Fingit in poſtremas duas ſententias argumentum: Niſi materia informis illis verbis, fecit Deus caelum, & terram, *facta ſignificatur: erat igitur Deo coaeterna, ab eo minime pendens. Reſpondet autem auctorum nomine: A Deo quidem factam materiam: at id a Scriptura omitti; ut etiam Angelorum, & aquarum creatio tacetur: quae tamen a Deo facta nemo inficiatur.*

Cum enim duabus iſtis extremis ſententiis reſiſtere quiſquam ita tentaverit: Si non vultis hanc informitatem materiae caeli & terrae nomine appellatam videri; erat ergo aliquid quod non fecerat Deus, unde caelum & terram faceret; neque enim Scriptura narravit quod iſtam materiem Deus fecerit, niſi intelligamus eam (*a*) caeli, & terrae, aut ſolius terrae vocabulo ſignificatam, cum diceretur, In principio fecit Deus caelum, & terram; ut id quod ſequitur, Terra autem erat inviſibilis & incompoſita; quamvis informem materiam ſic placuerit appellare, non tamen intelligamus niſi eam, quam fecit Deus in eo quod praeſcriptum eſt, fecit Deus caelum & terram. Re-

Reſpondebunt adſertores duarum iſtarum ſententiarum, quas extremas poſuimus, aut illius, aut illius, cum haec audierint & dicent: Informem quidem iſtam materiam non negamus a Deo factam, Deo a quo ſunt omnia bona valde: quia ſicut dicimus amplius bonum eſſe quod creatum atque formatum eſt, ita fatemur minus bonum eſſe quod factum eſt creabile atque formabile, ſed tamen bonum (b): non autem commemoraſſe Scripturam quod hanc informitatem fecerit Deus, ſicut alia multa non commemoravit, ut Cherubim, & Seraphim (c), & quae Apoſtolus diſtincte ait, Sedes, Dominationes, Principatus, Poteſtates (1), quae tamen omnia Deum feciſe manifeſtum eſt. Aut ſi in eo quod dictum eſt, fecit caelum & terram, comprehenſa ſunt omnia; quid de aquis dicimus, ſuper quas ferebatur Spiritus Dei? Si enim terra nominata ſimul intelliguntur, quomodo iam terrae nomine materiae informis accipitur, quando tam ſpecioſas aquas videmus? aut ſi ita accipitur, cur ex eadem informitate ſcriptum eſt, factum firmamentum, & vocatum caelum, neque ſcriptum eſt factas eſse aquas? Non enim adhuc informes ſunt & inviſae, quas ita decora ſpecie fluere cernimus. Aut ſi tunc acceperunt iſtam ſpeciem, cum dixit Deus, congregetur aqua quae eſt ſub firmamento, ut congregatio ſit ipſa formatio; quid reſpondebitur de aquis quae ſuper firmamentum ſunt? quia neque informes tam honorabilem ſedem accipere meruiſsent, nec ſcriptum eſt qua voce formatae ſint. Unde ſi aliquid Geneſis tacuit Deum feciſſe, quod tamen Deum feciſſe, nec ſana fides, nec certus ambigit intellectus; nec ideo ulla ſobria doctrina (d) dicere audebit iſtas aquas coaeternas Deo, quia in libro Geneſeos commemoratas quidem audivimus, ubi autem factae ſint non invenimus: cur non informem quoque illam materiam, quam Scriptura haec terram inviſibilem, & incompoſitam, tenebroſamque abyſſum appellat, docente veritate intelligamus a Deo factam eſſe de nihilo, ideoque illi non eſſe coeternam, quamvis ubi facta ſit, omiſerit enunciare iſta narratio?

(a) *Niſi intelligamus eam &c.* = Ita omnino legendum eſt cum BB. quos audire iuvat. = In omnibus fere libris „ legitur, *niſi ut intelligamus*, Librariorum lapſu, qui forte mutarunt, „ *aut*, in, *ut*. hanc porro particulam „ removimus iuxta Arn. & MS. Benignianum.] Corruptae lectioni ſuffragantur MS. S. Mar. & Ricar. At vero genuinae Car. Feſ. & optimus S. Cr.

Non poteſt autem citra Catholicae fidei diſcrimen doceri, materiam a Deo non factam, ipſique coaeternam fuiſſe, ut vidimus c. 8. huius lib. A.

(b) *Sed tamen bonum.* = Cum bonitas ex actu deſumatur: hinc forma, quae vel eſt actus, vel actum involvit, prorſus bona eſt. Materia autem, quae eſt potentia perfecta bonitate caret; at vero quum etiam a forma ſeiuncta, eam involvat, ſaltem genio, & pruritu: nonnulla, etſi minima, bonitate gaudet. Item, cetera bona finis bonitate praedita ſunt; materia autem ea, quae dicitur utilitatis, & medii. Vide S. Thom. 3. contra Gentes, c. 20.

Texit autem earum opinionum velut apologiam Auguſtinus, non quod illis vel nonnihil adſentiatur; ſed ut oſtendat, quam modeſte, & caute ubique incedendum ſit: quamque libenter parcendum ſit rixis, atque cenſuris. Si enim poſtremae duae opiniones illae, quae prae ceteris leviores, audacioreſque videbantur, tam facile propugnari poſſunt: quid dicas de aliis, quae mox probabilitatem prae ſe ferunt, & a communibus in minimis ſemoventur?

(c) Ut

(1) Coloſſ. 1. 16.

(c) *Ut Cherubim, & Seraphim &c.* = Angelorum creationem a Moſe manifeſte altem, non fuiſſe narratam, Theologi quique obſervant, & fatentur. S D. lib. 11. de Civit. Dei, c. 9. ante med. *Quomodo Angeli praetermittuntur, tanquam non eſſent in operibus Dei &c. Opus autem Dei eſſe Angelos hic quidem etſi non praetermiſſum, non tamen evidenter expreſſum eſt: ſed alibi &c.* Vide etiam lib. 12. eiusdem oper. c. 33. At vero non una eſt omnium ſuſpicio, cor ita contigerit. Nonnulli, Moyſes, inquiunt, noluit infirmo popolo ad ſuperſtitionem, & idololatriam proclivi Angelos nominare, quibus facile velut numinibus genua inflexiſſet: Alii eiusdem populi oſcitantiam, & ruditatem exhibent: cui proinde imprudenter de tam nobili, & excelſa creatura vix a Philoſophorum, atque Theologorum ſomnis diſpicienda tractaretur. Quod momentum inſinuavit Auguſtinus n. 1. c. 17 illis verbis, *Tales quippe homines erant, rudis ille &c.* Ab iſta, poſtrema ſententia inſtitorum Moyſis, quod erat de viſibili nobia obvio mondo dicere, inculcans haud multom abhorret; & haec noſtro iudicio, omnium probabiliſſima eſt. Prima vero mox corruit, ſi Angelum ad paradiſi cuſtodiam poſitom, aliosque plures a Moyſe haud omiſſos adiendamus. Vide infra l. 13. c. 3. A.

(d) *Nec ideo ulla ſobria doctrina &c.* = Iuvat hic recitare quae habet, S. D. lib. 11. de Civit. Dei, c. 34. „ Quamvis & aquas, quod perverſiſſimae, atque impiae vanitatis eſt, negent quidam factas a Deo, quoniam „ nuſquam ſcriptum eſt, Dixit Deus, „ Fiant aquae. Quod poſſunt ſimili vanitate etiam de terra dicere, nuſquam „ enim legitur Dixit Deus, Fiat terra. „ Sed, inquiunt, ſcriptum eſt, *In principio fecit Deus caelum, & terram.* „ Illic ergo & aqua intelligenda eſt: uno „ enim nomine utramque comprehenſum „ eſt &c] Et in lib de Haereſibus, 75. *Alia eſt* (haereſis) *quae dicit aquam non a Deo creatam, ſed ei ſemper fuiſſe coaeternam.*

C A P U T XXIII.

A R G U M E N T U M.

Iis adtentis diverſorum iudiciis, duo oboriri poſſe quaeſtionum genera obſervat: unum quum de veritate rerum: alterum quum de enunciantis voluntate diſſeritur. Duas autem hominum claſses a ſe longe propulſat: eorum, qui falſa, velut ſcientia perſpecta vendunt: aliorumve, qui falſa Moyſem tradidiſſe arbitrantur. Interim ipſe ambiens iis iungi, cum iis Moyſis voluntatem ſcrutari, qui caritatis ubique latitudinem prenſant.

HIs ergo auditis atque perſpectis pro captu infirmitatis meae, quam tibi confiteor ſcienti Deo meo, duo video diſſenſionum genera oboriri poſſe, cum aliquid a nuntiis veracibus per ſigna enuntiatur; unum ſi de veritate rerum, alterum ſi de ipſius qui enuntiat voluntate diſſentio eſt. Aliter enim quaerimus de creaturae conditione quid verum ſit, aliter autem quid in his verbis Moyſes egregius domeſticus fidei tuae intelligere lectorem auditoremque voluerit. In illo primo genere diſcedant a me omnes, qui (*a*) ea quae falſa ſunt, ſe ſcire arbitrantur. In hoc item altero diſcedant a me omnes, qui ea quae falſa ſunt, Moyſen dixiſſe arbitrantur. Coniungar autem illis, Domine, in te, & delecter cum eis in te, qui veritate tua paſcuntur in latitudine caritatis, & accedamus ſimul ad verba libri tui, & quaeramus in eis voluntatem tuam per voluntatem famuli tui, cuius calamo (*b*) diſpenſaſti ea.

(*a*) *Diſcedant a me omnes, qui &c.* = Imitator Regium Vatem Pſal. 6. 9. dicentem: *Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem.* Profitetur autem hac, & ſequenti phraſi, diverſas hominum opiniones, ſuis etiam oppoſitas non

ita,

ira, ſed manſuetudine excepturum: dummodu tamen &c. = *Se ſcire arbitrantur* = Cur dicit, *ſcire*, & non, opinari, vel quid ſimile? Quia & errantes pace excipere debemus, atque corripere. illi autem ſunt prorſus intolerabiles, qui errores aliqua probabilitatis ſpecie tinctos, non ut probabiles, ſed ut manifeſtas veritates, certa ſcientia daprehenſas praedicant. Huiuſmodi homines errores, quibus tam acriter adhaeſerunt, quo pacto dedocebuntur?

(*b*) *Per voluntatem famuli tui, cuius calamo &c.* = Perſcrutatur igitur, ſtulte *Pherepone*, Auguſtinus non ſimplicem varitatam in Scripturis, ſed quam Deus, & quidem per famulum ſuum voluerit. Et ſi arcana, ſeu verba Scriptoris Sacri calamo diſpenſata commendat, calamum certo, ideſt, Litteram, Grammaticam non omittit, non contemnit: ſed curat, meditatur. Paratus licet hominem a textu aberrantem, qui tamen interim veritatem, & religionem cordi habet, non diris devovere, non exſecrari.

Franciſcus Mayro ex praeſenti cap. huncce floſculum colligit: *Accipitur documentum quod in Theologitis non ſolum eſt intendendum ad veritatem, ſed etiam ad Auctoris intentionem.* Vides puerilem ineptiam! Quae tamen *Pherepeni* audaciam frangit. Deridet hic Auguſtinum quaſi docuerit quidquid ſit de Grammatica, & mente Sacri Scriptoris, curandum eſſe tantummodu, ut quod per ſe verum eſt ſtatuatur. At vetuſtus ille auctor inferebat ex Auguſtino, nedum in Divina, ſed & in quacunque Theologica pagina *intendendum eſſe etiam ad Auctoris intentionem.*

CAPUT XXIV.

ARGUMENTUM.

Et eos nunc a ſe, quanquam lenias, propulſat, qui aequam interpretationem conſpicati, eamdem nedum laudant, ſed velut prorſus a Moſe inſpectam ceteris praeferunt, & pro aris, ac focis propugnant. Quos ut exemplo corrigat: priorum verborum Geneſeos interpretationem, In Verbo fecit Deus omnia inviſibilia, & viſibilia, ſe fidenter praedicare profitetur; at non ita eam ceteris omnibus praeferendam, vel omnino a Moſe inſpectam. Perſpectum quippe habet omnes illas interpretationes veroſimiles eſſe: at quam omnino cogitaverit aut voluerit Moſes minime agnoſcit.

SEd quis noſtrum ſic invenit eam inter tam multa vera (*a*) quae in illis verbis aliter atque aliter intellectis occurrunt quaerentibus, ut tam fidenter dicat hoc ſenſiſſe Moyſen, atque hoc in illa narratione voluiſſe intelligi, quam fidenter dicit hoc verum eſſe, ſive ille hoc ſenſerit, ſive aliud? Ecce enim, Deus meus, ego ſervus tuus qui vovi tibi Sacrificium Confeſſionis (1) in his litteris, & oro ut ex miſericordia tua reddam tibi vota mea; ecce ego quam fidenter dico in tuo Verbo incommutabili omnia te feciſſe, inviſibilia & viſibilia, numquid tam fidenter dico, non aliud quam hoc adtendiſſe Moyſen cum ſcriberet, In principio fecit Deus caelum & terram? Quia non ſicut in tua veritate hoc certum video, ita in eius mente video, id eum cogitaſſe cum haec ſcriberet. Potuit enim cogitare in ipſo faciendi exordio, cum diceret, In principio: potuit & caelum & terram hoc loco, nullam iam formatam perfectamque naturam ſive ſpiritalem, ſive corporalem, ſed utramque inchoatam, & adhuc informem velle intelligi. Video quippe vere potuiſſe dici, quidquid ho-

(1) Pſal. 49. 14. *Immola Deo ſacrificium laudis: & redde Altiſſimo vota tua.*

horum diceretur ; ſed quid horum in his verbis ille cogitaverit, non ita video (*b*): quamvis ſive aliquid horum, ſive aliquid aliud quod a me commemoratum non eſt, tantus vir ille mente conſpexerit, cum haec verba promeret, verum eum vidiſſe apteque id enuntiaſſe non dubitem.

(*a*) ***Sit invenit eam inter tam multa vera.*** = Ita B3 & ante ipſos MS. Ricar. At Er. Lov. & Som. *ſic inveniet eam inter tam multa verba*. Liquet praeferendam eſſe lectionem noſtram; quandoquidem dixit huc uſque, & repetit exinceps Auguſtinus voluntatem Moſis non poſſe certo retegi, cum iis verbis plures, omnes *verae* expoſitiones aptari poſſint. De priori controverſiae verbo, *inveniet*, nonnihil ancipites ſumus: cum paullo ante Auguſtinus bonos Catholicos ad diſputationem provocaverit, unde potuit certe dicere, *inveniet*; At vero dicendum eſt, Auguſtinum nunc equidem cum Catholicis congredi at quorum quilibet iam propriam expoſitionem praeparavit: unde merito dicit, *invenit*.

Ut reddam tibi vota mea. Loquitur ex Davide, puta v. 5. vel 14. Pſal. 115. *Vota mea Domino reddam &c.* (1) Orat autem Deum, ne ſinat ipſum ab harum Confeſſionum ſcopo excidere, qui eſt Dei gloriam, & proximi bonum promovere: non pro peculiaribus propriis opinionibus diſputare, & contendere.

(*b*) ***Sed quid &c non ita video.*** = Vide an curet tantummodo, ut per ſe verum ſit quod dicit? Non equidem; Vidit quid Grammatica poſtulet; vidit quid textus, & contextus patiantur; vidit ex pluribus Scripturarum locis in Principio, in Sapientia, in Verbo omnia facta eſſe; vidit eam expoſitionem Sacri Scriptoris menti optime quadrare poſſe; At utrum re vera eiuſdem Sacri Scriptoris mens eam inſpexerit, definire non audet, & videre nequit; nec definire, nec videre mortalium quiſquam non divina luce perfuſus poteſt; & de poſteriori hoc dubio iudicat non eſſe anxie, & pro aris, ac focis curandum, diſputandum. Et haec ut *Pherepnoi* audacia nedum adteratur, ſed & conteratur; utque imperiti, ſi qui accedunt, lectores inoffenſo haec omnia pede percurrant.

Interim nos, quibus Auguſtini ſapientiam nec imitari datur, nec aemulari, modeſtiae ſaltem conformemur. *Adpareat* (Auguſtine) *bonitas, cui poſſit homo* (tu dic, *Lector*) *conformari: nam maieſtatem .... ſapientiam nec imitari poſſumes, nec expedit aemulari*. S. Bernardus in Natali Domini Serm. 1. poſt initium, dum Deum adloquitur.

MS. optimus S. Cr. temporum iniuria detruncatus, explicit praecedentibus verbis, *perfectamque naturam ſive ſpir. ſive corporal. ſed utramque*.

CA-

(1) Ps. 21. 26. 49. 14. 65. 13.

C A P U T XXV.

A R G U M E N T U M.

Exagitat adhuc impudentes homines, qui proprias interpretationes ceu prorſus a Moyſe inſpectas, veroſimilibus aliis contemtis, decantant immodice, ac triumphis extollunt. Quandoquidem ſi & alias aequas eſſe fatentur, iam tot rixis non Moyſis menti, ſed proprio mercurio litant. Sed & turgidos ſuperboſque ſe produnt. dum veritatem ex Dei ſinu omnibus collucentem in propria velut ipſorum officina compactam iactant. Superbiae autem ſtultitiam addunt, dum de Moyſis mente rixantur: quaſi haec, ut veritas, omnibus exhibeatur. Utinam, iniuſtis iis rixis depulſis, Caritas, cui in omnibus ſuis paginis Moyſes litare voluit, ubique principetur.

I. NEmo mihi moleſtus ſit dicendo (*a*) mihi, non hoc ſenſit Moyſes quod tu dicis; ſed hoc ſenſit quod ego dico. Si enim mihi diceret, Vnde ſcis hoc ſenſiſſe Moyſen, quod de his verbis eius eloqueris; aequo animo ferre deberem, & reſponderem fortaſſe ſuperius reſpondi, vel aliquanto uberius ſi eſſet durior. Cum vero dicit: Non hoc ille ſenſit quod tu dicis, ſed quod ego dico; neque tamen negat quod uterque noſtrum dicit, utrumque verum eſſe: O vita pauperum Deus meus, in cuius ſinu non eſt contradictio, plue mihi mitigationes in cor, ut patienter tales feram, qui non mihi hoc dicunt, quia divini ſunt, & in corde famuli tui viderunt quod dicunt, ſed quia ſuperbi ſunt, nec noverunt Moyſi ſententiam, ſed amant ſuam, non quia vera eſt, ſed quia ſua eſt. Alioquin & aliam veram pariter amarent, & ſicut ego amo quod dicunt, quando verum dicunt; non quia ipſorum eſt, ſed quia verum eſt; & ideo iam nec ipſorum eſt, quia verum eſt. Si autem ideo ament illud quia verum eſt, iam & ipſorum eſt & meum eſt: quoniam in commune omnium eſt veritatis amatorum. Illud autem quod contendunt non hoc ſenſiſſe Moyſen quod ego dico, ſed quod ipſi dicunt, nolo, non amo: quia & ſi ita eſt, tamen iſta temeritas non ſcientiae (*b*) ſed audaciae eſt, nec viſus, ſed typhus eam peperit. Ideoque, Domine, tremenda ſunt iudicia tua, quoniam veritas tua nec mea eſt, nec illius aut illius, ſed omnium noſtrum quos ad eius communionem publice vocas, terribiliter admonens nos, ut nolimus eam habere privatam, ne privemur ea. Nam quiſquis id quod tu omnibus ad fruendum proponis, ſibi proprie vindicat, & ſuum vult eſſe quod omnium eſt, a communi propellitur ad ſua, hoc eſt, a veritate ad mendacium. Qui enim loquitur mendacium, de ſuo loquitur (1).

II. Adtende iudex optime Deus ipſa veritas, adtende quid dicam contradictori huic, adtende; coram te enim dico, & coram fratribus meis, qui legitime utuntur lege uſque ad finem caritatis; adtende, & vide quid ei dicam, ſi placet tibi. Hanc enim vocem huic refero fraternam & pacificam: Si ambo videmus verum eſſe quod dicis, & ambo videmus verum eſſe quod dico,

Vvvvv 2 ubi

(1) Ioan. 8. 44.

ubi quaeſo id videmus? Nec ego utique in te, nec tu in me, ſed (*d*) ambo in ipſa, quae ſupra mentes noſtras eſt incommutabili veritate. Cum ergo de ipſa Domini Dei noſtri luce non contendamus, cur de proximi cogitatione contendimus, quam ſic videre non poſſumus ut videtur incommutabilis veritas; quando ſi ipſe Moyſes adparuiſſet nobis atque dixiſſet, Hoc cogitavi; nec ſic eam videremus, ſed crederemus? Non itaque ſupra quam ſcriptum eſt, unus pro altero infletur adverſus alterum [1]. Diligamus Dominum Deum noſtrum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente noſtra, & proximum noſtrum ſicut noſmetipſos [2]. Propter quae duo praecepta caritatis ſenſiſſe Moyſen quidquid in illis libris ſenſit, niſi crediderimus, mendacem faciemus Dominum, cum de animo conſervi aliter quam ille docuit opinamur. Iam vide quam ſtultum ſit in tanta copia veriſſimarum ſententiarum, quae de illis verbis erui poſſunt, temere adfirmare quam earum Moyſes potiſſimum ſenſerit, & pernicioſis contentionibus ipſam offendere caritatem, propter quam dixit omnia cuius dicta conamur exponere.

(*a*) *Nemo mihi moleſtus ſit, dicendo &c.* = Dicant alii quid ſentiant. Mihi ambitio eſt te Plinii Iunioris Lib. 5. Epiſt. 13. in fine, verbis adloqui: *tu velim, quid de univerſo, quid de partibus ſentias, ſcribas mihi. Ego enim vel cautior in continendo, vel conſtantior in edendo, ſi huc, vel illuc auctoritas tua acceſſerit.* Ea autem verba, *Nemo mihi &c.* apud omnes editos in praeced. capite habentur. Hocce vero incipit ab illis verbis: Cum *vero dicit &c.* Placuit imitari Benedictinos: quandoquidem potius ea verba, *Nemo &c.* novum ſermonem exordiuntur.

(*b*) *Tamen iſta temeritas non ſcientiae &c.* = De hac mortalium inſania, & malitia plura dici poſſent, niſi Lectoris faſtidium timeretur. S. D. in Enchiridio de Fide &c c. 17. = Non eſt „ tamen conſequens, ut continuo erret quiſquis aliquid neſcit; ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire quod neſcit &c. Sed diligentius conſiderata veritate, cum aliud nihil ſit errare, quam verum putare quod falſum eſt, falſumque quod verum eſt; vel certum habere pro incerto, incertumve pro certo, ſive falſum, ſive ſit verum &c.] Hinc docent Theologi, & fidem impetere eum, qui Fidei dogmata inficietur: & alterum, qui minime ad Fidem ſpectantia, ac ſi ſpectarent, decantat. Item, propoſitionem ſeſe veram, ratione iactantiae, qua praedicatur, vel cenſurae, quam in oppoſitam iacit, in falſam migrare, & cenſuras mereri: Ut ſi dicas, impios eſſe, vel caecos eos, qui Virginem ab originis labe tantummodo, non item a debito illam contrahendi eximunt; ab Eccleſia pellendos eos, qui unius eiusdem Virginis gratiam omnium Angelorum, hominumve gratiis ſimul iunctis non praeferunt: Prima ſiquidem opinio vix tenui probabilitate gaudet; poſterior autem eſt utique vehementer probabilis, & etiam forte probabiliſſima: at neutiquam certa, nec quidem certitudine Fidei, nec alia, quam Theologicam dicunt. Sic etiam falſae eſſent, & cenſuris percellendae hae, vel ſimiles propoſitiones: Certum eſt nomine *principii* Verbum, non temporis initium a Moyſe inſpectum: Error eſt docere, *caeli*, ac *terrae* vocibus ſpiritalem, & corporalem creaturam a Moyſe ſignificatam &c. De his monitis, haereticum eſſe, & negare Fidei dogmata, & quae nulla ratione ad Fidem ſpectant, velut talia praedicare, & ſimilibus vide, ſi placet, S. Tomam Opuſc. 10. in Prologo. Maior in 3. Sent. diſt. 37. q 36 De Lugo diſput. 2. de Fide; ſect. 3. n. 105. Durandum a S. Ponciano Praefat. comment. in Sent. Suareſium Ieſuitam diſput. 19. de Fide, ſect. 2. n. 21. & ſect. 6. n. 6. Boſſuetum. Lorcam 2. 2. q. 11. art. 2. diſput. 39. Veron. in reg. Fidei Cathol. c. 1. paragr. 3. ut omittam ſummos Eccleſiae viros, Tertull. de Praeſcript. Haeret. c. 6 Hilarium lib. 4. de Trinit. c. 14. Baſilium Epiſt. 60. ad Eccleſ. Antiochen. Gregor. Na-

[1] 1. Cor. 4. 6.

[2] Matth. 22. a v. 37.

Nazianz. Orat. 1. Eccleſiam Lugdun. lib. de tribus Epiſt. c. 12 13., & 24. Pro ſeq verbis, *veritas tua nec mea eſt, nec &c.* vide in Pſal. 75 ad v. 12.

(c) *Nec ego atque in te, nec tu in me, ſed &c.* = Franciſcus Mayro adeo barbaram ad hunc locum notam habet, ut nec facile conſtet quid velit. En ipſa verba. = Ex hoc dictu accipitur vali„ dum argumentum, quod lux aeterna „ eſt Intellectui concreata, ſicut lux „ corporalis, & viſui ratio videndi, non „ quidem ſicut obiectum viſus, ſed ſi „ cut oſtendens rem viſam. Sed attende „ quod iſta videtur ubique fuiſſe inten „ tio Auguſtini, tamen communiter a „ modernis Doctoribus non tenetur illa „ opinio. Et ideo dicitur ad rationem „ eius, quod quando duo vident unam „ veritatem, & non unus videt eam in „ alio, ſed quilibet in ſeipſo, cum ha„ beant ſpecie. repreſentantes eadem ob „ iecta: & ideo cum unus videt id, „ quod dixit alius, eſt verum per ſpe„ cies rationis eiusdem, quas apud ſe „ habet. „

Querebatur olim Plinius Iunior Epiſt. lib. 8. Epiſt. 2. ad Calviſium Rufum, initio: *Alii in praedia ſua proficiſcuntur, ut locupletiores revertantur: ego ut pauperior.* Sic & Auguſtinus queri poteſt: Alii Commentatores habent, a quibus dilucidentur; defendantur; ego a quibus in alienos ſenſus detorquear, & impugner. Immo vero Mayro ſe, non commentatorem, ſed floſculorum, pulcherrimarum ſcilicet, nobiliſſimarumque veritatum collectorem eſſe ponderat. An vero floſculus, pulcherrima nobiliſſima veritas eſt doctrina illa, quae velut ex communi ſenſu improbatur, cuiuſque baſis, ut poteſt, convellitur?

Sed integrum hocce negotium conficiet S. Thomas Scholarum Angelus, & V. Eccleſiae Doctor, qui 1. p. q. 12. art. 11. ſtatuens, *Deum in hac vita per eſſentiam videri non poſſe*, hoc ſibi argumentum tertio loco obiicit = Illud, „ in quo alia omnia cognoſcimus, & per „ quod de aliis iudicamus, eſt nobis ſe„ cundum ſe notum. Sed omnia etiam „ nunc in Deo cognoſcimus: Dicit enim „ Auguſtinus 12. Confeſſ. *Si ambo vi„ demus verum eſſe quod dicis, & ambo „ videmus verum eſſe quod dico: ubi „ quaeſo illud videmus? nec ego in te, „ nec tu in me: ſed ambo in ipſa, quae „ ſupra mentes noſtras eſt incommutabili „ veritate.* Idem etiam in lib de vera „ religione dicit quod ſecundum verita„ tem divinam de omnibus iudicamus. „ Et 12. de Tri. dicit, quod rationis eſt „ iudicare de iſtis corporalibus ſecundum „ rationes incorporales, & ſempiter„ nas. Quae niſi ſupra mentem eſſent, „ incommutabiles profecto non eſſent. „ Ergo & in hac vita ipſum Deum vi„ demus.] Tali argum. ita reſpondet. „ Ad 3 dicendum quod omnia dicimur „ in Deo videre, & ſecundum ipſum de „ omnibus iudicare, in quantum per „ participationem ſui luminis cognoſci„ mus, & diiudicamus. Nam & ipſum „ lumen naturale rationis participatio „ quaedam eſt divini luminis. ſicut etiam „ omnia ſenſibilia dicimus videre, & iu„ dicare in ſole, ideſt per lumen ſolis. „ Unde dicit Auguſt. 1. Solilog Diſci„ plinarum ſpectamina videri non poſ„ ſunt, niſi aliquo velut ſuo ſole illu„ ſtrentur, videlicet Deo. Sicut ergo „ ad videndum aliquid intelligibiliter, „ non eſt neceſſarium quod videatur eſ„ ſentia. „

Doctius autem preſſiuſque ad textum hunc dilucidandum q 84. ar. 5. per totum, ubi ſtatuit, *animam cognoſcere res omnes in rationibus aeternis*: ex quo haud piget hic plura dare. = Sed „ contra eſt quod dicit Auguſtinus 12. „ Confeſſ. *Si ambo videmus verum eſſe „ quod dicis &c. incommutabili veritate*, „ Veritas autem incommutabilis in aeter„ nis rationibus continetur; ergo anima „ intellectiva omnia vera cognoſcit in ra„ tionibus aeternis. Reſpondeo dicendum „ quod ſicut Auguſt. dicit in 2. de do„ ctr. Chriſt qui philoſophi vocantur, „ ſi qua forte vera, & fidei noſtrae ac„ commoda dixerunt, ab eis tanquam ab „ iniuſtis poſſeſſoribus in uſum noſtrum „ vendicanda ſunt. Habent enim doctri„ nae Gentilium quaedam ſimulata, & „ ſuperſtitioſa figmenta, quae unuſquiſque „ noſtrum de ſocietate Gentili m exiens „ debet evitare; & ideo Auguſt. qui „ doctrinis Platonicorum imbutus fuerat, „ ſi qua invenit fidei accomoda in eo„ rum dictis aſſumpſit: quae vero in„ venit fidei noſtrae adverſa, in melius „ commutavit. Poſuit autem Plato (1), „ ſicut ſupra dictum eſt, formas rerum „ per ſe ſubſiſtere a materia ſeparatas, „ quas ideas vocabat, per quarum par- tici-

(1) Vt patet ex l. 1. Met. l. 6. in Art.

„ ticipationem dicebat intellectum no
„ ſtrum omnia cognoſcere: ut ſicut ma
„ teria corporalis per participationem i-
„ deae lapidis ſit lapis, ita intellectus noſter
„ per participationem eiusdem ideae co-
„ gnoſceret lapidem. Sed quia videtur eſſe
„ alienum a fide, quod formae rerum
„ extra res per ſe ſubſiſtant abſque ma
„ teria, ſicut Platonici poſuerunt, di-
„ centes per ſe vitam, aut per ſe ſa
„ pientiam eſſe quasdam ſubſtantias crea-
„ trices, ut Dion. dicit 11. c. de div.
„ nom. Ideo Auguſt. in l. 83. q. poſuit
„ loco harum idearum, quas Plato po
„ nebat, rationes omnium creaturarum
„ in mente divina exiſtere, ſecundum
„ quas omnia formantur, & ſecundum
„ quas etiam anima humana omnia co-
„ gnoſcit. Cum ergo quaeritur utrum
„ anima humana in rationibus aeternis
„ omnia cognoſcat, dicendum eſt, quod
„ aliquid in aliquo dicitur cognoſci du-
„ pliciter. Uno modo ſicut in obiecto
„ cognito, ſicut aliquis videt in ſpeculo
„ ea, quorum imagines in ſpeculo re
„ ſultant: & hoc modo anima in ſtatu
„ praeſentis vitae non poteſt videre om
„ nia in rationibus aeternis: ſed ſic in
„ rationibus aeternis cognoſcunt omnia
„ beati, qui Deum vident, & omnia
„ in ipſo. Alio modo dicitur aliquid co
„ gnoſci in aliquo, ſicut in cognitionis
„ principio, ſicut ſi dicamus quod in
„ ſole videntur ea, quae videntur per
„ ſolem: & ſic neceſſe eſt dicere quod
„ anima humana omnia cognoſcat in ra-
„ tionibus aeternis, per quarum parti-
„ cipationem omnia cognoſcimus. Ipſum
„ enim lumen intelletuale, quod eſt in
„ nobis, nihil eſt aliud, quam quaedam
„ participata ſimilitudo luminis increati,
„ in quo continentur rationes aeternae.
„ Unde in Pſal. 4. dicitur, *Multi di*
„ *cunt, Quis oſtendit nobis bona?* Cui
„ quaeſtioni Pſal reſpondet, dicens,
„ *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus*
„ *tui Domine*. Quaſi dicat, Per ipſam
„ ſigillationem divini luminis in nobis de-
„ monſtrantur. Quia tamen praeter lumen
„ intellectuale in nobis exiguntur ſpe
„ cies intelligibiles a rebus acceptae, ad
„ ſcientiam de rebus materialibus ha-
„ bendam, ideo non per ſolam parti-
„ cipationem rationum aeternarum de
„ rebus notitiam habemus: ſicut Plato-
„ nici poſuerunt, quod ſola idearum
„ participatio ſufficit ad ſcientiam ha-
„ bendam. Unde Auguſt dicit in 4.
„ de Trinit. Numquid quia Philoſophi
„ documentis certiſſimis perſuadent ae-
„ ternis rationibus omnia temporalia fie-
„ ri, propterea potuerunt in ipſis ratio-
„ nibus perſpicere: vel ex ipſis colligere
„ quot ſunt animalium genera, quae ſe-
„ mina ſingulorum? Nonne iſta omnia
„ per locorum, ac temporum hiſtoriam
„ quaeſierunt? Quod autem Auguſtinus
„ non ſic intellexerit omnia cognoſci in
„ rationibus aeternis, vel in incommutabili
„ veritate, quaſi ipſae rationes aeternae
„ videantur: patet per hoc quod ipſe
„ dicit in lib. 83. q. q. rationalis anima
„ non omnis, & quaecumque, ſed quae
„ ſancta, & pura fuerit, aſſeritur illi
„ viſioni, ſcilicet rationum aeternarum
„ eſſe idonea: ſicut ſunt animae bono-
„ rum. Et per hoc patet reſponſio ad
„ abiecta. „

Haec, & ſimilia tradit S. Thomas & alibi ſatis frequenter: ut eadem 1. p. q. 88. ar. 3. ad 1. & Quodlib. 10. q. 4. ar. 7. Nunc ad Mayronem: Tam eximiae, nobileſque SS. Auguſtini, & Thomae doctrinae, quas re vera flosculos appellare poſſumus, quomodo evertuntur? *Dicitur*, inquit, *ad rationem eius, quod quando &c. eſt verum per ſpecies rationis eiusdem*. Quid igitur? Quid ex hoc? ſpecierum ſubſidium, neceſſitatem ne non inficiamur; At ſicut ſpecies exterior miniſterium lucis exterioris non repellit, ſed poſtulat; cur ſpecies ſecreta, menti ſcilicet inſidens, eiusdem rationis lucem non poſtulabit? Ea vero lux ſit diverſae, vel eiusdem ſpeciei in me, & in te, quum idem obiectum attingimus, nihil ad Auguſtinianam doctrinam infringendam; ſit ea a rationibus aeternis, vel incommutabili veritate deſcendat. Ceterum ea Auguſtini doctrina, etiam uſque ad paradoxum & delirium amplificata, a iunioribus Philoſophis pluribus velut pro aris ac focis propugnatur.

CAPUT XXVI.

ARGUMENTUM.

Aliam diverſarum opinionum clamores ſedandi rationem vero perſimilem offert: Docens cenſeri poſſe, Moyſem tanta auctoritate ſupra omnes quotquot dederat, aut datura erat natura magiſtros, & ad beneficium tot gentium, nedum loco, ſed & tempore maxime ſemotarum Geneſim ſeribentem, tot ſuis verbis implicaviſſe ſenſus, & arcana: ut nihil non inſpexerit eorum, quae religioſi interpretes aut doctiſſimi, aut etiam rudes dicere valeant. Certe Auguſtinus in Moyſis hypotheſi conſtitutus, iis de cauſſis, tot oculos in ſuis verbis a Deo poſtulaviſſet.

ET tamen ego, Deus meus celſitudo humilitatis meae, & requies (*a*) laboris mei, qui audis confeſſiones meas, & dimittis peccata mea (1), quoniam tu mihi praecipis ut diligam proximum meum ſicut me ipſum, non poſſum minus credere de Moyſe fideliſſimo famulo tuo, quam mihi optarem, ac deſiderarem abs te dari muneris, ſi tempore illo natus eſſem quo ille, eoque loco me conſtituiſſes, ut per ſervitutem cordis ac linguae meae, litterae illae diſpenſarentur, quae tanto poſt eſſent omnibus gentibus profuturae, & per univerſum orbem tanto auctoritatis culmine omnium falſarum ſuperbarumque doctrinarum verba ſuperaturae. Vellem quippe ſi tunc ego eſſem Moyſes, (ex eadem namque maſſa omnes venimus; & quid eſt homo niſi quia memor es eius? (2)) Vellem ergo ſi tunc ego eſſem quod ille, & mihi abs te Geneſeos liber ſcribendus iniungeretur, talem mihi eloquendi facultatem dari, & eum texendi ſermonis modum, ut neque illi qui nondum queunt intelligere quemadmodum Deus creat, tanquam excedentia vires ſuas dicta recuſarent: & illi qui hoc iam poſſunt, in quamlibet veram ſententiam cogitando veniſſent, eam non praetermiſſam in paucis verbis tui famuli reperirent; & ſi alius aliam vidiſſet in luce veritatis, nec ipſa in eisdem verbis (*b*) intellgenda deeſset.

(*a*) *Celſitudo humilitatis meae, & requies &c.* = Duo haec a Virgine, & eius Unigenito accepimus. Lucae 1. 52. *Depoſuit &c. & exaltavit humiles*. Matth. 11. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & oneratis eſtis, & ego reficiam vos*. = *Ut per ſervitutem cordis, ac linguae meae*. Hinc David Pſ. 44. 2. *Lingua mea calamus ſcribae velociter ſcribentis*. Eſt enim Propheta Spiritus-Sancti inſtrumentum tametſi agatur non ſolum, ſed & agit. Immo, in ſimplici inſtinctu prophetico agitur, & non agit.

(*b*) *Nec ipſa in eisdem verbis &c.* = S. Thomas q. 4 de Potentia Dei, art. 1. *Utrum creatio materiae informis &c.* in corp. adeo egregie, & exacte ad hanc rem loquitur, ut integrum eius ſermonem non recitare dedeceat; inquit ergo, praecedentes etiam Auguſtini doctrinas confirmans. = Reſpondeo dicen„dum quod ſicut dicit Auguſtinus 12. „Confeſſionum circa hanc quaeſtionem „poteſt eſſe duplex diſceptatio. Una de „ipſa rerum veritate: Alia de ſenſu litte„rae, qua Moyſes divinitus inſpiratus „principium mundi nobis exponit. Ad „primam diſceptationem duo ſunt vitan„da, quorum unum eſt, ne in hac „quaeſtione aliquid falſum aſſeratur, prae„cipue quod veritati fidei contradicat. „Aliud eſt ne quicquid verum aliquis „eſſe crediderit, ſtatim velit aſſerere, „hoc ad veritatem fidei pertinere: quia „ut

(1) Pſal. 24. 18.

(2) Pſal. 8. 6.

„ ut Auguſtinus dicit 12. Confeſſionum: Obeſt ſi ad ipſam doctrinae pietatis formam pertinere arbitretur falſum, ſcilicet quod credit, & pertinacius aſfirmare audeat quod ignorat. Propter hoc autem obeſſe dicit, quia ab infidelibus veritas fidei irridetur, cum ab aliquo ſimplici, & fideli tanquam ad fidem pertinens proponitur aliquid, quod certiſſimis documentis falſum eſſe oſtenditur, ut etiam dicit 1. ſuper Gen. ad litera. Circa ſecundam diſceptationem duo etiam ſunt vitanda: quorum primum eſt, ne aliquis id quod patet eſſe falſum dicat in verbis Scripturae, quae creationem rerum docet, debere intelligi: Scripturae enim divinae a Spiritu Sancto traditae non poteſt falſum ſubeſſe, ſicut nec fidei, quae per eam docetur. Aliud eſt ne aliquis ita Scripturam ad unum ſenſum cogere velit, quod alios ſenſus, qui in ſe veritatem continent, & poſſunt ſalva circumſtantia literae Scripturae aptari, penitus excludantur: hoc enim ad dignitatem divinae Scripturae pertinet, ut ſub una litera multos ſenſus contineat, ut ſic & diverſis intellectibus hominum conveniat, & unusquiſque miretur ſe in divina Scriptura poſſe invenire veritatem, quam mente conceperit. Et per hoc etiam contra infideles facilius defendatur; dum ſi aliquid, quod quiſque ex ſacra Scriptura velit intelligere falſum apparuerit, ad alium eius ſenſum poſſit haberi recurſus: unde non eſt incredibile Moyſi, & aliis ſacrae Scripturae auctoribus hoc divinitus eſſe conceſſum, ut diverſa vera, quae homines poſſent intelligere, ipſi cognoſcerent, & ea ſub una ſerie literae deſignarent, ut ſic quilibet eorum ſit ſenſus auctoris, unde ſi etiam aliqua vera ab expoſitoribus ſacrae Scripturae literae aptentur, quae auctor non intelligit, non eſt dubium, quin Spiritus-Sanctus intellexerit, qui eſt principalis auctor divinae Scripturae. Unde omnis veritas, quae ſalva literae circumſtantia, poteſt divinae Scripturae aptari, eſt eius ſenſus. His ergo ſuppoſitis, ſciendum eſt quod diverſi expoſitores ſacrae Scripturae diverſos ſenſus ex principio Geneſ. acceperunt, quorum nullus fidei veritati repugnat &c „

Vide etiam eumdem, ſi placet, Quodlib. 7. ar. 16 & 1. p. q. 1. ar. 10 ubi etiam, ſcilicet argum 1. ſibi obiecit, & diſſolvit difficultatem quamdam, paucis verbis quidquid moroſa cantilena dicebat c. 17. A. *Pheropomus*, complectentem.

C A P U T XXVII.

A R G U M E N T U M.

Et metaphora, ut brevis Scriptoris Sacri ſermo pluribus variorum ſenſuum copiam exhibere poſſit ediſſerit. Et fons quippe modico loco detentus uberrimus multiplicibus rivis in ampliora ſpatia fluxum miniſtrat. At vera quoniam rivuli a fontis puritate ſolent excidere, nonnulli ea Geneſeos verba ita excipere videntur, quaſi novo repentino motu, voce ſonante, veniente, & abeunte, Deus molis haud expers, extra ſeipſum, caelum terramque formaverit. Quibus tamen utpote rudibus, & interim quidquid factum vident in Deum revocantibus minime iraſcitur: ſed Angeli patrocinium deſiderat, quo ſemper modeſti, & propriae infirmitatis conſcii, quaſi implumes pulli uſque ad pennarum tempus in nido deliteſcant.

SIcut enim fons in parvo loco uberior eſt, pluribuſque rivis in ampliora ſpatia fluxum miniſtrat, quam quilibet eorum rivorum, qui per multa locorum ab eodem fonte deducitur; ita narratio diſpenſatoris tui ſermocinaturis pluribus profutura parvo ſermonis modulo ſcatet fluenta liquidae veritatis, unde ſibi quiſque verum quod de his rebus poteſt, hic illud, ille illud, per longiores loquelarum anfractus trahat. Alii enim cum haec verba legunt vel audiunt, cogitant Deum quaſi hominem,

aut

Digitized by Google

aut quaſi aliquam molem (*a*) immenſa praeditam poteſtate novo, quodam & repentino placito, extra ſe ipſam, tanquam locis diſtantibus fecisſe caelum & terram, duo magna corpora ſupra & infra, quibus omnia continerentur. Et cum audiunt, Dixit Deus, Fiat illud, & factum eſt illud, cogitant verba coepta & finita, ſonantia temporibus atque tranſeuntia, poſt quorum tranſitum ſtatim exſiſtere quod iuſsum eſt ut exſiſteret: & ſi quid forte aliud hoc modo ex familiaritate carnis opinantur. In quibus adhuc parvulis animalibus dum iſto humillimo genere verborum tanquam materno ſinu eorum geſtatur infirmitas, ſalubriter aedificatur fides, qua certum habeant, & teneant Deum fecisſe omnes naturas, quas eorum ſenſus mirabili varietate circumſpicit. Quorum ſi quiſpiam quaſi vilitatem dictorum aſpernatus, extra nutritorias cunas (*b*) ſuperba imbecillitate ſe extenderit, heu cadet miſer. Et Domine Deus miſerere, ne implumem pullum (*c*) concalcent qui tranſeunt viam; & mitte Angelum tuum, qui eum reponat in nido, ut vivat donec volet.

(*a*) *Aut quaſi aliquam molem &c.* = Hic S. D. non de quibuſcumque, ut in praecedentibus, ſed de rudibus Scripturae Interpretibus loquitur. Item, non de illis, qui tales ineptias ſerio docent, ſed de piis Fidelibus, qui eas imaginatione concipiunt. Vix eſt in Eccleſia mulierecula, quae ignoret, Angelos corporis, ſaltem vulgaris, & craſſioris expertes eſſe. At id quidem ratione; interim tamen eoſdem ſpiritus ceu formoſos, venuſtos, & pulcherrimos iuvenes Catholicorum rudiores meditantur. Talibus quis Theologorum, qui eruditioni prudentiam iungat, indignabitur? Qua autem voce dixerit Deus, *Fiat*, liquet ex dictis lib. 11. c. 7. D.

(*b*) *Extra nutritorias cunas &c.* = Geminam id expoſitionem pati poſſe videtur; Extra ſimplicitatem ſuam, tentans altiſſima, ſuas vires longe excedentia arcana perſcrutari: hic equidem cadet: dicitur enim Prov. 25. 27. *Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria*. Et Eccleſ. 3. 22. *Altiora te ne quaeſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris*. Vel: Si quis non bene in ſacra Scientia eruditus, craſſiori modo, iuxta dicta, Geneſeos verba exceperit, & his offenſus, Scripturae, & Eccleſiae valedixerit, miſere cadet. Id, ſi bene memini, contigit ipſi Auguſtino iuniori.

Mirum haec ſilentio omiſiſſe *Pherepunum*: & non ſuſpicatum inſpexiſſe hic Auguſtinum Icari, Daedali filii impudentiam, qui iuxta fabulas, quum ultra patris iuſſa, alarum fiducia fretus altius evolaſſet, eſſetque cera, qua pennae iungebantur, proximi ſolis ardore liquefacta, prolapſus eſt in mare, inter Samum, & Myconem conſtitutum: *Icarium* ea de cauſſa appellatum: *Icarus Icariat nomine fecit aquas*: ut Ovidius 3. Triſt. el. 1. v. 90. fabulatur. Vide & 8. Metam. Vel meditatum Auguſtinum Phaethontis Solis filii audaciam, qua puerili aetate, & aurigandi imperitus, eum vel uno die paterni currus habenas moderari geſtiret &c. Videat qui in ſomniis delicias habet, Ovidium 2. Metam. & etiam Cicer. 3. Offic. & 3. de Natura Deorum.

(*c*) *Ne implumem pullum &c.* = Integrae huic allegoriae haud modicam lucem conciliabunt quae ipſe S. Doctor habet Serm. 51. de Concord. Matth. & Lucae (Alias, 63. de Diverſ.) cap. 5 num. 6. = Loquor vobis, aliquando deceptus, cum primo puer ad divinas Scripturas ante vellem afferre acumen diſcutiendi, quam pietatem quaerendi: ego ipſe contra me perverſis moribus claudebam ianuam Domini mei: quum (1) pulſare deberem, ut aperiretur: addebam, ut clauderetur. Superbus enim audebam quaerere, quod niſi humilis non poteſt invenire. Quanto vos beatiores eſtis modo, quam ſecuri diſcitis, quam tuti (2), quicumque adhuc parvuli eſtis in nido fidei, & ſpiritalem eſcam accipitis. Ego autem miſer, cum me ad volandum idoneum putarem, reliqui nidum: & prius cecidi, quam volarem. Sed Dominus miſericors me

(1) MSS. *quam*.

(2) Sic Regius MS. a BB. viſus. At Lov. *quam utiliter*.

„ a tranſeuntibus ne eonculcarer, & „ morerer, levavit, & in nido repoſuit. „ Haec enim me perturbaverunt(*quae-* „ *dam in S. Scriptura, in ſpeciem ab* „ *ſurda, vel falſa*) quae modo vobis „ ſecurus in nomine Domini & propo- „ no, & expono.

Hae autem metaphorae omnes ex Scriptura deprompta ſunt: in qua ſaepe de pullis, & de tranſeuntibus viam. Pſal. 83. v. 4. *Etenim paſſer invenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos*. De quo plura S. D. ſuo loco: & inter alia haec n. 7. in fine. = Permanendo ergo in fide, ipſa fi- „ des nidus eſt pullorum tuorum. Nam „ propter infirmitatem pullorum turturis „ tuae dignatus eſt Dominus praebere „ tibi unde nidum faceres: indutus eſt „ enim foeno carnis, ut ad te veniret. „ In iſta fide pone pullos tuos, in iſto „ nido operare opera tua. Qui enim „ ſunt nidi, vel quis eſt nidus, ſequi- „ tur ſtatim: *Altaria tua, Domine virtu-* „ *tum &c.*] Pſal. 83. 42. *Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam &c* Tranſeuntes autem viam, qui conculcant pullum ſuperbum &c. ſunt miniſtri inferorum: & homines perditae fidei,

C A P U T XXVIII.

A R G U M E N T U M.

Si Scriptura rudibus Fidelibus nidus eſt, ubi ceu implumes pulli tuti deliteſcant: eſt vero doctis nobile pomarium, ex quo eximios poſſint fructus excerpere. Videns quippe cum ea Geneſeos verba meditantur, ſua Deum ſtabilitate cuncta vel praeterita, vel futura tempora cingere, & ſuperare; & quidquid eſt, ex eius potentia fluxiſſe; eiuſque voluntatem, utpote a ſubſtantia minime diverſam, ad creaturarum, quarum quaelibet bona eſſet, optimus autem integer chorus, novum adceſſum nullam prorſus mutationem paſſam. Sed quis Eruditorum obſervationes omnes numerabit? Hic principii nomine, Sapientiam; Ille conditarum rerum exordium intelligit; Alius per caelum, & terram, creabilem caeli, terraeque materiam; Alius formatas naturas expreſſas opinatur. Nec deſunt qui caeli nomine naturam angelicam formatam: terrae vero naturam corpoream informem deſignatam velint. Quod autem praeclarius eſt: tum qui caeli terraeque vocibus informem materiam utriuſque: tum qui res ipſas iam compactas excipiunt, non uno modo ſua ipſorum placita digerunt: ſed geminis ſcholis in indices plures diviſis: variis diverſiſque acutis praeciſionibus eaſdem ſententias traditas vides.

I. ALii vero quibus haec verba non iam nidus, ſed opaca fructeta ſunt (*a*), vident in eis latentes fructus & volitant laetantes, & garriunt ſcrutantes, & carpunt eos. Vident enim cum haec verba legunt vel audiunt, tua Deus aeterna & ſtabili permanſione cuncta praeterita & futura tempora ſuperari; nec tamen quidquam eſſe temporalis creaturae, quod tu non feceris; cuius voluntas quia id eſt quod tu, nullo modo mutata, vel quae antea non fuiſſe exorta voluntate fecisti omnia; non de te (*b*), ſimilitudinem tuam formam omnium, ſed de nihilo diſſimilitudinem informem, quae formaretur per ſimilitudinem tuam, recurrens in te unum pro (*c*) captu ordinato, quantum cuique rerum in ſuo genere datum eſt; & fierent omnia bona valde, ſive maneant circa te, ſive gradatim remotiori diſtantia per tempora & locos pulcras narrationes (*d*) faciant aut patiantur. Vident haec, & gaudent in luce veritatis tuae, quantulum hic valent.

II. Et alius eorum intendit in id quod dictum eſt, In principio fecit Deus, & reſpicit Sapientiam Principium, quia & loquitur ipſa nobis. Alius itidem intendit in eadem verba, & principium intelligit exordium rerum conditarum, & ſic accipit, In principio fecit; ac ſi diceretur, primo fecit. Atque in eis qui intelligunt, In principio, quod in Sapientia feciſti caelum & terram, alius eorum ipſum caelum & terram, creabilem materiam caeli & terrae, ſic eſse credit cognominatam: alius iam formatas diſtinctaſque naturas; alius unam formatam, eamdemque ſpiritalem caeli nomine; aliam informem corporalis materiae, terrae nomine. Qui autem intelligunt in nominibus caeli, & terrae, adhuc informem materiam, de qua formaretur caelum & terra, nec ipſi uno modo id intelligunt; ſed alius unde conſummaretur intelligibilis ſenſibiliſque creatura; alius tantum unde ſenſibilis moles iſta corporea, ſinu grandi continens perſpicuas promtaſque naturas. Nec illi uno modo qui iam diſpoſitas digeſtaſque creaturas caelum & terram vocari hoc loco credunt; ſed alius inviſibilem atque viſibilem; alius ſolam viſibilem, in qua luminoſum caelum ſuſpicimus, & terram caliginoſam, quaeque in eis ſunt.

(a) *Non iam nidus, ſed opaca fructeta ſunt* = Prima Geneſeos verba iuxta vulgarem tantum, trituos Eccleſiae ſenſum accepta, quatenus ſimpliciter innuunt: omnes creaturas ab uno, ſummo, vero, Deo initium habuiſſe, nidus ſunt rudibus Fidelibus, quia in eis ſua ipſorum fides altiora non quaerens conſervatur. Vocem, *fructetum*, uſurpat etiam S. D. l. 1. de Civit. Dei, c. 20. ſub finem: *Si propterea non accipiamus hoc dictum eſſe de froctetis, quia nullus eſt eis ſenſus &c.* Quod sequum fuit obſervare, quia in nonnullis Confeſſionum codicibus ea vox corrupta legitur.

(b) *Nos de te* = Ita Vet. Er. MS. S. Mar. Feſ. Car. & BB. qui nihil admonent. At Som. *de re.* Tum codicum auctoritate cum ratione communis lectio ſtabilitur. Hic enim Auguſtinus manifeſte ſomnium Manichaeorum, blaterantium ex Divina ſubſtantia creaturas compactas, percellit.

Similitudinem tuam = Dei cenſeo ideas, vel aeternas rationes. His ſiquidem Deus creaturas producit, ut cum Schola loquar, veluti cauſſis formalibus. Nempe, creaturae aptantur ſempiternis Dei ideis, vel rationibus.

Sed de nihilo diſſimilitudinem, informem. = De creatura loquitur in ſola materia conſtituta. Dicitur, *diſſimilitudo*, quia Deus eſt ſimpliciſſimus actus; creatura vero licet ratione formae aliquem involvat actum, quo Deo utcumque ſimilis eſt; tamen quaelibet plurimum habet vel materiae, vel potentiae, & compoſitionis: & ratione hac diſſimilis admodum Deo eſt.

(c) *Recurrens in te unum pro &c.* = Omnia ſiquidem in Deum velut in centrum, principium, & finem recurrunt. At non ſingula eodem captu, eademque ratione. Quam enim nobilius in Deum recurrit creatura intellectualis, ac animalis, vel corporea? = *Et fierent omnia bona valde.* = Licet enim haec creatura uno modo, illa vero alio in Deum recurrat; adhuc omnea ſimul iunctae inſignem ſplendorem involvunt. Accipe & verba eiuſdem S. D. lib. de bono Viduit. ad Iulianam vid. c. 6. n. 9. = Ideo fecit Deus omnia, & ecce bona
„ valde: non tantum bona, ſed etiam val-
„ de; non ob aliud, niſi quia omnia. Nam
„ & per ſingula opera dicebatur, *Vidit*
„ *Deus quia bonum eſt* (1). Vbi autem
„ *omnia* nominata ſunt, additum eſt *val-*
„ *de*; & dictum eſt: *Vidit Deus omnia,*
„ *quae fecit, & ecce bona valde* (2). Me-
„ liora enim quaedam ſingula, quam alia
„ ſingula: ſed meliora ſimul omnia,
„ quam quaelibet ſingula.

(d) *Pulcras narrationes,* = Benedictini legunt, *variationes*: qui tamen, ut ſunt ingenui, haec deponunt = Ita Lov.
„ ſed alii libri editi, & ſcripti habent,
„ *narrationes*, excepto MS. Benigniano,
„ qui pro ea voce ſubſtituit, *rationes.*
Equidem lectio illa, ſi nudam rationem

ſpe-

(1) Gen. 1. 31.

(2) Gen. 1. 10.

ſpecies, minime contemnenda eſt; loquitur enim Auguſtinus hic non de illa, vel hac creatura, ſed de omnium ordine, ac foedere; talium vero pulcritudo ex variatione maxime exſurgit: iuxta illud Quintil. l. 2. c. 12. *Reficit animos, ac reparat varietas*. Et id iam in proverbium abiit: *Il Mondo è bello, perchè è vario*. De quo argumento S. D. lib. de Vera Relig. cap. 40., & 41. ideſt n. 76., & 77. Adhuc vero data lectio tenenda eſt; eam ſiquidem commendant etiam Vet. Am. MS. S. Mar. Feſ. Car. & Ricar. habetque iuſtum ſenſum; *Narrationes* enim hic accipiendae ſunt, ut Schola loquitur, obiective; quatenus ſcilicet creaturae nos provocant ad pulcris narrationibus Creatoris potentiam celebrandam: iuxta illud Pſal. 18. 1. *Caeli enarrant gloriam Dei*.

Verbis illis, quae paullo ante protulit, *ſive maneant circa te*, Angelos, maxime ante Deum adſtantes deſignavit.

C A P U T XXIX.

A R G U M E N T U M.

Quanquam ex tam ſplendido diverſarum opinionum adparatu gaudiam ipſe, voluptatemve capiat; eos tamen, qui Gen. verba, In principio fecit: *interpretatione ſic reddunt*, primo fecit: *ſedulo admonet, ut caeli, & terrae nominibus horum tantum materias excipiant: ne mox integra conſummata operis materia, non habeant quod reliquo divinae actionis permittant. At vero qui huic obtemperans monito, informem inde formatam materiam intuetur, bene calleat oportet: quid ſit aeternitate: quid tempore: quid electione: quidve origine unum ab alio praecedi. Interim S. D. aptis elegantibusve exemplis ſingulas eas difficultates ſub meridiana luce conſtituit: & velut digito prodit ut materia formam praecedat.*

AT ille qui non aliter accipit, In principio fecit, quam ſi diceretur, primo fecit, non habet quomodo veraciter intelligat caelum & terram, niſi materiam caeli & terrae intelligat, videlicet univerſae, id eſt intelligibilis corporaliſque creaturae. Si enim iam formatam velit univerſam; recte ab eo quaeri poterit, ſi hoc primo fecit Deus, quid fecerit deinceps; & poſt univerſitatem non inveniet; ac per hoc audiet invitus, Quomodo illud primo, ſi poſtea nihil? Cum vero dicit primo informem, deinde formatam, non eſt abſurdus, ſi modo eſt idoneus diſcernere quid praecedat aeternitate, quid tempore, quid electione, quid origine. Aeternitate, ſicut Deus omnia; tempore ſicut flos fructum; electione, ſicut fructus florem; origine, ſicut ſonus cantum. In his quatuor primum & ultimum quae commemoravi, difficillime intelliguntur; duo media facillime. Namque rara viſio eſt & nimis ardua conſpicere, Domine, aeternitatem tuam incommutabiliter mutabilia facientem, ac per hoc priorem. Quis deinde ſic acuto cernat animo, ut ſine labore magno dignoſcere valeat, quomodo ſit prior ſonus quam cantus, ideo quia cantus eſt formatus ſonus, & eſſe utique aliquid non formatum poteſt, formari autem quod non eſt, non poteſt? Sic eſt prior materies, quam id quod ex ea fit; non ideo prior quia ipſa efficit, cum potius fiat; nec prior intervallo temporis. Neque enim priore tempore ſonos edimus informe ſine cantu, & eos poſteriore tempore in formam cantici coaptamus,

mus,

mus, aut fingimus, ſicut ligna quibus arca, vel argentum quo vaſculum fabricatur. Tales quippe materiae tempore etiam praecedunt formas rerum, quae fiunt ex eis: at in cantu non ita eſt. Cum enim cantatur, auditur ſonus eius; non prius informiter ſonat, & deinde formatur in cantum. Quod enim primo utcunque ſonuerit, praeterit, nec ex eo quidquam reperies quod reſumtum arte componas: & ideo cantus in ſono ſuo veſtitur, qui ſonus eius, materies eius eſt. Idem quippe formatur ut cantus ſit; & ideo, ſicut dicebam, prior materies ſonandi, quam forma cantandi; non per faciendi potentiam (*a*) prior; neque enim ſonus eſt cantandi artifex, ſed cantanti animae ſubiacet ex corpore, de quo cantum faciat. Nec tempore prior; ſimul enim cum cantu editur. Nec prior electione; non enim potior ſonus, quam cantus, quando quidem cantus eſt non tantum ſonus, verum etiam ſonus ſpecioſus. Sed prior eſt origine, quia non cantus formatur ut ſonus ſit, ſed ſonus formatur ut cantus ſit. Hoc exemplo qui poteſt intelligat materiam rerum primo factam, & appellatam caelum & terram, quia inde facta ſunt caelum & terra; nec tempore primo factam, quia formae rerum exſerunt tempora, illa autem erat informis, iamque in temporibus ſimul animadvertitur, nec tamen de illa narrari (*b*) aliquid poteſt, niſi velut tempore prior ſit, cum pendatur extremior, quia profecto meliora ſunt formata, quam informia, & praecedatur aeternitate (*c*) Creatoris, ut eſſet de nihilo, unde aliquid fieret.

(*a*) *Non per faciendi potentiam.* = Sequimur BB. qui ita loquuntur. = E„ diti, *perficiendi potentia*, refragantibus „ MSS. quorum lectionem amplectimur.] Verum, nobiſcum ſunt nedum MSS. Feſ., & Carn. ſed & editio Vet. & Som. Licet MSS. Ricar. & S. Mar. editis ſuffragentur. Propemodum autem inter textus nobis favet; at potiſſimum ſuperior ille circa med. cap. *non ideo prior quia ipſa efficit, cum potius fiat.* = .

In hoc autem cap. mira facilitate & elegantia explicat Auguſtinus: quae inſigni lectorum faſtidio, obſcure, barbare, & pluribus paginis vetuſtioris Scholae nedum alumni, ſed & duces quidam dixere.

(*b*) *Nec tamen de illa narrari &c.* = Ita Vet. MSS. quinque omnes denique tum editi, tum MSS. codices, & ipſi BB. qui tamen in imo margine haec obſervant. = Legendum videtur, *variari*; „ vult enim Auguſtinus quod ſicut ſonus „ origine praecedit cantum, qui ex eo „ formatur, ita materia *velut tempore*, „ ideſt origine praecedere debet, ut ali„ quid de illa variari poſſit.] Non placent: Nam I. ſoni, & cantus exemplum iam depoſitum erat. II. Obſervatio manifeſtiſſima, & ſolidiſſima contra omnium codicum auctoritatem vix praevalere poſſet; ea vero obſcura admodum eſt, & violenta. III. Dictis non admodum conſonum eſt, *velut tempore*, prius illud eſſe, quod praecedit origine. IV. Eius propoſitionis ſenſus naturalis, & facilis exhiberi poteſt; quid eſt igitur, quod in omnium codicum auctoritatem, nos armat? Eſt autem ſenſus huiuſmodi: De materia prima, ut tali, nempe, ut prius creata, ut principio compoſiti meditari, cogitare, diſputare, narrare aliquid non poſſumus: niſi eam formae, ſeu compoſito nedum origine, ſed velut tempore priorem concipiamus. Quam expoſitionem illae etiam voces primae, *nec tamen*, poſtulare videntur. Dixerat enim ſuſe, materiam praecedere formam origine, non tempore; nunc autem fere hoc pacto ſubſumit: Tametſi nonniſi origine praecedat, adhuc de ea loqui non poſſumus, niſi &c. Et id quidem univerſalibus doctrinis conforme eſt; Fatemur, non omne, quod praecedit, praecedere tempore; materiam ſimplicem potentiam eſſe; extra hunc orbem nihil inveniri; Angelos corporis expertes eſſe; Nihilominus quum ad haec meditationem adtollimus, facto quod docuimus improbamus; quod enim praecedit eo; quod praeceditur vetuſtius; materiam quaſi exiſtentem; orbem immenſis aeris ſpatiis circumſeptum; Angelos ceu vel ſubtiliſſimo praeditos corpore meditamur.

(*c*) *Et praecedatur aeternitate &c.* = Adſtipulamur Benedictinis, qui inquiunt, „ Sic

„ Sic MSS. & Arn. At. Bad. habet, „ *praecedantur*: Editi alii, *praecedunt*.] Nobiſcum ſunt etiam MS. S. Mar. Ricar. Feſ. & Car. Et merito: nec enim iſtud ſermonis membrum ad *formata*, vel *informia* refertur, ſed ad materiam: nititurque particulae, *niſi*; interpoſita autem membra cen digreſſinnes iacta ſunt; ut ſit ſenſus: Nec tamen de materia narrari aliquid poteſt, niſi quaſi prior tempore concipiatur; & niſi praecedatur aeternitate Creatoris &c. Primum propter mentis noſtrae infirmitatem; poſterius ſimpliciter, ſerioque poſtulatur. Non diſſimnlamos tamen poſteriorem hujus capitis partem nonnihil implicatam eſſe, & obſcuram. Vetuſtiſſima editio anni 1484. & MS. S. Cr. habent, *praecedantur*.

In Italicis verſionibus tam pingues errores occurrunt, ut riſum moveant. Eos tamen exhibere placuit, qui poſteriorem hunc ſermonem concernunt, ut ei interim maiorem lucem conciliaremus. In verſione ergo *Bernardi Indrinzoli*, quae, ſaltem ex nobis notis, omnium noviſſima eſt, ita legitur. = Nè fu
„ fatta prima di tempo, perchè la for-
„ ma delle coſe eſcludono i tempi; ma
„ quella era informe, e v' era con eſſa
„ anche il tempo. Nè di lei ſi può dir co-
„ ſ' alcuna ſe non ch' ella preceda di tem-
„ po, mentre la conſideriamo come un
„ maggior eſtremo; poichè le coſe for-
„ mate ſono migliori delle informi, e
„ precedono l' altre nella eternità del
„ Creatore, come ſarebbe il nulla, da
„ cui s' aveſſe a formar qualche coſa. „

An Hebraeus ſtolidius, & inſulentius traduxiſſet? I. *Prima di tempo*. Non inquit Auguſtinus, non ante tempos factam; ſed, *nec primo tempore factam*; Ideſt, *nè fatta nel primo tempo*, ſeu, *nel principio del tempo*. II. *Eſcludono i tempi*. Non inquit Auguſtinus, excludunt; ſed, *exerunt*: exſerere autem eſt, foras trahere, *tirar fuori*. Plinius l. 9. c. 32. *Exſerit ſe domitilio cochlea*. Sic dicimus, exſere enſem, exſere linguam; Unde ſic vertendum erat; *perchè le forme delle coſe ſono quelle, che tirano fuori i tempi*; Scilicet, iuxta dicta in ſuperioribus, & quidem non ſemel, & Angelum, & materiam a forma ſeiunctam temporum viciſſitudines ſubſtinere, pati non poſſe. III. *E v' era con eſſa &c*. Non dicit Aug. animadvertebatur, ſed, *animadvertitur*. Adverbium autem, *ſimul*, non adficit nomen, *temporibus*, ſed verbum, *animadvertitur*, vel, nomen formae, de qua dictum fuerat: ut hic ſenſus emergat: iamque, ſive, nunc vero eadem materia ſimul cum forma in temporibus conſtituta animadvertitur: vel, ſimul animadvertimus & materiam, & formam in temporibus conſtitutas; *Già*, vel, *ora poi la ſteſſa materia inſiememente colla forma poſta nel tempo ſi oſſerva*. Vel, *inſiememente e collo ſteſſo ſguardo oſſerviamo la materia, e la forma poſte nel tempo, ſotto del tempo, ſoggette alle vicende de' tempi*. IV. *Nè di lei &c*. Ubi coniunctio illa adverſativa, *tamen*? maxime quae non ad ornatum erat, ſed ad caeſpitationes tollendas: quae ſcilicet praecedentia velut moderabatur, & corrigebat. Dicendum igitur erat: *Nè però di lei &c*. V. *Se non che ella preceda &c*. Non inquit Auguſtinus, niſi quod; ſed, *niſi*, *velut*: adverbium autem, *velut*, idem ſonat, ac, *quaſi*; Adeoque ita debebat reddi: *Se non quaſi*, vel, *come ſe eſſa preceda &c*. iuxta dicta litt. B. VI. *La conſideriamo come &c*. Verba Auguſtini, *cum penſatur extremior*, hunc ſenſum habent: Licet aeſtimetur meritis extremior: *Benchè ſi giudichi ne meriti l' ultima*. VII. *E precedono l' altre*. Iam vidimus ultimo comment. legendum eſſe, *praecedatur*: quod refertur ad materiam: *E ſia preceduta*. VIII. *Nell' eternità*. Non inquit Auguſt. in aeternitate, ſed, *aeternitate*. *Dall' eternità*. IX. *Come ſarebbe il nulla*. Prorſus ſenſus corruptus eſt; ea verba, *ut eſſet de nihilo*, ita ſonant: ut produceretur, nempe materia, ex nihilo: *Acciò ſi produceſſe dal niente*.

In gratiam autem nimis ſimplicium, integrum nunc ſermonem illum, & quidem multiplicatis ſynonymis, Italice reddimus. = S' intenda fatta la materia pri-
„ ma della forma: ma non prima
„ di precedenza di tempo, o ſia nel
„ principio del tempo: poichè le ſole
„ forme delle coſe ſono quelle, che ti-
„ rano fuori, che reggono i tempi, che
„ ſono ſoggette alle vicende de' tempi:
„ e quella, cioè la materia, era allora
„ ſenza forma; e già: ora poi: benchè
„ ora inſieme colla forma s' oſſervi poſta
„ nel tempo, ſoggetta al tempo. Nè ſi
„ può penſare, ragionare di eſſa, ſe non
„ ſingendola come prima della forma;
„ non ſolo di precedenza d' origine,
„ ma anco di quella di tempo: benchè
„ ſi giudichi, e ſtimi, e ſia nel merito
„ l' ultima, od inferiore: poichè certa-
„ mente ſono migliori le coſe formate,
„ che le informi; e ſia preceduta dall'
„ eternità del Creatore, acciocchè ſi
„ produceſſe dal niente, dallo che poi,
„ o, dalla quale qualche coſa ſi fa-
„ ceſſe. „

CA.

CAPUT XXX.

ARGUMENTUM.

Optat ut praecedentium circa Geneſis verba iudiciorum diſcrepantia caritatis vinculo uniatur. Talis autem ipſe eſt, ut extra harum Confeſſionum inſtitutum cenſeat, preſſe, & acriter de Sacri Scriptoris mente diſputare; Id tantum ambiens, ut aequarum opinionum parentes divinam mutuis amoribus amicitiam foveant; Moyſem vero Geneſis ſcriptorem tali proſequantur obſequio, ut omnino exploratum habeant, eum id adtendiſſe quod in ſuis ipſius oraculis maxime luce veritatis, & fruge utilitatis excellit.

IN hac diverſitate ſententiarum verarum concordiam pariat ipſa veritas, & Deus noſter miſereatur noſtri (1), ut legitime lege utamur, praecepti fine, pura caritate (2). Ac per hoc ſi quis quaerit ex me, quid horum Moyſes ille tuus famulus ſenſerit, non ſunt hi ſermones confeſſionum mearum; ſi tibi non confiteor, neſcio; & ſcio tamen illas veras eſſe ſententias, exceptis carnalibus de quibus quantum exiſtimavi loquutus ſum: quos tamen bonae ſpei parvulos (*a*) haec verba libri tui non territant alta humiliter, & pauca copioſe. Sed omnes quos in eis verbis vera cernere ac dicere fateor, diligamus nos invicem, pariterque diligamus te Deum noſtrum fontem veritatis, ſi non vana, ſed ipſam ſitimus; eumdemque famulum tuum Scripturae huius diſpenſatorem, Spiritu tuo plenum ita honoremus, ut hoc eum te revelante, cum haec ſcriberet adtendiſſe credamus, quod in eis maxime & luce veritatis, & fruge utilitatis excellit.

(*a*) *Bonae ſpei parvulos.* = Parvulorum nomine nunc Catholici, nunc Catholicorum modeſti, atque pii in Divinis Scripturis deſignentur. Forte utroſque, at certe maxime poſteriores Auguſtinus hic intuetur.

Licet huius capitis ſermo planus, & obvius decurrat; adhuc tamen oſcitanter, totque puerilibus erroribus ab Italis redditur, ut & pellem, & carnem, & oſſa apud ipſos mutaſſe videatur. *Colla perfetta ubbidienza, e pura carità.* Ubi apud Auguſtinum nomen ſubſtantivum, *obedientia*, & adiectivum, *perfecta*? Item duo illa, *praecepti fine, pura caritate*, unum conceptum efficiunt: quandoquidem hoc illud exponit: & ſubintelligitur adverbium, *ſcilicet*, aut ſimile: ac ſi diceres, praecepti fine, ſcilicet pura caritate: *Del fine del precetto, cioè della pura carità.* II. *Ed allora ſe alcuno mi chiederà &c.* An id ſonant Aug. verba: *Ac per hoc ſi quis quaerit ex me?* Redde ſic: *E per ciò, laonde ſe alcuno mi ricerca.* III. *Toltine gli errori dell' umana infermità.* Verba, *exceptis carnalibus*, & ab infante reddi poterant: *eccetto*, vel, *eccettuate quelle ſentenze carnali.* IV. *E voi fate che abbiamo ſete di queſta, e non della vanità.* Non poſtulat eam ſitim Aug. ſed velut de exſiſtente loquitur: *ſi non vana ſed ipſam ſitimus; ſe non abbiam ſete delle vanità, ma della ſteſſa verità divina.* IV. *E che talmente onoriamo quel voſtro ſervo.* Ad hoc obſequium Catholicos exhortatur Aug. non de eo Deum obteſtatur; Unde dicendum eſt ſimpliciter: *e talmente onoriamo &c.* ſublato, *che.* VI. *Che crediamo averla egli ſcritta per voſtra rivelazione, ed aver avuto per propria ſcorta il lume della verità, e per unico fine il frutto dell' umana ſalvezza.* Fere quot verba, tot errores, ut pigeat, & hic etiam dedeceat eos anxie diſcutere: Accipe

(1) Pſal. 66. v. 1.

(2) 1. Tim. 1. 5.

cipe genuinam verſionem. = In guiſa „ onoriamo &c. ſtimiamo aver egli ſcri- „ vendo queſte coſe, per mezzo della „ tua illuſtrazione, ciò riguardato, che „ nelle medeſime aſſaiſſimo, e ſovra qua- „ lunque ſpoſizione và fornito della lu- „ ce di verità, e del frutto dell' uti- „ le. „

At parcendum ſtudio tam rudi, & vix non puerili: quod viri graves faſti. dio excipient, & forte etiam improbabunt.

CAPUT XXXI.

ARGUMENTUM.

Iterum inculcat quod cap. 26. ſtatuerat; & ea nempe ratione fruſtra, & immerito de Moyſis mente diſceptari: quod prudenter admodum, & religioſe cenſeri poſſit tantae lucis, & auctoritatis ſcriptorem quidquid verum eſt ſuis in oraculis inſpexiſſe. Talem quippe Moyſi Auguſtinus mentis amplitudinem tribuit, qualem ſibi ſimili auctoritatis culmine conſtituto a Numine poſtulaviſſet.

ITa cum alius dixerit, hoc ſenſit quod ego; & alius, Immo illud quod ego; religioſius me arbitror dicere, Cur non utrumque potius, ſi utrumque verum eſt? Et ſi quid tertium, & ſi quid quartum, ſi quid omnino aliud verum quiſpiam in his verbis videt, cur non illa omnia vidiſſe credatur, per quem unus Deus ſacras litteras vera & diverſa viſuris multorum ſenſibus temperavit? Ego certe, quod intrepidus de corde meo pronuntio, ſi ad culmen auctoritatis aliquid ſcriberem, ſic mallem ſcribere, ut quod veri quiſque de his rebus capere poſſet, mea verba reſonarent, quam ut unam veram ſententiam ad hoc apertius ponerem, ut excluderem ceteras, quarum falſitas me non poſſet offendere. Nolo itaque Deus meus, tam praeceps eſſe, ut hoc illum virum de te meruiſſe non credam. Senſit ille omnino in his verbis, atque cogitavit cum ea ſcriberet, quidquid hic veri potuimus invenire, & quidquid nos non potuimus aut nondum poſſumus, & tamen in eis inveniri poteſt (a).

(a) *Et tamen in eis inveniri poteſt.* = De hoc S. Thomam audivimus cap. 26. B. Accipe etiam verba S. Baſilii Prooemio vice cap. 1. oper. (1) de Spiritu-Sancto ad S. Amphilochium Iconii epiſc. *Eraſmo* interprete, poſt initium: *Nam haud oſcitanter audire ſermonem de rebus divinis diſſerentem, ſed conari quid in quaque dictione, quid in quaque ſyllaba reconditi ſenſus liceat perſcrutari, non eſt eorum, qui ſegnes ſunt ad pietatem &c.* Et ſub finem: *Quod ſi quis ridet noſtram circa ſyllabas, ut Pſalmi verbis utar, nugacitatem, ipſe quidem infrugiferum riſus ſui fructum metat: nos autem haudquaquam cedentes hominum conviciis &c.* Similia ſunt quae habet S. Ioann. Chryſoſtomus in Gen. 5. Homil. 21. initio. = Dici „ nequit Cariſſimi, quam multiplex the- „ ſaurus in verbis commodum lectis re- „ conditus ſit. Et ſcio quidem quod o- „ pinantur aliqui nihil amplius dici, quam „ illorum nominum enumerationem, & „ appellationem; ſpectant enim tales ad „ ſolam ſuperficiem. Ego autem omnes „ vos obſecro, ne ſimpliciter ea, quae „ in Scripturis-Sacris contenta ſunt tran- „ ſeatis. Nihil enim hic ſcriptum eſt, „ quod non multos ſenſuum habeat divitias.

(1) Quod Er. auſus eſt in dubium, & ſuſpicionem vocare: maxime circa poſtremam partem. Sed immerito, & contra communem ſenſum. Ut oſtendit Iſaacus Caſaubonus licet haeretic. Calvin. Exercit. 16. c. 43.

„ tias. Quandoquidem Divino-Spiritu „ afflati Prophetae loquuti ſunt, ideo „ uti a Spiritu ſcripta ingentem in ſe „ continent theſaurum &c. Neque enim „ vel ſyllaba, vel apiculus eſt in Sacris „ Litteris, in cuius profundo non ſit „ grandis quiſpiam theſaurus.] Sed laudari ſolent in hanc rem eiusdem Chryſoſt. Homiliae duae in cap. 4. Epiſt. 2. ad Cor. & 7. in 1. ad Cor. S. Hieronymus autem Epiſt. 103. ad Paolinum preſbyt. ante finem: *Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito voluminis. Laus omnis inferior eſt: in verbis ſingulis multiplices latent intelligentiae.* Et in Ezechielem cap. 2. ſub finem: *Neque enim fieri poteſt, ut humana natura totos libri huius theſauros devoret.* Similia ſunt quae habet in cap. 12. Daniel. ante med. ad illa verba v. 4. *Tu autem claude ſermones &c.*

Denique, Scripturam plures etiam litterales ſenſus eadem ſententia complecti, uno vel altero non ita celebris famae Scriptore (v. g. Michaele de Medina de recta in Deum Fide, lib. 6.) excepto: exploratum habent omnes in divina ſcientia Doctores.

CAPUT XXXII.

ARGUMENTUM.

De Scriptoris Sacri luce, mentiſque amplitudine controverſiae, totiuſque huius libri finem, & exitum expediturus, litigiorum prorſus filum abſcindit inquiens, utut res de Moyſis mente ſe habuerit: quod certe idem voluit inter reliquos ſenſus excellere, & diligenter perquirendum eſſe: At interim nequaquam angi, & ſat eſſe ſibi ſi dum Scripturas dilucidare nititur, vera, certa, & bona ſtatuat: huiuſmodi enim vel a Spiritu Sancto Scripturarum auctore, & cauſſa principe omitti, vel haud inſpici minime potuere.

POſtremo, Domine qui Deus es, & non caro & ſanguis, ſi quid homo minus videt, numquid & ſpiritum tuum bonum, qui (*a*) deducet me in terram rectam latere potuit, quidquid eras in eis verbis tu ipſe revelaturus legentibus poſteris, etiam ſi ille per quem dicta ſunt, unam fortaſſis ex multis veris ſententiam cogitavit? Quod ſi ita eſt, ſit igitur illa quam cogitavit ceteris excelſior (*b*). Nobis autem, Domine, aut ipſam demonſtra, aut quam placet alteram veram; ut ſive nobis hoc quod etiam illi homini tuo, ſive aliud ex eorumdem verborum occaſione patefacias, tu tamen paſcas, non error illudat. Ecce Domine Deus meus, quam multa de paucis verbis, quam multa oro te ſcripſimus? Quae noſtrae vires, quae tempora omnibus libris tuis ad iſtum modum ſufficient? Sine itaque me brevius in eis confiteri tibi, & eligere unum aliquid quod tu inſpiraveris verum, certum & bonum, etiam ſi multa occurrerint, ubi multa occurrere poterunt; ea fide confeſſionis meae, ut ſi hoc dixero quod ſenſit miniſter tuus, recte atque optime; id enim conari me oportet: quod ſi adſequutus non fuero, id tamen dicam quod mihi per eius verba veritas tua dicere voluerit, quae illi quoque dixit quod voluit.

(*a*) *Et ſpiritum tuum bonum, qui &c.* = Dictio, ſeu integer conceptus eſt Davidis Pſ. 142. 10. *Spiritus tuus bonus: deducet me in terram rectam.* De quo S. D. ſuo loco, n. 10. = *Latere potuit &c.* = Certiſſimum eſt, quidquid veri, literae utcunque congruens cogitari, ac etiam fingi poteſt, a Spiritu

ritu-Sancto praecognitum, & etiam intentum; eſt quippe mentis in immenſum foecundae: voluntatis autem taedii, & ſuſpenſionis inſciae, quae proinde rem cognitam debet, aut amplecti, aut repellere; quid ergo non amplectetur, cur inquam repellet ſententiam veram, & bonam, ſuis verbis cohaerentem?

(*b*) *Ceteris excelſior* = Ee id iuſtum, & indubitatum habent quotquot non malam Scripturis Sacris operam navavere; eſtque naturali rationi prorſus conforme. Sic quippe, aliis momentis omiſſis, diſputarem ego: ille eſt ſenſuum omnium excellentiſſimus, quem Spiritus-Sanctus maxime voluit, & proxime inſpexit: hunc autem, ſi quem, Scriptor Sacer, Spiritus Sancti miniſter, organum, inſtrumentum dum loqueretur, aut ſcriberet, cogitavit.

Huic autem iudicio ſimile eſt alterum, quod inferius prodit: *ſi hoc dixero, quod &c. recte, atque optime: id enim conari me oportet*. Quo etiam *Pherepani* oſcitantia detegitur; & frons eliditur; liquet enim ex poſtremis hiſce verbis, Auguſtinum non quaeſiiſſe tantummodo veritatem, non curata Sacri Scriptoris mente, contemta littera, ſive Grammatica &c. in quae, velut Auguſtini crimina, aliis etiam tradita, & ad imitationem expoſita *Pherepanus* cap. 17, declamabat.

I. Ex hoc cap. concludendum eſt ceu admodum veroſimile, quod nobis certum videtur, non omnes porſus ſuorum verborum ſenſus Scriptorem Sacrum inſpexiſſe. Immo ex integro libro eſt dicendum: Scriptorem Sacrum, potiſſimum Moyſem Prophetarum principem omnes litterales, & nobiliores ſuorum verborum ſenſus voluiſſe, & etiam intuitum eſſe, ſi non clare atque diſtincte: in ſublimi ad minus, & generali quadam ratione. At nihil veri, certi, ac ſancti in Scripturis cogitari, ac fingi poſſe vel a nobis, vel a poſteris, quod Spiritus-Sanctus, & quidem exacte atque optime non praemeditatus ſit, non inſpexerit, & non voluerit. Ceterum quoniam ſenſus, quem Sacer Scriptor maxime inſpexit, ac voluit, omnium praeſtantiſſimus eſt, talem praecipue ut detegamus, nos conari oportet. Quia vero huiuſmodi theſaurus minime in propatulo eſt, & frequenter unius ſententiae interpretationes plures aequis paribuſque coniecturis nituntur: haud temere, ac facile de Sacri Scriptoris mente diſputandum contendendum eſt. Nunquam vero propria opinio ita praedicanda, ut alia ex honeſtis contemnatur: quum ſi non Scriptor, Spiritus-Sanctus omnes voluerit. Sunt tandem prudentes, graves Doctores, qui ad fanaticorum hominum ſedandam iram, & inſultationes depellendas, ita modeſte diſputant, ac ſi omiſſa Scriptoris mente, quod per ſe tantummodo verum, ac ſanctum eſt quaerant, ac velint. Talibus hoc libro Auguſtinus vir mitiſſimi ingenii ducatum praebuit, atque praeluſit.

CON-

CONFESSIONUM
LIBER XIII.

ARGUMENTUM.

HUcuſque pius: deinceps piiſſimus: fere quidquid diſputatum eſt, novis additis, religioni conſecrat, & in Dei laudem vertit. Divini brachii, cui ipſe, creatura tum corporalis, tum ſpiritualis, informis, & formata plurimum debent, ſubſidio invocato; levi quidem, ſed ampliori manu Geneſeos exordium tractans, Patri, & Verbo Spiritum iungens, Trinitatis myſterium evincit; mox addens divinos eiuſdem Spiritus fructus: quamque peculiari ratione, quod aliis Perſonis haud denegat, ſuper aquas ferri dicatur. Inde ad Myſtica plura de Spiritu, ac Trinitate; de Baptiſmate; Fide, & Spe; Caeloque Firmamenti; plurima vero de Terra, & Mari. Ad myſticas quoque, ſeu allegoricas interpretationes aves, piſces, & cetera animantia deducens. Tum de arcana Dei benedictione, homini, piſcibus, & volatilibus, non item ceteris creaturis impertita; De feno, & omni ligno, quod ſativi ſeminis in ſe fructum habet; Deque piſcibus, & cetis iterum allegorice acceptis. Detecto exinde arcano, cur poſt verba illa bonum eſt, ſepties repetita, poſtremo, velut maiori planſu, additum ſit, valde bona; de Dei potentia, & creaturis male ſentientes perſtringit. Ad finem tandem accedens, Dei opera compendio exhibet: iiſque omnibus Factoris gloriam gigni & augeri ambit. Allegoriarum autem fructu iuncto; ad myſticam, altiſſimam, finis inſciam, ex actibus noſtris divino ſubſidio genitis, & roboratis, poſtque eos acceſſuram Beatam Pacem aeſtuantem animum adiicit.

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Poſtremum librum hunc, omnium religioſiſſimum a Dei laude, & ſuiipſius contemtu exorditur. Meditatur, & praedicat, ut eius gratia praeparetur, & praeveniatur; quamque multis vocibus a longinquis regionibus evocatus ſit; optimus quippe Deus Auguſtino, cui ipſe exciderat, nunquam non proſpiciebat: Ediſſerit denique ut in natura, & gratia Deo omnia debeat: quamque liberaliter in illius domeſticum adſumtus ſit.

INvoco te, Deus meus miſericordia mea, qui feciſti me, & oblitum tui oblitus non es. Invoco te (*a*) in animam meam, quam praeparas (*b*) ad capiendum te ex deſiderio quod inſpiras eis, nunc invocantem te ne deſeras, qui priuſquam invocarem praeveniſti (*c*), & inſtitiſti crebreſcens multimodis vocibus (*d*), ut audirem de longinquo & converterer, & vocantem me invocarem te. Tu enim Domine deleviſti omnia mala merita mea, ne retribueres manibus meis, in quibus a te defeciſti; & praeveniſti omnia bona merita mea, ut retribueres manibus tuis quibus me feciſti: quia & priuſquam eſſem tu eras, nec eram cui praeſtares ut eſſem; & tamen ecce ſum ex bonitate tua praeveniente totum hoc quod me feciſti, & unde me feciſti. Neque enim eguiſti me (*e*), aut ego tale bonum ſum, quo tu adiuveris Domine meus & Deus meus; non ut tibi ſic ſerviam, quaſi ne fatigeris in agendo, aut ne minor ſit poteſtas tua carnes obſequio meo; neque ut ſic te colam quaſi terram, ut ſis incultus ſi non te colam; ſed ut ſerviam tibi, & colam te, ut de te mihi bene ſit, a quo mihi eſt ut ſim, cui bene ſit.

(*a*) *Invoco te in &c.* = Caput hocce aliorum librorum, maxime 1. 2. 6. 8. 9. & 11. exordiis ſimile eſt eorumque nonnulla quaſi ad verbum complectitur; immo eorumdem compendium dici poteſt. Nec mirum: eundo quippe, ut olim inquiebat Cicero, creſcit oratio; motus in fine velocior eſt, ut paſſim Philoſophi; Nec bene de Dei domeſticis Myſticae Theologiae Doctores ſentiunt, niſi iidem quotidie, & ſenſim in inſtituto proficiant, & altiora moliantur.

Quoniam vero hic liber omnium religioſiſſimus eſt, ſupra ceteros etiam orationis ordinem, methodumque negligit; ſed eo tendens, quo Spiritus provocat, digreſſionibus libenter indulget. Unde & tali libro exactum argumentum quodque velut ſponte flueret, nec dedimus, nec dare conati ſumus. Si quis autem a Benedictinis praefixum conſulere ambiat: en habet ad verbum exſcriptum. = Dei boni„ tatem in rerum productione, ac per„ fectione relucere; tum etiam Deum „ Trinitatem, ipſiuſque proprietatem Spi„ ritus Sancti primis Geneſeos verbis in„ ſinuari oſtendit. Poſtmodum vero to„ tam conditi mundi hiſtoriam allegori„ ca interpretatione transfert ad ea, quae „ Deus in Eccleſia ad hominum ſanctita„ tem, & gloriam operatur.

(*b*) *Quam praeparas &c.* = Quo pacto iſtud contingit, cum dicat Salomon Prov. 16. 1. *Hominis eſt animam praeparare, & a Domino gubernare linguam?* Solverat iam late, atque doctiſſime huiuſmodi aenigma ipſe Auguſtinus lib. 2. contra duas Epiſt. Pelagianorum, cap. 9. n. 19. = Sed nimirum quod ſcriptum „ eſt, *Hominis eſt praeparare cor, & „ a Domino reſponſio linguae*: non bene „ in-

(1) Ioann. 15. 5.

„ intelligendo falluntur, ut exiſtiment „ cor praeparare, hoc eſt, bonum in„ choare, ſine adiutorio gratiae Dei ad „ hominem pertinere. Abſit ut ſic in„ telligant filii promiſſionis tamquam eum „ audierint Dominum dicentem, ſine me „ nihil poteſtis facere (1): quaſi convincant „ eum dicentes, Ecce ſine te poſſumus „ cor praeparare; aut cum audierint a „ Paolo Apoſtolo, Non quia idonei ſu„ mus cogitare aliquid quaſi ex nobis„ metipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo „ eſt: tamquam & ipſum convincant, „ dicentes, Ecce idonei ſumus ex no„ biſmetipſis praparare cor, ac per hoc „ & boni aliquid cogitare, Quis enim „ poteſt (2) ſine bona cogitatione ad bo„ num cor praeparare? Abſit ut ſic in„ telligant, niſi, ſuperbi ſui arbitrii de„ fenſores, & fidei Catholicae deſerto„ res. Ideo quippe ſcriptum eſt, Ho„ minis aſt, praeparare cor, & a Domi„ no reſponſio linguae: quia homo prae„ parat cor, non tamen ſine adiutorio „ Dei (3), qui ſic tangit cor, ut ho„ mo praeparet cor. In reſponſione au„ tem linguae, ideſt, in eo quod prae„ parato cordi lingua divina reſpondet, „ nihil operis habet homo, ſed totum „ eſt a Domino Deo. Nam ſicut dictum „ eſt, *Hominis* eſt praeparare cor &c. „ ita etiam dictum eſt, (Pſal. 80. 11.) „ *Aperi os, & adimplebo illud*. Quam„ vis enim niſi adiuvante illo &c.] Similia docet lib. 1. Retract. c. 23. de Expoſit. propoſitionum ex Epiſt. ad Rom. n. 3.

(c) *Qui priuſqeam invocarem, praevenisti* = Vix eſt Auguſtini ſenioris pagina, qua huiuſmodi veritas, praecedenti ſimilis non ſtabiliatur, non illuſtretur. Recole dicta lib. 1. cap. 1. F. Et vide, ſi plura deſideras, Serm. 176. (Alias, 10. de Verbis Apoſt.) c. 5. circa med. Serm. 193. in Natali Dom. 10. (Alias de Diverſ. 58.) n. 2. Serm. 174. de Verb. Apoſt. 1. Tim. 1. (Alias, 8. de Verb. Apoſt.) c. 3. n. 4. Epiſt. 157. ad Vitalem (Alias 107.) c. 2. n. 5. & c. 6. n. 23. 24. & 25. lib. 1. de Doctrina Chriſt. c. 15. in fine. De Natura, & Gratia contra Pelag. c. 27. n. 31. De Gratia Chriſti contra Pelag. & Caeleſt. c. 52. lib. de Gratia, & Libero Arbitr. c. 16. in fine. lib. de Corrept. & Gratia, c. 11. n. 32. lib. de Praedeſtinat. Sanctorum, c. 8. n. 13. ſub finem. lib. 1. Oper. Imperſ. contra Iulianum, ſub finem.

(d) *Multimodis vocibus*. = Multimodis gratiis tum externis, tum internis. = *Ut audirem de longinqua*. Quomodo erat in longinquo? Ipſum adtende in Pſal. 34. Serm. 2. n. 6. ad v. 14. „ Nonnumquam in uno homine utrum„ que contingit, ut aliquando propin„ quet, & aliquando longe fiat: propin„ quat luce veritatis, longe fit nubilo „ carnis &c. Propinquare illi eſt ſimilem „ illi fieri; recedere ab illo, diſſimilem „ illi fieri &c. Si ergo vis appropinquare, „ ſimilis eſto; ſi non vis eſſe ſimilis, lon„ ginquabis. „

(e) *Neque enim eguiſti me*. = Placet addere quae habet Epiſt. 102. (Alias, 49.) ſeu lib. ad Deo gratias de ſex QQ. ad quaeſt. 3. n. 17. = Non quod „ illo (*ſacrificio*) egeat Deus, cum in „ eiſdem ipſis litteris apertiſſime ſit ſcri„ ptum, *Dixi Domino, Deus meus es* „ *tu, quoniam bonorum meorum non e*„ *ges* (4): ſed quod etiam in his, vel „ acceptandis, vel reprobandis, vel per„ cipiendis nonniſi hominibus conſulat. „ Nobis enim prodeſt colere Deum, non „ ipſi Deo. Cum ergo inſpirat, & docet „ quomodo colendus ſit, non ſolum ſua „ nulla indigentia facit, ſed noſtra maxi„ ma utilitate.] Idem docet Epiſt. 138. ad Marcellinum (Alias, 5.) c. 1. n. 6.

Quoniam vero quod Deo ex hominum creatione adceſſiſſe videri poteſt, potiſſimum gloria eſt: conſule, ſi vacat, S. Thomam 2. 2. q. 132. ar. 1. ad 1. ubi ex ipſo Auguſtino Tract. 58. in Ioan. evincit, Deum gloriam ſuam etiam propter nos quaerere. Quod tamen intelligendum eſt de fine utilitatis, & commodi. Certum eſt quippe, nedum in ſacra, ſed & in naturali Philoſophia, finem omnino ultimum omnium divinarum actionum ipſummet Deum eſſe. Denique haud opus eſt, ut commoneamus, multiplicem Dei gratiam hoc capite ab Auguſtino commendari.

CA-

---

(1) 2. Cor. 3. 5.

(2) Apud Am. Er. & Lov. omiſſum erat, *ſine*. Reſtitutum fuit apud poſteriores aliquot editiones, quibus ſuffragantur MSS. Gallic. & Vatic.

(3) Am. 1 inquiunt PP.) *Quis te tangit cor*. *Homo praeparet cor*. Er. & Lov. *qui tangit cor, homo praeparat cor*. In poſterioribus aliquot edition. ſic ex coniectura correctum: *qui ſi tangit cor, homo praeparat cor*; recte quidem, ſed alteram lectionem idcirco praetulimus, quod auctoritate noſtrorum omnium MSS. Gallic. & Vatic. confirmetur.

(4) Pſal. 15. 2.

CAPUT II.

ARGUMENTUM.

Eamdem orationem in Numinis obſequium conceptam late, longeque profert; & quaeris, ut adſtruat, an non illius potentiae, & liberalitati pari iure debeant caelum, & terra, ſpirituales, corporaleſque naturae; materies corporalis, & creaturae ſpiritualis inchoatio; De horum omnium conditione, & ſorte interim acutiſſimas obſervationes in idem argumentum adiiciens.

I. EX plenitudine quippe bonitatis tuae creatura tua ſubſiſtit, ut bonum quod tibi nihil prodeſſet, nec de te aequale (*a*) tibi eſſet, tamen quia ex te fieri potuit, non deeſſet. Quid enim te promeruit caelum & terra, quae feciſti in Principio? Dicant quid te promeruerunt ſpiritalis corporaliſque natura, quas feciſti in Sapientia tua, ut inde penderent etiam inchoata & informia quaeque in genere ſuo, vel ſpirituali, vel corporali, euntia in immoderationem, & in longinquam diſſimilitudinem tuam; ſpiritale informe praeſtantius, quam (*b*) ſi formatum corpus eſſet; corporale autem informe praeſtantius, quam ſi omnino nihil eſſet: atque ita penderent in tuo verbo informia, niſi per idem verbum revocarentur ad unitatem tuam, & formarentur, & eſſent ab uno te ſummo bono univerſa bona valde. Quid te promeruerant, ut eſſent ſaltem informia, quae neque hoc eſſent, niſi ex te?

II. Quid te promeruit materies corporalis, ut eſſet ſaltem inviſibilis & incompoſita? Quia neque hoc eſſet, niſi quia feciſti eam: ideoque te, quia non erat, promereri ut eſſet non poterat. Aut quid te promeruit inchoatio creaturae ſpiritalis, ut ſaltem tenebroſa fluitaret ſimilis abyſſo, tui diſſimilis, niſi per idem verbum converteretur ad idem a quo facta eſt, atque ab eo illuminata lux fieret, quamvis non aequaliter, tamen conformis formae aequali tibi? Sicut enim corpori non hoc eſt eſſe, quod pulcrum eſſe, alioquin deformae eſſe non poſſet: ita etiam creato ſpiritui, non id eſt vivere quod ſapienter vivere, alioquin incommutabiliter ſaperet. Bonum autem illi eſt haerere tibi (1), ſemper ne quod adeptus eſt converſione, averſione lumen amittat (*c*), & relabatur in vitam tenebroſae abyſſo ſimilem. Nam & nos qui ſecundum animam creatura ſpiritalis ſumus, averſi a te noſtro lumine, in ea vita fuimus aliquando taenebrae (2), & in reliquiis obſcuritatis noſtrae laboramus (*d*) donec ſimus iuſtitia tua in Unico tuo ſicut montes Dei. Nam iudicia tua fuimus, ſicut abyſſus multa.

(*a*) *Nec de te aequale &c.* = Id praedicat, ut creaturam a Verbo diſtinguat; illa enim ex Deo, vel a Deo eſt, ipſi inaequalis. Verbum autem de Patre, eidem nulla ratione concedens. Item, ut Manicheos percellat, quorum fuit ſtupendum ſomnium, creaturas de Dei ſubſtantia fuiſſe compactas. = *Euntia in immoderationem*: = In potentiam. Haec enim immoderatio eſt, quam forma, ſive actus determinat, reſtringit, cohibet, figit. Cum autem Deus ſit puriſſimus actus,

(1) Pſal 72. 27.

(2) Epheſ. 5. 8. & alibi.

ctus, quo aliquid magis potentia abundat, eo ipſi diſſimilius eſt.

(b) *Spiritale informe praeſtantius, quam &c.* = Id ſi de vera informitate, ſeu, materia prima diceretur, quot mox exſurgerent Peripateticorum Philoſophorum litigia? quae enim vel aurea materia prima, cum formata, etſi lutea re conſerri poteſt? Vide quid ipſe Auguſtinus doceat lib. 3. de Libero Arbitr. c. 5. n. 16. *Quia igitur omnis anima omni corpore eſt melior &c. conſequens eſt, ut primo corpori anima extrema praeponatur.* Et lib. de Duabus Anim. contra Manich. c. 4. initio. = *Atque hic ſi forte turbati a me quaereretur, num etiam muſcae animam huic luci praeſtare cenſerem: reſponderem, Etiam; nec me terreret muſca quod parva eſt, ſed quod viva firmaret. Quaeritur enim quid illa membra tam exigua vegetet, quid &c.* Quod repetit in Pſal. 145. n. 3., & 4. Idem pari, immo ampliori iure de forma, vel actu dicendum eſt: ob hoc enim non haec, vel illa, ſed omnis perfectio oritur; adeoque nec prima res informis cum poſtrema formata poteſt comparari. Sed ex dictis ſatis conſtat, materiam primam Angeli ex metaphora ſumi: eius enim eſſentia exſiſtentiam, ut materia prima formam intuetur. Cum tamen S. D. de vera materia loqueretur, conſtanter docebat nihilo eſſe proximam: & inter omnes creaturas poſtremum locum habere.

(c) *Averſione lumen amittat.* = Ex Philoſophia ad Theologiam tranſit. De naturali enim Angeli conditione loquebatur; nunc autem de divina diſſerit, Averſione & Angelus & Homo gratiae lumen amittunt: iuxta illud Ierem. 2. 13. *Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquae vivae &c. Et relabatur in &c.* = In tenebras, quibus detinebatur antequam gratiam conſequeretur. Nunc autem Auguſtinus ſubtiliter diſputat, & ordinem naturae intuetur, non temporis. Baſilii enim in Pſal. 32. Hieronymi in Oſeam. Gregorii lib. 22. Moral. c. 18. Ioannes Damaſc. lib. 2. de Fide, c. 3. & maxime ipſius Auguſtini ſententia, cui potior Theologorum pars ſuffragatur, Angelus vix conditus, & mox ſanctificanti, ſive habituali gratia ditatus eſt, ut liquet ex dictis: & ulterius lib. 11. de Civit. Dei, cap. 11. initio = Quae cum „ ita ſint, nullo quidem modo ſecun„ dum aliquod temporis ſpatium prius „ erant illi ſpiritus tenebrae, quos An„ gelos dicimus: ſed ſimul ut facti ſunt, „ lux facti ſunt; non tamen ita tantum „ creati, ut quoquomodo eſſent, & „ quoquomodo viverent: ſed etiam „ illuminati, ut ſapientes, beateque „ viverent. Ab hac illuminatione a„ verſi quidam Angeli &c. Et lib. 12. c. 9. n. 1. *Porro quia facta eſt (Angelorum voluntas bona) utrum cum ipſis facta eſt, an ſine illa fuerant prius? Sed ſi cum ipſis, non dubium quod ab illo facta ſit, a quo & ipſi: ſimulque ut facti ſunt, amore, cum quo facti ſunt, adhaeſerunt.* Et n. 2. *Et iſtam* (voluntatem bonam) *quis fecerat, niſi ille, qui eos cum bona voluntate, ideſt cum amore caſto, quo illi adhaererent, creavit, ſimul eis* (1) *& condens naturam, & largiens gratiam? Unde ſine bona voluntate, hoc eſt, Dei amore, numquam ſanctos Angelos fuiſſe credendum eſt.* Similia habet lib. de Corrept. & Gratia, c. 11. n. 32. Unde S. Thomas tanti Magiſtri veſtigiis ſemper adhaerens, 1. p. q. 62. ar. 3. ex eodem Auguſtino, altero quorumdam, Angelos in naturalibus creatos dicente, reiecta, ſententiam illam propugnat. Explicans Editus in ſolutione ad primum eiuſdem Auguſtini doctrinam quamdam ex l. 2. ſuper Gen. ad lit. deprompẗam, ubi minus ſagacibus contrariam opinionem ſtabiliri videri poterat.

(d) *In reliquiis obſcuritatis noſtrae laboramus* = Loquitur vel de levibus lapſibus quos veniales appellamus; vel de carnis, adhuc inſoleſcentis pertinacia; vel de corporis gravamine; quo ab altiſſimis, ſubtiliſſimis, & pacatis meditationibus divellimur, & avocamur: iuxta illud Sap. 9. 15. *Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.* Et Cor. 1. 15. v. 53. & 54. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & &c.*

Donec ſimus iuſtitia tua &c. = Intuetur oraculum Davidis Pſ. 35. 7. bimembre: *Iuſtitia tua ſicut montes Dei: iudicia tua abyſſus multa.* De priori parte S. D. in eumdem Pſal. n. 9. *Qui ſunt montes Dei? Qui dicti ſunt nubes, ipſi ſunt montes Dei: magni praedicatores montes Dei &c.* De poſteriori n. 10. *Abyſſum dicit profunditatem peccatorum, qua quiſque pervenit contemnendo Deum;* ſicut quodam loco (2) dicit, Dedit illos Deus in

(1) Editi, *in eis.* Abeſt, *in* a MSS.

(2) Rom. 1. 24.

Digitized by Google

in concupiſcentias cordis eorum, facere quae non conveniunt &c. Verum Auguſtinus hic eximiam rerum caeleſtium ſapientiam ambit, ut ex contextu liquet, non tam viventium, quam Beatorum propriam.

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

Paululum rei Angelorum inſiſtens, eorum ortum iis verbis, Fiat lux: & facta eſt lux: *deſignatum ſe ſuſpicari dicit. At vero nunquam a laudibus divinis divertens: mox addit, eamdem creaturam nihil meriti contuliſſe, ut illuminaretur: quae ſola Dei liberalitate in vitam emerſerat, cui lux indulgeri poſſet. Denique beatitudinem, & quidquid adſequuta eſt, Dei ipſam liberalitati, & virtuti debere.*

QUod autem in primis conditionibus dixiſti Fiat lux, & facta eſt lux (1); non incongruenter hoc intelligo in (*a*) creatura ſpiritali; quia erat iam qualiſcumque vita quam illuminares. Sed ſicut non te promeruerat ut eſſet talis vita, quae illuminari poſſet, ita nec cum iam eſſet promeruit te ut illuminaretur. Neque enim eius informitas placeret tibi, ſi non lux fieret, non exſiſtendo, ſed intuendo illuminantem lucem, eique cohaerendo; ut & quodcumque vivit, & quod beate vivit, non deberet niſi gratiae tuae, converſa per commutationem meliorem ad id quod neque in melius, neque in deterius mutari poteſt; quod tu ſolus es, quia ſolus ſimpliciter es, cui non eſt aliud (*b*) vivere, aliud beate vivere, quia tua beatitudo tu es.

(*a*) *Non incongruenter hoc intelligo in &c.* = Benedictus Pererius Ieſuita in Geneſ. t. 1. l. 1. Diſput. *Cur Moyſes hoc loco creationem Angel. non expoſuerit*, 2. D. haec habet: *Beatus Auguſtinus lib. 12. Confeſſ. & lib. 11. de Civit. Dei, & 1. de Gen. ad Lit. cenſet non fuiſſe a Moyſe praetermiſſos Angelos, ſed eum per creationem coeli, & lucis figurate &c. Quod mihi tamen non ſit veriſimile. Eſt enim narratio haec Moyſis hiſtorica &c.*

℞. Momentum illud, *narratio haec &c.* iam obiiciebant antiqui, nec ignoravit, nec diſſimulavit Auguſtinus; Lib. enim praeced. c. 17. n. 1. inquiebat contradictorum nomine: *Tales quippe homines erant rudis ille, atque carnalis populus, cui loquebatur, ut eis opera Dei non niſi ſola viſibilia commendanda iudicaret.* Has autem, pluresque alias contentiones non uno argumento S. D. praeoccupaverat, atque reciſerat. Nec Angelos *lucis* nomine deſignatos libere praedicat, ſed ſuſpicatur. Quodque graviſſimum eſt: non loquitur de primo, atque potiſſimo eius vocis ſenſu, ſed de ſecondo, quaſi allegorico, quemque primus, atque potiſſimus complectatur. Lib. de Gen. ad Litt. Imperf. c. 5. n. 21. *Movere autem ſolet, quomodo lux corporea &c. Sed tum liceat hic & incorporeum lucem intelligere, ſi non viſibilem tantam creaturam in hoc libro, ſed omnem creaturam expoſitam dicimus, quid opus eſt in hac controverſia immorari? Et fortaſſe quod quaerunt homines, quando Angeli facti ſunt, ipſi ſignificantur hac luce &c.* Lib. 1. de Gen. ad Litt. c. 3. n. 7. *Et quid eſt lux ipſa quae facta eſt, utrum ſpiritale quid, an corporeale. Si enim ſpiritale &c.* Lib. 11. de Civit. Dei, c. 9. poſt init. *Ubi de mundi conſtitutione ſacrae litterae loquuntur, non evidenter dicitur, utrum, vel quo ordine creati ſint Angeli; ſed ſi praetermiſſi non ſunt, vel caeli nomine &c. vel potius lucis huius, de qua loquor ſignificanti*

(1) Gen. 1. 3.

tati ſunt. Et c. 33. Quapropter etſi alia „ lux in iſto huius libri loco intelligenda „ eſt, ubi legimus, *Dixit Deus, Fiat* „ *lux &c.* & aliae tenebrae &c. nos ta- „ men has duas angelicas ſocietates, u- „ nam fruentem Deo, alteram &c. inter „ ſe diſpares, atque contrarias &c. aliis „ manifeſtioribus divinarum Scriptura- „ rum teſtimoniis declaratas, quod e- „ tiam in hoc libro, cui nomen eſt „ Geneſis, lucis, tenebrarumque voca- „ bulis ſignificatas exiſtimavimus, etiam- „ ſi aliud ſenſit hoc loco forte qui „ ſcripſit, non eſt inutiliter obſcuritas „ huius pertractata ſententiae: quia etſi „ voluntatem auctoris libri huius inda- „ gare nequivimus, a regula tamen fi- „ dei &c. Etſi enim corporalia hic com- „ memorata ſunt opera Dei, habent pro- „ culdubio nonnullam ſimilitudinem ſpi- „ ritalium &c. „

Ceterum, admodum libenter Auguſtino ſuffragantur, apud Cornelium Cornelii a Lapide Ieſuitam, Rupertus, Beda, & Gloſſa Interlin. nec non ipſe Cornelius, ſi ſecundus, ſeu allegoricus ſenſus inſpiciatur. S. Thomas autem 1. p. q. 61. ar. 1. ad primum eamdem ſententiam velut admodum probabilem recitat.

(*b*) *Cui non eſt aliud &c.* = Haec ut bene deprehendas, recitare placuit quae docet ipſe Auguſtinus lib. 1. de Gen. ad Litt. c. 4. n. 10. = Non enim „ habet informem vitam Verbum Filius, „ cui non ſolum hoc eſt eſſe, quod vi- „ vere, ſed etiam hoc eſt vivere, quod „ eſt ſapienter, ac beate vivere. Crea- „ tura vero quamquam ſpiritualis, & in- „ tellectualis, vel rationalis, quae vide- „ tur eſſe illi Verbo propinquior, poteſt „ habere informem vitam: quia (1) non „ ſicut hoc eſt ei eſſe quod vivere, ita „ hoc vivere, quod ſapienter, ac beate „ vivere. Averſa enim a Sapientia in- „ commutabili, ſtulte, ac miſere vivit, „ quae informitas eius eſt. Formatur „ autem converſa ad incommutabile lu- „ men Sapientiae, Verbum Dei. A quo „ enim exſiſtit, ut ſit utcumque, ac vi- „ vat, ad illum convertitur, ut ſapien- „ ter, ac beate vivat. Principium quip- „ pe creaturae intellectualis eſt aeterna „ Sapientia, quod principium manens in „ ſe incommutabiliter &c. „

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Adhuc creaturae abiectionem, & Numinis maieſtatem ediſſerit; Quid enim, inquit, illi defuiſſet, Angelo, & omni, quodcunque vides aut non dato, aut ex informitate non emergente? Equidem imperfectionis faſtidit, ſed noſtro lucro inhians, non proprio. Spiritus autem aquis olim inſedit, & in hominibus quibuſdam paſſim requieſcit; Verum, cuius commodo, & bono? Utique illorum, non ſuo.

QUid ergo tibi deeſſet ad bonum quod tu tibi es, etiamſi iſta vel omnino nulla eſſent, vel informia remanerent, quae non ex indigentia feciſti, ſed ex plenitudine bonitatis tuae, cohibens atque convertens ad formam, non ut tanquam tuum gaudium compleatur ex eis? Perfecto enim tibi diſplicet eorum imperfectio, ut ex te perficiantur & tibi placeant, non autem imperfecto tamquam & tu eorum perfectione perficiendus ſis. Spiritus enim tuus bonus (*a*) ſuperferebatur ſuper aquas (1), non ferebatur ab eis (*b*) tamquam in eis requieſceret. In quibus enim requieſcere (*c*) dicitur ſpiritus tuus bonus, hos

 in

(1) Editi, *quia ſicut non hoc eſt ei eſſe, quod vivere, ita nec hoc vivere quod &c.* At MSS. magno conſenſu ferunt, *non ſicut hoc eſt ei eſſe quod vivere, ita hoc vivere &c.* Et verius in Aug. doctrina, qui in lib. de Immort. Animae c. 8 n. 15. Animum niſi vivat, eſſe non poſſe dicit. Moxque c. 9. *Nulla res,* inquit, *ſe ipſa caret. Eſt autem animus vita quaedam.*

(*a*) Gen. 1. 2.

in ſe requieſcere facit. Sed ſuperferebatur incorruptibilis & incommutabilis voluntas tua, ipſe in ſe ſibi ſufficiens, ſuper eam quam feceras vitam; cui non eſt hoc vivere quod beate vivere, quia vivit etiam fluitans in obſcuritate ſua; cui reſtat converti ad eum a quo facta eſt, & magiſque vivere apud fontem vitae, & in lumine eius videre lumen (1), & perfici, & illuſtrari, & beari.

(a) *Spiritus enim tuus bonus &c.* = Id, Spiritum nempe tertiam fuiſſe ex Divinis Perſonis, arbitrantur paſſim tum vetuſti, tum noviſſimi Eccleſiae Scriptores: Baſilius, Ambroſius, Hieronymus, Diodorus, Philaſtrius epiſc. Briceienſis, Beda, Tritemius, Iunilius &c. Ethnici quoque, ut Triſmegiſtus Mercurius, & Virgilius, qui lib. 6. Aeneid. a v. 620. Anchiſi hoſce verſus ſupponit:

,, Principio caelum, ac terras, cam-
,, poſque liquentes,
,, Lucentemque globum lunae, Tita-
,, niaque aſtra
,, Spiritus intus alit, totamque infuſa
,, per artus
,, Mens agitat molem, & magno ſe
,, corpore miſcet.
,, Inde hominum, pecudumque genus,
,, vitaeque volantum,
,, Et quae marmoreo fert monſtra ſub
,, aequore pontus.
,, Igneus & ollis vigor, & caeleſtis
,, origo
,, Seminibus &c.

Huic autem opinioni minime refragantur qui pro ſpiritu ventum accipiunt; Forte enim ventus adparuit: at in quo, ut etiam in columba, & igne ſaepe, Spiritus deliteſceret. Nec admodum adverſarius eris, ſi cum Chryſoſtomo dixeris, ſpiritum illum efficacem virtutem fuiſſe, aquis impreſſam; nec enim prorſus Spiritum-Sanctum, in quem virtus illa revocari poteſt, ſemovebis.

I. Quid autem in hac re Caietanus Cardinalis de Vio, quem in Philoſophia pluris, in ſacra autem ſcientia, maxime ea, quae Scripturas diſcutit, minimi facimus? Spiritus illi Angelus eſt: aqua caelum: quod utpote diaphanum, eius ſimilitudinem habet; Angelus ſuper aquas defertur, dum caelum in gyrum impellit, & agitat. Vah commentarium ſingularem, durum, atque fanaticum! Merito ſubſumit Benedictus Pererius, ea opinione recitata: *Quam eſſe duriſſimam, omnino extortam, & violentam, minimeque cum propoſito, & verbis ipſius Moyſis congruentem quiſlibet per ſe videre poteſt, adeo ut noſtra confutatione non egeat. Certe ante factam lucem quid opus fuit converſione coeli, cum &c.*

Ut autem ad Auguſtinum redeamus lib. de Gen. ad litt. Imperf. c. 4. n. 17. haec habet, = Poteſt autem & ali-
,, ter intelligi, ut Spiritum Dei, vita-
,, lem creaturam, qua univerſus iſte vi-
,, ſibilis mundus, atque omnia corpo-
,, rea (2) continentur, & moventur,
,, intelligamus: cui Deus omnipotens tri-
,, buit vim quamdam ſibi ſerviendi ad
,, operandum in iis, quae gignuntur.
,, Qui ſpiritus cum ſit omni corpore
,, aethereo melior, quia omnem viſibi-
,, lem creaturam omnis inviſibilis crea-
,, tura antecedit, non abſurde ſpiritus
,, Dei dicitur &c.] Et n. 18. = Ter-
,, tia opinio de hoc ſpiritu oriri poteſt,
,, ut credatur ſpiritus nomine aeris e-
,, lementum enuntiatum; ut ita quatuor
,, elementa inſinuata ſint, quibus mun-
,, dus iſte viſibilis ſurgit, caelum ſci-
,, licet, & terra, & aqua, & aer; non
,, quia iam erant diſtincta, & ordinata:
,, ſed quia in illius materiae quamvis
,, informi confuſione, tamen exortura
,, praeſignabantur &c.

Ceterum de Spiritu, ut initio, iuxta communem opinionem accepto videre poteris S. D. lib. 1. de Gen. ad Litt. c. 5., 6., & 7. lib. 1. de Diverſ. QQ. ad Simplicianum, q. 1. n. 5. lib. 12. contra Fauſtum, c. 11.

(b) *Non ferebatur ab eis* = Quod preſſius diſcuſſerat lib. de Gen. ad Lit. Imperf. c. 4. n. 16. = Non ita ſuperfe-
,, rebatur ſicut oleum aquae, vel aqua
,, terrae, ideſt quaſi contineretur; ſed
,, ſi ad hoc de viſibilibus exempla ca-
,, pienda ſunt, ſicut ſuperfertur lux i-
,, ſta ſolis, aut lunae his corporibus,
,, quae illuminat in terra: non enim
,, continetur in illis; ſed cum caelo con-
,, tineatur, iſtis ſuperfertur. Item ca-
,, vendum eſt, ne quaſi locorum ſpatiis
,, Dei Spiritum ſuperſerri materiae pu-
,, temus, ſed vi quadam effectoria, &
,, fa-

(1) *Pſal.* 35. 10.

(2) MS. Vatic. *corpora*.

Digitized by Google

„ fabricatoria, ut illud, cui ſuperfer-„ tur efficiatur, & fabricetur: ſicut „ ſuperfertur voluntas artificis ligno, „ vel cuique rei ſubiectae ad operan-„ dum, vel etiam ipſis membris corpo-„ ris ſui, quae ad operandum movet. „ Et haec ſimilitudo cum iam ſit omni „ corpore excellentior, parva eſt ta-„ men, & prope nihil &c.

(*c*) *In quibus enim requieſcere &c.* = Sic Iſaiae 11. 2. *Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini* 1. Petri, 4. 14.: *Et qui Spiritus eius, ſuper vos requieſcit.* Maxime vero Iſaiae 66. 2. iuxta Auguſtini lectionem: *Super quem requieſcit Spiritus meus? Super humilem, & quietum, & trementem verba mea.* De quo poſteriori oraculo S. D. Serm. 279. de Converſ. Pauli 2. (Alias, 24. ex Sirmodianis) n. 6. In Pſal. 92. ad v. 2. n. 6. & in 103. Serm. 2. n. 10. & in 131. n. 4. nec non lib. de S. Virginitate, c. 39.

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

Geſſit ſe iam in Geneſis exordio integram Trinitatem detexiſſe. Habemus quippe, Patrem in Principio, ſcilicet Filio caelum, terramque feciſſe. Iam vero pluribus de Caelo caeli, de terra inviſibili, & incompoſita, & abyſſo diſputatis: Spiritu-Sancto occurrente, numerus trium Divinarum Perſonarum expletur.

Ecce adparet mihi in aenigmate Trinitas quod es Deus meus, quoniam tu pater in Principio Sapientiae noſtrae (*a*), quod eſt tua Sapientia de te nata, aequalis tibi & coaeterna, id eſt, in Filio tuo feciſti caelum & terram. Et multa diximus de Caelo caeli, & de terra inviſibili & incompoſita, & de abyſſo tenebroſa, ſecundum ſpiritalis infirmitatis vagabunda deliquia, niſi converteretur ad eum, a quo erat qualiſcumque vita, & illuminatione fieret ſpecioſa vita (1), & eſſet caelum caeli eius, quod inter aquam & aquam poſtea factum eſt. Et tenebam iam Patrem (*b*) in Dei nomine qui fecit haec, & Filium in Principii nomine in quo fecit haec; & Trinitatem credens Deum meum ſicuti credebam, quaerebam in eloquiis ſanctis eius, & ecce Spiritus tuus ſuperferebatur ſuper aquas: Ecce Trinitas Deus meus, Pater, & Filius & Spiritus-Sanctus, creator univerſae creaturae tuae (*c*).

(*a*) *In Principio ſapientiae noſtrae.* = Sequimur diligentiſſimos Benedictinos, qui inquiunt. = Inſignem hunece locum re-„ dintegrant MSS. Mutilus quippe in ex-„ cuſis erat, detractis verbis iſtis, *ſa-„ pientiae noſtrae.*] Ea verba praeferunt etiam Vet. Am. Er. quamquam velut dubia geminis ✿ ✿ ſignis notata & MSS. decem Etruriae. Praefert autem detruncatam lectionem unus MS. S. Cr. Triplici vero momento integra lectio ſtabilitur. I. Iam in eslee praeced. capitis, etſi utcumque latenter, Verbum ſapientiae noſtrae Principium dicebatur. II. Duobus illis verbis textus magis viget, ſapitque igneam Auguſtini phraſim. III. Verbum, Sapientiam Patris eſſe principium ſapientiae noſtrae apud SS. Patres frequenter, apud Auguſtinum vero frequentiſſime legitur. Nunc non occurrit, niſi lib. 5. de Gen. ad litt. c. 53. Tract. 13. in c. 3. Ioann. n. 5. Epiſt. ad Madaurenſes 232. (Alias, 42.) n. 6.

(*b*) *Et tenebam iam Patrem &c.* = Quae abſervatio Patribus maxime adriſit, Pererio teſte, qui ſupra. = Pla-„ cuit autem maxime Patribus haec in-„ terpretatio, tum quod per eam ſacra-„ mentum regenerationis ſpiritualis, quae „ fit per aquam, Spiritum-Sanctum &c.

Zzzzz 2 „ Tum

(1) Pſal. 33. 6. *Accedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtrae non confundentur.*

„ Tum maxime quod per eam pateſit, „ & innoteſcit myſterium Trinitatis in ipſo „ mundi, & divinae Scripturae exordio: „ Nam illud: *In Principio*; denotat Fi- „ lium: illud autem, *Creavit Deus*, „ indicat Deum Patrem; Hoc autem, „ *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, „ demonſtrat Spiritum Sanctum. „

(c) *Creator univerſae creaturae tuae*. = Quod alibi repetit frequenter, & la- tius ediſſerit, Lib. de Gen. ad Litt. Im- perf. c. 1. n. 1., & 2. = Ante tracta- „ tionem huius libri catholica fides bre- „ viter explicanda eſt. Eſt autem haec, „ Deum Patrem omnipotentem univer- „ ſam creaturam feciſſe, atque conſtituiſ- „ ſe per Filium ſuum unigenitum, id eſt „ Sapientiam, & virtutem ſuam conſub- „ ſtantialem ſibi, & coaeternam in uni- „ tate Spiritus Sancti &c.] Quibus ſi- milia docet lib. de Vera Religione, c. 7. n. 13. lib. contra Secundinum Mani- chaeum, c. 8. circa med. lib. de Gen. ad Litt. Imperf. c. 16. n. 56., & 61. lib contra Adimantum Manich. diſcipul. c. 1. & alibi millies. Iam vero omnem actionem *ad extra* a Trinitate, non ab una Perſona venire Theologorum axio- ma eſt. Licet effectus quidam arcanis ra- tionibus peculiaribus Perſonis tribui ſo- leant.

C A P U T VI.

A R G U M E N T U M.

Quaerit cur caelo, terra inviſibili, & incompoſita, tenebriſque abyſſo inſedenti- bus nominatis; tum demum Scriptura de S. Spiritu dixerit? Ideo fortean quod oportueret eumdem Spiritum cum aquis induci: non autem quidquam, niſi ſu- per praeiactam materiam deferetur.

SEd quae cauſſa fuerat, o lumen veridicum, tibi ad- moveo cor meum, ne me vana doceat, diſcute te- nebras eius, & dic mihi, obſecro te per matrem ca- ritatem (*a*), obſecro te, dic mihi quae cauſſa fue- rat, ut poſt nominatum caelum & terram inviſibi- lem & incompoſitam, & tenebras ſuper abyſſum, tum demum Scriptura tua nominaret Spiritum tuum? An quia oportebat, ſic eum inſinuari, ut diceretur, ſuperferri, & non poſſet hoc dici, niſi prius illud commemoraretur, cui ſu- perferri Spiritus tuus poſſet intelligi? Nec Patri enim nec Filio ſu- perferebatur; nec ſuperferri recte diceretur, ſi nulli rei ſuperferre- tur? Prius ergo dicendum erat cui ſuperferretur, & deinde ille quem non oportebat aliter commemorari, niſi ut ſuperferri dice- retur. Cur ergo aliter eum inſinuari non oportebat, niſi ut ſuper- ferri diceretur?

(*a*) *Per matrem caritatem*. = Non una de cauſſa caritas ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus mater appellari ſolet: at po- tiſſimum quod nos Deo, Evangelio, Re- gno caelorum pariat: iungatque invicem velut fratres. Quod utcumque innuit S. D. in Pſal. 147. ad v. 13. n. 14. hi- ſce verbis. = Filii ſunt, ſancti ſunt: „ iſti filii ſancti iam laudantes, & gau- „ dentes: parturiti, & parti ſunt matre „ caritate, incluſi ſunt colligente ca- „ ritate. Audi caritatem parturientem „ illos: qua praeditus Paulus Apoſto- „ lus, non ſolum paternum, ſed & ma- „ ternum cor (1) gerens in filios, „ *Filii mei*, inquit, *quos iterum partu-* „ *rio*. Cum Paulus eos parturiebat (2), „ caritas parturiebat: cum caritas eos „ parturiebat, Dei Spiritus parturiebat. „ Caritas enim Dei (3) diffuſa eſt in cor- „ dibus noſtris per Spiritum Sanctum, „ qui datus eſt nobis &c. „

CA-

(1) Sic MSS. Editi vero, *& maternum amorem* *congerens &c.*

(2) Gal. 4. 19.
(3) Rom. 5. 5.

Digitized by Google

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Hucuſque de Spiritu - Sancto ſimpliciter, & ad hominum captum ſuper undas delato, Nunc ut idem deferatur iuxta altiora myſtica arcana. Nec enim obvium eſt, puta, ut dicat Apoſtolus, Caritatem diffundi in cordibus noſtris, Spiritu - Sancto adveniente; Et quid ſit ſupereminens via caritatis Chriſti, eiuſdemque caritatis ſupereminens ſcientia. Iam igitur cui, vel quomodo differemus explicabimus ut Spiritus delatus ſit ſuper aquas? Neque enim de locis diſputamus, quibus mergimur, & emergimus. Quid ſimilius, & quid diſſimilius? Mergimur forte ſpiritus noſtri gravamine, & malis adfectibus; Spiritus-Sanctus vero amore nos ſecuritatis adtollit: ut corda ad caeleſtia elevemus, & ad ſupereminentem adcedamus requiem, a ſaeculi huius tricis expediti.

IAm hinc ſequatur (*a*) qui poteſt intellectu Apoſtolum ſuum dicentem, quia caritas tua diffuſa eſt (*b*) in cordibus noſtris per Spiritum - Sanctum, qui datus eſt nobis (1); & de Spiritalibus docentem, & demonſtrantem ſupereminentem viam caritatis, & flectentem genua pro nobis ad te (2), ut cognoſcamus ſupereminentem ſcientiam caritatis Chriſti (3). Ideoque, ab initio ſupereminens ſuperferebatur ſuper aquas. Cui dicam? quomodo dicam de pondere cupiditatis in (*c*) abruptam abyſſum, & de ſublevatione caritatis per Spiritum tuum, qui ſuperferebatur ſuper aquas? Cui dicam? quomodo dicam? Neque enim (*d*) loca ſunt quibus mergimur & emergimus. Quid ſimilius, & quid diſſimilius (*e*)? Affectus ſunt (*f*), amores ſunt, immunditia ſpiritus noſtri defluens inferius amore curarum & ſanctitas tui adtollens nos ſuperius amore ſecuritatis, ut ſurſum cor habeamus ad te ubi Spiritus tuus ſuperfertur ſuper aquas, & veniamus ad ſupereminentem requiem, cum pertranſierit anima noſtra aquas, quae (*g*) ſunt ſine ſubſtantia.

(*a*) *Hinc ſequatur &c.* = Integrum hocce caput ex intricatiſſimis eſt, atque ex illis, quae ut ſuſpicamur, ad divina raptus, & Lectorum commodo non admodum conſulens, ſcripſit. Non autem mirum; & matres enim, maxime licet parvulis ſuis conniventes, interdum eorum genio velut contemto, graviora loquuntur, & agunt. Patiamur Auguſtinum Doctorum aquilam nonnunquam ad ſidera adtolli, & ibi ingenio proprio, non noſtro indulgere. Ceterum quis, vel quid nobis hic aliquam lucem conciliabit? Editi hucuſque, qui hocce argumentum praeſenti capiti adſigunt. *Effectas ſpiritus?* quive capiti 5. illud dederant, *Filius principium*? Italorum verſiones, quae, ut fere ſemper delirant? Ideo vero argumentum praefiximus non adeo breve, quodque commentarii nonnihil haberet.

Dicit ergo Auguſtinus in prioribus hiſce verbis; Ex dictis de Spiritu - Sancto, qui ferebatur ſuper aquas, ſequatur qui poteſt Apoſtolum, curet deprehendere quid velit, quum dicit &c. Dicit, *qui poteſt*, oſtendens non admodum id facile, & obvium eſſe.

(*b*) *Caritas Dei diffuſa eſt &c.* = Saepe hocce oraculum edifferit S. D. ut Serm. 169. de Verb. Apoſt. Philipp. 3. (Alias, 15. de Verb. Apoſt.) c. 12. n. 15. At nonnihil ad rem praeſentem in Pſal. 103. Serm. 1. ad v. 3. n. 9. = Se„ cundum hoc quomodo protegit in a„ quis ſuperiora eius? Cuius ſuperiora? „ Caeli. Et quid caelum? Sancta Scri„ ptura. Quae ſunt ſuperiora Sanctae „ Scri-

(1) Rom. 5. 5.
(2) Epheſ. 3. 14.
(3) Ibid. v. 19.

„ Scripturae? Quid invenimus in Scri-
„ pturis Sanctis ſuperius? Paulum in-
„ terroga: Supereminentiorem (1), in-
„ quit, viam vobis demonſtro. Quam
„ dicit ſupereminentiorem viam? Si lin-
„ guis hominum loquar, & Angelorum
„ caritatem autem non habeam (2) &c. Si
„ ergo nihil ſupereminentius in Scriptu-
„ ra Sancta inveniri poteſt, quam ca-
„ ritas; ſuperiora caeli quomodo in a-
„ quis proteguntur, ſi ſuperiora Scri-
„ pturae praecepta caritatis ſunt? Au-
„ di quemadmodum: Caritas (3), inquit,
„ Dei diffuſa eſt &c. Iam nomine dif-
„ fuſionis intellige aquas in caritate Spi-
„ ritus-Sancti. De quibus aquis &c.]
Serm. 358. de Pace, & Caritate (Alias, 36. ex Sirmondianis) n. 4. = Ubi
„ latum eſt (4) (*praeceptum mutuae di-*
„ *lectionis*) vide ſi ſit unde videas, &
„ hinc audi Apoſtolum, quam latum eſt
„ mandatum caritatis, *Caritas autem*
„ *Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris*. Non
„ dixit incluſa, ſed *diffuſa*. Verbum
„ enim, quod eſt incluſa, quaſi angu-
„ ſtias ſonat: quod eſt *diffuſa*, latitu-
„ dinem inſinuat. *Latum* (5), ergo,
„ *mandatum tuum valde*.] Vide etiam, ſi placet, Serm. 128. de Verb. Evang. Ioann. 5. (Alias 43. de Verb. Dom.) n. 4.

Videtur ergo colligendum ex praeced. cap. dictis: Inundare, diffundi caritatem, ut inundat, & diffunditur aqua. Vel, ut diffundebatur, naſcente mundo, Spiritus ſuper aquas; quod enim ſuper quidquam fertur, in illo etiam diffunditur. At vero ſicut aqua in mundi exordio non regebat Spiritum, ſed ab ipſo vivificabatur; ita caritas, vel Spiritus iuſtis nullo proprio lucro, vel commodo inſidet, ſed eos ad caeleſtia adtollit.

(c) *De pondere cupiditatis in &c.* = Itali, & quidem noviſſimi, quique doctiores, diligentioreſque habentur, ſic vertunt: *Come mai dal peſo della cupidigia portato nello ſtoſceſo abiſſo potrò io ragionare dell' inalzamento della carità fatta dal voſtro ſpirito, che portava ſull' acque?* Male: Aquas, carnis cupiditatem ad ima vergentem interpretatur hic Auguſtinus; Spiritum vero caritatem, quae nos ex imis ad alta, ex carnalibus ad Spiritalia, ex temporalibus ad aeterna transfert. Et eſt ſenſus; Carnis cupiditatem ad ima tendentem: Spiritum, vel caritatem ad altiora ad aeterna ſublevantem; Idque ſignificaſſe Spiritum, qui ſuper aquas ferebatur; ubi tantae lucis homo, cui, & quo pacto exacte digerere potero? Unde ſic vertendum erat: *A chi mai, ed in qual maniera eſattamente potrò io ragionare del peſo della concupiſcenza, che piega al cupoſo abiſſo, e del ſollevamento, che fa la carità in virtù del tuo ſpirito, che ſi portava ſull' acque?*

(d) *Quomodo dicam? Neque enim &c.* = Benedictini poſt verbum, *dicam*, addunt: *Mergimur, & emergimus?* Admonentes tamen in imo margine = MSS.
„ non habent hoc loco, *Mergimur, &*
„ *emergimus*.] Si ergo verba illa non habentur in MSS. cur non expungenda, cum textui ſuperflua ſint, & faſtidium pariant? Abſunt etiam a MSS. ſex Etr. immo & ab edit. Som. quamquam forte occurrant in uno e MSS. S. Cr.

Profitetur igitur, arduum affatu, ut contingat hominem & propriae cupiditatis pondere in ima vergere: & Spiritus, qui ſuper illum volitat, ſere ut ſuper aquas volitabat, virtute ad caeleſtia adtolli, & exſurgere. Id enim eſt mergi, & emergere; quod tamen nonniſi corporibus, & quidem per ordinem ad loca convenire poteſt.

(e) *Quid ſimilius, & quid diſſimilius?* = Quoniam fere contradictiones timet: preſſe loqui cenſendum eſt; de homine ſcilicet, qui iuxta frequentiorem Pauli obſervationem, & amat carnalia (quibus demergitur) & amat caeleſtia (quibus emergit.) Utique haec opponuntur; ſed amat carnalia adpetitu, vel cupiditate, & quidem nolens; amat ſpiritalia ratione, & mente, quae aeterna intuetur; & haec ſerio, & ſimpliciter vult.

Quaeres tamen; Quid mox ea verba, *ſimilius*, & *diſſimilius* intueantur? ℞. Forte ipſa verba, iuxta nunc dicta, *mergimur*, & *emergimus*. Haec enim, ſi ſonum adtendas, admodum ſimilia ſunt: ſi rem ſignificatam, prorſus diſſimilia, immo & contraria. Alius ſuſpicabitur, ea verba inſpicere res locorum, & res ſpiritus noſtri; Quid ſimilius; nam ut corpora per ordinem ad loca merguntur, & emergunt; ita ſpiritus, vel anima noſtra moraliter mergitur, & emergit; At ve-

(1) 1. Cor. 12. 31.
(2) 1. Cor. 13. 1.
(3) Rom. 5. 5.
(4) Ioan. 13. 34.
(5) Pſal. 118. 96.

vero quam invicem diſtant corpus, & ſpiritus, eorumve actiones, ſortes, & proprietates!

(*f*) *Adſectus ſunt &c.* = Itali: *I nostri affetti, i nostri amori ſono immondezze del noſtro ſpirito, che ſcorrono &c.* Sermonis vis enervatur: nec enim Auguſtinus ſimpliciter adſerit, noſtros adfectus, noſtros amores eſſe immunditias ſpiritus noſtri, quae &c. Sed quum admiratus eſſet, ſpiritum noſtrum corporearum inſtar rerum mergi, & emergere &c. ſolvit modo aenigma: & quid ſit, ſeu, quomodo, & unde contingat oſtendit, inquiens deſcenſus, & adſcenſus illos varios eſſe adfectus, & amores noſtros: ſeu ex adfectibus, & amoribus noſtris oriri. Quod ad imperiti lectoris commodum vertemus paraphraſi: *Sapete d'onde naſcono tali fenomeni, tali caſe? Da' noſtri affetti, da' noſtri amori; altro non ſono che varj noſtri affetti, ed amori. L'immondezza del noſtro ſpirito, che trade in giù per l' amore dell' umane brighe &c.*

Immundiatia ſpiritus noſtri &c. = Exemplis Benedictinorum, ceterorumque omnium orthographiam emendavi, ponens ante ea verba punctum, & virgulam: quod arbitrer eadem novum fere ſermonem ordiri. Nempe dixerat late, & generaliter deſcenſus illos, & adſcenſus varios eſſe noſtros adfectus, & amores. Nunc latum iudicium colligens, atque dividens, adſerit, deſcenſus immunditiam ſpiritus noſtri cauſſativam eſſe; adſcenſus vero Spiritus Divini ſanctitatem.

(*g*) *Cum pertranſierit anima noſtra aquas, quae &c.* = Intuetur illud Davidis Pſ. 123. 5. *Forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.* Quod ipſe legit: *Fortaſſe pertranſiit anima noſtra aquam ſine ſubſtantia.* Exponit vero n. 8., & 9. = Primo quid eſt, Fortaſſe „ pertranſiit anima noſtra? Quomodo „ potuerunt enim, Latini expreſſerunt „ quod Graeci dicunt ἄρα &c. quia „ dubitantis verbum eſt, expreſſum eſt „ quidem dubitationis verbo, quod eſt „ *fortaſſe*: ſed non omnino hoc eſt. Poſſumus illud verbo dicere minus quidem „ latine coniuncto, ſed apto ad intelligentias veſtras. Quod Punici dicunt, „ iar, non lignum, ſed quando dubitant: „ hoc Graeci, ἄρα: hoc Latini poſſunt, „ vel ſolent dicere, Putas, cum ita loquuntur: Putas, evaſi hoc? Si ergo „ dicatur, Forſitan evaſi, videtis quia „ non hoc ſonat &c. Et quare dicunt, „ *Putas?* Quia magnitudo periculi vix „ facit credibile quod evaſit. Magnam „ necem pertulerunt &c. iam ergo evadentes, iam ſecuri, ſed ipſius periculi „ magnitudinem recordantes, Putas, inquiunt &c. Quae eſt aqua ſine ſubſtantia, niſi aqua peccatorum ſine ſubſtantia? Peccata enim non habent ſubſtantiam; egeſtatem habent, non ſubſtantiam &c.] Cum heic tamen Auguſtinus evidenter non de praeſentis, ſed de alterius vitae requie loquatur: latius nomen *aquae* ſumendum eſt: quatenus ſcilicet non ita peculiariter peccatum, ſed potius peccatorum tempus, & locum, vitam nimirum ſaeculi huius deſignet.

Erit qui ſuſpicetur, per aquas ſine ſubſtantia, mundi huius quiſquilias haic, fallaceſque voluptates, & delicias deſignari; Maxime quum S. D. in Pſal. 65, ad illa verbo v. 12. *Tranſivimus per ignem, & aquam*, n. 17. haec habeat. = Ignis „ & aqua utrumque periculoſum eſt in „ hac vita ..., Ignis urit, aqua corrumpit: utrumque metuendum, & uſtio „ tribulationis, & aqua corruptionis. „ Quando ſunt res anguſtae, & aliqua „ quae infelicitas dicitur in hoc mundo „ quaſi ignis eſt: quando ſunt res proſperae, & abundantia ſaeculi circumfluit, quaſi aqua eſt.] in quam expoſitionem etiam inclinat in Pſal. 123. n. 9. poſt verba paullo ante laudata.

Gemini tamen ii commentarii in unum eumdemque vadunt. Aqua eſt peccatum: peccatum autem ex concupiſcentia eſt, quae huius ſaeculi rebus, ſubſtantia, ideſt vera bonitate vacuis inhiat,

C A P U T VIII.

A R G U M E N T U M.

Pergit oſtendere creaturae tum angelicae, tum humanae infirmitatem: & Spiritus-Sancti virtutem. Profecto angelum, hominiſque animam defluxiſſe novimus: quo univerſae ſpiritalis creaturae abyſſum tenebroſam indicaverunt: ſed adfuit Spiritus-Sanctus, qui imminentes extremas ruinas arcuit. Quid etiam de ipſo Caelo caeli, Spiritus luce retracta? Et ipſa enim defluentium ſpirituum inquietudo prodit, quam inſignem rationalem creaturam Deus condiderit, cuius adpetitum nonniſi ipſe Deus explere poſſit. Ambit inde peculiarem, & ſecretiorem Dei benevolentiam, gratiamque ſibi demereri: optime ſuaſus, hominem ab illo ſemotum, omnium mox infortuniorum abyſſo abſorberi.

DEfluxit Angelus, defluxit anima (*a*) hominis, & indicaverunt abyſſum univerſae ſpiritalis creaturae (*b*) in profundo tenebroſo, niſi dixiſſes ab initio, Fiat lux, & facta eſſet lux: & inhaereret tibi omnis obediens intelligentia caeleſtis civitatis tuae, & requieſceret in Spiritu tuo, qui ſuperfertur incommutabiliter ſuper omne mutabile. Alioquin & ipſum Caelum caeli (*c*) tenebroſa abyſſus eſſet in ſe; nunc autem lux eſt in Domino. Nam & in ipſa miſera inquietudine (*d*) defluentium ſpirituum, & indicantium tenebras ſuas nudatas veſte luminis tui, ſatis oſtendis quam magnam creaturam rationalem feceris, cui nullo modo ſufficit ad beatam requiem quidquid te minus eſt, ac per hoc nec ipſa ſibi. Tu enim Deus noſter illuminabis tenebras noſtras (1): ex te oriuntur veſtimenta noſtra (2), & tenebrae noſtrae ſicut meridies erunt (3). Da mihi te Deus meus, redde mihi te; en amo (*e*): & ſi parum eſt, amem validius. Non poſſum metiri ut ſciam quantum deſit mihi amoris ad id quod ſat eſt, ut currat vita mea in amplexus tuos, nec avertatur, donec abſcondatur (*f*) in abſcondito vultus tui. Hoc tantum ſcio, quia male mihi eſt praeter te, non ſolum extra me, ſed (*g*) & in me ipſo, & omnis mihi copia quae Deus non eſt, egeſtas eſt.

(*a*) *Defluxit anima &c.* = Non tam ſenſum, quam phraſim imitatur Iſaiae 24. 4. dicentis: *Luxit, & defluxit terra &c. defluxit orbis*. Ceterum hominis lapſus per *defluxum*, ſaepe in Scripturis exprimitur. Senſus eſt ergo & angelum, & hominem a Deo aliquando averſos, peccaviſſe. Nec huius cap. vero oratio admodum plana, & obvia decurrit. Ideo argumentum praefiximus, quod ad commentarii naturam accederet.

(*b*) *Univerſae ſpiritalis creaturae.* = Sequimur Benedictinos, qui inquiunt = „ Ita MSS. At editiones, excepta Arn. „ praeferunt, *ſpiritales*: non bene. In„ tendit quippe Auguſtinus abyſſum in„ tellectualis omnis creaturae ipſo An„ geli, & hominis lapſu fuiſſe indica„ tam] Ita etiam MSS. quinque Ett. & etiam vetuſtiſſima editio anni 1484.

Scribimus autem inde cum Benedictis *tenebroſo, niſi &c.* Non ut *Eraſmus* Grammaticae oraculum, & alii editi, praeiacto puncto, inde littera maiori, *Niſi*. Nec enim novus ſermo incipitur; ſed eſt ſenſus, ut in argumento indicatum eſt; Abyſſo peccati, & damnationis abſorpti fuiſſent & angeli, & homines, niſi Spiritus tuus, niſi lux tua acceſſiſſet; Qui enim peccaverant angeli, & homines ſatis facto conteſtati fuerant, & ceteros poſſe delinquere.

(*c*) *Et*

(1) Pſal. 17. 29.
(2) Iſaiae 61. 10.
(3) Iſ. 58. 10.

(*c*) *Et ipſum Caelum caeli*. = Tametſi Caelum caeli Angelum univerſim apud Auguſtinum ſignificet; heic tamen orationis vis poſtulat, ut Angelorum bonorum ſummum intelligamus. Niſi mavis dicere, nec perperam, hucuſque locutum Auguſtinum de angelis malis, qui defluxerunt; nunc autem dicere univerſim de Angelis bonis, qui in veritate ſteterunt, defluere tamen potuere, & peccare. Quod inde addit, *nunc autem &c.* ex illo Pauli eſt Epheſ. 5. 8. *Eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino*.

(*d*) *Miſera inquietudine*. = In editione Som. & aliquot aliis pro, *inquietudine*, prorſus inuſitata, & barbara vox, *inaequitudine*. Quam in nullo MSS. repertam nec quid ſignificet, aut ſignificare poſſit agnoſcimus. Niſi forte poſita eſt pro, *inaequitate*, quaſi, iniquitate, perverſitate. Verum, nec *inaequitas* dicitur: licet *aequitas* apud elegantiſſimos etiam ſcriptores reperiatur. Nec etiam ut mox oſtendemus, perverſitas, ſeu aequitatis defectus textui admodum conſonat.

Dicit ergo, & ipſa inquietudine, hoc eſt faſtidio, vel incoſtantia, & vertigine ſpirituum, qui defluxerunt, qui ab incommutabili bono ſe avertere, qui lapſi ſunt, inſpicitur tam nobiles creaturas eſſe ſpiritus, (conſequenter & hominum animas) ut &c.

(*e*) *Redde mihi te; en amo*. = Benedictini cum editis: *redde te mihi: te enim amo*. Profitentur tamen, nulla exceptione, lectionem noſtram haberi in MSS. Quam etiam praeferunt Am. Er. & MSS. 4. e noſtris. Licet in eorum tribus vox, *en*, deſideretur; quod tamen nullum incommodum adfert. MS. autem S. Cr. editis ſuffragatur. Cur ergo ea MSS. lectio amittenda, quum ſit concinnior: & Auguſtini animum, mentemque aptius exponat? Semper enim Deum utcumque expetierat, at Deus ſeceſſerat: nec enim ſe dat niſi amanti: Auguſtinus autem peccato, & impio errore amorem amiſerat; Nunc ergo geſtiens Deo dicit, Redi: en enim habeo quod poſtulas, nempe, amorem. Sic Petrus Matth. 19. 27. *Ecce nos reliquimus omnia &c.*

Et ſi parum eſt &c. = Fere quemdam imitatur Mar. 9. 23. piis cum lacrymis Chriſto dicentem, *Credo Domine: adiuva incredulitatem meam*.

(*f*) *Donec abſcondatur*. = Ita Benedictini, qui admonent = Lov. *abſcon-* „ *dar*. Sed verius editiones aliae cum „ MSS. *abſcondatur* ſubintellige, *vita* „ *mea*.] Lov. ſuffragatur Som. Mirum tamen, quum proxime dictum ſit, *nec avertatur*, cui ſubnectitur, *donec abſcondatur*. Adludit autem S. D. ad illud Pſal. 30. 21. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuae*. Ad quod ipſe Enarr. 1. n. 20. *Quam ſedem perpetuam ſerves in abſcondito notitiae tuae ſperantibus in te*. Iterum vero, & fuſius Enarr. 4. n. 8. ſed parum ad rem praeſentem. Nunc enim fortaſſe de aeterna Patria loquitur, ubi iuſtus a Divinitate circumcluſus, a quibuſcunque malis ſortibus tutus ibit.

Superiora verba, *quantum deſit mihi &c.* non communem, ſed peculiarem, ut ex adiacentibus liquet, eximiumque Sanctorum amorem intuentur.

(*g*) *Non ſolum extra me, ſed &c.* = Non ſolum in foro, in ſilva, in mari &c. ſed & in meo halitu, in memoria, in ratione &c. Et quidem nedum in rebus gratiae, ſed & naturae; Dei enim manu ſubtracta, creatura abit in nihil.

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Licet totam Trinitatem ſuper aquas delatam fuiſſe ambigi nequeat : adhuc non citra myſterium de Spiritu-Sancto tantummodo id ſcriptum eſſe docet ; quandoquidem ille iuſtorum donum, & requies: quique in altum nos ſubvehit. A quo argumento non omnino divertens, eleganter ediſſerit, ut unaquaeque res ingenito quodam adpetitu, ponderi ſimili in ſuam ſedem, & requiem feratur. Inde ad rem ſuam de Spiritus virtute ſubſumens, illius ponderis loco inſitum homini amorem, pulcherimas, graviſſimas, adorabiles hominum divino amore aeſtuantium ſcenas feſtina quidem, ſed perita manu pingit.

Numquid aut Pater, aut Filius non ſuperferebatur ſuper aquas ? Si tanquam loco ſicut corpus, nec Spiritus-Sanctus. Si autem incommutabilis Divinitatis eminentia ſuper omne mutabile, & Pater, & Filius (*a*), & Spiritus-Sanctus ſuperferebatur ſuper aquas ; cur ergo tantum de Spiritu tuo dictum eſt hoc ? cur de illo tantum dictum eſt ? Quaſi locus ibi eſſet qui non eſt locus, de quo ſolo dictum eſt quod ſit donum tuum (1). In dono tuo requieſcimus ; ibi te fruimur. Requies noſtra, locus noſter. Amor illuc adtollit nos, & ſpiritus tuus bonus exaltat humilitatem noſtram de portis mortis (2). In bona voluntate pax nobis eſt (3). Corpus pondere ſuo nititur ad locum ſuum. Pondus non ad ima tantum eſt, ſed ad locum ſuum. Ignis ſurſum tendit, deorſum lapis. Ponderibus ſuis aguntur, loca ſua petunt. Oleum infra aquam fuſum, ſupra aquam adtollitur; aqua ſupra oleum fuſa, infra oleum demergitur; ponderibus ſuis aguntur, loca ſua petunt. Minus ordinata inquieta ſunt, ordinantur & quieſcunt. Pondus meum amor meus (*b*), eo feror quocumque feror. Dono tuo accendimur, & ſurſum ferimur. Inardeſcimus, & imus. Adſcendimus adſcenſiones in corde (4), & cantamus canticum graduum (5). Igne tuo, igne tuo bono inardeſcimus & imus, quoniam ſurſum imus ad pacem Ieruſalem, quoniam iucundatus ſum in his qui dixerunt mihi (*c*), in domum domini ibimus (6). Ibi nos collocavit voluntas bona, ut nihil velimus aliud, quam permanere illic in aeternum.

(*a*) *Et Pater, & Filius &c.* = Sat eſt celebre illud Theologorum ſupra laudatum, Actiones *ad extra* a tota Trinitate eſſe ; ſuper aquas autem ferri eſt utique quid ad extra. At quoniam Spiritus-Sanctus nos ab infimis trahere dicitur, mundare, ſanctificare: ideo ipſius tantummodo hic mentio facta eſt.

(*b*) *Pondus meum amor meus &c.* = Celeberrimam, graviſſimamque ſententiam iſtam aureis litteris ſcribendam & alibi protulit, digeſſitque. Lib. 2. ad Inquiſit. Ianuarii, ſeu Epiſt. 55. (Alias, 119.) c. 10. n. 18. = Amant enim re„quiem ſive piae animae, ſive iniquae, „ſed qua perveniant ad illud, quod „amant, plurimae neſciunt : nec a„liquid appetunt etiam ipſa corpora „ponderibus ſuis, niſi quod animae a„moribus ſuis. Nam ſicut corpus tam„diu nititur pondere, ſive deorſum ver„ſus, ſive ſurſum verſus, donec ad „lo-

(1) Actor. 2. 20. Epheſ. 4. 8. & alibi.
(2) Pſal. 9. 15.
(3) Luc. 2. 14. & alibi.
(4) Pſal. 83. 7.
(5) Pſal. 119. & ſeq.
(6) Pſal. 121. 1.

„ loeum , quo nititur veniens conquie- „ ſcat ; pondus quippe olei &c.] Epiſt. ad Hilarium 157. (*Alias* , 89.) c. 2. n. 9. *Animus quippe velut pondere amore fertur quocumque fertur . Iubemur itaque detrahere de pondere cupiditatis , quod accedat pondus caritatis , donec illud conſumatur , hoc perficiatur .* Vide etiam in Pſal. 9. ad v. 16. n. 15. Latius vero Tract. 26. in c. 6. Ioann. a n. 2. & lib. 11. de Civit. Dei , c. 28. Hinc illud Peripateticae (1) , & omnis Philoſophicae Scholae : Intellectus trahit ad ſe obiectum . Voluntas trahitur ab obiecto.

(*t*) *In his , qui dixerunt mihi .* = Omnino ita legendum cum BB. qui optime obſervant. = In prius excuſis , *quae* „ *dixerunt* . Sed alludit Auguſtinus ad „ Pſal. 121. 1. in quo legere ſolet , *qui* „ *dixerunt* . Et ſic habent hic MSS.] Ita etiam MS. S. Mar. & Car. licet hic duo MS. S. Cr. obſcure , ille aliena manu ad formam prius excuſorum correctus], Feſ. vero aperte corruptae lectioni ſuffragatur ; nec mirum , cum paſſim in eo Pſalmo 121. legatur , *quae* . Inquit autem ad ea Davidis verba S. D. in fine n. 2. *Iocundatus ſum in Prophetis , iocundatus ſum in Apoſtolis : Omnes enim iſti dixerunt* , In domum Domini ibimus.

Qui poſtremis huius capitis verbis maiorem lucem conciliare ambit , iungat exordia Narrationum in Pſal. 121. 122., & 123. Inquiens autem S. D. *Ut nihil velimus aliud , quam &c.* alludit ad illud. v. 4. Pſal. 26. *Unam petii a Domino , hanc requiram , ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae* ,

C A P U T X.

A R G U M E N T U M.

Suſpicit eximiam Angeli ſortem ; Is quippe Spiritus ſupereminentiam , lucemque ita mox ſenſit , ut per ima , ac tenebroſa nunquam rapuerit . Haud ita equidem nobiſcum agitur , in quibus tenebrae lucem praecedunt tempore . Quod autem de Angelo dictum eſt , quaſi revera tenebris primo captus ſit , ita excipiat : quod non propria virtute , & natura : ſed per converſionem ad indeficiens lumen tenebrarum inſidias eluſerit .

BEata creatura quae non novit aliud , cum eſſet ipſa aliud , niſi dono tuo quod ſuperfertur ſuper omne mutabile , mox ut facta eſt , adtolleretur nullo intervallo temporis in ea vocatione qua dixiſti , Fiat lux , & fieret lux (*a*). In nobis enim diſtinguitur tempore, quod tenebrae fuimus & lux efficimur . In illa vero dictum eſt quid eſſet niſi illuminaretur ; & ita dictum eſt , quaſi prius fuerit fluxa & tenebroſa ; ut adpareret cauſa qua factum eſt ut aliter eſſet , id eſt ut ad lumen indeficiens converſa lux eſſet . Qui poteſt , intelligat , a te petat (*b*) . Ut quid mihi moleſtus eſt , quaſi ergo illuminem ullum hominem venientem in hunc mundum (2) ?

(*a*) *Fiat lux , & fieret lux .* = Lectionem hanc praetulimus in obſequium BB. qui in margine . = Sic MSS. cum „ Arn. At Bad. Am. Er. & Lov. habent , „ *facta eſt* ; & paulo poſt , *quo tenebrae* „ *fuimus* .] Editis ſuffragatur quoad omnia MS. Ricor. Poſteriori parti , quam praeferunt MSS. quinque Etr. & etiam Vet. Am. & Som. libenter ſubſcribimus ; At priori cui favent Feſ. Car. unus S. Cr. & unus MS. S. Mar. at alter eiuſdem Bibliothecae repugnat) haeſitatione . Sermo enim , qui a dictione exceptiva , *niſi* , inducitur , & ſubſtinetur , ita primo coniunctivo verbo , *adtolleretur* , explicit , & completur , ut aliud non poſtulare videatur .

Dicit ergo , quod ſupra obſervabamus,

(1) Ariſt. l. 3. de Anima 15. S. Thom. 1. p. q. 27. ar. 4.

(2) Ioan. 1. 9.

mos, Angelom bonum nunquam tenebris captum, nunquam defluxiſſe, nunquam peceaſſe. Et ſi aliquando oppoſitum dici viſom eſt, noli deeipi: ſermo erat de praecedentia naturae, non temporis. Scilicet non eſt idem Angelo gigni, & gratia ditari: quanquam re vera nunqoam fuerit abſque gratia. Vix creatua, iam defluebat, iam tenebris capiebatur, ſi eios vires, & naturam ſpectes. Sed adſtitit mox divinom adiutorium, quo fluxum, tenebras, peccatum declinavit.

(*b*) *Intelligat, a te petat.* = Benedictini cum aliis editis, *intelligat: & qui non poteſt, a te petat.* Profitentur tamen in imo margine. = MSS. carent his verbis, *& qui non poteſt.*] Equidem ea verba ad ubviam ſcilem orationem fere neceſſaria videntur. At utitur Auguſtinus heic tu multuario ſermone, ut ſtatim ſe a nun intelligentium moroſis querelis expedist, & fere dicit, Aut poteſt intelligere, aut petat lucem a Deo, quid ad me? &c. Unde abſunt ea verba & a MSS. noſtris, ſi forte Ricar. excipias, & MS. S. Cr.

Quaſi ega illuminem ullum hominem. = Ita omnino legendum cum Vet. Am. Er. Som. MSS. quibus addere poſſumus Car. praeferentem pro, *ullum, illum.* At Benedictini, nihil admonentes, *omnem hominem.* Quia nimirum ita Ioan. 1. 9. Verom longe pulcrius, & aptius ad Auguſtini rem, *omnem*, mutato in, *ullum.* Ut ſic oſtendat qoam longe diſtet a Chriſti virtute: qui illuminat *omnem* hominem; eum tamen ipſe *nullum* prorſus illuminare poſſit. Quod ipſemet explicat lib. 1. de Peccator. meritis, & remiſſ. c. 25. n. 37. obi,
„ Itaque illod, quod in Evangelio poſitum eſt, *Erat lumen, quod &c.* ideo dictum eſt, quia nullus hominum illuminatur, niſi illo lumine veritatis, qood Deus eſt: ne qoiſqoam potaret ab eo ſe illuminari, a quo audit, ot diſcat, non dico ſi qoemquam magnom hominem, ſed nec ſi Angelom ei contingat habere doctorem. Adhibetor enim ſermo veritatis extrinſecus, vocis miniſterio corporalis, verumtamen *neque qui plantat, eſt aliquid, neque &c.* (1) Audit qoippe homo dicentem vel hominem, vel Angelum; ſed ut ſentiat, ut eugnoſcat verom eſſe quod dicitor, illo lumine intus mens eius adſpergitur, quod aeternum manet, quod etiam in tenebris lucet.] Similia obſervat Serm. 4. de Iacob, & Eſau (Alias, 44. de Diverſ.) c. 5. n. 6. Serm. 182. de verb. Epiſt. 1. Ioann. c. 4. (Alias, 30. de Verb. Apoſt.) c. 5. & lib. 2. Oper. Imperf. c. 136.

C A P U T XI.

A R G U M E N T U M.

A Spiritu-Sancto adTrinitatem digreditur, eiuſque altiſſimam maieſtatem, humanis oculis non inſpiciendam mox obiicit. De ea paſſim loquimur: nec fortean quid loquamur conſcii: licet non dubitemus argutias de eadem noſtras aeſtu, & ira tueri, patrocinari. En S. D. tanti Myſterii ſimilitudinem, licet imperfectiſſimam, in qua ingenium exerceas, tibi ex tuis offert: Eſſe, Noſſe, Velle. Quum tamen ex his aliquid balbutieris, adhuc te a Myſterii veritate longe ſemotum cenſebis; quid enim imae fluitantes hae umbrae ad eminentem incommutabilem Trinitatem, arcanis modis exſiſtentem, ſcientem, volentem? Item: utrum propter tria haec, & ibi Trinitas: an in ſingulis haec tria, ut terna ſingulorum ſint: an utrumque, nec facile noſci poteſt, nec temere praedicandum eſt.

TRrinitatem omnipotentem (*a*) quis intelligit? Et quis non loquitur eam, ſi tamen eam? Rara anima, quae cum de illa loquitur, ſcit quid loquitur. Et contendunt & dimicant; & nemo ſine pace videt iſtam viſionem. Vellem ut haec tria cogitarent homines in ſe ipſis. Longe aliud ſunt iſta tria, quam illa Trinitas: ſed dico ubi ſe exerceant, & probent, & ſentiant quam longe ſunt (*b*). Dico autem haec tria, eſſe, noſſe, velle.

(1) 1. Cor. 3. 7.

le. Sum enim, & novi, & volo; ſum ſciens, & volens; & ſcio eſſe me, & velle; & volo eſſe, & ſcire. In his igitur tribus quam ſit inſeparabilis vita, & una vita, & una mens, & una eſſentia, quam denique inſeparabilis diſtinctio, & tamen diſtinctio (c), videat, qui poteſt. Certe coram ſe eſt, adtendat in ſe, & videat, & dicat mihi Sed cum invenerit in his aliquid & dixerit, non iam ſe putet inveniſſe illud quod ſupra iſta eſt incommutabile, quod eſt incommutabiliter, & ſcit incommutabiliter, & vult incommutabiliter; & utrum propter tria haec & ibi Trinitas; an in ſingulis haec tria, ut terna (d) ſingulorum ſint; an utrumque miris modis ſimpliciter & multipliciter infinito in ſe ſibi fine quo eſt, & ſibi notum eſt, & ſibi ſufficit incommutabiliter idipſum copioſa unitatis magnitudine, quis facile cogitaverit (e)? quis ullo modo dixerit? quis quolibet modo temere pronuntiaverit?

(a) *Trinitatem omnipotentem &c. videt iſtam viſionem.* = Integrum hunc ſermonem exſcribit *Ioannes Phereponus*; & inde ſic tranſit ad ſua. = Nihil ve„ rius dici potuit. Itaque multo prae„ ſtaret parce loqui de iis, quae neſci„ mus, cum non ſint perſpicue a Deo „ revelata; multum vero de omnibus vi„ tae officiis, quorum praeſtationem a „ nobis exigit Deus. Si de iis loquere„ mur dumtaxat, quatenus nobis ſunt „ revelata: atque loquutionibus Scriptu„ rae contenti, ignota Deo relinquere„ mus, non tot eſſent contentiones, qui„ bus ut neſcio an illuſtretur veritas, „ ſic video vehementer laedi Chriſtinam „ Caritatem. „

R. I. *Nihil verius &c.* = Verum utſque; at quod mediae ſagacitatis quilibet obſervare poterat; Adeoque nihil ſtultius cogitare potes, quam ſi credas, alibus verbis aliquam te in Auguſtinum laudem contuliſſe. II. *Parce loqui de iis, quae neſcimus &c.* = Atqui dum Auguſtinus parce, nempe ſubtimide de Geneſis arcanis loquebatur, & alios eodem modo loqui volebat: (1) ridebas tu, fremebas debacchabaris. Talis ergo es magiſter, cuius cathedra perenni vertigine vacillat, & quatitur.

III. *Cum non ſint perſpicue &c.* = Quid loqueris? *Studes* (2)? *an piſcaris? an venaris?* Non ergo decenter, & commode loquimur, niſi de a Deo revelatis, & quidem *perſpicue*? Dum in praecedentibus, maxime l. 12. c. 17 A. Auguſtini plura improbares, derideres, loquebaris ne ex revelatis a Deo *perſpicue*? Dum in tuis, iratis dira ſcriptis libellis Auguſtinum, Hieronymum, Ambroſium, & omnes Patres, & omnes Eccleſiae Catholicae achilles maledictis in eeſſia, & expugnare omnibus extenſi nervis niteris, ſemper loqueris ex revelatis a Deo *perſpicue*? In tuis ad Scripturam commentariis igne delendis, nonniſi ea ſtatuiſti, nonniſi de iis ſerio diſputaſti, quae Deus revelavit *perſpicue*? Quae in Romanam Eccleſiam luteos ceu arietes erexiſti dogmata, nobis impia ſomnia ſunt: At vel tu ipſe a Deo revelata *perſpicue* contendes? Niſi ſis mortalium ſtultiſſimus, Theologiae ſive Scholaſticae, ſive Polemicae Gymnaſia omnia proſcribere, & ex orbe relegare non poteris; At illa non diſputant niſi de revelatis a Deo *perſpicue*? Et tam ſtupendis ſomniis te oppreſſurum Auguſtinum; & praedivini hominis tibi famam conciliaturum confidis? *I decus, i, noſtrum, melioribus utere fatis.* Virgilius lib. 6. Aeneid. v. 442.

IV. *Multum vero de omnibus &c.* = In quem iaecularis? Quem inſtruis? Quis Magiſtrorum vacuo gymnaſio ex cathedra fundit oracula? Tot Auguſtinus de vitae officiis ſcripſit, ut ſi iungantur, ſere bibliothecam compleant! Eiusdem Epiſtolae, Enarrationes in Pſalmos, atque Homiliae, vel Sermones quid potiſſimum, & maxime ediſſerunt, niſi humanae vitae officia? Immo tu ſemper queſtus es, & fremuiſti, quod Auguſtinus ſuis ad Scripturam in commentariis nimis libenter allegoriis indulgeat; quid tandem vero allegoriae intuentur, niſi humanae vitae inſtitutionem? Tam bardus, & fatuus venator es, ut retia tendere neſcias, niſi quibus tu ipſe implicaris? Si autem Auguſtino omiſſo, alios Eccleſiae Doctores intuearis, tot reperies de humanae vitae officiis agentes, quot vides

(1) Recole dicta lib. Praeced. c. 17. A.

(2) Plinius ad Caninium Epiſt. 8. Initio.

des in caelo ſtellas, Quoniam vero omnia, at maxime vitae officia, nedum verbo, ſed & facto docemus; talia tu vel in hiſce iniquis, & lutulentis ad Auguſtini opera commentariis vitae officia docuiſti, quae nedum Chriſtianos, ſed & paganos, & efferatos quoſcunque populos omnino dedecent.

V. *Dumtaxat quatenus &c.* = Tibi equidem Romanae eloquentiae Princeps iure nullo poteſt iraſci: eius enim praecepto: *Eunda creſcere debet oratio*, optime inſiſtis; idem quippe ſomnium novis ſomniis amplificas! Volebas enim univerſum orbem Chriſtianum, cui principaria, de non revelatis loqui *parte*. Addebas inde, non de quibuſcunque revelatis nos loqui poſſe, ſed, de revelatis *perſpicue*. Nunc contendis, nec *parca* de non revelatis perſpicue nos loqui poſſe: ſed *dumtaxat &c.* = & quidem non utcunque de revelatis perſpicue: ſed, *quatenus* talibus. En ergo integrum tuum monitum, in ultimas terras ceu portentum amandandum, quod & ipſi extremi Garamantes crepitantibus riſu buccis excipiant: *Loqui debemus dumtaxat de revelatis a Deo perſpicue, & profecto quatenus talibus*. Quonquam vero ſis ut indoctus, ita vaſertimus: adhuc quid naeniis hiſce moliaris, iam vidimus &c. Sic & alibi, quum Socinianis, in quos velis nolis amice deportaris, oblique ſuppetias ferres, queſtus ea Catholicos ita Chriſti humanitati Divinitatem iunxiſſe, ut fuiſſe iunctam non perſpicue in Evangeliis proditur.

VI. *Quibus at aeſtio, ea &c.* = Si de vera ira, vel contentione loquaris, ea abuſu nonnunquam gignitur, non uſu, & Theologicarum ſcholarum praeceptis. De quo paſſim Doctores noſtri in praeliminaribus ad Theologiam Scholaſticam, Si autem contentionis nomine honeſtum, naturalem, caſtigatum quemdam in dicendo fervorem intelligas: is profecto caritatem non laedit, ſed ingenium acuit, & diſputationem condit. Iam vero non vides, diſputationibus aut verbo, aut ſcripto factis Theologicam, Philoſophicam, Medicam, & omnem veritatem illuſtrari? Hiſce naeniis Doctorum maximum detines?

VII. *Vehementer laedi. &c.* = Modeſtus, & delicatus es! Chriſtiana caritate flagras! nec eſt quod quietis, & pacis amori praeponas! Sine tamen ut cum Perſio Satyra 3. v. 30. erumpam: *Ad populum phaleras; ega te intus, & in cute novi*. Quid ad te de caritate Chriſtiana, qui & ethnicam, ſi ita fas ſit loqui, laeſiſti? qui omnia naturae iura violaſti? Fatali vero ſomno damnatus iſta ſcripſiſti, ut tibi blandiri poſſes, te inſignem ſupra hominum memoriam rapacem lupum, ab omnibus Lectoribus tam ridiculis ſtrophis manſuetum agnum creditum iri.

Et alibi ſimiles phaleras promercales expoſuiſti; In Praefat. puta Tom. 27. Bibliothecae Antiquae, & Novae (ſub finem an. 1726.) = *Quae* (veritas) *suavis animo tranquillo ſe patefacit. Unicuique licere debet, quod ipſe verum putat, modeſte profiteri, & idoneis argumentis ſine ulla acerbitate, & cuiuſquam convicia tueri*, Et Praefat. in Comment. Geneſ. (an. 1693.) ſub finem = *Nos quidem non raro aliorum errores in hoc noſtro Opere notare potuiſſemus, quod & interdum fecimus, ſed molliſſimis verbis; ſatius enim plerumque habuimus id, quod verum videbatur probare, quam falſa confutare*. Quem palpans eius amicus in Praefat. ad Tom. inquo Expoſit. in Iob, Pſalm. Proverbia Salomonis &c. in fine. = *A praecipiti autem iudicio ita ſibi cavit* Clericus, *ut neſciam, an quiſquam ſit inter Scriptores cuiuſcumque generis, qui ſaepius rem in medio relinquat, & vel nihil definiat in alterutram partem, vel coniecturas tantum magis, aut minus veriſimiles ſe proponere modeſte ſignificet*.

Molliſſimus verbis *Pherepones*, ideſt, *Clericus* aliorum errores, ſi aliquando, notavit, Tranquillo animo, ſine ulla acerbitate, & cuiuſquam convicio &c. Parcendum verbis. Vidimus iam, qualis manſuetus hic agnus in Auguſtinum Chriſtianae Theologiae oraculum, & Doctorum modeſtiſſimum fuerit.

(*b*) *Quam longe ſunt.* = Omnino ita legendum cum BB. qui in margine, „ Er. & Lov. *quam longe aliud ſunt*. „ Sed abeſt, *aliud* a MSS. nec non ab „ editis Bad, Am. Som. & Arn.] Nobiſcum ſunt etiam MSS. ſeptem Ett. & etiam Vet. Et merito; Nec enim vult S. D. nos praecipue obſervare, quam longe aliud ſint, Eſſe, Noſſe &c. ſed quam nos longe ſimus a ſcientia Trinitatis.

Huiuſmodi autem Trinitatis ſymbolum adfert Auguſtinus & Serm. 50. de verbis Matt. 3. (Alias, 63. de Verb. Dom.) a n. 18. c. 7. & lib. 11. de Civit. Dei, c. 26., & 28. & alibi ſaepe.

(*c*) *Inſeparabilis diſtinctio, & tamen diſtinctio.* = Veritatem hanc ad Trinitatem relatam utcunque dilucidare poſſunt quae obſervat S. Thomas 1. p. q. 42. art.

art. 5. ubi ſtatuit Filium eſſe in Patre,
& e converſo ex illo Ioan. 14. v. 11.
*Non creditis, quia ega in Patre, & Pa-
ter in me eſt?* Et inde ſubſumit. = Di-
,, cendum quod in Patre, & Filio tria
,, eſt conſiderare; ſcilicet, eſſentiam, &
,, relationem, & originem; & ſecundum
,, quodlibet iſtorum Filius eſt in Patre,
,, & e converſo. Secundum eſſentiam
,, enim Pater eſt in Filio, quia Pater eſt
,, ſua eſſentia, & communicat ſuam eſ-
,, ſentiam Filio, non per aliquam ſuam
,, tranſmutationem. Unde ſequitur, quod
,, cum eſſentia Patris ſit in Filio, quod
,, in Filio ſit Pater. Et ſimiliter cum
,, Filius ſit ſua eſſentia, ſequitur quod
,, ſit in Patre, in quo eſt eius eſſentia.
,, Et hoc eſt quod Hilarius dicit 5. de
,, de Trinit. Naturam ſuam (ut ita di-
,, cam) ſequitur immutabilis Deus, Im-
,, mutabilem gignens Deum ſubſiſtentem.
,, Ergo in eo Dei naturam intelligimus,
,, cum in Deo Deus inſit. Secundum
,, etiam relationes manifeſtum eſt, quod
,, unum oppoſitorum relative eſt in al-
,, tero ſecundum intellectum. Secundum
,, originem etiam manifeſtum eſt, quod
,, proceſſio verbi intelligibilis non eſt a-
,, liquid extra, ſed manet in dicante. Id
,, etiam, quod verbo dicitur, in verbo
,, continetur, & eadem ratio eſt de Spi-
,, Spiritu Sancto.] Ad commodum au-
tem nimis rudium addimus; Unaquaeque
Perſona re vera identificatur cum eſſen-
tia; ut ſtatuit S. Thomas q. 39. ar. 1.
ex ipſo Auguſtino. 7. de Trinit. c. 6.
ex quo tamen non ſequitur, & ipſas Per-
ſonas *identificari*: adeo quod veram,
ſeu, ut loquitur Schola, *realem* diſtin-
ctionem amittant; illud enim omnium
quamvis Scholarum: *Quaecunque ſunt
eadem uni tertia, ſunt eadem inter
ſe*, a Theologo non quidem contemni-
tur, bene vero exponitur, & caſtiga-
tur: ut intelligendum ſit de iis, quae
omni prorſus modo eadem ſunt; at ve-
ro licet Perſona idem ſit quod eſſentia
ſecundum rei veritatem, non ſecundum
tamen rationem. Unde bene duo haec
componuntur: Perſonas cum eſſentia, vel
natura, ut cum Schola loquamur, *iden-
tificari*, & invicem tamen vere diſtingui.

(*d*) *An in ſingulis haec tria, ut ter-
na &c.* = Sequimur Benedictinos, quos
audire iuvat. = Lov. *aut terna*. Sed
,, clarius aliae editiones cum MSS. *ut ter-
,, na*. Mox enim ſequitur; *an utrumque*:
,, quo ſignificatur duo iam eſſe propo-
,, ſita, unum, *an propter tria haec ibi
,, Trinitas*; alterum porro, *an in ſin-
gulis haec tria, ita ut terna ſingulorum
,, ſint*. Quanquam apud Am. & Er. ſic
,, poſt haec legitur: *an utrorumque mi-
,, ris modis ſimpliciter, & multipliti-
,, ter infinito inſenſibili ſine quo eſt &c.*
,, Ita quoque apud Bad. niſi quod ha-
,, betur, *ſive*, non, *ſine*.] Praeferunt,
ut terna, etiam Vet. quinque Er. Sed
habent, *aut* Ricar. alter MS. S. Mar &
Som. In reliquis MS. Ricar. nobis ſuf-
fragatur.

Vel modica autem lux ut his con-
cilietur: obſervandum eſt iuxta celebre,
ac tritum Theologorum axioma, *In Di-
vinis omnia ſunt idem, ubi non obſtat
relationis oppoſitio*, & eſſentiam, & om-
ne bonum pari iure in qualibet Divina-
rum Perſonarum reperiri; adhuc quae-
dam, ſi de actionibus, quas vocant *ad
intra* loquamur, uni Perſonarum conve-
nire, quae alteri certe non conveniunt;
Sic: generat Pater, non Filius, non Spi-
ritus: Item; ſpirant Pater, & Filius: at
non Spiritus-Sanctus. Ratio eſt, quia a-
ctiones hae non ſunt prorſus ab eſſentia,
vel natura: unde non aliquam, ſed om-
nem ſanae Theologiae ſcholam irritaret
ſcribens, vel dicens: *Eſſentia generat,
ſpirat*; ſed ſunt eaedem actiones a Per-
ſona: ſeu, ab eſſentia quidem, at non
vage, & nude accepta, ſed ut a pecu-
liari Perſona, ut ita loquamur, contra-
cta.

De vel ſimilibus, vel non admodum
diverſis Trinitatis ſymbolis, quae in homi-
ne obſervari poſſunt, vide S. D. lib. QQ.
83. q. 51. In Deuteron. q. 4. Lib. de
Gen. Imperf. in fine. In Epiſt. 1. Ioan.
Tract. 8. Lib. 7. de Trinit. c. 6.

(*e*) *Quis facile cagitaverit? &c.* =
Quandoquidem Trinitatis quaecunque ſym-
bola imperfectiſſima ſunt, & plus diſſi-
militudinis habent, quam ſimilitudinis:
ut paſſim obſervant Scripturarum Inter-
pretes: ſuadentque vel ex Hebraicorum
nominum *Beſelem*, & *Demuth* etymolo-
gia, & efficacia. Quorum nonnulli ad-
dunt, antiquos quoſdam Eccleſiae Scri-
ptores in Trinitatis imagine diſcutienda
aliquot tenebris captos, quod eam ad-
modum exactam crederent, vel poſtula-
rent; ut de S. Epiphanio haereſi 70. Pe-
rerius Ieſuita; & Ludovicus Yſtella S.
Palatii Apoſtolici Magiſter, viri in Divi-
nis eloquiis admodum eruditi, & alii ob-
ſervarunt.

I. Nunc quot, qualeſque eximias
veritates ex hoc tam divino capite Fran-
ciſcus Mayro excerpſerit; videamus.
,, Tertium dictum eſt illud: Iſta tria,
,, eſſe, noſſe, velle, ſunt una vita, una
,, mens, una eſſentia, inter quae eſt in-
,, ſe-

„ ſeparabilis diſtinctio. Attende tamen „ quod hic non loquitur de noſſe, & „ velle, prout dicunt actus, ſed prout „ dicont potentias. Et tunc accipiontor „ duo argumenta. Primum eſt, quod „ intellectus, & voluntas non differunt „ naturaliter ab anima, & ab invicem, „ quia ſunt una, inquit, eſſentia. Se- „ cundum argomentum, quod diſtinguun- „ tur aliquo modo, quia dicit quod mo- „ dus diſtinctionis eſt difficilis, & taoien „ diſtinguitor, inqoit. „

Cur advocare Platonem, ut agruoi colat? Ex tam recondito, & nobili de de Trinitate, de Arcanorum altiſſimo ſermone id tantom coniicere, qoid Auguſtious ſenſerit de re philoſophica quae qne paſſim in utramque partem agitator? De qoa tamen ſatis diximus lib. 10. cap. 14. A. Sed nec quiſquilias ſuas bene curavit Mayro. Verba enim, & *tamen diſtinctio* prolata ſimpliciter veram diſtinctionem exprimunt. Sed & aequivoco ſe deceptom prodit Mayro illis verbis, *diſtinguuntur aliquo modo, quia dicit quod modus diſtinctionis eſt difficilis*; Difficoltas qolppe, qoam Auguſtinus exaggeret, non diſtioctionem: ſed diſtinctionis, &, ut loquuotur, identitatis nexum intuetur; ut ſcilicet potentitae diſtinguantur, & non diſtinguantur. Qood aenigma ſi piacoit Mayroni ſic enodare, ut vere quid unum ſint potentiae: & aliquo modo, ſcilicet per rationem diſtinguantor; Alios ſic diſſolvet: ioqoiens, potencias diſtingui vere: non diſtingui aliquo modo. Immo, de diſtinctione io priori parte non agit Auguſtinus, ſed, de vita inſeparabili: *In his igitur quam ſit inſeparabilis vita*. Non autem idem eſt, non poſſe ſeparari, &, non diſtingui: quamvis enim quod non diſtinguitor, nec ſeparari qoeat: plurima tamen ſeparari non poſſunt, qoae diſtingui extra controverſiam eſt. Com ergo identitatem potentiarom nunquam hic expreſſe adſtruat Auguſtinus, bene vero diſtinctionem: longe aequiori iure illa, quam haec laxari poteſt: ut dicatur, aliquo modo non diſtingui: re vera diſtingoi. Ad haec: Licet Auguſtinos abſolute hic de Trinitate agat, de Perſonis videlicet & cum eſſentia, & invicem comparatis; adhuc de his poſteriori loqoitur modo, quom de diſtinctione maxime ſollicitus eſt, *inſeparabilis diſtinctio, & tamen diſtinctio*; Perſonae vero omnino & proprie invicem ſeparantur? Utique: ut iam contra Sabellium definitum eſt; igitur &c.

C A P U T XII.

A R G U M E N T U M.

Trinitate ex Geneſis hiſtoria depromta, & ſymbolo utcunque digeſta; eam nunc & ore profitetur, & colit. Ut autem in eamdem Trinitatem amorem, & gratum animum excitet: eius opera in Geneſi enarrata, ad moralia, & allegorica transfert; Caelum puta ad ſpirituales: Terram ad Eccleſiae carnales; Adeo ut vero terra inviſibilis, & incompoſita anima ſit ignorantiae tenebris obſita: quam tamen Spiritus ſuper eam volitans in ſupernum ſplendorem evexit.

PRocede in confeſſione fides mea, dic Domino Deo tuo, Sancte, Sancte, Sancte (*a*) Domine Deus meus, in nomine tuo baptizati ſumus, Pater & Fili & Spiritus-Sancte; in nomine tuo baptizamus, Pater & Fili, & Spiritus Sancte; quia & apud nos in Chriſto ſuo fecit Deus caelum & terram, ſpiritales & carnales Eccleſiae ſuae; & terra noſtra ante quam acciperet formam doctrinae, inviſibilis erat & incompoſita; & ignorantiae tenebris tegebamur; quoniam pro iniquitate erudiſti hominem (*b*); & iudicia tua ſicut abyſſus multa. Sed quia Spiritus tuus ſuperferebatur ſuper aquam; non reliquit miſeriam noſtram miſeri-

cor-

cordia tua, & dixiſti, Fiat lux. Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum (1). Poenitentiam agite, Fiat lux. Et quoniam conturbata erat (c) ad nos ipſos anima noſtra, commemorati ſumus tui Domine de terra Iordanis, & de monte aequali tibi, ſed parvo propter nos; & diſplicuerunt nobis tenebrae noſtrae, & converſi ſumus ad te, & facta eſt lux. Et ecce fuimus aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino (2).

(a) *Sancte, Sancte, Sancte.* = Ita apud Iſaiam 63. Seraphim, qui erant ſuper ſolium: *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercitum &c.* Et ita denuo in Apocal. Ioan. 4. 8. quatuor animalia. In laude autem illa ter emiſſa, quam ſequitur, *Dominus Deus*, non, Domini Dii: ſignificari Trinitatem Perſonarum in una eſſentia, vel natura, obſervant paſſim Divinorum Interpretes. Sequitur, *In nomine tuo baptizamus*, iuxta illud Matt. 28. 19. *Euntes &c. baptizantes eos in nomine Patris &c.*

An ex his verbis ſimul ſumtis licet paululum ſuſpicari, Hymnum ſuum. *Te Deum &c.* in quo, *Sanctus, Sanctus &c.* quemque poſt ſuum Baptiſma cum Ambroſio digeſſit, Auguſtinum hic intueri?

(b) *Pro iniquitate erudiſti hominem.* = Loquitur ex illo Davidis Pſ. 38. 11. *Propter iniquitatem corripuiſti hominem.* Quod ipſe legit ut hic ſcriptum eſt; explicat vero n. 17. = „Totum quod defeci, quod infirmus ſum, „quod de imo clamo, hoc totum pro „iniquitate: & in hoc erudiſti, non „damnaſti &c. Audi hoc planius ex alio „Pſalmo, *Bonum eſt mihi quod humiliaſti me, ut diſcam iuſtificationes tuas* (3). „Sic humiliatus ſum, & bonum eſt mihi: & poena eſt, & gratia eſt. Quid „ſervat poſt poenam, qui per gratiam „exhibet poenam? Ipſe enim eſt de „quo dictum eſt, *Humiliatus ſum, & ſalvum me fecit* (4) „

Et iudicia tua ſicut abyſſus multa. = Iuxta oraculum Pſ. 35. 7. Serm. huiuſmodi potius divinus eſt, quam exactus, & ad naturalis orationis formam digeſtus. Arbitramur autem ſic explicandum: Anima noſtra antequam &c. Quoniam poſt iniquitatem, vel tenebras erudiſti. Sive: quoniam pro eo quod damnares, ſalutaribus poenis erudiſti. Adeo ut & [hac ratione iudicia tua ſicut abyſſus ſint, cuius ſecreti ſinus detegi nequeunt.

(c) *Conturbata erat &c.* = Adludit certe ad v. 7. Pſal. 41. *Ad meipſum anima mea conturbata eſt:* quem ipſe ſuo loco, n. 12. ſic interpretatur. = Numquid ad Deum turbatur? Ad me turbata eſt. Ad incommutabile reficiebatur, ad mutabile perturbabatur. Novi quia iuſtitia Dei mei manet: utrum mea maneat neſcio. Terret enim me Apoſtolus, dicens, *Qui ſe putat ſtare &c.* (5) Via non conturbetur? Non remaneat (6) in te ipſo, & dic, *Ad te Domine levavi animam meam* (7). Hoc planius audi. Noli ſperare de te, ſed de Deo tuo. Nam ſi ſperas de te, anima tua conturbatur ad te; quia nondum invenit unde ſit ſecura de te.

Proſequitur autem ſermone eiuſdem Pſalmi: *Propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonim a monte modico*: Qui apud ipſum eſt: *Propterea memoratus ſum tui, Domine, de terra Iordanis, & Hermoniim a monte parvo*: exponitur vero n. 32. = Ubi memoratus ſum tui? A monte parvo, & de terra Iordanis. Forte de baptiſmo, ubi eſt remiſſio peccatorum. Etenim nemo currit ad remiſſionem peccatorum, niſi qui diſplicet ſibi &c. Si autem & interpretationes nominum quaeras Iordanis eſt deſcenſio eorum, &c. Hermoniim anathematio (8) interpretatur. Anathema teipſum, diſplicendo tibi &c. „

Montem vero parvum ita interpretatur: ut parvulus, nempe humilis fieri debeas, ut Deo placeas. At non ad rem noſtram: hic enim manifeſte montis nomine Chriſtum intelligit, in Divina natura Patri aequalem: qui tamen propter nos factus eſt homo, & mons parvus.

(1) Matth. 3. 2.
(2) Epheſ. 5. 8.
(3) Pſ. 118. 71.
(4) Pſ. 114. 6.
(5) 1. Cor. 10. 12.
(6) Sic MSS. At editi. *Non remaneat.*
(7) Pſal. 24. 1.
(8) Sic MSS. Editi vero, *Anathematiſatio*. Et infra *anathematiza*.

C A P U T XIII.

A R G U M E N T U M.

Expendit ut homo corpore adhuc gravatus e tenebris educi poſſit in lucem ; Equidem non in ampliſſimam: talem quippe nonniſi fide, & ſpe viventes adſequuti ſunt : fides autem , & ſpes nonniſi obſcura , & ſemota intuentur. Interim tamen cum Apoſtolo in ampliſſimam lucem geſtimus : & Dei vivi adſpectum eo, quo aquarum fontem cervus ardore prehenſamus. Inde plura de iuſtorum abs vitae huius tenebris ſibi praecaventiam ſolicitudine , & ſtudio ex divini Pauli Apoſtoli zelo.

ET tamen adhuc per fidem, nondum per ſpeciem (*a*) (1). Spe enim ſalvi facti ſumus (2). Spes autem quae videtur non eſt ſpes. Adhuc abyſſus abyſſum invocat, ſed in voce cataractarum tuarum (3). Adhuc & ille qui dicit, Non potui vobis loqui, quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus (4), etiam ipſe nondum ſe arbitratur comprehendiſſe (5); & quae retro oblitus (*b*), in ea quae ante ſunt, extenditur (6), ingemiſcit gravatus, & ſitit anima eius ad Deum vivum, quemadmodum cervus ad fontes aquarum (7), & dicit, Quando veniam? habitaculum ſuum quod de caelo eſt, ſuperindui cupiens (8), & invocat inferiorem abyſſum dicens, Nolite conformari huic ſaeculo, ſed reformamini in novitate mentis veſtrae (9); & nolite pueri effici mentibus (*c*), ſed malitia parvuli, eſtote, ut mentibus perfecti ſitis (10); & o ſtulti Galatae, quis vos faſcinavit (11)? Sed iam non in voce ſua (*d*); in tua enim qui miſiſti ſpiritum tuum de excelſis (12), per eum qui adſcendit in altum (13), & aperuit cataractas donorum ſuorum, ut fluminis impetus laetificaret civitatem tuam (14). Illi enim ſuſpirat Sponſi amicus (*e*), habens iam ſpiritus primitias (15) penes eum, ſed adhuc in ſemetipſo ingemiſcens, adoptionem exſpectans redemtionem corporis ſui (16); illi ſuſpirat, membrum eſt enim Sponſae; & illi zelat, amicus eſt enim Sponſi; illi zelat non ſibi, quia in voce cataractarum tuarum (17), non in voce ſua invocat alteram abyſſum, cui zelans timet, ne ſicut ſerpens Evam decepit aſtutia ſua, ſic & eorum ſenſus corrumpantur a caſtitate (18), quae eſt in ſponſo noſtro Unico tuo. Quae eſt illa ſpeciei lux? Cum videbimus eum ſicuti eſt (19), & tranſierint lacrymae (20) quae mihi factae ſunt panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Ubi eſt Deus tuus (21)?

(*a*) ***Nondum per ſpeciem*** . = Ita Vet. Am. MSS. 4. e noſtris cum omnibus aut editis, aut MSS. quos viderimus, & BB. qui nihil admonent. At Som. cum privatis quibuſdam editionibus : *per ſpem*. Unde Itali : *non ancora con la ſperanza*. Perperam tamen ; adludit enim Auguſtinus ad illud Apoſt. 2. Cor. 5. 7. *Per fidem*

(1) 2. Cor. 5. 7.
(2) Rom. 8. 24.
(3) Pſal. 41. 8.
(4) 1. Cor. c. 3. v. 1.
(5) Philipp. 3. 13.
(6) 2. Cor. 5. 4. & Rom. 7. 24.
(7) Pſal. 41. 2.
(8) 2. Cor. 5. 2.
(9) Rom. 12. 2.
(10) 1. Cor. 14. 20.
(11) Galat. 3. 1.
(12) Iſa. 32. 15.
(13) Epheſ. 4. 8.
(14) Pſal. 45. 5.
(15) Ioan. 3. 29.
(16) Rom. 8. 23.
(17) Pſal. 41. 8.
(18) 2. Cor. 11. 3.
(19) 1. Ioan. 3. 2.
(20) Apocal. 21. 4.
(21) Pſal. 41. 4.

ſidem enim ambulamus, & non per ſpeciem. Quod & ipſe ſic legit: ut in Pſal. 118. Serm. 8. n. 2. poſt med. & Serm. 346. *De Peregrinatione noſtra in hac vita per fidem* (Quem Benedictini noviſſime eruerunt ex MS. Michaelino) initio. Licet mox tranſeat ad eiuſdem Pauli verba Rom. 8. 24. *Spe enim &c.*

Quod ſequitur: *Adhuc abyſſus &c.* ſic exponendum eſt: adhuc homo hominem docet: in voce tamen non propria, ſed doctrinae, & virtutis tuae. Adludit enim S. D. ad v. 8. Pſal. 41. de quo ipſe n. 13. inter alia, haec habet. = „Abyſſus eſt profunditas quaedam impenetrabilis incomprehenſibilis: & maxime ſolet dici in aquarum multitudine „&c. Si profunditas eſt abyſſus, putamus non cor hominis abyſſus eſt? „Quid enim eſt profundius hac abyſſo? „&c. Si ergo homo abyſſus eſt, quomodo abyſſus invocat abyſſum? Homo „invocat hominem? invocat quaſi quomodo Deus invocatur? Non. Sed invocar, dicitur ad ſe vocat &c. Sic „diſcitur ſapientia, ſic diſcitur fides, „cum abyſſus abyſſum invocat. Abyſſum invocant ſancti praedicatores verbi Dei &c. Ergo omnis homo licet „ſanctus, licet iuſtus, licet in multis „proficiens abyſſus eſt, & abyſſum invocat, quando homini aliquid fidei, „aliquid veritatis propter vitam aeternam „praedicat. Sed tunc eſt utilis abyſſus „abyſſo invocatae, quando fit in voce „cataractarum tuarum &c. „

(*b*) *Et quae retro oblitus &c.* = Ipſe Paulus id teſtatur Philipp. 3. 13. Eſt autem ſenſus: Oblitus humana, temporalia: in divina, in aeterna extenditur. Sed recole dicta l. 11. c. 29. C. = *Invocat inferiorem abyſſum*. = Vocat ad ſe, ad divina Eccleſiae abiectiores filios, homines adhuc nonnihil carnales.

(*c*) *Effeti mentibus*. = Ita Vet. Am. MSS. ſex e noſtris, poſteriores denique codices, & BB. qui admonent. = MSS. „aliquot, *effeti ſenſibus*.] Parcimus tamen, *ſenſibus* enim *habetur* 1. Cor. 14. 20. iuxta editionem noſtram vulgatam. At Auguſtinus, *mentibus* utroque loco legit: in Pſal. 118. n. 1. & in 130. n. 12. ubi etiam haec obſervat. = Certe explicatum eſt, Fratres mei, ubi nos „Deus voluit eſſe humiles, eſſe altos: „humiles propter cavendam ſuperbiam: „altos propter capiendam ſapientiam. „Lactare, ut nutriaris: ſic nutrire, ut „creſcas: ſic creſce ut panem manduces. „Cum enim coeperis panem manducare, „ablactaberis, ideſt, iam tibi non opus „erit lac, ſed ſolidus cibus. Et hoc videtur dixiſſe: *Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltavi animam meam*: ideſt, ſi non mente, ſed malitia parvulus fuit &c.

(*d*) *Sed iam non in voce ſua*. = Redit ad illud: *in voce cataractarum tuarum*. = *Ut fluminis impetus laetificaret civitatem tuam*. = Loquitur ex v. 5. Pſal. 45. *Fluminis impetus laetificat civitatem Dei*. Quanquam in expoſitione Pſal. legat Auguſtinus, *laetificant*, ut obſervant Benedictini in imo margine eius loci ex MSS. quibus conſentit Graeca interpretatio LXX. Ceterum verſ. illum ſic n. 8. Auguſtinus dilucidat. = Qui „ſunt iſti impetus fluminis? Inundatio „illa Spiritus-Sancti, de qua Dominus dicebat. *Si quis ſitit veniat, & bibat, qui credit in me, flumina &c.* (1) „Ergo haec flumina fluebant de ventre Pauli, Petri, Ioannis, aliorum Apoſtolorum, aliorum Evangeliſtarum „fidelium. Haec flumina cum fluerent „ab uno flumine, multi *impetus fluminis laetificant civitatem Dei*. „

(*e*) *Illi ſuſpirat Sponſi amicus &c.* = Utique intuetur verba Ioann. Bapt. quae ſunt in Evangel. Ioann. c. 3. n. 29. ſed ea ut ex contextu liquet, transferr ad Paulum. Sic etiam Tract. 13. in Ioan. ad ea verba, n. 12. = Non, inquit, „gaudeo propter vocem meam, ſed „propter vocem Sponſi gaudeo. Ego „ſum in audiendo, ille in docendo, „ego &c. Ergo amicus Sponſi ſtat, & „audit eum. Quare ſtat? quia non cadit. Quare non cadit? quia humilis „eſt. Vide ſtantem in ſolido. *Non ſum dignus corrigiam calceamenti eius ſolvere &c.* (2) Sic & Apoſtolus amicus „Sponſi, zelat & ipſe, non ſibi, ſed „Sponſo. Audi vocem zelantis: *Zelo Dei vos zelo* (3), dixit: non meo, „non mihi, ſed zelo Dei. Unde? &c. „

(1) Ioan. 7. 37. & 38.
(2) Ioan. 1. 27.
(3) 2. Cor. 11.

Digitized by Google

C A P U T XIV.

A R G U M E N T U M.

Deſideria ſua Davidicis, atque Paulinis iungit: & ad viventem Deum adſpirat; Interim hac ratione ad eum accedens, dum nimirum phantaſmatibus creatis abiectis, & ſuperno gaudio perfuſus mente ſupra animam ſuam erigitur. At vero quid ſtabilis boni in hac vita? Mox iterum turbatur recidens in abyſſum, ſeu dum ſe abyſſum eſſe meditatur; quanquam inde inſignis divinae ſpei virtute cures emergere; maxime de aeterna ſua ſorte non adeo male ſentiens: ex quo tamen nihil gloriae, vel iactantiae: quum ex eadem maſſa vaſa honoris, & contumeliae: & nonniſi Numinis liberalitas a filiis tenebrarum filios lucis ſecreverit.

ET ego dico, Deus meus ubi es? Ecce ubi es (*a*). Reſpiro in te paululum, cum effundo ſuper me (*b*) animam meam in voce exſultationis & confeſſionis ſoni feſtivitatem celebrantis (1). Et adhuc triſtis eſt (2), quia relabitur & fit abyſſus, vel potius (*c*) ſentit adhuc ſe eſſe abyſſum. Dicit ei fides mea, quam accendiſti in nocte (*d*) ante pedes meos, Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me (3)? Spera in Domino; lucerna pedibus tuis verbum eius (4). Spera, & perſevera, donec tranſeat nox mater iniquorum (5), donec tranſeat ira Domini, cuius filii, & nos fuimus aliquando tenebrae, quarum reſidua trahimus in corpore propter peccatum mortuo (6), donec adſpiret dies, & removeantur umbrae (7). Spera in Domino (8); mane adſtabo, & contemplabor (9), ſemper (*e*) confitebor illi. Mane adſtabo, & videbo ſalutare vultus mei, Deum meum (10), qui vivificabit & mortalia corpora noſtra, propter Spiritum qui habitat in nobis (11); quia ſuper interius noſtrum tenebroſum & fluidum miſericorditer ſuper ferebatur (*f*). Unde in hac peregrinatione pignus accepimus (12), ut iam ſimus lux (13), dum adhuc ſpe ſalvi facti ſumus (14), & filii lucis, & filii diei, non filii noctis neque tenebrarum, quod tamen fuimus. Inter quos (15) & nos in iſto adhuc incerto humanae notitiae, tu ſolus dividis qui probas corda noſtra (16), & vocas lucem diem, & tenebras noctem (17). Quis enim nos diſcernit (18), niſi tu? quid autem habemus quod non accepimus a te, ex eadem maſſa vaſa in honorem, ex qua ſunt & alia facta in contumeliam (19).

(*a*) *Ubi es? Ecce ubi es.* = Ita communiter codices, & B3. qui inquiunt. „ Apud Lov. omittitur, *Ecce ubi es.*] Omittitur etiam apud Er. ſed immerito; Additur enim ſtatim: *Reſpiro &c.* Quaſi dicatur: ubi es? Ecce ubi es pro homine adhuc in hac vita certante: *Reſpiro &c.* Unde nobiſcum ſunt praeter Vet. & alios editos, MSS. ſex e noſtris.

(*b*) *Cum effundo ſuper me &c.* = Equi-

(1) Pſal. 41. 5. 6.
(2) Ibidem v. 6.
(3) Pſal. 41. v. 6., & 7.
(4) Pſal. 118. 105.
(5) Ex Pſal. 61. 2. Cantic. 4. 6. & Apocal. 22. 5.
(6) Rom. 8. 10.
(7) Cantic. 4. 6.
(8) Pſal. 41. 7.
(9) Pſal. 5. 5.
(10) Pſal. 41. 12. & Pſal. 42. 5.
(11) Rom. 8. 11.
(12) 2. Cor. 1. 22. & 5. 5. & Epheſ. 14.
(13) Epheſ. 5. 8.
(14) Rom. 8. 24.
(15) Epheſ. 5. 8. Gen. 1. 4.
(16) Pſal. 16. 3. & 7. 10.
(17) Gen. 1. 5.
(18) 1. Cor. 4. 7.
(19) Rom. 9. 21.

Digitized by Google

Equidem animus nobis non eſt quaecunque Scripturarum oracula Auguſtinus intuetur expendere, dilucidare; id enim, ut liquet, ſuperfluum aſſet: & ignoramus, an nobis, vel Lectoribus faſtidioſius. At vero quae ita vel laudat, vel interponit, ut ſua faciat: ſive quibus non intellectis, nec eius ſermo deprehendi poteſt, abſque commentario omittere dedecet. Nunc igitur loquitur ex v. 5. Pſal. 41. *Haec recordatus ſum, & effudi in me animam meam &c. In voce exultationis, & confeſſionis ſonus epulantis.* Pro duobus autem poſterioribus verbis legit ipſe, *ſoni feſtivitatem celebrantis.* Quid ergo ex integro hoc ſermone velit Pſaltes ex ipſo Auguſtino diſcamus, n. 8. „ Quaerens ergo Deum meum in rebus viſibilibus, & corporalibus, & non inveniens; quaerens eius ſubſtantiam in me ipſo, quaſi aliquid ſit, qualis ego ſum, „ neque hoc inveniens: aliquid ſuper animam eſſe ſentio Deum meum. Ergo ut „ eum (1) tangerem: *Haec meditatus ſum,* „ *& effudi &c.* Quando anima mea contingeret quod ſuper animam meam quaeritur, niſi anima mea ſuper ſeipſam „ effunderetur? Si enim in ſeipſa remaneret, nihil aliud quam ſe videret &c.] Et n. 9. poſt med. = Adſcendens tabernaculum, pervenit ad domum Dei. „ Tamen dum miratur membra tabernaculi, ita perductus eſt ad domum Dei, „ quamdam (2) dulcedinem ſequendo, interiorem neſcio quam, & occultam voluptatem, tanquam de domo Dei „ ſonaret ſuaviter aliquod organum: & „ cum iſte ambularet in tabernaculo, „ audito quodam interiore ſono, ductus „ dulcedine, ſequens quod ſonabat, abſtrahens ſe ab omni ſtrepitu carnis, & „ ſanguinis, pervenit uſque ad domum „ Dei &c.] Sic dixerat lib. 7. c. 10. initio: *Supra eumdem oculum animae meae &c.* Et cap. 17. poſt med. *Supra mentem meam &c. Erexit ſe ad intelligentiam ſuam, & abduxit &c.* Ecſtaſis autem ſic breviter definitur ab Auguſtino in Pſal. 67. ad illud. *Ibi Beniamin adoleſcentior in ecſtaſi: Ecſtaſis namque eſt mentis exceſſus, quod aliquando pavore contingit, nonnumquam vero per aliquam revelationem, & alienationem mentis a ſenſibus corporis, ut ſpiritui quod demonſtrandum eſt, demonſtretur.* Similia, & quidem fuſius obſervat in Pſal. 30. Serm. 1. initio; in Pſal. 115. ad illud: *Ego dixi in ecſtaſi mea.* Et alibi.

(c) *Relabitur, & fit abyſſus, vel potius &c.* Et hic accipe verba eiusdem in Pſ. 41. n. 10. = Sed quia quamdiu „ ſumus in corpore hoc, peregrinamur „ a Domino (3), & corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit „ terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem (4): etſi utcunque nebulis diffugatis ambulando per deſiderium, ad „ hunc ſonum pervenerimus interdum, „ ut aliquid de illa domo Dei nitendo „ capiamus: onere tamen quodam infirmitatis ad conſueta recidimus, & ad „ ſolita iſta dilabimur. Et quomodo ibi „ inveneramus unde gauderemus, ſic „ hic non deerit quod gemamus &c.

Huius tamen ſermonis ſequentibus, quae brevitatis cauſſa omiſimus, non erimus prorſus iniurii, ſi ſuſpicati erimus, abyſſum hic inſcrutabile hominis pectus ſignificare; ut ſit ſenſus; Adhuc triſtis eſt anima, cum meditatur ſe eſſe abyſſum: talem nempe, cuius ſecretior iuſtitia, cordis profundis inſidens certis momentis, & inditiis detegi nequeat; iuxta illud Eccleſiaſtes 9. 1. *Neſcit homo, utrum amore, an odio dignus ſit.* Haec autem interpretatio potiſſimum nititur iis, quae S. D. de abyſſo dicebat cap. praeced. A.

(d) *Quum accendiſti in nocte &c.* = Ex duobus Davidis oracolis dictionem ſuam conficit. Pſal. 118. 105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Et Pſal. 41 9. *In die &c. & nocte canticum eius.* Quod ipſe legit: *In die &c. & nocte declamabis.* Nunc videamus ut illa ab eodem Auguſtino exponantur. Ad primum inquit Serm. 43. n. 1. = Quod eſt, *lucerna*: hoc repetitum eſt, *lumen*: quod, *pedibus* „ *meis*: hoc, *ſemitis meis*. Quid eſt „ ergo, *verbum tuum*? Numquidnam „ illud, quod in principio erat Deus „ apud Deum (5)? Verbum ſcilicet, per „ quod facta ſunt omnia? Non eſt ita. „ Nam illud Verbum lumen eſt, ſed lucerna non eſt. Lucerna quippe creatura eſt, „ non Creator, quae participatione incommutabilis lucis accenditur. Hoc erat „ Ioannes, de quo (6) &c Cum igitur lumen dicatur unigenitum Verbum aequale gignenti, lumen dicatur & homo „ ab illo Verbo illuminatus, qui dicitur „ &

(1) Apud Lov. *interponitur* hic, *animi intellectu*; hoc ab Er. & MSS. abeſt.
(2) Editi, *percepit quamdam*. Redundat, *percepit*, nec, eſt in MSS.

(3) 2. Cor. 5. 6.
(4) Sap. 9. 15.
(5) Ioan. 1. 1.
(6) Ioan. 1. 8 v. 4

Digitized by Google

„ & lucerna , ſicut Ioannes, ſicut Apo-
„ ſtoli , nec illus eorum homo ſit Ver-
„ bum , & illud Verbum , a quo illu-
„ minati ſunt , lucerna non ſit; quid eſt
„ hoc verbum , quod ita lumen dicitur,
„ ut lucerna ſit ; niſi verbum intelliga-
„ mus , quod factum eſt ad Prophetas,
„ vel quod praedicatum eſt per Apo-
„ ſtolos ? Non verbum Chriſtum , ſed
„ verbum Chriſti , de quo ſcriptum eſt,
„ Fides ex auditu , auditus autem per
„ verbum Chriſti (1). Nam & verbum
„ propheticum lucernae comparans apo-
„ ſtolus Petrus , Habemus , inquit , certio-
„ rem propheticum ſermonem , cui bene
„ facitis intendentes , velut lucernae lu-
„ centi in obſcuro loco (2).] Ad alterum
n. 16. = Nulli vacat audire in tribula-
„ tione. Attendite cum vobis bene eſt :
„ diſcite cum tranquilli eſtis , ſapientiae
„ diſciplinam , & verbum Dei ut cibum
„ colligite. Quando enim quiſque in tri-
„ bulatione eſt, prodeſſe illi debet quod
„ ſecurus audivit. Etenim in rebus pro-
„ ſperis mandat tibi Deus miſericordiam
„ ſuam , ſi ei fideliter ſervieris : quia li-
„ berat te de tribulatione : ſed non tibi
„ declarat ipſam miſericordiam , quam
„ tibi per diem mandavit , niſi per no-
„ ctem . Cum venerit ipſa tribulatio ,
„ tunc adiutorio te non deſerit : oſtendit
„ tibi verum fuiſſe quod tibi per diem
„ mandavit . Etenim ſcriptum eſt quo-
„ dam loco , ſpecioſa miſericordia Domi-
„ ni in tempore tribulationis , ſicut nu-
„ bes pluviae in tempore ſiccitatis (3) &c.

Ex his omnibus huiuſmodi commentarius colligi poteſt. Cum adverſitatibus, cum ſpiritus ariditate, cum malis ſtimulis angor , dicit animae meae Prophetica, & Apoſtolica doctrina , Fides Eccleſiae: quae doctrina , quae fides maxime obſcuro eo tempore neceſſaria eſt , ne pedes offendant ad lapidem , ne capiamur tenebris , ne deſperemus.

(*d*) *Mane adſtabo* , *& contemplabor*. = Adſtipulamur omnino Benedictinis , qui admonent . = Editi cum non-
„ nullis MSS. *Mane adſtabo tibi* , *&c.*
„ at abeſt , *tibi* a verioribus codicibus,]
Abeſt etiam a MSS. 2. S. Mar. MS. S. Cr. & Feſ. nedum , ſed & a Ver. Licet occurrat apud Ricar. & Car. Sed & manifeſta ratione abeſſe debet : Nec enim Auguſtinus Deum , ſed animam ſuam adloquitur ; unde ſequitur , *ſemper confitebor illi*. Decepti ſunt autem librarii ex eo quod in v. 5. Pſal. 5. etiam iuxta Auguſtini lectionem , *adſtabo tibi* , reperiatur : quaſi divinae phraſes ita ſemper advocari debeant , ut nihil immutari poſſint ſermonis commodo .

Sic autem oraculum illud edišerit S. D. n. 5. = *Adſtabo* quid eſt , niſi non ia-
„ cebo ? Quid eſt autem aliud iacere,
„ niſi in terra quieſcere , quod eſt
„ in terrenis voluptatibus beatitudinem
„ quaerere ? *Adſtabo* , inquit , *& vide-*
„ *bo*. Non eſt ergo inhaerendum terre-
„ nis , ſi volumus Deum videre , qui
„ mundo corde conſpicitur &c. Iniqui-
„ tas , malignitas , mendacium , homici-
„ dium , dolus , & quidquid huiuſmo-
„ di eſt , ipſa nox eſt : qua tranſeunte ,
„ ſit mane , ut videatur Deus &c.] Et
in Pſal. 26. Serm. 2. ad v. 4. n. 8. *Vult finita nocte ſua haerere in luce ipſius* , *Tunc enim erit mane noſtrum , nocte tranſacta : unde alio loco Pſalmus dicit* , Mane adſtabo &c. *Modo ideo non contemplor , quia cecidi : tunc adſtabo* , *& contemplabor*.

Salutare vultus mei &c. = Utique loquitur ex illo v. 12. Pſal. 41. & 5. 42. quod ipſe in fine n. 7. ſic exponit. *Quid illi confiteberis* ? Salutare &c. *Tu es ſalutare vultus mei , tu ſanabis me. Aeger ad te loquor : agnoſco medicum , non me iacto ſanum &c.* Sed hic loquitur de ſalutari ſuo , hoc eſt de Deo videndo , non tam de Deo , a quo ſanandus eſt .

(*f*) *Miſericorditer ſuperferebatur* , = Redit ad Spiritum ſuper aquas delato; idque ſic myſtice exponit : ut ſignificet aqua humani pectoris ſecretiores ſinus periculoſae ignorantiae tenebris obſitos , atque ad culpas fluidos , ſeu , concupiſcentia extra honeſti fines excurrentes : Spiritus vero tertiam Divinarum Perſonarum , quae ſuis donis ſuper hominem volitans , eius geminis infirmitatibus , clemens pater medetur .

Ceterum eadem divina res illa triplicem expoſitionem pati ſolet . 1. Spiritus Dei nimia caritate in genus humanum flagrans , eam temperaturus ſuper aquas volitabat . 2. Spiritus flagrans , qui & alios caleſaciat , deportabatur ſuper aquas , in quibus velut ſymbolo frigeſcentes homines deſignabantur . 3. Spiritus ſuper aquas , Deus in altis conſiliis circa humanum genus conceptis.

CA-

(1) Rom. 10. 17.
(2) Pet. I. 19.
(3) Eccl. 35. 26.

C A P U T XV.

A R G U M E N T U M.

Ex Divinis Perſonis ad Firmamentum tranſit: eiuſque nomine per allegoriam Scripturam intelligit; ut enim caelum quaſi pellis extenditur: & illa iis, per quos facta eſt, mortem obeuntibus, auctoritatis ſuae iura longe, lateque protendit; utque Firmamentum loco, ita Scriptura auctoritate ſupra nos eminet. Aquarum autem nomine ſuper Firmamentum conſiſtentium Angelos ſignificatos opinatur: qui tamen eiuſdem Firmamenti, ſcilicet Scripturae luce non indigent, ut divinum verbum perdiſcant; in Numinis quippe facie, cui repaculo interpoſito nullo, ſiſtuntur, cuncta pulcre legunt, nulla emergente aut ingenii caligine, aut viciſſitudine temporum. Addit inde plura de divini verbi, nunquam interituri ſplendore, atque ſtabilitate.

I. AUt quis niſi tu Deus noſter feciſti nobis firmamentum (1) auctoritatis ſuper nos in Scriptura tua divina? Caelum enim plicabitur ut liber (2), & nunc ſicut pellis (*a*) extenditur (3) ſuper nos. Sublimioris enim auctoritatis eſt tua divina Scriptura cum iam obierunt iſtam mortem illi mortales, per quos eam diſpenſaſti nobis. Et tu ſcis Domine, tu ſcis quemadmodum pellibus indueris homines (4), cum peccato mortales fierent. Unde ſicut pellem extendiſti firmamentum libri tui, concordes utique ſermones tuos, quos per mortalium miniſterium ſuperpoſuiſti nobis. Namque ipſa eorum morte ſolidamentum auctoritatis in eloquiis tuis per eos editis ſublimiter extenditur ſuper omnia quae ſubter ſunt: quod cum hic viverent, non ita ſublimiter extentum erat. Nondum ſicut pellem caelum extenderas, nondum mortis eorum famam uſquequaque dilataveras.

II. Videamus Domine caelos opera digitorum tuorum (5): diſſerena oculis noſtris nubilum quo ſubtexiſti eos. Ibi eſt teſtimonium tuum (*b*), ſapientiam praeſtans parvulis (6). Perfice, Deus meus, laudem tuam ex ore infantium & lactentium (7). Neque enim novimus alios libros ita deſtruentes ſuperbiam, ita deſtruentes inimicum & defenſorem (8), reſiſtentem reconcilationi tuae defendendo peccata ſua. Non novi, Domine, non novi alia tam caſta eloquia (9), quae ſic mihi perſuaderent confeſſionem, & lenirent cervicem meam iugo tuo, & invitarent colere te gratis. Intelligam ea, Pater bone: da mihi hoc ſubterpoſito (*c*), quia ſubterpoſitis ſolidaſti ea.

III. Sunt aliae aquae ſuper hoc firmamentum, credo immortales, & a terrena corruptione ſecretae. Laudent nomen tuum (10), laudent te ſupercaeleſtes populi Angelorum tuorum, qui non opus habent ſuſpicere (*d*) firmamentum hoc, & legendo cognoſcere verbum tuum. Vident enim faciem tuam ſemper (11), & ibi legunt ſine ſyllabis temporum quid velit aeterna voluntas tua legunt, eligunt, & diligunt; ſemper legunt, & nunquam praeterit quod legunt. Eligendo enim & diligendo

(1) Gen. 1. 6.
(2) Iſa. 34. 4.
(3) Pſal. 103. 2.
(4) Gen. 3. 21.
(5) Pſal. 8. 4.
(6) Pſal. 18. 8.
(7) Pſal. 8. 4.
(8) Rom. 2. 15. At prorſus Eccleſ. 19. v. 8. & 9.
(9) Pſal. 11. 7.
(10) Pſal. 148. 4.
(11) Matth. 18. 10.

do legunt ipſam incommutabilitate conſilii tui (1). Non clauditur codex eorum, nec plicatur liber eorum quia tu ipſe illis hoc es, & es in aeternum, quia ſuper hoc firmamentum ordinaſti eos, quod firmaſti ſuper infirmitatem inferiorum populorum, ubi ſuſpicerent & cognoſcerent miſericordiam tuam, temporaliter enuntiantem te, qui feciſti tempora. In caelo enim Domine miſericordia tua, & veritas tua uſque ad nubes (2). Tranſeunt nubes, caelum autem manet; tranſeunt praedicatores verbi tui ex hac vita in aliam vitam; Scriptura vero tua uſque in finem ſaeculi ſuper populos extenditur. Sed & caelum & terra tranſibunt; ſermones autem tui non tranſibunt (3), quoniam & pellis plicabitur, & foenum ſuper quod extendebatur, cum claritate ſua praeteriet; verbum autem tuum manet in aeternum (4); quod nunc in aenigmate nubium & per ſpeculum caeli, non ſicuti eſt adparet nobis; quia & nos quamvis Filio tuo dilecti ſimus, nondum adparuit quod erimus (5). Adtendit per retia (*c*) carnis, & blanditus eſt, & inflammavit, & cucurrimus poſt odorem eius (6). Sed cum adparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt: ſicuti eſt (7), Domine, videre noſtrum, quod nondum eſt nobis.

(*a*) *Plicabitur ut liber: & nunc ſicut pellis &c.* = Loquitur in prima parte ex illo Iſaiae 34. 4. *Et complicabuntur ſicut liber caeli*. Et Apocalypſ. 6. 14. *Et caelum receſſit ſicut liber involutus*. In altera vero ex Pſal. 103. v. 3. *Extendens caelum ſicut pellem: qui tegit aquis ſuperiora eius*. Hoic autem loco, & nonnullis aliis ex ſeqoentibus non modicum lucem ipſe Auguſtinus conciliabit. In Pſal. 93. n. 6. = Nam caelom, ideſt firmamentum, intelligitur „ per figuram liber Legis. Ideo quodam „ loco dicitur: Extendit caelum ſicut „ pellem. Si extenditur ſicut pellis, tanquam liber eſt extentus, ut legatur. „ Tranſacto autem tempore non legitur „ Lex, quia nondom venimus ad illam „ Sapientiam, quae implet corda, & „ mentes intuentium: & non opus erit „ ut aliquid ibi nobis legatur. Quia in „ eo quod nobis legitur ſyllabae ſonant, „ & tranſeunt: illa lux veritatis non „ praeterit, ſed fixa permanens inebriat „ corda videntiom &c. Modo ergo lectio neceſſaria eſt, quamdiu ex parte „ cognoſcimus; & ex parte prophetamus, „ ſicut dicit Apoſtolus: cum autem venerit quod perfectum eſt, auferetur „ quod ex parte eſt (8). Non enim (9) in „ illa civitate Ieruſalem, ubi Angeli vivont, unde nos modo peregrinamur. „ &c. numquid in illa civitate, ubi ſunt „ Angeli, Evangeliom legitur, aut Apoſtolus? Verbo Dei paſcuntur &c. Sed „ tamen ipſa Lex, quae ſcripta eſt, firmamentum nobis eſt &c. Dictum eſt „ ergo: Extendit caelum ſicut pellem. „ Cum aotem tranſeunt tempora neceſſitatis librorum, quid dictum eſt? Caelum plicabitur ut liber.] In Pſal. 103. Serm. 1. fuſiſſime n. 7. 8. 9. ex quibus tamen pauca tantum ſeligemus. = „ Quis extendit hoc caelum, quod noſtris carnalibus oculis intuemur, niſi „ Deus? *Et extendit ſicut pellem* (10), ad „ facilitatem redegit (11), ſi ad literam „ accipias. Etenim cum videris iſtam fabricam magnam, quam quiſquis hominum unam vel parvam cameram extenderit, magno molimine, magno labore, & difficoltate, ac dioturna operatione id facit; ne huiuſmodi laborem in Dei operibus infirmitas ſuſpicaretur humana, adtulit quamdam „ facilitatem pro tua capacitate, ut ſic „ quodammodo incipias credere facile „ operantem Deum, & non putare ſic „ eum extendiſſe caelum, ſicut tu tectum domus tuae; ſed quam tibi facile „ eſt extendere unam pellem, tam facile illi fuiſſet extendere tam magnum „ caelum &c. Figurate autem ſi aliquid „ tectum retegi volumus, & pulſare ad „ clauſom, invenimus extendiſſe Deum „ caelum ſicut pellem, ut intelligamus „ cae-

(1) Pſal. 32. 11.
(2) Pſal. 35. 6.
(3) Matth. 24. 35.
(4) Pſal. 118. 89.
(5) 1. Ioan. 3. 2.
(6) Cant. 1. 9. iuxta LXX.
(7) 1. Ioan. ibid.
(8) 1. Cor. 13. 9.
(9) Hic additum fuit apud Am. *legimus*, & in aliis excuſis, *liber neceſſarius erit*, *neque legemus*, quod a MSS. abeſt.
(10) Iſ. 34. 4. 27.
(11) Quidam. MSS. *redigit*, Alii, *redegit*.

„ caelum Sanctam Scripturam &c. Pri-
„ mo iſtam famam predieantium extendit
„ ſicut pellem : pellis mortalitatem ſigni-
„ ficat : propterea & illi duo homines
„ primi parentes noſtri , auctores peecati
„ generis humani , Adam , & Eva, eum
„ &c. facti mortales, dimiſſi ſunt de pa-
„ radiſo ; ut autem ſignifiearetur ipſa
„ mortalitas eorum , induti ſunt tunicis
„ pelliceis &c. pelles autem detrahi non
„ ſolent , niſi animalibus mortuis , ergo
„ pellium nomine mortalitas illa figu-
„ rata eſt . Quid ergo hic ſi divi-
„ na Scriptura ſignificatur pellis no-
„ mine , quomodo Deus de pelle fe-
„ cit caelum , & *extendit caelum ſicut*
„ *pellem* . Quia per quos nobis Scriptura
„ praedieata eſt, mortales fuerunt &c.
„ elegit Deus quaedam mortalia , elegit
„ homines mortales , & morituros , ad-
„ bibita lingua mortali exhibuit ſonos
„ mortales, adhibita diſpenſatione morta-
„ lium , adhibuit inſtrumenta mortalia , &
„ in eo tibi factum eſt caelum, tu in
„ re mortali cognoſceres Verbum im-
„ mortale &c. Vixit Moyſes (1), & mor-
„ tuus eſt &c. Mortuus eſt Ieremias, &
„ tot Prophetae mortui ſunt : & mor-
„ tuorum dicta , quia non eorum , ſed
„ per eos illius erant , qui extendit cae
„ lum ſicut pellem , manent uſque ad
„ poſteritatem noſtram . Ecce Apoſtolus
„ ſolutus de hac vita &c. Nos ſub caelo,
„ tamquam ſub pelle divinarum Scriptu
„ rarum legimus modo eum tenditur.
„ Etenim poſtea caelum plicabitur ut li-
„ ber. (2) Non fruſtra , Fratres, hic ut pel-
„ lis, ibi ut liber : figuratum ibi quid-
„ dam nobis eſt. Quod ad divinam Scri-
„ pturam adtinet , extenditur ſermo mor-
„ tuorum: ergo ideo tenditur ſicut pel
„ lis; & multo magis tenditur , quia illi
„ mortui ſunt . Nam poſt mortem plus
„ innotuerunt Prophetae , & Apoſtoli, non
„ erant tam noti cum viverent : Prophe-
„ tas vivos ſola Iudaea habuit, mortuos
„ omnes gentes . Cum enim viverent ,
„ nondum erat extenta pellis , nondum
„ erat extentum caelum , ut tegeret
„ orbem terrarum &c. „

(*b*) *Ibi eſt teſtimonium tuum &c. Perfice &c.* = Intuetur illud Pſal. 18. v. 8. *Teſtimonium Domini fidele , ſapientiam praeſtans parvulis* . Et alterum Pſal. 8. v. 4. *Ex ore infantium , & lactentium perfeciſti laudem* . Ad primum inquit E-narr. 1. n. 8. *Quia nemo novit Patrem, niſi Filius , & cui voluerit Filius revelare* ; (3) *quae abſcondita ſunt a ſapientibus, & revelata parvulis ; quoniam Deus ſuperbis reſiſtit , humilibus autem dat gratiam* . (4) Ad poſtremum n. 5. *Non poſſum accipere alios infantes , atque lactentes , quam eos , quibus dicit Apoſtolus* , Tamquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi , non cibum (5). *Quos ſignificabant illi , qui Dominum praecedebant laudantes &c.*

Cenſemus tamen hic , *infantium* , & *lactentium* , nomine Prophetas , & Apoſtolos ſignificari , qui ſimpliciter , & abſque humanae ſapientiae fuco loquuti ſunt. Som. cum MSS. S. Mar. S. Cr. Feſ. & Car *lactantium* . Quam lectionem , utpote ſignificantem Prophetas , & Apoſtolos non tam lac ſuxiſſe , quam aliis propinaſſe , parum abfuit , quin in textum induceremus ; Veteri relicta , *lactentium* , quae apud Benedictinos , Vet. Am. Er. ceteroſque editos , quibus ſuffragatur MS. Ricar. occurit.

(*c*) *Da mihi hoc ſubter poſito* . = Ita BB. qui hic nihil admonent. In *Syllabo* tamen „ *Codicum , ad quos de novo &c.* Editi , *da mihi haec ſubter poſita* . „ At MSS *hoc* : Melius] Utique : id unum quippe Auguſtinus ambit : *caſta* , nempe , *eloquia* intelligere . Unde ita MSS. decem Etr. Cum ceteris editis autem ſunt Vet. & Am.

Sunt aliae &c. = Iuvat hic exhibere quae ipſe in rem hanc habet lib. 11. de Civit. Dei , cap. 34. = Quam-
„ quam nonnulli putaverint aquarum no-
„ mine ſignificatos quodam modo popu-
„ los angelorum : & hoc eſſe quod di-
„ ctum eſt , *Fiat firmamentum inter a-*
„ *quam , & aquam* (6): ut ſupra firmamen-
„ tum angeli intelligantur : infra vero vel
„ aquae iſtae viſibiles, vel malorum ange-
„ lorum multitudo, vel omnium hominum
„ gentes. Quod ſi ita eſt, non illic ap-
„ paret, ubi facti ſunt angeli, ſed ubi
„ diſcreti &c. Sed hi , qui in nomine
„ aquarum , quae ſuper caelos ſunt , an-
„ gelos intelligi volunt , ponderibus ele-
„ mentorum moventur , & ideo non pu-
„ tant aquarum fluidam gravemque na-
„ turam in ſuperioribus mundi locis po-
„ tuiſſe conſtitui : qui ſecundum rationes
„ ſuas ſi ipſi hominem facere poſſent ,
„ non ei pituitam , quod Graece φλέγμα

(1) Poſteres MSS. *Dixit Moyſes* , Deuter. 32. 49.
(2) Iſ 34. 4.
(3) Matth. 11. 27.
(4) Iacobi 4. 6.
(5) 1. Cor. 3. 1.
(6) Gen. 1. 6.

„ flegma dicitur, & tamquam in elemen„ tis corporis noſtri aquarum vicem obti„ net, in capite ponerent &c.] Commonent autem in imo eius loci margine diligentiſſimi Benedictini. = *Hoc putaſſe ipſe Auguſtinus videtur lib. 13. Conf. c. 15. Sed hanc ſententiam improbavit l. 2. Retract. c. Eadem opinio fuit Origenis reprehenſa ob Epiphanio in epiſt. ad Ioannem Ieroſolymitanum, & ab Hieronymo ad Pammachium adverſus errores Ioannis Ieroſolymitani*. Verba autem Auguſtin. in laudato c. Retract. n. 2. haec ſunt, *Et in lib. tertio decimo quod dixi*, firmamentum factum inter ſpiritales aquas ſuperiores, & corporales inferiores, *non conſiderate dictum eſt; res autem in abdita eſt valde*. Quae tamen verba habentur non hic, ſed infra, c. 32. Haec non curavit S. D. quod ſint, ut ex contextu liquet, ex allegoria prolata.

Placet etiam hic recitare quae habet S. D. lib. 2. de Gen. ad Litt. c. 9. n. 22. = Sed illud quod de pelle di„ ctum eſt, magis urget, non ſpherae, „ quod humanum eſt forte commentum, „ ſed ipſi noſtrae camerae adverſum ſit, „ Quid autem hinc allegorice ſenſerim, „ Confeſſionum noſtrarum liber tertius„ decimus habet. Sive igitur ita, ut „ ibi poſui, ſive aliquo alio modo intel„ ligendum ſit caelum ſicut pellis exten„ tum, propter molleſtos, & nimios ex„ actores expoſitionis ad litteram &c. „

(*d*) *Non opus habent ſuſpicere*. = Omnino ita legendum eſt cum BB. qui inquiunt. = Lov cum antiquioribus edi„ tionibus, *ſuſcipere*; & paululum infra, „ *ſuſciperent, & cognoſcerent miſericor„ diam tuam*. Sed liquet meliorem eſſe „ MSS. lectionem, quam in textu da„ mus.] Praeferunt genuinam lectionem etiam MSS. quinque e noſtris, inſuper & Vet. atque (ſaltem quoad poſteriorem partem, & in aliquot editionibus) Sommalius. Spuriae vero lectioni, quam habent Am. Er. &c. ſuffragatur alter MSS. S. Mar.

Ordinaſti eos, quod firmaſti. = Et heic tuti ſumus cum BB. qui ita loquuntur. = Lov. *quos*, in textu, & ad mar„ ginem, *quod*. Hoc praeferre viſum „ eſt, maxime cum legatur in editis a„ liis, & MSS.] Ita re vera in Vet. Am. Som & MSS. ſex e noſtris. Licet Er. ſuffragetur Lov.

Dicitur autem Scripturam quaſi firmamentum conſiſtere: quia Matth. 5. 18. *Iota unum, aut unus apex non praeteribit a lege &c.* & c. 24. 35. *Caelum, & terra tranſibunt, verba autem mea non praeteribunt*.

(*e*) *Adtendit per retia carnis*: = Intuetur illud Cantic. 2. 9. *En ipſe ſtat &c. reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*: quo LXX. legunt, *proſpiciens per retia*. Immo ſic plures Patres, maxime ſi de ſola voce, *retia*, loquaris; nonnulli enim habent, *adparens ex*, vel, *a &c.* Sicut autem qui rete habet, licet tegatur, videt, & videtur: ſic Verbum carne contectum ſe Eccleſiae, & iuſtorum mentibus, pectoribuſque inſinuavit.

Quod nondum eſt nobis. Ita Benedictini, quos audiamus. = In vulgatis: „ *quod nondum eſt, da nobis*. At in MSS. „ non habetur, *da*, niſi forte in aliquo „ e recentioribus.] Nec habetur in MSS. ſex Err. Licet occurrat apud nedum Vet. Am. &c. ſed etiam MS. S. Cr.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XVI.

ARGUMENTUM.

Oſtendit ut ſimus divini luminis indigi. Quemadmodum enim ſolus Deus vere eſt: ita nonniſi ipſe vere ſcit; incommutabiliter nempe: qui & incommutabiliter vult. Nec eiuſdem eſſentiam, ſcientiam, & voluntatem, tria quaedam re vera diſtincta, humano more credas: in unam quippe, eamdemque rem vadunt. Cumque non videatur iuſtum, ut quemadmodum a ſeipſo, ita Deus a creatura noſcatur: nil mirum ſi anima ſe de ſe nec ſatiare, nec illuminare poteſt.

NAm ſicut omnino tu es, tu ſcis ſolus, qui es incommutabiliter, & ſcis incommutabiliter, & vis incommutabiliter. Et eſſentia tua ſcit & vult incommutabiliter, & ſcientia tua eſt & vult (a) incommutabiliter, & voluntas tua eſt & ſcit incommutabiliter. Nec videtur iuſtum eſſe coram te, ut quemadmodum ſe ſcit lumen incommutabile, ita ſciatur ab illuminato commutabili. Ideoque anima mea tanquam terra ſine aqua tibi; (1) quia ſicut ſe illuminare de ſe non poteſt, ita ſe ſatiare de ſe non poteſt. Sic enim apud te fons vitae, quomodo in lumine tuo videbimus lumen (2).

(a) *Et ſcientia tua eſt, & vult.* = Nemo inficiari poteſt. Sic etiam: miſericordia punit: iuſtitia miſeretur &c. Omnia quippe Divina, relationis negotio excepto, in idem vadunt. Et ita quidem, ſi, ut nunc Auguſtinus, de Divinis, prout reapſe ſunt, diſputemus. At vero liceat intellectus velit, non tamen ut intellectus, nec iuſtitia quatenus talis miſeretur. Scholaſticus diceret; non formaliter, non in ſenſu formali, non reduplicativo, non ſub eadem expreſſione.

(b) *Sicut terra ſine &c.* = Adludit ad v. 6. Pſal. 142. de quo ipſe n. 11. *Compluе, inquit, me ad faciendum fructum bonum. Dominus enim dabit ſuavitatem, & terra noſtra det fructum ſuum &c.* (3) *non mihi, ſed*, tibi. *Sitire tibi poſſum, me irrigare non poſſum. Quando veniam,* (4) *niſi quando veneris?* Ad ſequentem autem v. 10. Pſal. 35. n. 15. inquit. = Quis eſt fons vitae niſi Chriſtus? Venit ad te in carne, ut irroraret fauces tuas ſitientes: ſatiabit ſperantem, qui irroravit ſitientem &c. Hic aliud eſt fons, aliud lumen: ibi non ita; Quod enim eſt fons, hoc eſt lumen; & quidquid vis illud vocas &c. »

(1) Pſal. 142. 6.
(2) Pſal. 35. 10.
(3) Pſ. 84. 13.
(4) Pſ. 41. 3.

C A P U T XVII.

A R G U M E N T U M.

Ediſſeris allegorice illud Gen. 1. 9. Congregentur aquae &c. *eique ſubſtituis humanarum voluntatum coercitionem, qua intra iuſtitiae, & boneſtatis fines continentur. Item alteram v.* 11. Germinet terra &c. *ſub cuius littera bominis erga proximum clementiam deliteſcentem obſervas, qua ſcilicet in carnalibus neceſſitatibus unus alteri manum ſubſidiariam praebet. Qui quidem terrae noſtrae, ſive animae fructus ſemen in ſe ſecundum ſimilitudinem babet; ex noſtra quippe infirmitate aliorum indigentiis opitulamur: taleſque erga alios ſumus, quales in nos in ſimilibus adverſis fortibus conſtitutos illos poſtularemus. Et id profecto nedum in levibus, & facilibus: ſed in magnis etiam, ac diris.*

I. QUis congregavit (1) amaricantes in ſocietatem unam? Idem namque illis finis eſt temporalis & terrenae felicitatis (*a*), propter quam faciunt omnia; quamvis innumerabili varietate curarum fluctuent. Quis Domine, niſi tu qui dixiſti ut congregarentur aquae in congregationem unam, & adpareret arida ſitiens tibi? Quoniam tuum eſt & mare, & tu feciſti illud, & aridam terram manus tuae formaverunt (2); neque enim amaritudo voluntatum (*b*), ſed congregatio aquarum vocatur mare. Tu enim coerces etiam malas cupiditates animarum, & figis limites (3) quouſque progredi ſinantur, atque ut in ſe (*c*) comminuantur fluctus (4) earum: atque ita facis mare ordine imperii tui ſuper omnia.

II. At animas ſitientes tibi, & adparentes tibi alio fine diſtinctas a Societate maris, occulto & dulci fonte irrigas, ut & terra det fructum ſuum; & dat fructum ſuum (*d*) (5), & te iubente Domino Deo ſuo germinat anima noſtra opera miſericordiae, ſecundum genus, diligens proximum in ſubſidiis neceſſitatum carnalium: habens in ſe ſemen ſecundum ſimilitudinem; quoniam ex noſtra infirmitate compatimur ad ſubveniendum indigentibus, ſimiliter opitulantes quemadmodum nobis vellemus opem ferri, ſi eodem modo indigeremus; non tantum in facilibus tanquam in herba ſeminali, ſed etiam in protectione adiutorii forti robore, ſicut lignum fructiferum, id eſt beneficum (*e*) ad eripiendum eum, qui iniuriam patitur, de manu potentis, & praebendo protectionis umbraculum valido robore iuſti iudicii.

(*a*) *Temporalis, & terrenae felicitatis.* = Omnia quidem propriam felicitatem ambiunt. At id intelligendum eſt in actionibus, quae arbitrio fiunt, ſeu, quae a propria natura exoriuntur. In illis enim, quae univerſalium ſuperiorum cauſſarum imperio, vel motione fiunt, non propria, ſed communis, ſeu, totius inferioris orbis felicitas poſtulatur; ut in motibus caeli, & fluctibus maris; quanquam hi duplicem forte, propriam videlicet, & communem felicitatem intueantur: fluctibus quippe mare a putredine praeſervatur &c.

Quamvis innumerabili &c. = Licet tot ſint actiones, & motus: unus tamen omnium ultimus finis eſt, nempe felicitas. Id autem obſervat S. D. ne ex varietate contra exactam aquarum congregationem quidquam inferas. Quid enim? cum omnium earum aquarum unus ſit finis?

(*b*) *Neque enim amaritudo voluntatum &c.* = Senſim elegantem ingenioſiſſimam allegoriam ſuam detegit, qua pro con-

(1) Gen. 1. 9. & Pſal. 32. 7.
(2) Pſal. 94. 5.
(3) Prov. 8. 29.
(4) Iob. 38. 11.
(5) Gen. 1. 11. Pſal. 66. 8.

congregatione aquarum, voluntatum coercitionem intelligit. Et id quidem hoc pacto: aqua amara, voluntas inquinata eſt; ne igitur allegoriam vix prodeuntem mox contemneres: quaſi ex ea ſequatur, Optimum Deum malarum voluntatum auctorem eſſe: vigilantiam tuam poſtulat, ut obſerves, non amaras voluntates, ſed earum congregationem, ſeu coercitionem mari conferri: Unde ſubſumit: *Tu enim coerces &c.* Coercuit per Davidem v. gr. Pſal. 61. 11. *Divitiae ſi affluent: nolite cor apponere.* Pſal. 4. 5. *Iraſcimini, & nolite peccare.* Coercuit per ſuum Vas electionis Epheſ. 4. 26. per ſuum Unigenitum Matth. 5. v. 28. & 29. &c. Ex quibus locis patet, ut malas cupiditates, ambitionem, iram, luxuriam imperio coerceat. At coercet etiam auxilio, & inviſibili gratia.

(c) *Sinantur, atque ut in ſe &c.* = Sequimur BB. qui admon nt. = Ita Bad. Am. Er. cum MSS. undecim. At Luv. „ & Arn. *progredi ſinantur aquae, ut in* „ *ſe &c.*] Neutra lectio contemnenda eſt. Niſi quod praelecta plurium codicum auctoritate gaudet, ei enim ſuffragantur MSS. octo e noſtris. Poſthabitam vero ex codicibus noſtris non praeferunt niſi Vet. Sum. & alter MS S. Cr. Sermonem etiam de malarum cupiditatum coercitione lectio noſtra magis continuat.

Animae vero, quas paullo poſt *diſtinctas e ſocietate maris* dicit, eae ſunt, quae peculiarem iuſtitiam colunt.

(d) *Det fructum ſuum; & dat fructum ſuum.* = Ita BB. qui tantum admonent. = Bad. Am. Er. & Luv. omit„ tunt, *& dat fructum ſuum.*] Immerito tamen; Quanquam enim legant adverſarii paullo poſt, *germinet*; adhuc legendum eſſe, *germinat*, ex ſequentibus liquet; Niſi autem coniunctio, *ut*, frangatur ab illis verbis, *& dat &c.* poſtulabit, ut ſicut dictum eſt, *det*, ita dicatur, *germinet*. Nobiſcum ſunt MSS. ſeptem Ecr. Cum editis autem Vet. Sum. & MSS. duo, unus S. Mar. alter S Cr.

(e) *Ideſt beneficum.* = Placuit ita legere, tum ut imitaremur Benedictinos, qui hanc lectionem quatuor MSS. Anglicanorum auctoritate in *Syllabo Codicum, ad quos de novo &c.* = communiunt; tum quod videatur elegantior, textuique conformior, Fatemur tamen haberi, *ideſt beneficium*, nedum apud Vet. Am. Er. Sum. ſed etiam MSS. novem, quos vidimus, uno forte excepto S. Mar.

Dicit ergo, animas vere iuſtas acriter proximo opitulari; ſicut legi olim opitulatus fuerat Alypius, iuxta dicta lib. 6. c. 10.

CAPUT XVIII.

ARGUMENTUM.

Optat plures eſſe, qui pro iuſtitia invicto decertent animo: tales denique eximiae indolis exſurgere homines: ut & allegorice merito dictum ſit Gen. 1. 14. Fiant in firmamento luminaria. *Profecto mundi luminaria eſſe poſſumus, Scripturae firmamento cohaerentes; Ibi enim Deus nobiſcum diſputat, ut inter intelligibilia; aut etiam animas vel illis, vel iſtis deditas, diem tanquam inter & noctem dividamus. Geſtit inde in plures myſticae vineae operarios, quorum ſpectatiſſimum chorum habet; Alius quippe, maiori luminari ſimilis, Sapientia: alius, ceu luminare minus, Scientia fulget. Alius fide: alius donatione curationum: alius &c. & omnes hi ſtellis comparantur. Adeo vero ut Sapientia in diei: Scientia, & reliqua dona in noctis principia conſtitui poſſint. Quandoquidem omnia haec rudioribus praeparata ſunt: Sapientia vero nonniſi perfectis detegitur. Licet nec illi animum deſpondere debeant; eorum quippe nox lunae, ſtellarumque beneficio nonnihil colluſtratur.*

I. Tu Domine, ita oro te, oriatur ſicuti facis, ſicuti das hilaritatem & facultatem, oriatur de terra veritas, & iuſtitia de caelo reſpiciat, (1) fiant in firmamento luminaria (2). Frangamus eſurienti panem noſtrum, & egenum ſine tecto inducamus in domum noſtram: nudum veſtiamus, & domeſticos ſeminis noſtri non deſpiciamus (3). Quibus in terra natis fructibus, vide quia bonum eſt; & erumpat temporanea lux no-

(1) Pſal. 84. 12. & Iſa. 45. 8. (2) Gen. 1. 14. (3) Iſa. 58. 7.

noſtra, & de iſta inferiori fruge actionis in delicias contemplationis verbum vitae ſuperius obtinentes, adpareamus ſicut luminaria in mundo, cohaerentes firmamento Scripturae tuae. Ibi enim nobiſcum diſputas, ut dividamus inter intelligibilia & ſenſibilia, tanquam inter diem & noctem; vel inter animas alias intelligibilibus, alias ſenſibilibus deditas; ut iam non tu ſolus in abdito diiudicationis tuae, ſicut ante quam fieret firmamentum, dividas inter lucem & tenebras; ſed etiam ſpiritales tui in eodem firmamento poſiti atque diſtincti, manifeſtata per orbem gratia tua, luceant ſuper terram, & dividant inter diem & noctem (1), & ſignificent tempora; quia vetera tranſierunt, ecce facta ſunt nova (2); & quia propior eſt noſtra ſalus, quam cum credidimus (3); & quia nox praeceſſit, dies autem appropinquavit (4); & quia benedicis coronam anni tui (5), mittens operarios in meſſem tuam (*a*), in qua ſeminanda alii laboraverunt; mittens etiam in aliam ſementem, cuius meſſis in fine eſt. Ita das vota optanti, & (*b*) benedicis (6) annos iuſti; tu autem idem ipſe es (7); & in annis tuis, qui non deficiunt (8) horreum praeparas annis tranſeuntibus. Aeterno quippe conſilio propriis temporibus bona Caeleſtia das ſuper terram.

II. Quoniam quidem alii datur per Spiritum ſermo ſapientiae (9), „ tanquam Luminare maius (10) (*c*), propter eos qui perſpicuae veritatis „ luce delectantur tanquam in principio diei (*d*); alii autem ſermo „ ſcientiae ſecundum eumdem Spiritum, tanquam luminare minus; „ alii fides, alii donatio curationum, alii operationes virtutum, alii „ prophetia, alii diſdicatio ſpirituum, alteri genera linguarum; & „ haec omnia tanquam ſtellae. Omnia enim haec operatur unus at„ que idem Spiritus, dividens propria unicuique prout vult (11), & faciens adparere ſidera in manifeſtatione ad utilitatem. Sermo autem ſcientiae qua continentur omnia ſacramenta, quae variantur temporibus tamquam luna, & ceterae notitiae donorum, quae deinceps tanquam ſtellae commemorata ſunt, quantum differunt ab illo candore ſapientiae, quo gaudet praedictus dies, tantum in principio noctis ſunt (12) (*e*). His enim ſunt neceſſaria, quibus ille prudentiſſimus ſervus tuus non potuit loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus (13), ille qui ſapientiam loquitur inter perfectos (14). Animalis autem homo (15) tanquam parvulus in Chriſto lactiſque potator, donec roboretur ad ſolidum cibum, & aciem firmet ad ſolis adſpectum, non habeat deſertam noctem ſuam, ſed luce lunae ſtellarumque contentus ſit. Haec nobiſcum diſputas, ſapientiſſime Deus noſter, in libro tuo firmamento tuo, ut diſcernamus omnia comtemplatione mirabili, quamvis adhuc in ſignis, & in temporibus, & in diebus, & in annis.

(*a*) *Mittens operarios in meſſem tuam &c.* = Teſtantu. BB. in *Syllabo Codicum, ad quos de novo &c.* MSS. Angl. proferre, *mittens benignitatis operarios*. Superfluit vox illa, *benignitatis*, ſi huius ſermonis gravitatem, & iamiam a nobis dicenda obſervaveris. Unde abeſt nedum ab Vet. Am. Er. Som. & reliquis editis: ſed & a MSS. octo Etr. Licet occurrat in uno Med.

Integee autem huiuſmodi ſermo ex hiſce Evangelii oraculis eſt: *Meſſis quidem*

(1) Gen. 1. v. 14. & 15.
(2) 2. Cor. 5. 17.
(3) Rom. 13. 11.
(4) Ibidem v. 12.
(5) Pſal. 64. 12.
(6) Sap. 7. 7.
(7) Pſal. 5. 11.
(8) Pſa. 101. 28.
(9) 1. Cor. 12. a v. 8.
(10) Gen. 1. 16
(11) 1. Cor. 12. 11.
(12) Sap. 7. 26.
(13) 1. Cor. 3. a v. 1.
(14) Ibidem c. 2. 6.
(15) Ibidem v. 14.

dem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. Matth. 9 v. 37., & 38. *In hoc eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit. Ego miſi vos metere, quod vos non laboraſtis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis.* Ioan. 4. v. 37., & 38. *Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus &c.* Matth. 13. 30.

Nunc ex ipſo Auguſtino aliquam his lucem conciliemus. In Pſalmo contra partem Donati = *Omnis, qui &c.*

„ Ioannes Baptiſta dixit tunc ad Iu-
„ daeos aperte,
„ Quod illos tamquam aream ſuam
„ Chriſtus purget ventilare (1)
„ Miſit in meſſem operarios (2) diſcipu-
„ los praedicare,
„ Per quos area collecta eſt, & ven-
„ tilata de cruce
„ Tunc iuſti tamquam frumentum Ec-
„ cleſias impleverunt caſte:
„ Vendentes quae poſſidebant, & mun-
„ do dicentes vale.
„ Illi tamquam ſemen erant, quod
„ totum diſperſum eſt urbe,
„ Ut alia ſurgeret meſſis, quae ven-
„ tilanda eſt in fine.
„ Haec creſcit inter zizania, quia
„ ſunt haereſes ubique.

Fuſius vero, & preſſius ad rem noſtram in cap. 4. Ioan. ad v. 35. 36. 37., & 38. Tract 15. n. 32. = Quid „ ergo, meſſores miſit, non ſeminatores? „ Quo meſſores? ubi iam alii laborave- „ runt. Nam ubi iam laboratum erat, „ utique ſeminatum erat: & quod ſemi- „ natum erat, iam maturum erat factum, „ falcem, & trituram deſiderabat. Quo „ ergo erant meſſores mittendi? ubi iam „ Prophetae praedicaverant: ipſi enim „ ſeminatores. Nam ſi ipſi non ſemina- „ tores, unde ad illam mulierem per- „ venerat, *Scio quia Meſſias veniet?* „ Iam iſta mulier fructus maturus erat, „ & erant albae meſſes, & falcem quae- „ rebant &c. Qui laboraverunt? Ipſe A- „ bram, Iſaac, & Iacob. Legite labo- „ res eorum: in omnibus prophetia Chri- „ ſti; & ideo ſeminatores. Moyſes, & „ ceteri Patriarchae, & omnes Prophe- „ tae, quanta pertulerunt in illo frigore „ quando ſeminabant? Ergo iam in Iu- „ daea meſſis parata erat. Merito ibi „ tamquam matura ſeges fuit, quando „ tot hominum millia pretia rerum ſuo- „ rum afferebant, & ad pedes Apoſto- „ lorum ponentes (3) expeditis humeris a „ ſarcinis ſaecularibus, Chriſtum Domi- „ num ſequebantur. Vere matura meſ- „ ſis. Quid inde factum eſt? De ipſa „ meſſe electa ſunt pauca grana, & ſe- „ minaverunt orbem terrarum, ſurgit „ alia meſſis, quae in fine ſaeculi meten- „ da eſt. De iſta meſſe dicitur, *Qui ſe- „ minant in lacrymis &c.* (4) Ad iſtam er- „ go meſſem non Apoſtoli, ſed Angeli „ mittentur. Meſſores, inquit, Angeli „ ſunt (5). Illa vero meſſis ſunt diſcipuli, „ Prophetae laboraverunt. „.

(*b*) *Das vota optanti &c. horreum praeparas.* = Ita BB. qui admonent. Lov. „ *vitam optanti*. Et paulo poſt, *ortum* „ *praeparas*. Contra quam habent ceteri „ codices, quos ut ubique loco ſequimur.] Lov. ſuffragantur quoad primam partem Vet. MS. unus Med. unus S. Cr. quoad utramque vero Sorb. At nobiſcum ſunt MSS. alii ultra Am. Er. &c. quoad ſecundam partem vero, excepto Sorb. omnes. prorſus codices Lov. repugnant. Et quidem prior lectionis pars ex ipſo ſermonis membro: altera ex contextu ſtabilitur.

(*c*) *Sermo ſapientiae, tanquam luminare maius.* = Et heic ſit Auguſtinus ſuiipſius, nedum Apoſtoli interpres. Lib. 12. de Trinit. cap. 14. n. 22. = Diſtat „ tamen ab aeternorum contemplatione „ actio, qua bene utimur temporalibus „ rebus, & illa ſapientiae, haec ſcientiae „ deputatur. Quamvis enim & illa, „ quae ſapientia eſt, poſſit ſcientia nun- „ cupari, ſicut & Apoſtolus loquitur, „ ubi dicit, (6) *Nunc ſcio ex parte, tunc* „ *autem cognoſcam, ſicut & cognitus* „ *ſum*; quam ſcientiam profecto contem- „ plationis Dei vult intelligi, quod ſan- „ ctorum erit praemium ſummum tamen „ ubi dicit, *Alii quidem datur per* „ *Spiritum ſermo ſapientiae, alii ſermo* „ *ſcientiae, ſecundum eumdem Spiritum*: (7) „ haec utique duo ſine dubitatione di- „ ſtinguit, licet non ibi explicet quid „ interſit, & unde poſſit utrumque di- „ gnoſci. Verum Scripturarum ſancta- „ rum multiplicem copiam ſcrutatus, „ invenio ſcriptum eſſe in libro Iob, eo- „ dem ſancto viro loquente; *Ecce pietas* „ *eſt*

(1) Matth. 3. 12.
(2) Matth. 9. 37.
(3) Act. 4. 35.
(4) Pſal. 125. 5.
(5) Ioan. 4. 39.
(6) 1. Cor. 13. 12.
(7) 1. Cor. 12. 8.

„ *ſapientia*, *abſtinere autem a malis eſt* „ *ſcientia* (1). In hac differentia intelli- „ gendum eſt ad contemplationem ſa- „ pientiam, ad actionem ſcientiam perti- „ nere. Pietatem quippe hoc loco po- „ ſuit Dei cultum, quae Graece &c.] Et poſt plurima ſubtiliſſime diſputata, cap. 15. n. 25. *Si ergo haec eſt ſapientiae, & ſcientiae recta diſtinctio, ut ad ſapientiam pertineat aeternarum rerum cognitio intellectualis, ad ſcientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis &c.* In Pſal. 135. n. 8 = Item quia ſeri- „ ptum eſt de Domino Ieſu Chriſto, „ quod in illo ſint omnes theſauri ſa- „ pientiae, & ſcentiae abſconditi; (2) haec „ autem duo, ideſt ſapientiam & ſcien- „ tiam diſtare inter ſe aliquid, alia quo- „ que Scripturarum teſtantur eloquia, „ maxime loquente ſancto Iob, ubi quod- „ ammodo ſingula definiuntur, ait enim „ &c. Abſtinere autem a malo, quod „ dixit eſſe ſcientiam, quid eſt aliud, „ quam in medio nationis tortuoſae, & „ perverſae, (3) tamquam in nocte huius „ ſaeculi caute, prudenterque verſari: ut „ abſtinendo quiſque ab iniquitate, non „ confundatur tenebris, proprii muneris „ luce deſertus? Cum ergo quodam „ loco Apoſtolus concordem gratiarum „ varietatem in hominibus Dei vellet o- „ ſtendere, haec in primis duo poſuit, „ dicens: Alii quidem datur per Spiri- „ tum ſermo ſapientiae: (4) hoc eſſe arbi- „ tror, *Solem in poteſtatem diei*. Alii „ ſermo ſcientiae ſecundum eumdem Spi- „ ritum: hoc eſt, *Lunam*. Deinde quod- „ ammodo *Stellas* commemorari puto, „ in eo quod dicitur, Alii fides in eo- „ dem Spiritu, alii &c. Nihil enim ho- „ rum eſt, quod in huius ſaeculi no- „ cte non ſit neceſſarium; quae cum „ tranſierit, neceſſaria iſta non erunt, „ ideo *in poteſtatem noctis*.] Idem docet lib. 2. de Diverſ. QQ. ad Simplicianum, q. 2. n. 3. & lib. 15. de Trinit. cap. 10. n. 17. ubi expedite & breviter inſinuatum habes, ſcientiam, aliam contemplativam eſſe, aliam activam: priorem autem illam eſſe, quam appellamus ſapientiam.

(*d*) *Tanquam in principio diei*. = Ad locum hunc tale *Ioannes Pherepontus* oraculum fundit. = Legendum, *in prin-* „ *cipia*, ut paullo poſt legitur in MSS. „ Codd. Reſpicit enim *Auguſtinus* ad „ Gen. 1. 16. ubi LXX. habent Deum „ feciſſe luminare magnum, *in principia* „ *Dei*, ut habebat verſio Latina, quae „ tempore *Auguſtini* legebatur. Vide „ tamen ad Geneſeos locum *Flaminium* „ *Nobilium*. „

Miramur, tantam eruditionem audacter, & quidem ad nihil convincendum praeparatam. Audacter: ea ſiquidem eruditione novam lectionem contra omnium codicum fidem inducere nititur *Ioannes Pherepontus*. Nihil autem convincit, quum eam totam, ut ſigno ſeq. conſtabit, Benedictini praeoccupaverint. Legendum ergo, *in principio*, quum ita habeant innumeri MSS. omnes a Benedictinis viſi; quibus addimus Vet. Am. Br. Lov. Sem. & omnes noſtros MSS. uno forte excepto S. Mar. Nec ſequitur, hic, *in principia diei*, ſcripſiſſe Auguſtinum ex eo quod ita haberetur in verſione, quae ſuo tempore legebatur; Neque enim quum ad aliquod Scripturae oraculum reſpicimus, ſemper verbis prorſus immutatis illud in noſtra transferimus. Quod vel ex ipſo Auguſtino, & quidem in his Confeſſionibus diſcere poterat non ſemel *Pherepontus*. Accuſabis ne amanuenſium imperitiam, quaſi ſcripſerint, *in principio*, quod ipſis, *in principia*, barbarum videretur? At obſtant, tum eorum mirus conſenſus; tum, & maxime vero quod inferius ſcripſerint, *in principia*; non ergo eorum arbitrio, ſed quod revera ita dictaverit Auguſtinus, ſcripſerunt hoc loco, *in principio*. At haec lectio magis dilucidabitur, & ſtabilietur comment. ſeq.

(*e*) *Tanquam in principia noctis ſunt*. = Benedictini, *in principio*; Candide tamen deponunt. = MSS. melioris notae, *in* „ *principia*, ideſt in luminaria noctis quae „ lectio videretur praeferenda, niſi pau- „ lo ſupra haberetur, *in principio diei*; „ forte pro, *in principium diei*: iuxta „ lib. 1. de Gen. cont. Man. c. 14.] MSS. *a* BB. viſis addimus MSS. ſeptem Fer. inſuper & vetuſtiſſimam Venetam editionem anni 1484. Habent vero, *in principio*, praeter Am. Er. Som. & alios editos, etiam MSS. 2. Med. & totidem S. Cr.

Quum ergo fere omnes MSS. ſaltem melioris notae habeant hic, *in principia*, & ita habuiſſe verſionem, qua Auguſtinus utebatur vel ex ipſo lib. de Gen. contra Manich. c. 14. liquent: cur legemus, *in principio*? At inquiunt Benedictini: Paulo ſupra habent MSS. *in* *prin-*

(1) Iob. 28. 28.
(2) Coloſſ. 2. 3.
(3) Philipp. 2. 15.
(4) 1. Cor. 12. 8. &c.

principia. Equidem huiuſmodi difficultas non eſt contemnenda. At vero nec eſt inſuperabilis; hic enim ex integro ad Geneſ. oraculum Auguſtinus reſpicit; ſupra vero fracto ſermone uti videtur. Nempe illud, *tanquam in principio diei*, nectitur forte non cum eximiis viris, quibus *datur per Spiritum &c.* ſed cum illis, *qui perſpicuae veritatis luce &c.* ut ſit ſenſus, eſſe velut *in principio diei* nonnullos, qui perſpicuae veritatis luce delectantur. Ex dictis autem liquet, ut Benedictini *Phereponi* (qui eorum adnotationem viderat) eruditionem de verſione, quae Auguſtini tempore circumferebatur, praeoccupaverint.

C A P U T XIX.

A R G U M E N T U M.

Huiuſmodi tam ſublimia ſacramenta ut deprehendas: animo a vitiis purgato, oculiſque ſinceritate collucentibus ad contemplationem adcede. Sic ut vitam conſequaris aeternam, & preſſe Domini inſecteris veſtigia, opus eſt, ut omnem iniquitatem, terrenarumque rerum amorem procul abigas. Sit tibi in exemplar Princeps ille, pro ſua conditione quidem honeſtus: qui tamen dum in ſecretiorem Chriſti ſcholam geſtit, miſere emoritur: quod interim, illius quanquam oraculo monitus, mundanarum curarum ſpinas, quibus aſpere, & prociter pungebatur, minime evelleret. Gratulatur inde Auguſtinus, iis, qui reliquerunt omnia, ex quibus varii generis ordiniſque lumina longe lateque ſplendorem vibrantia a Numine Eccleſiae providentur.

I. SEd prius lavamini, mundi eſtote; auferte nequitiam ab animis veſtris, atque a conſpectu oculorum meorum, (1) ut adpareat arida. Diſcite bonum facere, iudicate pupillo, & iuſtificate viduam, ut germinet terra herbam pabuli & lignum fructiferum: & venite diſputemus, dicit Dominus (2), ut fiant luminaria in firmamento caeli, & luceant ſuper terram. „ Quaerebat dives ille a Magiſtro bono, quid faceret, „ ut vitam aeternam conſequeretur: (3) dicat ei Magiſter bonus, quem „ putabat hominem, & nihil amplius (*a*); bonus eſt autem, quia „ Deus eſt: dicat ei ut ſi vult venire ad vitam, ſervet mandata: ſeparet a ſe amaritudinem malitiae atque nequitiae; non occidat, non „ moechetur, non furetur, non falſum teſtimonium dicat, ut adpareat „ arida; & germinet honorem patris & matris, & dilectionem proximi. „ Feci inquit, haec omnia. Unde ergo tantae ſpinae, ſi terra fructifera eſt? Vade, exſtirpa ſilvoſa dumeta avaritiae, vende quae poſſides, & implere frugibus dando pauperibus, & habebis theſaurum „ in caelis, & ſequere Dominum, ſi vis eſſe perfectus, eis ſociatus „ inter quos loquitur ſapientiam ille (4), qui novit quid diſtribuat diei „ & nocti; ut noris & tu, ut fiant & tibi luminaria in firmamento caeli; quod non fiet, niſi fuerit illic cor tuum (5); quod item „ non fiet, niſi fuerit illic theſaurus tuus, ſicut audiſti a Magiſtro „ bono. Sed contriſtata eſt terra ſterilis, & ſpinae (6) ſuffocaverunt „ verbum. „

(1) Iſa. 1. 16. & 17.
(2) Ibidem. v. 18. iuxta Hebr. & LXX.
(3) Matth. 19. 2. v. 16.
(4) 1. Cor. 2. 6.
(5) Matth. 6. 21.
(6) Matth. 13. v. 7. & 22.

II. Vos autem genus electum, (1) infirma mundi, (2) qui dimiſiſtis omnia, ut ſequeremini Dominum (3), ite poſt eum, & confundite fortia: ite poſt eum ſpecioſi pedes (4), & lucete in firmamento, ut caeli enarrent gloriam eius (5), dividentes inter lucem perfectorum, ſed nondum ſicut Angelorum; & tenebras parvulorum, ſed non deſpectorum (*b*); lucete ſuper omnem terram, & dies ſole candens eructet diei verbum ſapientiae (6); & nox luna lucens annuntiet nocti verbum ſcientiae. Luna & ſtellae nocti lucent, ſed nox non obſcurat eas; quoniam ipſae illuminant eam pro modulo eius. Ecce enim tanquam Deo dicente, Fiant luminaria in firmamento caeli Factus eſt ſubito de caelo ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens, & viſae ſunt linguae diviſae quaſi ignis, qui & inſedit ſuper unumquemque illorum; (7) & facta ſunt luminaria in firmamento caeli, verbum vitae habentia (8). Ubique diſcurrite ignes Sancti, ignes decori. Vos enim eſtis lumen mundi, nec eſtis ſub modio. (9) Exaltatus eſt cui adhaeſiſtis, & exaltavit vos. (10) Diſcurrite, & innoteſcite omnibus gentibus (11).

(*a*) *Quem putabat hominem, & nihil amplius*. Integra Principis huius hiſtoria occurrit Matt. 19 a v. 16. Mar 10. a v. 17. Lucae 18. 18. Talem autem Divitis illius errorem fuiſſe, obſervant paſſim Interpretes, & liquet ex ipſo textu. Vide ſi placet, S. D. Epiſt. ad Macedonium 153. (Alias 54.) c. 5. n. 12. & lib. 1. de Trinit. cap. 13. n. 31. Secundum item ex ea Chriſti reſponſione, *Nemo bonus, niſi Deus*, intulliſſe Arianos eumdem Salvatorem Deum non fuiſſe. Quum tamen hic ſit illius reſponſi genuinus ſenſus; Bonus non eſt (bonitate, ut loquuntur Scholae, ſubſtantiali, vel, a ſe) niſi Deus: Aut ergo crede me Deum, quem bonum appellas: aut deſine appellare bonum, ſi hominem ſimplicem credis. Quod argumentum late proſequitur ipſe S. D. lib. 2. (Alias, 3.) contra Maximinum Arianorum epiſc. cap. 23. a n. 5. ex quo pauca quaedam tantummodo excerpimus. = Falleris ſane, qui „ putas de Patre ſolo eſſe dictum, *Ne-* „ *mo bonus niſi unus Deus*. Si enim di- „ xiſſet, Nemo bonus niſi unus Pater; „ nec ſic excluſum Filium & Spiritum- „ Sanctum &c. Quanto ergo nobis lati- „ tudo intelligentiae magis patet &c. „ Quaerebat quippe ille, cui hoc re- „ ſpondit Ieſus, non bonum qualecum- „ que, ſed bonum quo fieret beatus: „ Immo ipſam beatitudinem veram, i- „ deſt, vitam deſiderabat aeternam: & „ interpellaverat tamquam hominem Chri- „ ſtum, neſciens eum eſſe etiam Deum, „ Dixerat enim, *Magiſter bone &c.* „ Tunc ait ille: *Quid me &c.* Tamquam „ diceret, Recte me appellabis bonum, „ ſi me noveris Deum. Nam quando „ me nihil aliud quam hominem putas, „ quid me dicis bonum? Non te facit „ bonum nec beatum, niſi bonum im- „ mutabile, quod ſolus eſt Deus &c. „

Quidam Patrum, & certe non inferioris ſubſellii adoleſcentem hunc aut perilluſtri ortum genere, aut inſigni moneta decoratum, aut utraque ratione in ſeculo excelſum, pro ſua conditione honeſtum, & bonae fidei: qui in genua provolutus ad Chriſtum adceſſit, ut prodit S. Mar. c. 10. v. 17. quemque ut idem Evangeliſta v. 21. teſtatur, intuitus Ieſus *dilexit*: talem inquam principem unum eumdemque arbitrantur cum livido, & verſipelli eo Legis Doctore, qui tentandi cauſſa ad Chriſtum adceſſit, de quo Matth. 22. a v. 35. & Lucae 10. a v. 25. quibus adſentiri non poſſumus.

Quod ſupra per allegoriam Auguſtinus inquit, *ut adpareat arida*, idem eſt ac, ut adpareat anima a malis adfectionibus, atque praeiudiciis denutata.

(*b*) *Sed non deſpectorum*. = Am. Fr. & novem MSS. Benedictinis teſtibus, quibus ſuffragatur M. Ricar. *deſperatorum*. Perperam tamen, & manifeſto lapſu: adludit enim Auguſtinus ad illud Matth. 18. 10. *Videte, ne contemnatis unum*

(1) Pet. 2. 9.
(2) 1. Cor 1. 27.
(3) Matth. 19. 21. & alibi.
(4) Rom. 10. 15.
(5) Pſal. 18. 1.
(6) Pſal. 18. 2.
(7) Act. 2 a v. 2.
(8) Ioan. 6. 69 et maxime Philipp. 2. 16. ubi: *Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo; verbum vitae continentes &c.*
(9) Matth. 5 v. 14. & 15.
(10) Act. 2 33. & alibi.
(11) Mar. 16. a v. 15.

unum ex his puſillis: dico enim vobis, quia angeli eorum &c. Miratur hoc capite Auguſtinus potiſſimum Apoſtolorum dignitatem, ſanctitatem, doctrinam. Sed & oblique gratulatur omnibus ſanctis, qui libera paupertate rebus terrenis contemtis, Sacris ſe ſtudiis dedere. Poſtrema autem capitis verba, *Diſcurrite, & &c.* & ex illo Salvatoris ſunt Mar. 16. a v. 15. *Euntes in mundum univerſum, praedicate Evangelium omni creaturae &c.*

C A P U T XX.

A R G U M E N T U M.

Apoſtolicorum laborum, fructuumque ipſis in Eccleſia progenitorum argumentum pluribus, eiſdemve longe eximiis metaphoris tractat. Et mare quippe otium exſuit: & aquae emolumento fuere. Ab ipſis enim lucrata eſt Eccleſia vel reptilia animarum vivarum, & volatilia ſuper terram volantia. Sed & magna mirabilia emerſere tamquam cete grandia. Quae quidem lucra non uni, vel alteri oppido, ſed & remotiſſimis terrae partibus, quas Apoſtolicus zelus minime dedignatus eſt, acceſſere. Inde de actionibus ſpiritualibus. & animalibus; bonis utcunque, & perfectis. Deque homine Adae foedato lapſu, atque ſenſibilibus inclinato.

I. Concipiat & mare, & pariat (*a*) opera veſtra, & producant aquae reptilia animarum vivarum (1). Separantes enim pretioſum a vili, & facti eſtis os Dei, per quos diceret; Producant aquae, non animam vivam, quam terra producit: ſed reptilia animarum vivarum, & volatilia volantia ſuper terram. Repſerunt enim ſacramenta tua Deus, per (*b*) opera ſanctorum tuorum, inter medios fluctus tentationum ſaeculi, ad imbuendas gentes nomine tuo, in baptiſmo tuo. Et inter haec facta ſunt magnalia mirabilia, tanquam ceti grandes (*c*) & voces nuntiorum tuorum volitantes ſuper terram iuxta firmamentum libri tui, praepoſito illo ſibi ad auctoritatem, ſub qua volitarent, quocumque irent. Neque enim ſunt loquelae, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum: quando in omnem terram exiit ſonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum (2) quoniam tu Domine benedicendo multiplicaſti haec (3).

II. Numquid mentior, aut mixtione miſceo, neque diſtinguo lucidas cognitiones harum rerum in firmamento caeli, & opera corporalia (*d*) in undoſo mari, & ſub firmamento caeli? Quarum enim rerum notitiae ſunt ſolidae, & terminatae ſine incrementis generationum, tanquam lumina ſapientiae & ſcientiae, earumdem rerum ſunt operationes corporales multae ac variae, & aliud ex alio creſcendo, multiplicatur in benedictione tua Deus, qui conſolatus es faſtidia (*e*) ſenſuum mortalium, ut in cognitione animi res una multis modis per corporis motiones figuretur, atque dicatur, Aquae produxerunt haec (*f*): ſed in verbo tuo. Neceſſitates alienatorum ab aeternitate veritatis tuae populorum produxerunt haec; ſed in Evangelio tuo: quoniam ipſae aquae iſta eiecerunt, quarum amarus languor fuit cauſſa, ut in tuo verbo iſta procederent.

 III. Et

(1) Gen. 1. 20.
(2) Pſal. 18. v. 3., & 4.
(3) Gen. 1. v. 22., & 28.

III. Et pulcra ſunt omnia, faciente te, & ecce tu inenarrabiliter pulcrior, qui feciſti omnia; A quo ſi non eſſet lapſus Adam, non diffunderetur ex utero eius (g) ſalſugo maris, genus humanum profunde curioſum & proceſſoſe tumidum, & inſtabiliter fluidum; Atque ita non opus eſſet, ut in aquis multis corporaliter & ſenſibiliter operarentur diſpenſatores tui myſtica facta & dicta; (Sic enim nunc mihi occurrerunt reptilia & volatilia,) quibus imbuti & initiati homines corporalibus ſacramentis ſubditi, non ultra proficerent, niſi ſpiritaliter viveſceret anima gradu alio, & poſt initii verbum in conſummationem reſpiceret.

(a) *Et mare, & pariat &c.* = Integrum fere hucce caput metaphoris & ſublimibus, & reconditis contextum eſt, Quodque difficultatem auget: eadem metaphorae nunc in iſtum, nunc in alium ſenſum inflectuntur. *Mare* variis allegoriis ab Auguſtino inducitur. Frequenter *mare* praeſentem vitam inſinuat, ut in QQ. ſuper Deuteronom. lib. 5. q. 54. Non raro hoc truculentum ſaeculum; ut in Pſal. 39. ad illud v. 6. *Et cogitationibus tuis &c.* Aliquando elatos & ſuperbos; quemadmodum in Pſal. 93. ad illud v. 18. *Si dicebam: motus eſt pes meus &c.* Denique in Pſal. 64. ad verba v. 8. *Qui conturbat profundum maris*: inquit: *Non dixit, qui conturbat mare, ſed fundum maris. Fundum maris eſt cor impiorum.* Hic autem per mare, & aquas ſignificat Auguſtinus res corporeas, ſenſibiles, humanas. Unde ſubſumit: *Producant aquae &c. ſed &c.* Ideſt: res corporeae inſerviant Eccleſiae, pietati; at non quaſi poſſint animam vivam; ſcilicet ſanctitatem, & gratiam aut producere, aut recipere: ſed quia materiam ſubminiſtrare poſſunt, cum qua, ſaltem Dei placito, ſanctitas, & gratia connectantur. At omnes ſublimis huius capitis commentarii expendendi ſunt a prudente Lectore: invicem enim collati, unus alteri lucem conferet.

(b) *Repſerunt enim ſacramenta tua Deus per &c.* = Arbitramur amplo haec ſermone proferri: & inſpici tum Sacramenta propria, & peculiaria, quae numerantur ſeptem: *Baptiſma, Chriſma &c.* tum ſacramenta latiora, v. gr. virtutes, doctrinae Evangelicae, ſacrae hiſtoriae, monita ſalutaria &c, Quae omnia, variis licet rationibus, Deum inſpiciunt: & ſanctitatem gratiamque velut inſtrumenta aut propria, aut moralia inducunt. *Repſerunt*, hoc eſt, quaſi latenter, & oblique pervenerunt, inſinuata ſunt. Iuvat autem hic exhibere quae habet S. D. in Pſ. 39. ad v. 6. *Ambula & tu non in illis aquis, ubi Petrus aliquid ſignificans ambulavit: ſed in aliis, quia hoc ſaeculum mare eſt. Habet amaritudinem noxiam, habet fluctus tribulationum, tempeſtates tentationum. Habet homines velut piſces &c.*

(c) *Magnalia mirabilia, tanquam cete grandia.* = Doctrina rerum caeleſtium, altiſſima, ſanctitas ſumma, miniſtri Evangelii tum pietate, tum ſapientia longe graviſſimi, miracula; haec, inquam, omnia ſunt *magnalia mirabilia*. Vox *cete* ſignificat quoſcunque piſces corpore prorſus immanes, potiſſimum vero Balaenas; de quarum ſtupenda magnitudine, uedum a Plinio, qui tamen ſe oculatum teſtem prodit l. 32. 1. ſed ab aliis pluribus viris graviſſimis talia narrantur, quae vix fidem non ſuperant. Inter aves principem locum tenet Phoenix: de quo mirum eſt quot veteres Scriptores non pauci, etiam aliis rationibus graves fabulatiſint. Conſulant curioſi vel S. Petrum Dam. t. 3. opuſc. 52. de Bono religioſi ſtatus, c. 11. Nonnulli Phoenicem velut ſingulare animal nec a Poetis fingendum deſcribunt. Plures cum Aquila confundunt. Plurimi non prorſus Aquilam, ſed Aquilae ſpeciem dicunt. Nobis exploratum eſt, Phoenicem prout paſſim pingitur cum igne conſumente, renovante &c. hominum figmentum eſſe. Cuius figmenti originem non decet in hac digreſſione ſcrutari. Conſule, ſi placet, Ulyſſem Aldrovandum virum de Avium hiſtoria bene meritum. Certe tam ſtupendum mox adparet figmentum illud, ut nec occupaverit mentem Plinii, ut liquet ex l. 10. c. 2. non admodum profecto emunctae naris hiſtorici. Auguſtinus noſter in Pſal. 102. ad illud v. 5. *Renovabitur ut aquilae iuventus tua*, ſumma moderatione prodigium de Aquila, vel Phoenice excipit; quod nimirum ſuperiorem partem roſtri, quae nimis, longae aetatis iniura, protracta ubi ſumtionem praepediebat, ad petram colliden, atque decurtans, ſicque denuo ad menſam adcedens, cadenti aetati ſuc-

cur-

eurrat. Et tamen (moralem, ſeu concionatorem licet agens) in Pſal. 66. ſub finem, ita loquitur: *Renovabitur iaventas noſtra ſicut aquilae &c. Sive illa vera ſint, Fratres, quae dicuntur de ſerpente, vel quae dicantur de aquila: ſive ſit fama potius hominum, quam veritas &c.* Lib. autem 4. de Anima, & eius Origine c. 20. n. 33. *Quod enim de Phoenice loqueris, ad eam de qua agitur, omnino non pertinet. Reſurrectionem quippe illa ſignificat corporum, non ſexum deſtruit animarum. ſi tamen at creditur, de ſua morte renaſcitur. Sed arbitrar quod tuum ſermonem parum putaveris fore plauſibilem, ſi non multa de Phoenice more adoleſcentium declamares &c.*

(*d*) *Opera corporalia in &c.* = Res ſenſibiles, eorporalia facta, verba, piae conciones, quae in antiqua Eccleſia, maxime Apoſtolorum aetate contigere, Haec ergo amplo admodum prolata ſermone, preſſe ſic, ut nobis videtur, explicari poſſent. In Baptiſmate v. g. ſecerne aquam, & verba, a virtute Spiritus-Sancti, & gratia, qua anima infantis exornatur; Aqua, verba, & ipſa lotio phyſice ſpectata ſunt aquae &c. & opera eorporalia in undoſo mari, & ſub firmamento. Virtus Spiritus-Sancti, & gratia, ſunt mirabilia &c. Dum autem meditaris vel ipſam virtutem, & gratiam: vel Dei beneplacito aquam adſumtam in gratiae inſtrumentum aut morale, aut, quod veroſimilius eſt, phyſicum: (1) tunc *lucides cognitiones* prodis. Idem obſervare potes in concionibus, doctrinis, religioſis itineribus &c. ſi & in illis humanum, ac naturale, a divino, & ſupernaturali ſecernas. Deum autem ſuo placito rebus ſenſibilibus Sacramenta alligaſſe, & ut alligaverit, ſaepe tractat Auguſtinus: ut Epiſt. ad Seleuc. 265. (Alias, 108.) Epiſt. ad Bonifac. 98. n. 9. (Alias, 23.) Lib. de Catechizandis Rudibus, cap. 26. Tract. 80. in Ioann. Lib. 1. de Doctr. Chriſt. cap. 19. & lib. 2. cap. 3. Lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 10. Lib. 19. contra Fauſtum Manich. cap. 11. 13. & 16., Lib. 10. de Civit. Dei, cap. 5. ex quibus omnibus ſimul collatis praeſenti rei haud modica lux conciliari poſſet.

(*e*) *Conſolatus es faſtidia &c.* = An ne propoſito non admodum diſſimili inquit S. Dionyſius Areopagita lib. de Caeleſti Hierarch. (vel quicumque inſigne opus illud ſcripſerit) cap. 2. circa med. = Neque enim poteſt aliter divi„no-principalis ille radius nobis illuce„ſcere, niſi ſacrorum varietate operi„mentorum anagogice obvelatus, nobis „quoque paterna providentia connatu„raliter, ac proprie ſit accomodatus.] Immo totum fere caput illud ad rem hanc ſpectat. S. Gregorius Nazianzenus Orat. 40. quae eſt in S. Baptiſma, poſt unam fere paginam integri folii. = Quando„quidem autem duabus partibus, hoc „eſt, animo, & corpore conſtamus, „quarum altera in aſpectum cadit, al„tera oculorum ſenſum fugit: duabus „quoque rebus conſtat baptiſmus, a„qua ſcilicet, & Spiritu, illa viſibili, „& corporeo modo accepta, hoc vero „incorporeo, & inviſibili concurrente „&c. (2)] S. Ioann. Chryſoſtomus Homil. 83. in cap. 26. Matth. longe poſt med.] „Nihil ſenſibile traditum nobis a Chri„ſto, ſed rebus ſenſibilibus &c. (3) Sic & „baptiſmo per aquam, quae res ſenſi„bilis eſt &c. Nam ſi tu incorporeus „eſſes, nude ipſa dona incorporea tra„didiſſet tibi; quoniam vero corpori „coniuncta eſt anima tua, in ſenſibilibus „intelligenda tibi traduntur.] Simillima obſervat Hom. 60. ad Populum Antioch. de Sumentibus indigne &c. poſt init. At vero magis dilucidabitur locus iſte ipſius Auguſtini ſermone, qui Epiſt. ... (Alias, 119.) cap. 7. ita loquitur. Ad rem „ſacratę ſignificandam ſimilitudines aptas „religioſa devotione ſuſcipimus, de ven„to, de mari, de terra, de volatilibus, „de piſcibus, de pecoribus, ut de ove, „ſerpente, agno, ariete, vitulo, de „arboribus, de hominibus: ad ſermonem „quidem multipliciter. Ceterum ad cele„brationem Sacramentorum iam Chriſtiana „libertate parciſſime, ſicut, de aqua, „de frumento, de vino, de oleo. „

(*f*) *Aquae produxerunt haec.* = Res humanae, atque ſenſibiles iuxta ſaepe dicta. Sed hic & ipſi homines aquarum nomine intelligi poſſent, Adeo quod huius propoſitionis repetitio, & velut paraphraſis videatur quod ſequitur, *neceſſitates alienatorum ab &c.* Scilicet Sacramenta, doctrinae, & tot alia bona rebus ſenſibilibus vel colligata, vel expreſſa inducta ſunt propter infirmitatem adiuvandam hominum, quos Adae peccatum ab aeternitate veritatis divinae alienaverat. Unde S. Thomas 3. p. q. 61. ar. 2. ad 1. *Homo in ſtatu innocentiae gratia indigebat: non tamen ut eam conſeque-*

(1) V. in *infra* c. 23. C.
(2) Simila Cyrillus Alex. l. 2. in Ioann. c. 42.
(3) Et ipſe Aug. l. de Unit. Eccleſ. c. ultimo, & l. 2. contra Petil. c. 32.

ſequeretur per aliqua ſenſibilia ſigna, ſed ſpiritualiter, & inviſibiliter. In eamdem quoque doctrinam vadit quod inferius additur, *quarum amarus languor &c.* Hominum nempe malitia, vel infirmitas cohibenda, & curanda cauſſa fuit inſtitutionis Sacramentorum, quae verbi Dei virtute nobis medeantur.

(g) *Non diffunderetur ex utero eius &c.* = Niſi peccaſſet Adam, non diffunderetur ex utero eius, ideſt eius poſterorumve generatione originale peccatum; quod comitantur ſuperbia, petulantia &c. Quod autem addit inde: *non opus eſſet, ut in aquis multis &c.* ſimile eſt expenſis cap. praecedenti. Niſi Adam peccaſſet, non opus fuiſſet Sacramenta inſtituere; & in multis rebus naturalibus, & humanis &c. non opus fuiſſet doctrinas, veritates tot metaphoris, allegoriis, exemplis ex rebus corporeis depromptis ſtipare, digerere.

Ex quibus omnibus videtur dicendum: Auguſtini iudicio in ſtatu Innocentiae Sacramenta proprie talia minime fuiſſe; nec futura etiamſi idem ſtatus perſeveraſſet. Cui ſententiae potior pars Theologorum acerrimis etiam argumentis munita ſuffragari ſolet. Nec mirum; ita quippe ſummi Scholarum duces; S. Thomas 3. p. q. 61. ar. 2. S. Bonaventura in 4. diſt. 1. ar. 1. q. 1. Scotus. Aegidius Romanus &c. Mirum autem eſt, ex tot Scriptoribus, qui propoſito rem illam diſcutiunt, nullum, quod ſciamus, Auguſtinum vel ex hoc capite ſibi patronum adſciſcere. Sed & aeque mirum aliquos Auguſtinenſes oppoſitum arbitrari, & quidem velut S. Doctore duce, obſcuris eiusdem aliquot phraſibus in auctoritatem adſumtis. Vide Laur. Berti eiusdem ordinis alumnum de Theologicis Diſciplinis, t. 3 lib. 30 cap. 2. initio.

Pro iis verbis n. 2. *res una multis modis &c.* iuvat exſcribere aliquid eorum, quae S. D. habet lib. 19 contra Fauſtum Manich. cap 16. = Interim „ adverſus calumnioſam imperitiam Fauſti demonſtraſſe ſuffecerit, quanto errore delirent, qui putant ſignis ſacramentiſque mutatis, etiam res ipſas eſſe diverſas, quas ritus Propheticus praenuntiavit promiſſas, & quas ritus Evangelicus annunciavit impletas &c. Si enim ſoni verborum, quibus loquimur, pro tempore commutantur, eademque res aliter enuntiatur facienda, aliter facta &c.] Quam doctrinam etiam inſinuat Tract. 3. in cap. 1. Ioan. paullo poſt initium.

C A P U T XXI.

A R G U M E N T U M.

Si mare, & aquae concipiunt, pariuntque reptilia animarum vivarum: terra ab aquarum diſcreta amaritudine gignit animam vivam. Haec ſiquidem nec Baptiſmo indiget, nec mirabilibus, quibus Fides communiri adſolet. Quanquam vere terra mari amplo iure praecellat: adhuc Piſcem manducat, de profundo levatum, ut aridam alat. Inde ſublimibus metaphoris aliquo iniecto modo, & utcunque laxatis: de inſigni nobili cultura aridae, fidelis ſcilicet animae, vel populo adhibenda. Cui interim ex Scripturis explicat & inculcat, velut pro concione pluribus contexta metaphoris, Divinae legis myſteria.

I. AC per hoc in verbo tuo, non maris profunditas, ſed ab aquarum amaritudine terra diſcreta (a) eiicit, non reptilia animarum vivarum, & volatilia, ſed animam vivam. Neque enim iam opus habet baptiſmo, quo gentibus opus eſt, ſicut opus habebat, cum aquis tegeretur; Non enim intratur (1) aliter in regnum caelorum ex illo, quo inſtituiſti ut ſic intretur: nec magnalia quaerit mirabilium, quibus fiat fides. Neque enim niſi ſigna & prodigia (2) viderit, non credit, cum iam diſtincta

(1) Ioan. 3. 5. (2) Ioan. 4. 48.

cta ſit terra fidelis ab aquis maris infidelitate amaris, & linguae in ſigno ſunt, non fidelibus ſed infidelibus. (1) Nec iſto igitur genere volatili (*b*), quod verbo tuo produxerunt aquae, opus habet terra, quam fundaſti ſuper aquas (2). Immitte in eam verbum tuum per nuntios tuos: Opera enim eorum narramus, ſed tu es qui operaris in eis, ut operentur (3) animam vivam. Terra producit eam, quia terra cauſſa eſt, ut (*c*) haec agant in ea: ſicut mare fuit cauſſa, ut agerent reptilia animarum vivarum, & volatilia ſubfirmamento caeli, quibus iam terra non indiget; quamvis Piſcem manducet (*d*), levatum de profundo in ea menſa, quam paraſti in conſpectu credentium; Ideo enim de profundo levatus eſt, ut alat aridam. Et aves marina progenies, ſed tamen ſuper terram multiplicantur. Primarum enim vocum Evangelizantium infidelitas hominum cauſſa extitit; ſed & fideles exortantur, & benedicunt ut ab eis (*e*) multipliciter de die in diem. At vero anima viva de terra ſumſit exordium, quia non prodeſt iam niſi fidelibus continere ſe ab amore huius ſaeculi, ut anima eorum tibi vivat, quae mortua erat in deliciis vivens (4), deliciis, Domine, mortiferis: nam tu puri cordis vitales deliciae.

II. Operentur ergo iam in terra miniſtri tui, non ſicut in aquis infidelitatis, annuntiando & loquendo per miracula & ſacramenta, & voces myſticas, ubi intenta ſit ignorantia mater admirationis (*f*) in timore occultorum ſignorum; talis enim eſt introitus ad fidem (*g*) filiis Adam oblitis tui, dum abſcondunt ſe a facie tua; & fiunt abyſſus; Sed operentur etiam ſicut in arida, diſcreta a gurgitibus abyſſi; & ſint forma fidelibus vivendo coram eis, & excitando ad imitationem. Sic enim non tantum ad audiendum, ſed etiam ad faciendum audiunt: Quaerite Dominum, & vivet anima veſtra (5), ut producat terra animam viventem. Nolite conformari huic ſaeculo, (6) continete vos ab eo. Evitando vivit anima, quae appetendo moritur. Continete vos ab immani feritate ſuperbiae, ab inerti voluptate luxuriae, & a fallaci nomine ſcientiae: (7) ut ſint beſtiae manſuetae, & pecora edomita, & innoxii ſerpentes. Motus enim animae ſunt iſti in allegoria; ſed faſtus elationis, & delectatio libidinis, & venenum curioſitatis motus ſunt animae mortuae; quia non ita moritur, ut omni motu careat; quoniam diſcedendo a fonte vitae, moritur, atque ita ſuſcipitur a praetereunte ſaeculo & conformatur ei.

III. Verbum autem tuum, Deus, fons vitae aeternae eſt, & non praeterit: ideoque in verbo tuo cohibetur ille diſceſſus, dum dicitur nobis, Nolite conformari huic ſaeculo: ut producat terra in fonte vitae animam viventem, in verbo tuo per Evangeliſtas tuos animam continentem, imitando imitatores Chriſti tui (8). Hoc eſt enim, ſecundum genus, quoniam aemulatio viri ab amico eſt. Eſtote, inquit, ſicut ego: quia & ego ſicut vos (9). Ita erunt in anima viva beſtiae bonae in manſuetudine actionis. Mandaſti enim, dicens; In manſuetudine opera tua perfice; & ab omni homine diligeris (10). Et pecora bona neque ſi manducaverint abundantia, neque ſi non manducaverint, egentia; & ſerpentes boni, non pernicioſi ad nocendum, ſed aſtuti ad cavendum, & tantum explorantes temporalem naturam

(1) 1. Cor. 13. 22.
(2) Pſal. 23. 2.
(3) 1. Cor. 2. v. 6., & 7.
(4) Ex 1. Tim. 5. 6.
(5) Pſal. 68. 33.
(6) Rom. 12. 2.
(7) I. Tom 6. 20
(8) 1 Cor. 4. 16. *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.*
(9) Gal. 4. 12.
(10) Eccleſ. 3. 19. fere iuxta Graec.

ram quantum ſufficit, ut per ea quae facta ſunt intellecta conſpiciatur aeternitas (1). Serviunt enim rationi haec animalia, cum a progreſſu mortifero cohibita vivunt, & bona ſunt.

(a) *Ab aquarum amaritudine terra diſcreta &c.* = Anima ab originalis culpae, & infidelitatis amaritudine Baptiſmi virtute diſcreta, non ſerpit per ſenſibilia, ipſis prorſus adhaerendo; ſed & ad ſpiritalia conſcendit, & nubiliores fructus prugignit: ut inferius exponitur. Quod inferius habet: *Non enim intratur aliter in &c.* intuetur illud Salvatoris Ioan. 3. 5. *Niſi quis renatus ex aqua, & Spiritu-Sancto non poteſt introire in regnum Dei.* In regnum Dei triumphans, ſcilicet in aeternam gloriam nonniſi baptizati ingredi poſſumus; at Baptiſma triplex eſt: Fluminis: Flaminis: Sanguinis; quodlibet ex illis ſat eſt ut ingrediamur in regnum caelurum; immo quum poſteriora duo baptiſmata aut expreſſe, aut ſaltem tacite primum complectantur; ſemper conſiſtit illud: Baptiſma ex aqua, & Spiritu-Sancto diſpenſari non poſſe. Nec in Dei regnum certans, ſcilicet Eccleſiam abſque Baptiſmatis ſubſidiu introire quis poteſt; id tamen exponunt Theologi, dicentes; baptiſmate flaminis, nempe contritionis perfectae, vel efficacis amoris Dei, fieri nos Eccleſiae membra merito; at nonniſi baptiſmate fluminis, eo nimirum, quod Sacramentum eſt, tales fieri & numero.

(b) *Nec iſta genere volatili &c.* = Et ex his verbis liquet, Auguſtinem in his capitibus amplitudine loqui, atque multiplicis generis ſenſibilia intueri; quod cap. praeced. nos docebamus. Expendit vero ceu lucrum Fidelium, quod non amplius Baptiſmate indigeant: inſpiciens eiusdem Sacramenti corporeum, ſcilicet aquam: cui homo creatura, poſt Angelos, omnium nobiliſſima velut abiectione quadam ſubiicitur; quam abiectionem in Adae paccatum Theologi plures revocant. Vide, ſi placet, S. Thomam 3. p. q. 61. ar. 2. maxime in reſp. ad 1. & 2. & N. Patres Salmanticenſes t. 11. Tract. 22. de Sacramentis in genere. Diſput. 3. de Exiſtentie Sacrament Dub. 2. *Utrum in ſtatu innocentiae, ſi duraſſet, eſſent ſacramenta?* §. 1. n. 10 Quod paullo poſt habet, *quam fundaſti ſupra aquas*, ſignificat animam, cuius iuſtificationem, & culturam Sacramentis, concionibus, aliiſque ſenſibilibus rebus Deus colligavit.

(c) *Quia terra cauſſa eſt, ut &c.* = Quamvis enim aqua corpus abluat, concio aures vellicet &c. haec tamen, & ſimilia omnia ad animam diriguntur, & propter animam inſtituta ſunt. Unde & elucеſcit quod ſequitur: *ſicut mare &c.* ſcilicet propter corpus, maxime quia Adae peccato laeſum, ſenſibilia illa ſunt data: iuxta ſaepe obſervata, potiſſimum ſigno E.

(d) *Quamvis Piſcem manducet &c.* = *Pherepones* eruditionis deus ita hunc locum exponit. = Reſpicit ad vocem &c. „ quae cum *piſcem* ſignificet, complecti„ tur initiales litteras vocum &c. *Ieſus „ Chriſtus Dei filius Servator*. Ideo *Ter„ tullianus* de Baptiſmo Cap. 1. *Sed nos „ piſciculi, ſecundum &c. noſtrum Ieſum „ Chriſtum, in aqua naſcimur.*] Et interponit voces Graecas, quas eius linguae peritus facile coniicere poteſt: pro imperito autem ad nihil inſerviunt.

R. Mirum eſt, Auguſtinum, tuo iudicio, Graecae linguae prorſus ignarum, ad etymologias Graecarum vocum, & quidem plurium, nec interim id inſinuans, quaſi ex nimia cum eadem linguae familiaritate, inſpexiſſe! Volumus etiam, ut dicas, utrum ſcias, Auguſtinum alibi quod tu hic, & quidem longe fuſius, & doctius exponere? Si neſcis, ut tot alia neſciviſti, cur te adeo in eius ſcriptis verſatum iactas: hoſpites vero ſuſpicaris eius amicos? *Sed poſtquam omnia dixerint, quae ſuperſtitioſa quaedam reverentia eis ſuggeſſerit erga Scripturam, quam forte nunquam attente legerunt &c.* in Praefatione, poſt med. Si ſcis, cur diſſimulas? At voluiſti mundo innoteſcere, te ea Graeca verba didiciſſe; & talis es, cui cogatur frequenter improperare Perſius Satyra 1. e v. 26. = *O mores: uſque adeo ne - Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter?* = *At pulcrum eſt digito monſtrari, & dicier hic eſt.* = *Ten cirratorum centum dictata fuiſſe.* = *Pro nihilo pendas? ecce inter pocula quaerunt.* At eundum eſt ad meliora &c.

II. Chriſtianus Lupus ordin. Erem. S. Auguſt. par. 6. Oper. t. 6. in quo de Synodis &c. Diſſert. de quibusdam SS. Patrum teſtimoniis ſpectantibus ad Berengarii haereſim, cap. 4. *Exponuntur quae-*

(1) Rom. 1. 20.

Digitized by Google

quaedam loca Sancti Augustini, ipſo initio. = Quod circa Euchariſtiam S. Au„ guſtinus cum Romana hodie Eccleſia „ credat, ac doceat, eſt breviter oſten„ dendum &c. Et 13. confeſſionum liber: „ *Terra manducat piſcem levatum &c.* „ Levatus de profundo piſcis eſt Ieſus „ Chriſtus natus in hoc ſaeculo, ex Ma„ ria Virgine.] Augoſtinus autem lib. 18. de Civitate Dei, cap. 23. ab ipſo fere initio. = Nam vir clariſſimus Flac„ cianus, qui etiam proconſul fuit, ho„ mo facillimae facundiae, multaeque „ doctrinae, cum de Chriſto colloquare„ mur, Graecum nobis codicem protu„ lit, carmina eſſe dicens Sibyllae Ery„ thraeae, ubi oſtendit quodam locu in „ capitibus verſuum ordinem litterarum „ ita ſe habentem, ut haec in eo verba „ legerentur, Ιησῦς χρισός Θεῦ υἱός „ σωτήρ: quod eſt Latine, Ieſus Chri„ ſtus Dei Filius Salvator. Hi autem „ verſus, quorum primae litterae iſtum „ ſenſum, quem diximus, reddunt, ſi„ cut eos quidam &c.] Et exſcriptis verſibus. = In his Latinis verſibus de „ Graeco utcumque tranſlatis, ibi non „ potuit ille ſenſus occurrere, qui fit „ cum litterae, quae ſunt in eorum ca„ pitibus, connectuntur, ubi Υ littera „ in Graeco poſita eſt; quia non potue„ runt verba Latine inveniri, quae ab „ eadem littera inciperent, & ſententiae „ convenirent &c. Et ſunt verſus vigin„ ti, & ſeptem, qui numeros quadra„ tum ternarium ſolidum reddit, Tria „ enim &c. Horum autem Graecorum „ quinque verborum, quae ſunt Ιησῦς „ χρισός Θεῦ υἱός σωτήρ, quod eſt „ Latine, Ieſus Chriſtus Dei Filius Sal„ vator, ſi primas litteras iungas, erit „ ἰχθύς, ideſt, piſcis, in quo nomine „ myſtice intelligitur Chriſtus, eo quod „ in huius mortalitatis abyſſo velut in e„ quarum profunditate vivus, hoc eſt, „ ſine peccato eſſe potuerit.

(e) *Exortantur, & benedicentur ab eis.* = Ita Benedictini, qui admonent. „ Lov. *benedicunt eis*. Sed legendum „ cum editis aliis, & MSS. *benedicuntur* „ *ab eis*, quae lectio perperam correcta „ eſt propter verbum, *exhortaetur*, „ quod putarunt active uſurpari.] Lov. ſuffragatur Som. genuinae lectioni MS. Ricar. Iacobus Facciolatus in novo Lexico &c. ad verbum, *hortor*, alia inter haec habet. = Reperitur etiam paſſive. „ *Tacit. Ann.* 12. c. 9. *Sententiam ex„ promere, qua hortaretur Claudius.* O„ *ctaviam deſpondere Domitio.* Quidam „ tamen Cod. habent, *oraretur*. *Varr.* apud *Priſcian.* l. 8. *Ab amicis hortaretur.* „ Reperiri etiam *horto*, *as*, aſſerit, *Pa„ reus in Lex. Crit.* afferens *Plauti* e„ xempla, & Cic. in quibus tamen le„ ctio dubia eſt. „

Quod ſequitur, *At vero anima viva de terra &c.* ſignificat iuſtificationem a ſenſibilibus, a Sacramentis, maxime a Baptiſmate ſumſiſſe exordium. Niſi mavis, *terram*, ut ſupra, pro anima a vitiis, potiſſimum ab infidelitatis tenebris liberatam excipere. Quod vero initio n. ſeq. habet, *per miracula, & ſacramenta, & &c.* confirmat expoſitiones a nobis ſupra datas frequenter.

(f) *Ignorantia mater admirationis.* = Bene, & docte. Fit enim admiratio novitate rei; ſeu, cum viſo effectu, cauſſa eius ignoratur. Hinc vocant admirationem Hebraei, *Timmahon*, a *Tamah*, quod ſtuporem novitatemque ſignificat, aut iovulvit. S. Gregorius Nazianzenus Orat. 16. de *Pauperum amore*, admodum ante finem: *Quidquid enim facile percipitur, facile quoque in contemtum venit: quod autem ſupra nos eſt: quo maiore cum difficultate percipi poteſt, eo etiam maiorem ſui admirationem movet.* Iterum vero Auguſtinus lib. 2. de Ordine, cap. 3. n 8. dum Licentium adloquitur. = *Unde enim ſolet, inquam, oboriri admiratio, aut quae huius vitii mater eſt, niſi res inſolita, praeter manifeſtum cauſſarum ordinem? Et ille: Praeter manifeſtum, inquit, accipio: nam praeter ordinem nihil mihi fieri videtur &c.* At lib. 1. Retract. cap. 3. n. 2. *Verum & in his libris diſplicet mihi &c. Et quod* admirationem vitium *nuncupavi*. Vide etiam lib. 3 de Trin. cap 2. n. 7. initio. Conſule item, ſi plura deſideras, S. Thomam in 2. Diſt. 18 q 1. ar 3. & 1. p q. 105. ar. 7. nec non 1. 2. q. 32. ar. 8. & q. 41. ar. 4 De eadem re diſſerit etiam metro Horatius lib. 1. Epiſt. 6. ad Numicium.

I. Sciſcitaberis tamen: Qui ergo fieri potuit, ut Chriſtus admiraretur? ut teſtatur S. Matth. c. 8 v. 10. Reſpondent plures: Licet Chriſtus omnia noſceret ſcientia: non omnia tamen experimento &c. Melius tamen Auguſtinus lib. 1. de Gen. contra Manichaeos, cap. 8. n. 14. = Quid ſi dictum eſſet, Mira„ tus eſt Deus lucem quia bona eſt? „ quantum clamarent? quantum litiga„ rent? Admiratio enim re vera de re„ bus inſperatis naſci ſolet, & tamen le„ gunt iſti, & laudant Dominum noſtrum „ Ieſum Chriſtum in Evangelio admira„ tum eſſe fidem credentium, Quis au-

Digitized by Google

„ tam in illis fecerat ipſam fidem, niſi „ ipſe qui eam mirabatur? Quod ſi & „ alius eam feciſſet, ut quid miraretur „ qui praeſcius erat? &c. Quod enim „ miratur Dominus noſter, nobis miran- „ dum eſſe ſignificat, quibus adhuc eſt „ opus ſic moveri. Omnes ergo tales „ motus eius non perturbati animi ſunt „ ſigna, ſed docentis magiſtri.] Idem obſervat lib. 22. contra Fauſtum Manich. cap. 13., & 14. & lib. 1. contra Adverſar. Legis, & Prophet. cap. 7. n. 10. ubi inter alia haec habet: *Sed Ieſus, qui omnia praeſciebat, quod mirandum aliis commendabat, mirando laudabat.* Recole dicta l. 7. c. 17. A.

(*g*) *Talis enim eſt ieteoites ad fidem &c.* = Martinus Chemnitius, ſeu potius, Ioannes Gherereus eius continuator in Harmonia quatuor Evangeliſtarum, t. 2. in Exegeſi hiſtoriae Pontificum, & Phariſaeorum de Chriſto interficiendo concilio &c. c. 141. paullo poſt initium. „ Atque hic eſt proprius, & ſalutaris fi- „ nis miraculorum Chriſti, ut ex illis „ pro meſſia agnoſcatur, ſicut ipſe do- „ cet Ioan. 5. 36. 10. 25. 37., & 38. „ c. 11. 42. ut & Ioann. Evangeliſta c. „ 20. 31. quo reſpectu l. 13. confeſſ. „ c. 21. miracula introitum quemdam „ ad fidem appellat.] Scribebat circa an. 1616. Martinus Chemnitius autem obiit an. D. 1586. die 8. April. aetat. 64. Sciant tamen haeretici illi in Eccleſia Romana, & pluribus aliis rationibus, quamquam ſpectantibus omnibus ad Dei gloriam, hominumque bonum ſemper fuiſſe, & futura item exinceps vera miracula.

Abſcondunt autem quod ſequitur, ſe a facie Dei filii Adam, dum ab eius facie ſanctitatem, & lucem ſpirante peccatis, & infidelitate avertuntur. Quod inferius dicitur, *a fallaci nomine ſcientiae*, ex illo Pauli eſt 1. Timoth. c. 6. v. 20. *O Timothee, depoſitam cuſtodi, devitans . . . appoſitiones falſi nominis ſcientiae*. Fallax nomen ſcientiae eſt immoderata in ſacris ſtudiis praeſumtio, & curioſitas, ut paullo poſt illis verbis, *& venenum curioſitatis*, inſinuatur. Significant denique *beſtiae manſuetae*, homines in ſacris ſtudiis mitis ingenii; *pecora* autem *edomita* fere idem, nempe dociles Fideles, qui Scripturarum arcanis, & Eccleſiae definitionibus etiam humano ingenio nonnihil duris, facile proprium mercurium ſubiiciunt. Ita inquam ſaepe; At quid heic ſignificent, aperit ipſemet S. D. ſubiungens, *Scilicet faſtus &c.*

(*h*) *Ita erant in anima viva.* = Haec eſt lectio, quam praeferunt 4. e noſtris MSS. nec non Vet. Am. Er. Lov. Som. & noviſſime Benedictini; Qui tamen profitentur plures ex MSS. a ſe viſis habere: *in animam vivam*. Quam lectionem exactius imitantem v. 7. cap. 2. Geneſ. (ut legit etiam Ipſe Aug. lib. 6. de Gen. ad Litt. initio) *Factus eſt homo in animam viventem*; quod repetit etiam Apoſtolus 1. Cor. 15. 45. libenter praetuliſſemus, ſi alicuius MS. ex eis, quos vidimus nos ſuffragium acceſſiſſet. At forte mutatur heic phraſis quod non preſſe de tranſitu e non vita in vitam: ſed potius de conſiſtentia; atque perſeverantia in vita ſermo ſit.

Serpentes boni non pernicioſi ad nocendum &c. de quibus inferius, ſunt homines acuti, & ſagacis ingenii, qui ſobriis ſuis ſtudiis in id incumbunt, ut ſacras doctrinas magis ſtabiliant, atque a cavillationibus paganorum, haereticorumque tueantur; non ut petulantia diſcutiens, & ſophiſmatibus impetant: vel proprii mercurii faciant pediſſequas. De talibus bonis ſerpentibus loquuntur Petrus, & Paulus: ille Epiſt. 1. c. 3. v. 15. *Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quae in vobis eſt, ſpe;* iſte Epiſt. ad Titum, c. 1. v. 9. *Ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere.* Sed & illis verbis, *tantum explorante &c. quantum &c.* admonentur Chriſtiani, maxime Eccleſiaſtici, ne diutius, & multo amore profanis ſtudiis incumbant, ſed tantum, quantum ſat eſt, ut inde multo eruditionis, & artis adparatu propoſito divina perſpiciant, dilucident, atque tueantur.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXII.

ARGUMENTUM.

Ut videas, quod ultimo loco obſervaverat, ex naturalibus rebus, moderatione intercedente, divina conſpici: oſtendit ut ex Geneſis phraſibus de rebus factis in animam vivam, allegoria pingatur vitae ſpiritualis exordium, & incrementum. Porro vita ſpiritualis ita excelſa, quae non tam pios homines, quam ipſum Deum imitetur; quae item magnas veritates, puta Deum trinum in Perſonis, unum in natura, ex illis verbis, Faciamus hominem &c. *ſecreto lumine, nullo advocato magiſtro intueatur.*

ECce enim Domine Deus noſter. Creator noſter, cum cohibitae fuerint affectiones ab amore ſaeculi, quibus moriebamur male vivendo; & coeperit eſſe anima vivens bene vivendo: completumque fuerit verbum tuum, quod per Apoſtolum tuum dixiſti, Nolite conformari huic ſaeculo (1); conſequitur (*a*) & illud quod adiunxiſti ſtatim, & dixiſti; ſed reformamini in novitate mentis veſtrae: non iam ſecundum genus, tanquam imitantes praecedentem proximum, nec ex hominis melioris auctoritate viventes. Neque enim dixiſti, Fiat homo ſecundum genus: ſed, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram (2), ut nos probemus quae ſit voluntas tua. Ad hoc enim ille diſpenſator tuus generans per Evangelium (3) filios, ne ſemper parvulos (4) haberet, quos lacte nutriret (5); & tanquam nutrix foveret; Reformamini (6), inquit, in novitate mentis veſtrae, ad probandum vos quae (*b*) ſi voluntas Dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum. Idoque non dicis, Fiat homo; ſed, Faciamus hominem. Nec dicis, ſecundum genus: ſed, ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Mente quippe renovatus, & conſpiciens intellectam veritatem tuam, homine demonſtratore non indiget, ut ſuum genus imitetur: ſed demonſtrante te probat ipſe quae ſit voluntas tua, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum; & doces eum iam capacem (*c*) videre Trinitatem unitatis, & unitatem Trinitatis. Ideoque pluraliter dicto, Faciamus hominem; ſingulariter tamen infertur (7). Et fecit Deus hominem; & pluraliter dicto, ad imaginem noſtram; ſingulariter infertur, Ad imaginem Dei. Ita homo renovatur in agnitionem Dei, ſecundum imaginem eius, qui creavit eum (8): & ſpiritualis effectus, iudicat omnia (9) (*d*) quae utique iudicanda ſunt, ipſe autem a nemine iudicatur.

(*a*) *Nolite conformari &c. conſequitur &c.* = Primo ſiquidem propulſare a te debes ſaeculi huius foeditates; inde candore lucis aeternae veſtieris. Porro inſenſatae res, atque bruta reformantur, quum praecedentibus abiectis defectibus, proprium genus (v. g. alias gemmas, alios equos) imitantur; homo vero quum preſſius haeret Numini, eiuſque in ſe pingit indolem. Quae ſequentibus ali-

(1) Rom. 12. 2.
(2) Gen. 1. 2.
(3) 1. Cor. 4. 15.
(4) Galat. 4. 19.
(5) 1. Cor. 3. 14.
(6) Rom. 12. 2.
(7) Gen. 1. v. 27.
(8) 2. Cor. 4. 16. & Coloſſ. 3. 10.
(9) 1. Cor. 2. 15.

quam lucem conciliant. Quum autem exordiatur hoc caput Auguſtinus illis verbis, *Ecce enim*, videtur omnino oltima praecedentis intueri: ideo diximus in ſummario: *Ut videat &c.*

(*b*) *Ad probandum vos &c.* = Haec lectio omnino tenenda eſt, quam praeferunt & BB. quos audire iuvat. = In ,, editis deeſt, *vos*, quam vocem reſti- ,, tuere placuit ex MSS. quia locum il- ,, lum ſic referre ſolet Auguſtinus.] Occurrit etiam illa vox apud MSS. 2. S. Mar. Ricar. Feſ. & Car. Vet. autem cum reliquis editis errat. Interim accipe verba S. D. lib. 22. de Civit Dei, c. 16. initio. = Illud etiam quod ait, *praedeſti-* ,, *natos conformes imaginis Filii Dei* (1), ,, poteſt & ſecundum interiorem homi- ,, nem intelligi. Unde nobis alio loco ,, dicit, *Nolite conformari &c.* Ubi ergo ,, reformamor, ne conformemur huic ,, ſaeculo, ubi conformamur Dei Filio.,,

(*c*) *Et doces eam iam capacem &c.* = Vet. Bad. Am. Er. Arn. quibus ſuffragantur 2. e MSS. a BB. viſis, *& facis eum &c.* At legendum, *doces*, ut habent Benedictini cum ſuis MSS. nec non Luv. Som. MSS. 2, S. Mar. Ricar. Feſ. & Car. quippe ſi Auguſtini ſermo diligenter adtendatur, liquet hominem hic iam factum capacem, quem non in caſſum Deus doceat.

Ideoque pluraliter &c. = Huiuſmodi argumentum ad Trinitatis arcanum ſtabiliendum familiare eſt, nedum Auguſtino, ſed & omnibus propemodum SS. Patribus. Ut autem illud a quorumdam nebulonum cavillationibus expeditum habeas, conſule Aug. lib. 16. de Civit. Dei, c. 6. initio. Ambroſium lib. 6. Hexam. c. 7. Baſilium Hom. 9. in Geneſ. & Theodoretum q. 20. in Geneſ. Ea vero phraſis inſinuans SS Trinitatem occurrit etiam c. 2. *Faciamus Adae &c.* c. 3. *Ecce Adam quaſi unus ex nobis &c.* c. 11. *Venite, deſcendamus &c.* Iſaiae 6. *Audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis?*

(*d*) *Spiritualis effectus, iudicat omnia &c.* = Reſpicit illud 1. Cor. 2. 15. *Spiritualis autem iudicat omnia: & ipſe a nemine iudicatur.* Tale vero oraculum exagerant haeretici illi, de quibus diximus, & quos impugnavimus l. 5. c. 6. F. ut eccleſiaſticum omne magiſterium excutiant. Perperam tamen; & quidem ſi de Auguſtino loquamur: ſagaciſſimus doctor temperat propoſitionem ſuam illis verbis, *quae utique iudicanda ſunt.* En igitur homo etiam ſpiritualis non omnia, ſed tantum quae ſui muneris ſunt, iudicat. De dogmatibus autem certo iudicare, non ad perſonam, ſed ad coetum ſpectat: coetus autem Catholicorum vel in generali concilio, vel in Romano Pontifice ſuo capite involvitur. Quae autem ad ſpiritualia hominis iudicium ſpectant, ſunt magnae veritates, ut in argumento capitis diximus, & liquet ex ipſo Auguſtini ſermone; de quo tantum hucuſque dicta. Verum enim vero & Auguſtini ſermoni, & Apoſtoli oraculo Auguſtinus ipſe lucem conciliet. Lib. de Vera Relig. cap. 31. n. 58. Ideſt a nullo homi- ,, ne, ſed a ſola ipſa lege, ſecundum ,, quam iudicat omnia &c. Omnia ergo ,, iudicat quia ſuper omnia eſt, quando ,, cum Deo eſt. Cum illo autem eſt, ,, quando puriſſime intelligit, & tota ca- ,, ritate, quod intelligit, diligit. Ita e- ,, tiam quantum poteſt lex ipſa etiam ipſe ,, fit, ſecundum quam iudicat omnia, ,, & de qua iudicare nullus poteſt. Sicut ,, in iſtis temporalibus legibus, quam- ,, quam de his homines iudicent, cum ,, eas inſtituunt, tamen cum fuerint in- ,, ſtitutae, atque firmatae, non licebit iu- ,, dici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas. ,, Conditor tamen legum temporalium, ,, ſi vir bonus eſt, & ſapiens, illam ipſam ,, conſulit aeternam, de qua nulli a- ,, nimae iudicare datum eſt: ut ſecun- ,, dum eius incommutabiles regulas, quid ,, ſit pro tempore iubendum vetandum- ,, que diſcernat. Aeternam igitur legem ,, mundis animis fas eſt cognoſcere, iu- ,, dicare non fas eſt.] Habes ex his, ſpiritualem hominem illum eſſe, qui puriſſime intelligit, & tota caritate quod intelligit, diligit. Quum autem lex divina aperiat, quid faciendum, quid vitandum; eique legi creaturae omnes faſces ſubmittere debeant; quid mirum, ſi ſpiritualis tam inconcuſſae legi preſſius adhaerens, dum ut talis agit, omnia iudicet, & ipſe a nemine iudicetur? Sed & ex dictis liquet, hominem ſpiritualem omnia iudicare, quatenus egregiam diſpoſitionem habet ad Divina inſpicienda.

Licet has, & ſeq. cap. metaphoras ipſe S. D. exponat, & quidem nonnihil diverſe infra cap. 34. Vide idem cap. cum noſtris Commentar. & cap. 27. B.

(1) Rom. 8. 29.

C A P U T XXIII.

A R G U M E N T U M.

Ut quae in idem vadunt, vel prorſus nectuntur collecta intuearis: animadvertas oportet, iudicare omnia id eſſe, quod rebus corporeis dominari. Huiuſmodi quippe dominium mentis intellectui inſidet, quo Divina conſpiciuntur. A quo dominio homo excidit, dum ſenſibilibus inhians, in lutulentam eorum naturam quodammodo migrat. Quoniam autem iudicium illud ex gratia, & ſecretum eſt: & ſpiritualiter praeſidentibus, & item ſpiritualiter ſubditis competit. Ne vero Spiritualium iudiciariam auctoritatem ultra aequum amplifices, excipit mox quaedam eorum iudicium fugientia: v. g. Cogitationes ſpirituales, in Firmamento lucentes: Divini libri aenigmata etiam nimis implexa: Qui homines intus gratiae, vel peccato iungantur. Addens, nec de populis extra Eccleſiam errantibus iudicare debere: eorum quippe exitus aut bonus, aut malus ſoli Divinae ſcientiae reſervatur. Qui profecto ſpiritualis auctoritatis limites in Geneſi allegoria quadam velut primis lineis adumbrati ſunt. Spiritualium ergo iudicium myſticas, atque morales doctrinas intuetur, quale exercent, dum actiones bonas laudibus, malas vituperationibus inſequuntur.

1. QUi autem iudicat omnia, hoc eſt, quod habet po-
„ teſtatem piſcium maris, & volatilium caeli; &
„ omnium pecorum, & ferarum, & omnis terrae, &
„ omnium repentium quae repunt ſuper terram (1).
„ Hoc enim agit per mentis intellectum (*a*), per quem
„ percipit quae ſunt Spiritus Dei (2). „ Alioqui homo in honore poſitus, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſenſatis, & ſimilis factus eſt illis (3). Ergo in Eccleſia tua Deus noſter, ſecundum gratiam tuam, quam dediſti ei, quoniam tuum ſumus figmentum, creati in operibus bonis (4), non ſolum qui ſpiritaliter praeſunt, ſed etiam ii qui ſpiritaliter ſubduntur eis qui praeſunt. (Maſculum enim & feminam feciſti hominem, hoc modo in gratia tua ſpiritali, ubi ſecundum ſexum corporis non eſt maſculus & femina; quia neque Iudaeus, neque Graecus, neque ſervus, neque liber (5).) Spiritales ergo, ſive qui (*b*) praeſunt, ſive qui obtemperant ſpiritaliter iudicant: non de cognitionibus ſpiritalibus (*c*), quae lucent in firmamento; non enim oportet de tam ſublimi auctoritate iudicare, neque de ipſo libro tuo, etiamſi quid ibi non lucet; quoniam ſubmittimus ei noſtrum intellectum (6), certumque habemus, etiam quod clauſum eſt adſpectibus noſtris recte veraciterque dictum eſſe. Sic enim homo licet iam ſpiritalis, & renovatus in agnitionem Dei, ſecundum imaginem eius qui creavit eum (7): factor tamen legis debet eſſe, non iudex (8). Neque de illa diſtinctione iudicat, ſpiritalium videlicet atque carnalium hominum, qui tuis, Deus noſter, oculis noti ſunt, & nullis adhuc nobis adparuerunt operibus, ut ex fructibus eorum (9) cognoſcamus eos; ſed tu Domine

iam

(1) Gen. 1. 26.
(2) 1. Cor. 2. 14.
(3) Pſal. 48. 13.
(4) Ephes. 2. 10.
(5) Rom. 10. 12. 1. Cor. 12. 13. & alibi. Ex integro vero Gal. 3. 28.
(6) 2. Cor. 10. 5.
(7) Coloſs. 3. 10.
(8) Iacob. 4. 11.
(9) Matth. 7. 16.

iam ſcis eos, & diviſiſti, & vocaſti in occulto antequam fieret firmamentum. Neque de turbidis huius ſaeculi populis quanquam ſpiritalis homo iudicat (*d*). Quid enim ei de iis qui foris ſunt iudicare (1), ignoranti quis inde venturus ſit in dulcedinem gratiae tuae, & quis in perpetua impietatis amaritudine remanſurus?

II. Ideoque homo quem feciſti ad imaginem tuam, non accepit poteſtatem luminarium caeli (*e*), neque ipſius occulti caeli, neque diei & noctis, quae ante caeli conſtitutionem vocaſti, neque congregationis aquarum quod eſt mare. „ Sed accepit poteſtatem piſcium „ maris, & volatilium caeli, & omnium pecorum, & omnis ter- „ rae, & omnium repentium quae repunt ſuper terram. „ Iudicat enim & adprobat quod recte, improbat autem quod perperam invenerit; ſive in ea ſollemnitate ſacramentorum quibus initiantur, quos pervestigat in aquis multis miſericordia tua: ſive in ea qua ille Piſcis exhibetur, quem levatum de profundo terra pia comedit; ſive in verborum ſignis vocibuſque ſubiectis auctoritati libri tui tanquam ſub firmamento volitantibus, interpretando, exponendo, diſſerendo, diſputando, benedicendo atque invocando te, ore erumpentibus atque ſonantibus ſignis; ut reſpondeat populus, Amen. Quibus omnibus vocibus corporaliter enuntiandis cauſſa eſt abyſſus ſaeculi, & caecitas carnis, qua cogitata non (*f*) poſſunt videri, ut opus ſit inſtrepere in auribus: ita quamvis multiplicentur volatilia ſuper terram, ex aquis tamen originem ducunt. Iudicat etiam ſpiritalis adprobando quod rectum, improbando autem quod perperam invenerit in operibus moribuſque Fidelium, eleemoſynis tanquam terra fructifera, & de anima viva manſuefactis affectionibus, in caſtitate, in ieiuniis, in cogitationibus piis, de iis quae per ſenſum corporis percipiuntur. De his enim iudicare nunc dicitur, in quibus & poteſtatem corrigendi habet.

(*a*) *Per mentis intellectum.* = Per intellectum non quemcunque, ſed quem mentem appellant, partem ſuperiorem, de incommutabilibus, de aeternis iudicantem. Vel forte latius Auguſtinus loquitur, nam lib. 11 de Civit. Dei, c. 2, circa med. ſimpliciter inquit: *Sed quia ipſa mens, cui ratio & intelligentia naturaliter ineſt &c.* forte igitur *mentis* addit, tantummodo, ut intellectum inſinuet quatenus non in quaecunque, ſed in ſpiritalia fertur.

Porro in ſequenti periodo ex illo Pſal. 48. v. 13. *Homo cum in honore eſſet non intellexit &c.* loquitur: quod ipſe ſuo loco ſic dilucidat. = Quid eſt, „ in honore poſitus? Factus ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, homo „ praelatus iumentis, Non enim fecit „ Deus ſic hominem, quomodo fecit „ iumentum: ſed fecit Deus hominem, „ cui ſervirent iumenta. Numquid eius „ viribus, & non intellectui? Ille autem „ non intellexit: Et qui factus erat ad „ imaginem Dei, comparatus eſt &c. Unde alibi dicitur, *Nolite eſſe ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus* (2);] Vide etiam ſi placet, Serm. (Alias, de Verb. Apoſt. 27.) ante med.

(*b*) *Spiritales ergo, ſive qui &c.* = Spiritales ſive v. gr. ſimplices ſacerdotes, ſive Epiſcopi &c. Vel forte loquitur de diverſis gradibus ſpiritus. Obſervat autem, & quidem iure meritiſſimo, Auguſtinus Calmet ordin. S. Benedicti ad illum locum 1. Cor 3. ex Chryſoſtomo, Theophylacto, atque Theodoreto. Spiritualem ab alio eximioris ſpiritus iudicari poſſe. Dixerat autem: *Maſculum enim & feminam &c.* ut & de praeſidentibus, atque ſubiectis ſpiritaliter ex Geneſi per allegoriam diceret, iuxta illud c. 3. v. 16. *Sub viri poteſtate eris: & ipſe dominabitur tui.*

Inde excipit alique Spiritalium minime ſubiecta iudicio, ut videre poſſis, non

(1) 1. Cor. 5. 12.

(2) Pſal. 31. 9.

non in caſſum dixiſſe in fine eap. praeced. *quae utique iudicandu ſunt*.

(*c*) *Non de cognitionibus ſpiritalibus &c.* = Reſumit illud eap. 20. n. 2. *neque diſtinguo lucidas cognitiones &c.* de quo nonnihil ibi ſigno D. Hic ſpiritales cognitiones, quae lucent in Firmamento, ſunt doctrinae non conatu, aut multa induſtria, ſed aequa facilitate ex Scriptura, quae, utpote Fidei noſtrae baſis, per Firmamentum inſinuatur, depromtae. Ceterum, quum etiam per Auguſtinum lucidae cognitiones traditione antiqua, & conſtanti ad nos tranſmiſſae cognitionibus ſpiritualibus in Scriptura collucentibus nihil concedant: ſequitur, neç quidem Spiritales ſummos de Eccleſiae dogmatibus (quae ſemper aut Scriptura, aut Traditione ſtabiliuntur) iudicare poſſe: iuxta illud Apoſtoli Galat. 1. v 8., & 9. *Sed licet nos, aut Angelus de caelo evangelizet vobis praeter id quod accepiſtis, anathema ſit*. Liquet autem ex dictis labi Som. alioſque ſcribentes hic pro, *cognitionibus*, *cogitationibus*.

(*d*) *Quanquam ſpiritalis homo iudicat*. = Lectionem hanc codicum praecipue auctoritate praetulimus; hanc enim habent MSS. plerique, quos cum Arn. ſequuntur Benedictini, MSS. 2. S. Mar. Ricar. Feſ. & Car. Licet Am. Er. Lov. Som. praeferant, *tanquam*. MSS. 3. a BB. viſi, nec non Vet.; *quemquam*. Sed & ratio ſuffragatur: adverbium enim, *tanquam*, ut conſideranti conſtabit, ſuperfluit; coniunctio, autem adverſativa, *quanquam*, ſuam vim habet; ſcilicet nedum communes homines, ut iam conſtat, ſed nec Spirituales iudicare poſſe de paginis, haereticis, aliiſque ſimilibus huius ſaeculi hominibus. Qui homines *turbidi* dicuntur, tum quod in clariſſima Evangelii luce palpent ad tenebras: tum quod impiis ſuis machinis, atque erroribus Eccleſiae ſtatum conturbent: Lectio Vet. non eſt contemnenda.

Quod ſupra admonet: *Neque etiam de ipſo libro tuo &c*, haereticorum frontem elidere debet, qui ementito quodam ſpiritu plures ſacros libros a Catalogo Canonicorum expungunt, & etiam exſecrantur, quod habeant quaedam lutulento eorum palato male ſapientia.

Quod ſequitur: *Quid enim de iis, qui &c.* ex illo Pauli eſt 1. Cor. 5. v. 12., & 13. *Quid enim mihi de iis, qui foris ſunt iudicare? &c. Nam eos, qui foris ſunt, Deus iudicabit*.

(*e*) *Non accepit poteſtatem luminarium caeli*. = Sublimium doctrinarum, quae in Sacra Scriptura collucent. = *Neque ipſius occulti caeli*. = Arcanorum Scripturae humanum captum excedentium. = *Neque diei, & noctis*. = Sanctitatis, & impietatis hominum. = *Neque congregationis aquarum*. = Congregationis hominum ſaecularium: nempe turbidorum hominum, aut hac, aut illa ratione a Fide aberrantium. Sic aptat nunc per allegoriam poteſtatem naturalem cuiuſcunque hominis poteſtati myſticae Spiritalium, de qua ſupra dixerat.

Subinde meminit iterum Baptiſmatis, atque Chriſti corporis, ſub ſpeciebus Eucharisticis deliteſcentis: nec non diverſorum ſenſibilium, quibus animae noſtrae ſenſibus colligatae docentur, nutriuntur.

(*f*) *Quo cogitata non &c.* = Omnino ita legendum eſt cum BB. qui admonent. = Lov. aliaeque editiones, ex„ cepta Arn. *quae*: male, uti ex MSS. „ & ex ſermonis ſerie intelligitur.] Ita etiam MSS. 2. S. Mar. Ricar. Feſ. & forte Am. Car. autem pari lapſu, *quam*. Hoc ſpectat illud Apoſtoli Rom. 10. 17. *Fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti*.

Quod ſequitur: *Ita quamvis &c.* ſic vertitur, ſublata metaphora: Ita quamvis multiplicentur homines ſpirituales ſuper corpores volitantes, ex ſenſibilibus tamen eorum fides, & pietas originem ducunt.

Merito autem ſub finem cap. addit: *de iis, quae per ſenſus corporis percipiuntur*: iuxta Theologicam quippe tritum axioma, *Eccleſia iudicat de externis, non de internis*.

CA-

C A P U T   XXIV.

A R G U M E N T U M.

Diſputat, cur Deus hominibus ut creſcerent, atque multiplicarentur benedictionem ſuam impertitus ſit; & non ita luci, firmamento, & pluribus aliis? Nec id in hominis ad Dei imaginem facti dignitatem revocari poteſt; Quid enim quod & piſces, & volatilia in eam benedictionis ſortem ivere? Nec etiam quaeſtionem ſolves, ſi dixeris: ſpectaſſe benedictionem ad ea rerum genera, quae gignendo ex ſemetipſis propagantur; Mox enim occurrunt beſtiae, ligna, aliaque generationis minime expertia, quae tamen benedictio praeteriit. Fortaſſis igitur benedicuntur foetus aquarum, & hominum, quia illi varias ſenſibiles formas, quibus eamdem doctrinam complectimur: hi autem plures ſenſus inſinuant, quibus unam eamdemque Scripturae ſententiam excipimus. Inſuper vero allegoriarum ſubſidio omnia benedicta, & multiplicata intelliguntur. Repetit tandem, utrique generi dictum eſſe, Creſcite, & multiplicamini, *quod in generationibus aquarum, ſigna corporaliter edita: in humanis vero res intelligibiliter excogitatae ſignificentur.*

I. SEd quid eſt hoc, & quale myſterium eſt? Ecce benedicis homines, o Domine, ut creſcant, & multiplicentur, & impleant terram (1). Nihil ne nobis ex hoc innuis, ut intelligamus aliquid; cur non ita benedixeris lucem quam vocaſti diem, nec firmamentum caeli, nec luminaria, nec ſidera, nec terram, nec mare? Dicerem te, Deus noſter qui nos ad imaginem tuam creaſti, dicerem te hoc donum benedictionis homini proprie voluiſſe largiri, niſi hoc modo benedixiſſes piſces & cetos, ut creſcerent, & multiplicarentur, & implerent aquas maris, & volatilia multiplicarentur ſuper terram. Item dicerem ad ea rerum genera pertinere benedictionem hanc, quae gignendo ex ſemetipſis propagantur, ſi eam reperirem in arbuſtis, & fructetis, & in pecoribus terrae. Nunc autem nec herbis, & lignis dictum eſt, nec beſtiis & ſerpentibus, Creſcite, & multiplicamini; cum haec quoque omnia, ſicut piſces & aves & homines, gignendo augeantur, genuſque cuſtodiant.

II. Quid igitur dicam, lumen meum Veritas, quia vacat hoc, quia inaniter ita dictum eſt? Nequaquam, Pater pietatis, abſit ut hoc dicat ſervus verbi tui. Et ſi ego non intelligo quid hoc eloquio ſignifices, utantur eo melius meliores, ideſt intelligentiores quam ego ſum, unicuique quantum (2) ſapere dediſti Deus meus. Placeat autem & confeſſio mea coram oculis tuis, qua tibi confiteor credere me, Domine, non in caſſum te ita loquutum eſſe (*a*), neque ſilebo quod mihi lectionis huius occaſio ſuggerit. Verum eſt enim, nec video quid impediat ita me ſentire dicta figurata librorum tuorum. Novi enim multipliciter ſignificari per corpus, quod uno modo mente intelligitur, & multipliciter mente intelligi, quod uno modo per corpus ſignificatur. Ecce ſimplex dilectio Dei & proximi, quam multiplicibus ſacramentis, & innumerabilibus linguis, &

in

(1) Gen. 1. 28.

(2) Ex 1. Cor. 12. 11. & Epheſ. 3. 4.

in unaquaque lingua innumerabilibus loquutionum modis, corporaliter enuntiatur: ita creſcunt & multiplicantur fetus aquarum. Adtende iterum quiſquis haec legis: ecce quod uno modo Scriptura effert, & vox perſonat, In principio fecit Deus caelum & terram (1), nonne multipliciter intelligitur non errorum fallacia, ſed verarum intelligentiarum generibus? ita creſcunt & multiplicantur fetus hominum.

III. Itaque ſi naturas ipſas rerum non allegorice, ſed proprie cogitemus, ad omnia quae de ſeminibus gignuntur, convenit verbum, Creſcite, & multiplicamini (2). Si autem figurate poſita iſta tractemus, quod potius arbitror intendiſſe Scripturam, quae utique non ſupervacue ſolis aquatilium & hominum fetibus (*b*) iſtam benedictionem adtribuit, invenimus quidem multitudines & in creaturis ſpiritalibus atque corporalibus, tanquam in caelo, & in terra: & in animis iuſtis & iniquis, tanquam in luce & tenebris; & in ſanctis auctoribus, per quos lex miniſtrata eſt, tanquam in firmamento, quod ſolidatum eſt inter aquam & aquam; & in ſocietate amaricantium populorum, tanquam in mari; & in ſtudio animarum piarum, tanquam in arida; & in operibus miſericordiae ſecundum praeſentem vitam, tanquam in herbis ſeminalibus & lignis fructiferis; & in ſpiritalibus donis manifeſtatis ad utilitatem (3), ſicut in luminaribus caeli; & in affectibus formatis ad temperantiam, tanquam in anima viva; in his omnibus nanciſcimur multitudines, & ubertates, & incrementa: ſed quod ita creſcat & multiplicetur, ut una res multis modis enuntietur, & una enuntiatio multis modis intelligatur, non invenimus niſi in ſignis corporaliter editis, & rebus intelligibiliter excogitatis. Signa corporaliter edita, generationes aquarum propter neceſſarias cauſſas carnalis profunditatis: res autem intelligibiliter excogitatas, generationes humanas propter rationis fecunditatem intelligimus. Et ideo credimus utrique horum generi dictum eſſe abs te Domine, Creſcite, & multiplicamini. (4) In hac enim benedictione conceſſam nobis a te poteſtatem & facultatem accipio, & multis modis enuntiare quod uno modo intellectum tenuerimus; & multis modis intelligere, quod obſcure uno modo enuntiatum legerimus. Sic implentur aquae maris, quae non moventur niſi a variis ſignificationibus: ſic & fetibus humanis impletur & terra; cuius ariditas adparet in ſtudio, & dominatur ei ratio.

(*a*) *Tibi confiteor credere me, Domine, non in caſſum te ita loquutum eſſe.* = Modeſtam, prudentem, iuſtamque confeſſionem iſtam excipit audaci, fatuo, & iniquo huiuſmodi commentario *Pherepont* = Non in *caſſum* induxiſſet „ ita loquentem Deum Scriptor ſacer, „ quamvis non minus poſſit dici Deus „ benedixiſſe quadrupedibus, quam pi- „ ſcibus aut avibus. Sed in ſimpliciſſimo Scripturae ſtylo, multa adduntur „ aut omittuntur, non ut arcanum ne- „ ſcio quid innuatur; ſed quia ea in- „ dules eſt eius ſtyli, quae patitur ad- „ ditamenta, aut etiam omiſſiones, ſine „ ulla ſententiae mutatione. Sic Gen. 1, „ 8. in Hebraicis Codicibus addita non „ ſunt ſollemnia dierum aliorum verba: „ *& vidit Deus eſſe bonum*: quae tamen „ non minus conveniant ſecundo die „ ceteris, quam ceteris omnibus. In „ creatione vero tertii diei a v. 9. ad „ 13. bis hoc legitur, quod ſi ſemel, „ ut in aliis diebus, additum eſſet, ni- „ hil deeſſe animadverteremus. Qui in „ talibus argutabantur, Scripturae ſty- „ li

(1) Gen. 1, 1.
(2) Gen. 28.
(3) 1. Cor. 12, 7.
(4) Gen. 1, 29.

„ li quondam fuerunt ſatis periti. Nam „ allegorica figmenta qui probet, ne- „ minem eruditum nunc inventum iri „ puto.

℞. I. *In ſimpliciſſima Scripturae ſtylo &c.* = Tam foedum eſt tuum otium, ut tibi non liceat cum Virgilio in perſona Tityri Ecloga 1. v. 6. canere: *Deus nobis haec otia fecit;* Iniquitas, & ſuperbia tibi haec otia fecere. Vel, ſi Deus fecit, iniquitate, & ſuperbia deceptus, iis vehementer abuteris. Scripturae Stylus ſimpliciſſimus eſt: at perſuaſum eſt, nedum omnibus Chriſtianis, ſed & Hebraeis, in ſimpliciſſimo Scripturae Stylo, parvulis nobis blandiente, a Spiritu-Sancto immenſae capacitatis auctore innumera arcana involuta. Quod quum Theologi Polemiſtae, atque Scripturarum interpretes omni argumentorum genere in quaeſtionibus, quas *praeliminares* vocant, graviſſime, atque doctiſſime oſtendant; eos conſulere debebas, cum iis congredi; & non Auguſtinum ex otio vere divino peculiari dubio extricando tam modeſte incumbentem tua iniquitate, tua ſuperbia, tuis naeniis perturbare.

II. *Sine ulla ſententiae mutatione.* = Semper Andabatarum more, in tenebris, atque temere iacularis! Non adſtruit Auguſtinus mutationem ſententiae: ſed cum noverit Spiritus-Sancti Librum innumeris arcanis foetum eſſe; diſputat, quodnam hic lateat? Ceterum lib. 3. de Gen. ad Litt. ubi allegorias deponit, cap. 13. n. 21. ita ſimpliciter dubium illud complanat = Item quaeritur, quid tantum aquarum animalia de Creatore „ meruerint, ut ſola benedicerentur, ſi- „ cut homines. Nam & ipſa benedixit „ Deus, dicens, *Creſcite &c.* An in uno „ creaturae genere dicendum fuit, ut „ in ceteris conſequenter intelligeretur, „ quae generationibus creſcunt? Prius „ ergo diceretur in eo quod primum „ tale creatum eſt, in herba ſcilicet, „ atque ligno. An forte quae nullum „ haberent propagandae prolis affectum, „ ac ſine ullo ſenſu generarent, indigna „ iudicavit illis benedictionis verbis, *Cre-* „ *ſcite & multiplicamini*: ubi autem ta- „ lis ineſſet affectus, ibi primum hoc „ dixit, ut in terrenis animalibus etiam „ non dictum intelligeretur? Neceſſarium „ autem fuit hoc in homine repetere, „ ne quiſquam diceret in officio gi- „ gnendi filios ullum eſſe peccatum &c.] Ex quibus patet, quid dicendum ſit ad ſequentia.

III. *Qui in talibus argutabantur &c.* = Et haec ex dictis propulſata erant. Adhuc addimus ad abundantiam, & potius in gratiam Lectoris: S. D. lib. 2. Retract. c. 24. *Per idem tempus de Geneſi libros XII. ſcripſi &c. Titulus eorum librorum inſcribitur*, de Geneſi ad litteram, *ideſt, non ſecundum allegoricas ſignificationes, ſed ſecundum rerum geſtarum proprietatem*. Lib. autem 1. eiuſdem operis de Gen. ad Litt. c. 1. = „ In libris omnibus ſanctis intueri opor- „ tet, quae ibi aeterna intimentur, „ quae facta narrentur, quae futura „ praenuntientur, quae agenda praeci- „ piantur vel moneantur. In narratione „ ergo rerum factarum quaeritur, u- „ trum omnia &c. Nam non eſſe acci- „ pienda figuraliter, nullus Chriſtianus „ dicere audebit, adtendens Apoſtolum „ dicentem, *Omnia autem haec in figura* „ *contingebant illis* (1): & illud quod in „ Geneſi ſcriptum eſt, *Et erunt duo in* „ *carne una;* (2) *magnum ſacramentum* com- „ mendantem *in Chriſto & in Eccleſia* (3). „ Si ergo utroque modo illa Scriptura „ ſerutanda eſt, quaeramus quomodo di- „ ctum eſt praeter allegoricam ſignifi- „ cationem, *In principio &c.*

IV. *Nam allegorica figmenta &c.* = Quamvis aetate fuere qui plus litteralem, & qui plus allegoricum ſenſum quaererent: *Propter moleſtos & nimios exactores expoſitionis ad litteram, hoc dico, quod &c.* Aug. lib. 2. de Gen. ad Litt. cap. 9. n. 22. ſub finem. At nullius aetatis ſanus, & gravis ſcriptor allegoriam prorſus contemſit. Tu autem iſtis verbis univerſum urbem tum Chriſtianum tum Hebraeum ad iram provocas: & quaſi multa febre ex ſuperbia, & livore contracta phreneticus ſolus in montibus erras: ut Virgilii verbis Ecloga 6. v. 47. & 52. (nomin. *Virgo*, ſubſtituto *Clerice*) condolere, & comminari poſſimus: *Ah virgo infelix, quae te dementia coepit! Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras!*

(*b*) *Salit aquatilium, & hominum fetibus &c.* = Piſces & aves uno aquatilium nomine complectitur; quod & aves; ex aqua factas inſinuetur Gen. 1. v. 20. & 21. Et ita ſimpliciter Patrum, & Expoſitorum plerique arbitrantur. Nec obſtat

(1) 1. Cor. 10. 11.
(2) Gen. 2. 24.
(3) Epheſ. 5. 32.

obſtat v. 19. cap. 2. Gen. nam Aug. lib. 9. de Gen. ad litt. c. 1. n. 2. = Si „ quem autem movet, quia non dixit, „ Finxit Deus adhuc de terra omnes „ beſtias agri, & de aquis omnia vo- „ latilia caeli, ſed tamquam utraque ge- „ nera de terra finxerit, *Et finxit*, „ inquit *Deus adhuc de terra omnes be- „ ſtias agri, & omnia volatilia caeli:* „ videat duobus modis eſſe intelligen- „ dum, aut tacuiſſe nunc unde finxe- „ rit volatilia caeli, quia & tacitum „ poſſet occurrere, ut non de terra u- „ trumque accipiatur Deum finxiſſe, „ ſed tantummodo beſtias agri: ut vo- „ latilia caeli etiam tacente Scriptura „ intelligamus unde finxerit, velut qui „ ſciamus, in prima cauſſalium ratio- „ num conditione ex aquis ea eſſe pro- „ ducta: aut terram univerſaliter ſic ap- „ pellatam ſimul cum aquis, quemad- „ modum appellata eſt in illo Pſalmo (1) „ &c.] Non autem quamcunque, & vul- garem, ſed defaecatiorem, ſubtiliorem aquam illam, quam *vaporem* appellamus, cenſuit Auguſtinus materiam: ex qua „ compacta ſint volatilia Lib. 3. de Gen. ad Litt. c 3. n. 5. in fine = *Quidquid ergo aquarum ſive labiliter undoſum, & fluidum eſt, ſive vaporaliter tenuatum atque ſuſpenſum, ut illud reptilibus ani- marum vivarum, hoc volatilibus appa- reat diſtributum, utrumque tamen humi- dae naturae deputatur*. Idem obſerva- verat, & quidem latius lib. 1. de Gen. contra Manicheaos cap. 15. n. 24.

C A P U T XXV.

A R G U M E N T U M.

Modeſta, atque iuſta confeſſione praemiſſa; Ex ſe nonniſi mendacium prodere: Quum ad veritatis punctum collimat, Dei manu gubernari; Fructus terrae ad allegoriam transfert: iiſque ſignificari poſſe obſervat miſericordiae opera, quae huius vitae neceſſitatibus ex liberali terra exhibentur. Bonae huiuſcemodi terrae exemplum habes in Oneſiphoro, aliiſque religioſis hominibus, qui Paulo Numinis gloriae adlaboranti vario ſubſidio venere. Malae autem terrae in illis, qui eidem Apoſtolo in prima defenſione conſtituto minime ſunt opitulati. Debetur enim ſubſidiaria manus doctrinam rationalem per intelligentias divinorum myſteriorum miniſtrantibus. Debetur autem ſicut animae vivae, & volatilibus.

VOlo etiam dicere, Domine Deus meus, quod me conſequens tua Scriptura commonet; & dicam, nec verebor. Verum enim dicam, te mihi inſpirante (*a*), quod ex eis verbis voluiſti ut dicerem. Neque enim alio praeter te inſpirante credo me verum dicere, cum tu ſis veritas: omnis autem homo mendax (2). Et ideo qui loquitur mendacium, de ſuo loquitur (3). Ergo ut verum loquar, de tuo loquar. Ecce dediſti nobis in eſcam omne fenum ſativum, ſeminans ſemen quod eſt ſuper omnem terram, & omne lignum quod habet in ſe fructum ſeminis ſativi. Nec nobis ſolis, ſed & omnibus avibus caeli, & beſtiis terrae, atque ſerpentibus: piſcibus autem & cetis magnis non dediſti haec, Dicebamus enim eis fructibus terrae ſignificari, & in allegoria figurari opera miſericordiae, quae huius vitae neceſſitatibus exhibentur ex terra fructifera. Talis terra erat pius Oneſiphorus, cuius domui dediſti miſericordiam, quia frequenter Paulum tuum re-

(1) Pſal. 148. 7.
(2) Pſal. 115. 2. & Rom. 3. 4.
Ioan. 8. 44.

refrigeravit, & catenam eius non erubuit (1). Hoc fecerunt & fratres, & tali fruge fructificaverunt, qui quod ei deerat, ſuppleverunt ex Macedonia. (2) Quomodo autem dolet quaedam ligna, quae fructum ei debitum non dederunt, ubi ait: In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur (3)! Iſta enim debentur eis qui miniſtrant doctrinam rationalem per intelligentias divinorum myſteriorum, & ita eis debentur tanquam hominibus. Debentur autem eis ſicut animae vivae, praebentibus ſe ad imitandum in omni continentia. Item debentur eis tanquam volatilibus, propter benedictiones eorum quae multiplicantur ſuper terram, quoniam in omnem terram exivit ſonus eorum (4).

(a) *Verum enim dicam, te mihi inſpirante* = Aureum hoc Confeſſionum opus ad faſtigium pene adductum eſt; & *Pherepouus* ad impudentiae, & ſtultitiae faſtigium progreditur: haec biatetans in tranſcriptam Auguſtini ſententiam „ Hoc eſt conſectarium eorum quae „ diximus ad Lib. XII. c. 1. Commenta „ allegorica, quae quamvis veram do„ ctrinam complectantur, non poſſunt „ tamen ex loco Moſis deduci, quaſi „ revelationem divinam nobis obtrudit „ hic *Auguſtinus*. Rem ipſam, hoc eſt, „ Paſtoribus neceſſaria eſſe a gregibus „ praebenda, docuerat eum Paulus, & „ ipſa rei aequitas, ſine ulla revelatio„ ne; ſed hanc doctrinam hic contineri, „ non magis ei eſt revelatum, quam „ *Philoni*, & *Origeni* quod allegoriarum „ fidiculis ex Scriptura, in alienos ſen„ ſus contorta, deduxerunt.

I. *Hoc eſt conſectarium earum &c.* = Certe ex portento, in portentum praecipitas!

II. *Commenta allegorica* = Cuius religionis es, qui allegoriam adeo ludificaris, cui tanto obſequio incumbunt omnes Chriſtiani, omnes Hebraei? quam ipſa Scriptura toties commendat? Et tamen dixiſti ſub finem audaciſſimae tuae Praefat. *Reſpondebo &c. me hominem eſſe, cui perſuaſiſſima eſt veritas Religionis Chriſtianae, ac doctrinae Ieſu Chriſti divinitas*. Et tamen dixiſti, aliorum doctrinas, ſi quas, *molliſſimis* te verbis improbare. *En* (ut cum Virgilio loquar Aeneid. lib. 6. v. 342.) *haec promiſſa fides eſt?*

III. *Non poſſunt tamen ex &c.* Augustinus tamen oſtendit poſſe deduci. Tu deduci non poſſe, cur non probas? Nos te hominem impoſtorem, iniquum, ſuperbum ſaepe diximus; at etiam probavimus.

IV. *Quaſi revelationem divinam &c.* = Aut ſomnias, ut garrias, aut garris in ſomnia. Ex hypoteſi, & fiducia loquitur Auguſtinus, inſpirante ſcilicet Deo, ſe verum dicturum, ſi verum dixerit. Inſpiratio autem illa non ſpectat ad revelationem ſupernam, (qualis v. gr. fuit data Prophetis, & Apoſtolis) ut tu non deliri ſtolidior, & velut infans papis eructandis, & lactis audiendis deſtinatus arbitraris; ſed ad communem revelationem illam, quam habere poſtulat a prima Veritate ſecunda; ut etiam infimi huius orbis, ſplendor, a prima luce eſt corporibus caeleſtibus inſidente. Ceterum Auguſtinus religioſam, & iuſtam Confeſſionem ſuam dilucidat, atque probat: tu argumenta eius cur non propulſas? 1. Secunda veritas conſortari debet a Prima. 2. Certo Davidis oraculo Pſ. 115. 2 & Pauli Rom. 3. 4. *Deus eſt verax: omnis autem homo mendax*. 3. Oraculo denique ipſius Filii Dei Ioan. 8. 44. *Cum* (diabolus, & quicunque ei ſimilis, *loquitur mendacium, ex propriis loquitur*. Ex his principiis infert Auguſtinus hominem veritatem detegentem a Deo inſpirari. Tu qui ſolita ingenita humilitate ſub Praefationis finem decantas, *Dialecticam diligenter colui, ne ratiocinando fallerer*, dic nobis an non ex antecedentibus illis ſequela emergat, quam vult Auguſtinus, quae in hominis abiectionem, & Numinis ſplendorem vergit. Dic utrum tu, cui *perſuaſiſſima eſt veritas Religionis Chriſtianae*, noveris quod novit Cicero, qui Religionis Chriſtianae nec qui-

(1) 2. Tim. 2. 16.
(2) 2. Cor. 11. 9
(3) 2. Tim. 4. 16.
(4) Pſal. 18. 5. & Rom. 10. 18.

(5) In Pſal. 75. ad v. 12 *Hoc interim, quod Deus admonet, dicam vobis, quod ex his verbis ipſe, mihi inſpirare dignatus ſit. Si melius aliquid poſtea viſum fuerit &c.* Et recole dicta l. 5. c. 6. n. 1.

Digitized by Google

quidem nomen audivit, nempe Deum *eſſe cum lapidibus, vegetare cum plantis &c.* Quod novit Virgilius, eiusdem infelicis ſortis homo, qui Eclog. 3. v. 60., & 61. *Ab Iove principium Muſae: Iovis omnia plena. Ille colit terras &c.* Quid tibi eximius nobiliuſque videtur, *Vegetare, & colere terras*: vel vegetare veritates, & quidem ad Religionem ſpectantes? & tamen illorum infidelium iudicio, non vegetarent plantae, niſi vegetaret Deus: & dum ruſticus colit terras, Deus colit.

V. *Quam Philoni, & Origeni &c.* = De Philone in neutram partem hic diſputare volumus. Origenes non contemnitur, quod allegoriis indulſerit, ſed quia varias Scripturae ſententias in alienos ſenſus contorſit; item quia haud modicam Scripturae partem ſolis allegoriis foetam credidit, quae tamen & ſenſu hiſtorico, litterali, naturali gaudet. Audi ipſum Auguſtinum, qui lib. de Haereſibus, 43. iuxta lectionem antiquarum editionum: *Origeniani, inquit,* (Epiphanius) *alii, qui & Adamantii tractatatoris &c. paradiſum autem, & caelos, & alia non credunt eſſe ſecundum litteram, ſed in allegoria.* Secundum lectionem autem, quam Benedictini ex MSS. reſtituerunt: *Paradiſum autem, & caelos, & alia omnia allegorizantes.* Vide Aug. in Pſal. 75. ad v. 12.

Vadat ergo *Phereponus* ſuis cum reticulis ad muſcas capiendas deſtinatis; Quem nimio a nobis perfrictum ſale, ipſius dolebunt amici; quibus tamen non quiſquam eorum, quibus *perſuaſiſſima eſt veritas Religionis Chriſtianae.* ſed ethnicus, ideſt Virgilius lib. 6. Aeneid. v. 516. reſpondebit: *Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Divos.*

C A P U T XXVI.

A R G U M E N T U M.

Iis autem allegoricis terrae fructibus, Chriſtiana videlicet munificentia illi vere paſcuntur, qui eamdem gratam habent, non tam ex rei ſuae commodo, quam ex interveniente proximi ſpirituali profectu. Ita alieno innixus lucro, religioſam in ſe Fidelium liberalitatem acceptam habebat Apoſtolus, qui famem, omnemque penuriam nihil pendebat, factus talis Numinis dono, qui & proſperam & adverſam ſortem pari animo ferret. Quae quidem doctrina prorſus graviſſima ipſius etiam Salvatoris oraculis ſtabilitur.

I. Paſcuntur autem his eſcis qui laetantur eis, nec illi laetantur eis quorum deus venter eſt (1) (*a*). Neque enim & in illis qui praebent iſta, ea quae dant fructus eſt, ſed quo animo dant. Itaque ille qui Deo ſerviebat, non ſuo ventri, video plane unde gaudeat, video & congratulor ei valde. Acceperat enim a Philippenſibus, quae per Epaphroditum miſerant, ſed tamen unde gaudeat video. Unde autem gaudet, inde paſcitur; quia in veritate loquens, Gaviſus ſum, inquit, magnifice in Domino, quia tandem aliquando repullulaſtis ſapere pro me, in quo & ſapiebatis; taedium autem habuiſtis (2). Iſti ergo diuturno taedio marcuerant, & quaſi exaruerant ab iſto fructu boni operis: & gaudet eis quia repullularunt, non ſibi quia eius indigentiae ſubvenerunt. Ideo ſequutus ait „ Non quod deſit aliquid dico: ego „ enim didici in quibus ſum, ſufficiens eſſe; ſcio & minus habere, „ ſcio & abundare; in omnibus & in omnia imbutus ſum, & ſa- „ tiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati: omnia poſſum „ in eo qui me confortat (3).

II. Un-

(1) Philipp. 3. 19.
(2) Philipp. 4. 10.
(3) Ibidem a v. 11.

Digitized by Google

II. Unde ergo in omnibus gaudes, o Paule magne? Unde gaudes, unde paſceris homo renovate in agnitionem Dei ſecundum imaginem eius qui creavit te (1), & anima viva tanta continentia, & lingua volatilis loquens myſteria? Talibus quippe animantibus eſca iſta debetur. Quid eſt quod te paſcit? Laetitia. Quod ſequitur audiamus; Verumtamen, inquit, bene feciſtis, communicantes tribulationi meae (2). Hinc gaudet, hinc paſcitur, quia illi bene fecerunt, non quia eius anguſtia relaxata eſt, qui dicit tibi, In tribulatione „ dilataſti mihi (3): quia & abundare & penuriam pati novit in te „ qui confortas eum. Scitis enim, inquit, & vos Philippenſes, quo„ niam in principio Evangelii, cum ex Macedonia ſum profectus, „ nulla mihi Eccleſia communicavit in ratione dati & accepti, niſi „ vos ſoli, quia & Theſſalonicam, & ſemel & iterum, uſibus meis „ miſiſtis (4). „ Ad haec bona opera eos rediiſſe nunc gaudet, & repullulaſſe laetatur, tanquam revireſcente fertilitate agri.

III. Numquid propter uſus ſuos, quia dixit, uſibus meis miſiſtis? numquid propterea gaudet? Non propterea. Et hoc unde ſcimus? Quoniam ipſe ſequitur dicens, Non quia quaero datum, ſed requiro fructum (5) (*b*). Didici a te Deus meus inter datum, & fructum diſcernere. Datum eſt res ipſa quam dat, qui impertitur haec neceſſaria, veluti eſt nummus, cibus, potus, veſtimentum, tectum, adiutorium. Fructus autem bona, & recta voluntas datoris eſt. Non enim ait Magiſter bonus, Qui ſuſceperit Prophetam, tantum: ſed addidit, in nomine prophetae (6). Neque ait tantum, Qui ſuſceperit iuſtum: ſed addidit, in nomine iuſti. Ita quippe ille mercedem Prophetae, iſte mercedem iuſti accipiet. Nec ſolum ait, Qui calicem aquae frigidae potum dederit uni ex minimis meis (7): ſed addidit, tantum in nomine diſcipuli. Et ſic adiunxit: Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Datum eſt, ſuſcipere Prophetam, ſuſcipere iuſtum, porrigere calicem aquae frigidae diſcipulo: fructus autem, in nomine Prophetae, in nomine iuſti, in nomine diſcipuli hoc facere. Fructu paſcitur Elias a vidua ſciente quod hominem Dei paſceret, & propter hoc paſceret: per corvum autem dato paſcebatur (8). Nec interior Elias, ſed exterior paſcebatur, qui poſſet etiam talis cibi egeſtate corrumpi.

(*a*) *Quorum deus venter eſt*. = Qui ventrem ceu ſummum bonum, & ultimum finem intuentur. Nomine ventris autem hic omne proprium commodum, & lucrum Auguſtinus ſignificat. Et loquitur ex Apoſtolo Philipp. 3. 19.

Quod autem inferius recitat ex Apoſtolo Philipp. 4. 10. *taedium autem habuiſtis*: aliter occurrit in noſtra Vulgata, ideſt: *occupati autem eratis*. Quod tamen ita dilucidat Cornelius Cornelii a „ Lapide. „ Quia tacite exprobravit eis „ torporem, eorumque negligentiam cul„ pavit, hic increpationem mitigat, & „ excuſat, dicens: *Occupati eratis*, grat„ ce &c. ideſt non habuiſtis opportuni„ tatem, mihi ſcilicet ſubveniendi, non „ habebatis ad manum quae mitteretis &c.

(*b*) *Sed requiro fructum*. = Am. Er. Lov. & Bad addunt, *abundantem*. Quia fortean huiuſmodi adiectivum in noſtra Vulgata Philipp. 4. 17. occurrit. Sed abeſt a Benedictinis, & eorum MSS. nec non a MSS. ſeptem Err. inſuper & a Vet. Arn. & Som Et ſane verbum illud preſſo pro Auguſtini argumento redundat, ut diligenter adtendenti conſtabit.

Pro verbis Philipp. 4. 16. quae in fine praeced. num. ab Auguſtino recitantur, *quia & Theſſalonicam &c.* monet Cor-

(1) Coloſſ. 3. 10.
(2) Philipp. 4. 14.
(3) Pſal. 4. 2.
(4) Philipp. 4. v. 15., & 16.
(5) Ibidem v. 17.
(6) Matt. 10. 41.
(7) Ibidem v. 42.
(8) 3 Reg. 17. 6.

Cornelius Cornelii *Graece*, in Theſſalonica, *ſcilicet*, *exiſtenti mihi*.
Quod ſtatim ſequitur etiam, *Didici a te &c.* calumnia inſequi poterat iniquus *Pherepontus*, quaſi & id ſupernam revelationem inſinuet. At familiares ſunt huiuſmodi phraſes Auguſtino. Vide, ſi placet, in Pſal. 75. ad v. 12.

C A P U T XXVII.

A R G U M E N T U M.

Ediſſerit legitimum neceſſariumque praecedentium conſectarium. Si nempe contingat, hominem aut nimis rudem, aut infidelitatis tenebris obſitum Dei ſervis vitae quaecunque ſuppeditare praeſidia, Religionis minime adientis arcanis; res tunc integra peſſimo in loco eſt; nec ſiquidem ille Dei ſervos paſcit: nec hi paſcuntur ab illo.

IDeoque dicam quod verum eſt coram te Domine: cum homines idiotae atque infideles, quibus initiandis atque lucrandis neceſſaria ſunt ſacramenta initiorum, & magnalia miraculorum, quae nomine piſcium & cetorum ſignificari credimus, ſuſcipiunt corporaliter reficiendos, aut in aliquo praeſentis vitae uſu adiuvandos pueros tuos (*a*), cum id quare faciendum ſit, & quo pertineat ignorent, nec illi iſtos paſcunt, nec iſti ab illis paſcuntur: quia nec illi haec ſancta & recta voluntate operantur, nec iſti eorum datis, ubi fructum nondum vident, laetantur. Inde quippe animus paſcitur, unde laetatur. Et ideo piſces (*b*) & ceti non veſcuntur eſcis quas non germinat niſi iam terra ab amaritudine marinorum fluctuum diſtincta atque diſcreta.

(*a*) *Adiuvandos pueros tuos*. = Qui ſunt tales pueri? An homines humiles, ſimplices, & Deo grati, qui innocentibus pueris in Scripturis, maxime in Evangeliis adſimiliantur? An pauperes, qui *minimi* Matth. 25. 40. dicuntur? Potius ex ſermonis ſerie dicendum eſt, *pueros* hic Dei ſervos ſignificare. Sequitur autem Auguſtinus Scripturae phraſim, quae ſervos ſaepe ſaepius appellat pueros: ut ipſe S. D. obſervat, maxime lib. de Locutionibus Geneſis, ad illud Gen 43. 28. (iuxta ipſius lectionem) *Salvus eſt puer tuus, pater noſter, adhuc vivit*: ubi, ſcilicet n. 176. *Hic expreſſius oſtenditur*, pueri *nomine ſervum ſolere ſignificari: non enim in illo ſene poſſet hoc eſſe nomen aetatis*. Nec non ad alterum c. 44. v. 9. *Et nos erimus ſervi Domino noſtro*, ubi, n. 181. *Etiam hic* παῖδες *Graeci habent*, *hoc eſt* pueri, *quod tam aſſidue Scriptura pro ſervis ponit, ut difficile inveniatur non iſto nomine appellare ſervos*.

(*b*) *Et ideo piſces &c.* = Metaphora haec ita ex dictis ſolvenda videtur: Et ideo Sacramenta, quibus homines initiantur, & miracula, non ſunt pro hominibus ab amaritudine infidelitatis, & peccati diſcretis. Vel hoc pacto (neque enim neceſſum eſt, adeo preſſe & tanta ſuperſtitione eamdem metaphoram nullo prorſus modo variatam ubique adhibere:) Et ideo homines infimi ſubſellii, aut peccato, aut infidelitate carnales, pro quibus ſunt ſacramenta initiantia, atque miracula, non veſcuntur illis eſcis, non guſtant illas eſcas, quas non reddunt niſi animae, & fideles, & defaecatioris pietatis.

CA-

CAPUT XXVIII.

ARGUMENTUM.

Ab allegoriis multà arte excogitatis, ad graviorem tranſit atque certiorem; Quaerens cur Deus ſingula operum genera bona: *omnia autem non ſolum bona, ſed etiam* valde bona *appellaverit? Cur niſi propter ſplendorem ordinis, qui ex omnibus ſimul iunctis emergit? Sic etiam pulcrum membrum: at longe multo pulcrius corpus, quod ex membris pulcris omnibus conſtat,*

ET vidiſti Deus omnia quae feciſti, & ecce bona valde; (1) quia & nos videmus ea (*a*), & ecce omnia bona valde. In ſingulis generibus operum tuorum, cum dixiſſes ut fierent & facta eſſent, illud atque illud vidiſti (*b*) quia bonum eſt. Septies numeravi ſcriptum eſſe, te vidiſſe quia bonum eſt quod feciſti: & hoc octavum eſt, quia vidiſti omnia quae feciſti; & ecce, non ſolum bona, ſed etiam valde bona, tanquam ſimul omnia. Nam ſingula tantum bona erant, ſimul autem omnia & bona, & valde. Hoc dicunt etiam quaeque pulcra corpora, quia longe multo pulcrius eſt corpus quod ex membris pulcris omnibus conſtat, quam ipſa membra ſingula, quorum ordinatiſſimo conventu completur univerſum, quamvis & illa etiam ſingillatim pulcra ſint.

(*a*) *Quia & nos videmus ea.* = Ita MSS a Benedictinis viſi; nec non unus S. Mar. Ricar. & Feſ. Vet. tamen, Am. Er. Lov. Som. & communiter editi, quos ſequuntur Benedictini, *vidimus*. In MS. Car. omnia ea verba deſiderantur.

Inſinuat autem his verbis Auguſtinus, dici in Scripturis, *vidit Deus*, quia videre nos facit. Vide lib. 1. de Gen. contra Manich. c. 8. n. 14. ubi inter alia plura: *Omnes tales motus eius non perturbati animi ſunt ſigna, ſed docentis magiſtri*. Cornelius Cornelii a Lapide in c. 1. Gen. ad v. 4 Vidit, *ideſt videre & cognoſcere nos fecit, inquit S. Hieronymus epiſt.* 15.

(*b*) *Illud atque illud vidiſti.* = Ita Vet. Am. Er Som. MSS. quinque Err. nec non Benedictini. At Lov. *illud atque aliud*. Perperam; lectio quippe noſtra uſitatior eſt, & etiam concinnior.

Quod inde obſervat de maiori bonitate omnium creaturarum ſimul iunctarum, familiare eſt nedum ipſi lib. 1. de Gen contra Manich. c. 1., & alibi, ſed & aliis Patribus, atque Theologis.

Porro ubi nos paulo poſt eum MSS. pleriſque a Benedictinis viſis, ſex e noſtris, nec non Am. Arn. & ipſis BB. legimus: *Hoc dicunt etiam*: Er. Lov. Som. & Vet. habent: *Hoc modo dicuntur etiam &c.* Genuinae lectionis elegans concinnus ſenſus eſt: Hoc, hanc veritatem dicunt etiam, inſinuant, teſtantur &c.

CA-

(1) Gen. 1. 31.

C A P U T XXIX.

A R G U M E N T U M.

Ad religioſam ingenii exercitationem, & Divinam immutabilitatem dilucidandam, quaeſtionem ſibi infert: Ut dicatur, diſcretis vicibus opera Deum ſua vidiſſe probaſſe; quum tamen Divinus intuitus temporum viciſſitudines minime patiatur, immo ſit ſupra tempora? Quaeſtionis ſolutio autem eſt: non ipſum intuitum, ſed eius manifeſtationem tempori reſpondere.

ET adtendi ut invenirem, utrum ſepties vel octies videris quia bona ſunt opera tua, cum tibi placuerunt: & in tua viſione non inveni, tempora per quae intelligerem, quod toties videris quae feciſti. Et dixi, O Domine, nonne iſta Scriptura tua vera eſt, quoniam tu verax & veritas ediſti eam? Cur ergo tu mihi dicis non eſſe in tua viſione tempora; & iſta Scriptura tua mihi dicit per ſingulos dies, ea quae feciſti te vidiſse quia bona ſunt? Et cum ea numerarem, inveni quoties. Ad haec tu dicis mihi, quoniam tu es Deus meus, & dicis voce forti in aure interiore ſervo tuo perrumpes meam ſurditatem, & clamans: O homo, nempe quod Scriptura mea dicit, ego dico. Et tamen illa temporaliter dicit, Verbo autem meo tempus non accidit, quia aequali mecum aeternitate conſiſtit. Sic ea quae vos per Spiritum meum videtis, ego video; ſicut ea quae vos per Spiritum meum dicitis, ego dico. Atque ita cum vos temporaliter ea videatis, non ego temporaliter video (*a*); quemadmodum cum vos temporaliter ea dicatis, non ego temporaliter dico.

(*a*) *Atque ita cum vos temporaliter ea videatis, non ego temporaliter video.* = His tranſcriptis verbis, talem commentariom cedro dignum nobis propinat *Pherepones*. = Coniunctiones *atque ita*, ſi modo nullum hic ſit mendum, debent ſignificare *ſed*, hoc eſt, obtinere vim adverſativam.] Semper inſtituto haereus, aut blaſphemiis, aut (difficultatibus harum Confeſſionom longe graviſſimis, & implicatiſſimis diſſimolatis) nugis homo Palladis aemulus, atque totius orbis magiſter indulget! Non eſt cur verba illa in ſenſum adverſativum detorqueamus: quum obvia ſint, conſicianrque doctorum conſectarium. Nempe haec concluſio illa verba intoetur, *illa temporaliter dicit, verbo autem meo &c.* non alia intermedia: *Sic ea, quae &c.* quae ſont ex additamento, & ad ſermonis claritatem, atque ſplendorem.

Interim hae Confeſſiones, in quas plura, potiora, audaciora probra paraveras, abſoluto haud procul ſuot: & adhuc mirifice avide praeſtolamur unum ex illis *plenis laudibus modiis*, quos a te opportunis occaſionibus in Auguſtinum inſigni liberalitate & candote derivatum iri ſpopondiſti. Ubi iactata fides? An cuum in livorem vigilans non reddis quod multo vino oppreſſus ſpoponderas? Arguit & ridet te Marc. Valer. Martialis Epigramm. lib. 12. Epigram. in Poſthumum: *Omnia promittis, cum tota nocte bibiſti- Mane nihil praeſtas: Poſthume mane bibe.* Licet, ut ſerio dicamus, laudes a tuo genio inſtillatas nullo ſolatio, immo graviter & acerbe excepturi eſſemus, iuxta illud Plauti in Trucul. 2. Sc. 6. v. 6. *Non places quem ſturrae laudant. Manipulares muſſitant.*

C A P U T XXX.

A R G U M E N T U M.

Opportuna occaſione arrepta, nebulones quosdam perſtringit, queis aliquot Dei opera minime adrident; quorumque fuere gemina ſtupenda ea deliria: Aliqua nempe non primo Deum feciſſe, ſed alibi, & aliunde creata, ut ſe tueretur ab oſtibus, velut in arcem compaginaſſe; Plurima vero alia nullo modo a Deo facta, ſed ab oſtili quadam mente & natura, nedum ab eodem Deo minime condita, ſed ipſi etiam adverſa.

ET audivi, Domine Deus meus, & elinxi ſtillam dulcedinis ex tua veritate, & intellexi quoniam ſunt quidam quibus (*a*) diſplicent opera tua; & multa eorum dicunt te feciſse neceſſitate compulſum, ſicut fabricas caelorum & compoſitiones ſiderum: & haec non de tuo, ſed iam fuiſse alibi creata & aliunde, quae tu contraheres & compaginares atque contexeres, cum de hoſtibus victis mundana moenia molireris, ut ea conſtructiooe devicti (*b*), adverſus te iterum rebellare non poſsent. Alia vero nec feciſse te, nec omnino compegiſse, ſicut omnes carnes & minutiſſima quaeque animantia, & quidquid radicibus terram tenet: ſed hoſtilem meotem naturamque aliam, oon abs te conditam, tibique contrariam, in inferioribus mundi locis iſta gignere atque formare. Inſani dicunt haec, quoniam non per Spiritum tum vident opera tua, nec te cognoſcunt in eis.

(*a*) *Sunt quidam, quibus &c.* = Ex ſaepe, atque fuſe dictis in his Confeſſionibus, manifeſte deducitur nebulones, quos toto hoc capite agitat Auguſtinus, fuiſſe Maniehaeos; unde non opus eſſet hic quidquam admonere. Adhuc vero quaedam ad abundantiam addere non piget. Lib. de Haereſibus, n. 46. poſt init. *Proinde mundum a natura boni, hoc eſt a natura Dei factum, confitentur quidem, ſed de commixtione boni, & mali, quae facta eſt, quando inter ſe utraque natura pugnavit* Lib. 2. contra Adverſar. Legis, & Prophet. c. & n. 1. „ iſte autem, cuius nomen in eodem li„ bro non comperi, deteſtatur Deum „ mundi fabricatorem: cum Maniehaei, „ quamvis librum Geneſeos non accipiant, atque blaſphement, Deum ta„ men bonum fabricaſſe mundum, etſi „ ex aliena natura atque materia, con„ fiteantur.] Lib. 24. contra Fauſtum Manich. c. 2. circa med. *Ubi nihilo minus Manichaei evertit errorem, qui & grana, & herbas, & omnes radices, ac frutices gentem tenebrarum dicit creare, non, Deum &c.* Vide etiam, ſi placet, lib. 1. de Actis cum Felice Manichaeo, cap. 19.

(*b*) *Ut ea conſtructione devicti.* = Ita BB. & ante ipſos Vet. Am. Er. Lov. & Som. nec non MSS octo Etruriae. At MSS. Anglicani, ut inſinuant Benedictini, *devinti*, immerito, nec enim, ſi preſſe de ſermonis ſcopo loquamur, dicit hic Auguſtinus de aliquo Dei aedificio, in quod velut in carcerem malae ſubſtantiae contruderentur: ſed de aedificiis, quibus validis ceu munitionibus, ſiniſque aggeribus Deus ſe cingeret, circumſepiret.

Inquiens in fine cap. *quoniam non per ſpiritum tuum &c.* confirmat quod diverſis phraſibus ſaepe docuit, quod ſanae mentis nullus inficiatur, quod arroganti *Pherepono* adeo durum eſt: veritati ſcilicet inſiſtentem a Dei ſpiritu dirigi: a veritate aberrantem, ſpiritu proprio gubernari.

CA.

Digitized by Google

C A P U T XXXI.

A R G U M E N T U M.

Exponit acute Divini magiſterii neceſſitatem, ut victo errore, vera & bona adtingamus. Docet autem, adeo preſſe ea quae Dei ſunt, per Spiritum Dei videri, ut viſio illa non tam in nos, quam in eumdem Spiritum revocetur. Sed & ipſam boni viſionem in duas ſpecies partitur: una quippe in ipſo bono, cui nimis conglutinatur, emoritur: altera ad Deum tranſit, a quo omne bonum; Poſterior haec viſio potiſſimum a Spiritu-Sancto eſt.

QUi autem per Spiritum tuum vident ea, tu vides in eis. Ergo cum vident quia bona ſunt, tu vides quia bona ſunt: & quaecunque propter te placent, tu in eis places (*a*); & quae per Spiritum tuum placent nobis, tibi placent in nobis. Quis enim ſcit hominum quae ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? ſic & quae Dei ſunt nemo ſcit, niſi ſpiritus Dei. Nos autem, inquit, non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus quae a Deo donata ſunt nobis (1). Et admoneor ut dicam: Certe nemo ſcit quae Dei ſunt, niſi Spiritus Dei. Quomodo ergo ſcimus & nos quae a Deo donata ſunt nobis? Reſpondetur mihi: Quoniam quae per eius Spiritum ſcimus, etiam ſic nemo ſcit niſi Spiritus Dei. Sicut enim recte dictum eſt, Non enim vos eſtis qui loquimini (2), eis qui in Spiritu Dei loquerentur: ſic recte dicitur, Nos vos eſtis qui ſcitis, eis qui in Dei Spiritu ſciunt. Nihilominus igitur recte dicitur. Non vos eſtis qui videtis, eis qui in Spiritu Dei vident: ita quidquid in Spiritu Dei vident quia bonum eſt, non ipſi, ſed Deus videt quia bonum eſt. Aliud ergo eſt, ut putet quiſque malum eſſe quod bonum eſt, quales ſupradicti ſunt. Aliud, ut quod bonum eſt, videat homo quia bonum eſt; ſicut multis tua creatura placet quia bona eſt, quibus tamen non tu places in ea, unde frui magis ipſa (*b*), quam te volunt. Aliud autem, ut cum aliquid videt homo quia bonum eſt, Deus in illo videat quia bonum eſt, ut ſcilicet ille ametur in eo quod fecit, qui non amaretur niſi per Spiritum-Sanctum quem dedit; quoniam caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum-Sanctum qui datus eſt nobis (3), per quem videmus quia bonum eſt quidquid aliquo modo eſt. Ab illo enim eſt, qui non aliquo modo eſt, ſed quod eſt, eſt.

(*a*) *Tu in eis places.* = Haec lectio, quam habent BB. Sorb. & MSS ſex e noſtris omnino ex ipſo textu ſuadetur. Errant proinde Vet. Bad. Am. Er. & Lov. qui praeferunt, *complaces*.

Videtur autem in hoc cap. ſaltem oblique ab Auguſtino & illud reſumi, atque ſtabiliri, quod dicitur in Geneſi Deum vidiſſe hanc & illam creaturam bonam eſſe: ſignificare feciſſe, ut nos videremus: Si enim creaturas bonas eſſe in Spiritu Dei videmus: & ubi in tali Spiritu videmus, Deus videt, igitur &c.

(*b*) *Unde frui magis ipſa &c.* = In hoc ſitum eſt generis huius peccatum,

 quod

(1) 1. Cor. 2. v. 11, & 12.
(2) Matth. 10. 20.
(3) Rom. 5. 5.

quod creatura, quae eſt ad uſum, ceu fine, & ultimo bono frui velimus. Quod Auguſtinus frequenter obſervat: ut lib. 1. de Doctrina Chriſtiana cap. 31., & 32. Quod autem ſub finem dicit, *bonum eſt, quidquid &c.* ſignificat bonitatem exſiſtentiae, quam Scholâ vocat *transcendentalem*; de qua ipſe lib. contra Epiſt. Manichaei, cap 25. n. 27. lib. 1. de Doctrina Chriſt. cap. 32. n. 35. & alibi frequenter.

C A P U T XXXII.

A R G U M E N T U M.

In breve cogit, ſuſpicitque obſequio Numinis opera. Caelum, terramque: Spiritualem, & corporalem creaturam lucem: Firmamentum: Aquas cum piſcibus: Terram, & quae ipſi inſident animalia, nec non herbas, arboreſque: Caeli luminaria: Aves per aerem pinguem volitantes: Hominem denique, pro cuius dignitate digerenda breviter quaedam obſervat.

GRatias tibi, Domine. Videmus caelum & terram, ſive corporalem partem ſuperiorem atque inferiorem, ſive ſpiritalem corporalemque creaturam: atque in ornatu harum partium quibus conſtat vel univerſa mundi moles, vel univerſa omnino creatura, videmus lucem factam diviſamque a tenebris. Videmus firmamentum caeli, ſive inter ſpiritales aquas ſuperiores & corporales inferiores primarium corpus mundi (1); ſive hoc ſpatium aeris, quia & hoc vocatur caelum, per quod vagantur volatilia caeli inter aquas, quae vaporaliter eis ſuperferuntur, & ſerenis etiam noctibus rorant, & has quae in terris graves fluitant. Videmus congregatarum aquarum ſpeciem per campos maris & aridam terram vel nudatam vel formatam, ut eſſet viſibilis & compoſita, herbarumque atque arborum materiem. Videmus luminaria fulgere deſuper, ſolem ſufficere diei, lunam & ſtellas conſolari noctem, atque his omnibus notari & ſignificari tempora. Videmus humidam uſquequaque naturam, piſcibus & belluis & alitibus fecundatam, quod aeris corpulentia, quae (a) volatus avium portat, aquarum exhalatione concreſcit. Videmus terrenis animalibus faciem terrae decorari; hominemque ad imaginem & ſimilitudinem tuam cunctis irrationabilibus animantibus ipſa tua imagine ac ſimilitudine, hoc eſt, rationis & intelligentiae virtute praeponi. Et quemadmodum in eius anima aliud eſt quod conſulendo dominatur, aliud quod ſubditur ut obtemperet: ſic viro factam eſſe etiam corporaliter feminam, quae haberet quidem in mente rationalis intelligentiae parem naturam; ſexu tamen corporis ita maſculino ſexui ſubiceretur, quemadmodum ſubicitur appetitus actionis ad concipiendam de ratione mentis recte agendi ſolertiam. Videmus haec, & ſingula bona, & omnia bona valde.

(a) *Quod aeris corpulentia, quae &c.* = Etſi magna corpulentia volatui obſiſtat, illumque refrangat: aliquam tamen eo ad volatum poſtulari Philoſophis com-

(1) L. 2. Retract. c. 6 n. 2 Et in lib. 13. quod dixi, *firmamentum factum inter ſpiritales aquas ſuperiores, & corporales inferiores*, non ſatis conſiderate dictum eſt. Res autem in abdito eſt valde.

compertum eſt. Sed ut id, & quae mox ſequantur dilucidentur, adtende S. D. qui lib. 1. de Geneſi contra Manichaeos, cap. 15. n. 24. haec habet. „ Nam mons ille Macedoniae, qui O- „ lympus vocatur, tantae altitudinis eſſe „ dicitur, ut in eius cacumine nec ven- „ tus ſentiatur, nec nubes ſe colligant, „ quia excedit altitudine ſua totum i- „ ſtum aerem humidum, in quo aves „ volitant, & ideo nec aves ibi volare „ aſſeverantur. Quod ab eis proditum „ dicitur, qui per ſingulos annos ſole- „ bant, neſcio quorum ſacrificiorum „ cauſſa, memorati montis cacumen ad- „ ſcendere &c. hi ergo indicaverunt ſe „ etiam nullam avem in eo loco aliquan- „ do vidiſſe. Non itaque immerito non „ ſolum piſces, & cetera quae in aquis „ ſunt animalia, ſed etiam aves de aquis „ natas eſſe, fideliſſima Scriptura com- „ memorat; quia per iſtum aerem vola- „ re poſſunt, qui de maris & terrae hu- „ moribus ſurgit.] Et lib. de Gen. ad Lit. cap. 2. n. 3. = Quapropter etiam- „ ſi verum dixit quidam ſaecularium „ Poetarum, *nubes excedit Olympus*, „ *&*, *Pacem ſumma tenent* (1): quia „ perhibetur in Olympi vertice aer eſſe „ tam tenuis, ut neque nubibus obum- „ bretur, neque turbetur vento, neque „ ſubſtentare alites poſſit &c. tamen & „ ipſe aer eſt, unde aquis vicina qua- „ litate diffunditur, & propterea ipſe „ quoque in humidam naturam conver- „ ſus diluvii tempore creditur. Neque „ enim &c. „

Verum ad illum locum Gen. contra Manich. animadverſionem habens *Pherepanus*, in hunc modum Auguſtino inſultat. = Multi hoc ſcripſerunt, ſed fa- „ bulam eſſe iam nemo dubitat: ut nec „ quiſquam etiam, Phyſicae paullo pe- „ ritior, vapores cum aere confundit. „ Itaque talia praetermittimus.

℟. Nec ego quidem omnibus, quae de Olympi miraculis multi ſcripſerunt fidem adiungo. Sed &, crediдiſſem notum fuiſſe *Pherepono* illud Ariſtotelis, e natura ipſe depromtum, In exemplis ſequi docentes ſcribentes probabilia; itemque alterum: Quum difficultatem ex facto petitam ratione extricare poſſumus, de facti nos veritate non admodum anxios eſſe. Iam vero in lib. de Gen. contra Manich. priorem habemus hypotheſim; Conatur ibi Auguſtinus Manichaeis ſatisfacere in Geneſim blaſphemantibus quod ibi aves ex aqua factae dicantur, & non potius ex aere; dicit autem ingenioſiſſimus homo, forte aves ex vaporibus (qui ſunt aquae portiunculae) factas: vapor autem ab aeris indole non multum abhorret: quandoquidem & eum impinguat, ut avium volatus portare poſſit; Quod poſtremum ut tam rudibus haereticis exponat atque ſuadeat, Olympi introducit vulgatam hiſtoriam, iuxta quam cacuminis eiusdem montis aer aves non habet, quod vaporibus minime confortatus, earum volatum ſubſtentare non poſſit. In lib. autem de Gen. ad Litt quum obſervaſſet, aquam aeri adeo ſimilem eſſe, *ut eius exhalationibus pinguſcere probetur &c.* obiicit ſibi eamdem de Olympi celſitudine hiſtoriam, quae prodit illius montis verticem aere cingi tam tenui, & defaecato, ut &c. Et quoniam ex tali hiſtoria nihil referebat incommodi, ea permiſſa, alia ratione diſputationis ſuae nexum reſumit. Conſulat Lector integrum utrioſque loci ſermonem. Ex dictis autem patet etiam, ut alibi Auguſtinus eiusdem montis mentionem habeat.

Quam vero perfricata fronte (ut cum Gregorio Nazianz. Orat. 1. apologet. admodum poſt init. ex antiquo proverbio dicam) & nudo capite inde calumniatur *Pherepunus*, quaſi Auguſtino una prorſus eademque fuerit vaporum, aeriſque eſſentia vel natura! Idem concreſcit, condenſatur, pingueſcit ex ſemetipſo? Non certe. Et tamen Auguſtinus lib 1. de Gen. contra Manich. cap. 15. n. 24. *Concreſcit enim* (aer iſte infimus, nebuloſus, & humidus) *& craſſus efficitur exhalationibus & quaſi vaporibus maris & terrae, & de ipſo humore pingueſcit quodammodo, ut volatus avium portare poſſit.* Lib. 2. de Gen. ad Litt. cap. 13. n. 27. *Ita ut globus quoque iſte turbulentioris aeris terrenae parti deputetur, exhalationibus quippe humidis corporaſcit*. Dicitur ne Petrus Petro ſimilis? Non utique. Et tamen Auguſtinus Lib. 3. de Gen. ad Litt. cap. 2. n. 3. *Quod ita ſit aeri, aqua ſimilis &c.* Denique dicere ne poterit vel ſtultus *Pherepunus*, Petrum aliquid poſſe propter Petrum: itemque Petrum inſeri Petro? E nihilominus Auguſtinus lib. 3. de Gen. ad Litt. cap. 10. n. 15. = Proinde quod omne ſatis eſt, „ ſi haec ſpatia turbida & procelloſa „ propter aeris naturam uſque ad undas „ terraſque porrectam, (2) poſſunt aeria „ cor-

(1) Lucanus lib. 2.

(2) Edit. *porrecta*. Emendarunt BB. auctoritate MSS.

Digitized by Google

„ corpora ſubſtinere; poſſunt & avium „ quae producta ſunt ex aquis, PROPTER AQUARUM tenues halitus: „ qui ſcilicet eidem aeri iuxta undas „ & terras circumfuſo, atque ab hac „ infimae ac terrenae parti deputato, „ vaporaliter INSERUNTUR.] Vide etiam, ſi placet, lib. de Gen. Imperf. cap. 14. & lib. 3. de Gen. ad Litt. cap. 3. n. 5.

Quid ad haec *Pherepone*, miles quo audax, ita & imbellis? Nun adhuc ne (iuxta antiquum proverbium) herbam porrigi?

C A P U T XXXIII.

A R G U M E N T U M.

Geſtit in Dei gloriam, ſui ipſius, & creaturarum omnium amore, aut laudibus provocandam. Mox tamen reſumta allegoria, ex creaturarum ortu & occaſu, aliiſque viciſſitudinibus mane & veſperam infert. Quarum viciſſitudinum ut cardines teneas, obſervat creaturam de nihilo, non de Deo factam; ex materia tamen eductam, non aliena, ſed ab eodem Deo, & quidem ſimul, non ante creata. Nam quum aliud materies, aliud ſpecies: illa ex nihilo, haec ex illa; & profecto ſtatim, nulla interpoſita mora.

LAudent te opera tua, ut amemus te, & amemus te, ut laundent te (*a*) opera tua, quae habent initium & finem ex tempore, ortum & occaſum, profectum & defectum, ſpeciem & privationem (*b*). Habent ergo conſequentia mane & veſperam, partim latenter, partim evidenter. De nihilo enim a te, non de te facta ſunt, non de aliqua non tua (*c*), vel quae antea fuerit, ſed de concreata, ideſt, ſimul a te creata materia, quia eius informitatem ſine ulla temporis interpoſitione formaſti. Nam cum aliud ſit caeli, & terrae materies (*d*), aliud caeli & terrae ſpecies; materiem quidem de omnino nihilo, mundi autem ſpeciem de informi materia, ſimul tamen utrumque feciſti, ut materiam forma nulla morae intercarpedine ſequeretur.

(*a*) *Et amemus te, ut laudent &c.* = MSS. Anglicani, BB. teſtibus in *Syllabo Codicum, ad quos de novo &c. & amemur a te, ut &c.* Quibus tamen repugnant Vet. Am. &c. & alii codices tum editi, tum manuſcripti; Ut etiam noſtri: quorum tamen nonnulli hoc loco, qui minus ſagacibus implexus & redundans viſus eſt, mirum in modum detruncati ſunt. Unus MS. S. Mar. & Feſ. non habent hic, nempe ſecunda vice aut, *amemus*, aut, *amemur*. Longe vero truculentius eſt vulnus inflictum MS. Car. apud quem poſt priora illa cap. verba, *Laudent te opera tua*, ſtatim ſequitur, *habent initium, & finem ex tempore.*

Verum huius loci ſenſus equidem ingenioſus; at facilis eſt: dummodo legatur, *ut laudent*: non ſicut mendoſi quidam codices editi, & MSS. *& laudent*. Laudat ergo mundus Deum, dum ſua pulcritudine in eiusdem Dei altam aeſtimationem, & amorem nos excitat: quum autem Deum amamus, tunc admodum proprie Deus a ſuis operibus laudatur.

(*b*) *Speciem, & privationem.* = *Pherepónus* vir animi ſemper ad ineptias intenti, redditis duobus his nominibus Graece, ſubſumit: *quod Scholaſticorum ſermone nunc dicimus*, formam & privationem, *quae ſunt oppoſita*. Papae, hic vir cum diis certat, & quod ipſe detexit, nec Pallas agnoviſſet! Ex hoc commentario agnovimus duo: Sciviſſe *Pherepónum* ut Graeci ſpeciem & privationem appellent: Et quod ſpecies a Scholaſticis dicatur, *forma*. Primum redundat: Iam enim ex dictis agnoveramus, *Pherepónum* libenter in muſtaceo laureolam quaerere. Poſterius cuicunque homini e trivio notum eſt. Immo ex ipſo Auguſtino lib. 2. de Libero Arbitrio, cap. 16. n. 44. & cap. 17. n. 45. lib. de Gen. Imperf. c. 10. & alibi agnoſcere poteramus. Tandemque hoc ipſum breviſſimum caput,

put, in quo, *forma*, *formatio*, *informe*, &, *informitas* id ad abundantiam docere poterat hominem non ſimilem *Pierepono*, qui ſaepe ſaepius (ut ex Poetarum fabulis cum Gregorio Nazianz Orat. 40. in S. Baptiſma, circa med. loquar:) in medio fonte ſiti cruciatur.

(c) *Non de aliqua non tua*. = Vet. Am. Bad. Br. Lov. habent, *non de se aliqua, non de tua vel &c.* At lectionem noſtram praeferunt Benedictini cum ſuis MSS. nec non MSS. quinque ex noſtris inſuper Arn. Som. & Amerbachii editio in margine laterali.

Quatuor ergo veritates breviter ſtatuit contra quatuor errores: Omnia a Deo facta eſſe ex nihilo: Non facta ex Dei ſubſtantia: Non de materia ab alio creata: Non de materia aeterna, ſed quae nullo tempore, ſola natura ſpeciem ſeu formam praecederet. Medii duo errores nempe 1, & 2 ad Manichaeos ſpectant, ut liquet ex ſaepe dictis in hoc opere. Alii vero ad deliramenta nonnullos antiquos. de quibus paſſim Expoſitores initio Geneſis, Philoſophi, & ipſe Auguſtinus maxime in libris de Civit. Dei. Ex dictis autem lectio noſtra in bona luce reponitur, ac ſtabilitur.

(d) *Nam tum aliud ſit caeli & terrae materies*. = An ex hoc loco ſuffragium aliquod accedit Ariſtoteli, Alberto Magno, S. Thomae, Caietano, Suarez, Fonſecae, aliiſque iudicantibus materiam rerum ſublunarium eſſe prorſus, ſeu, ut illi loquuntur, *eſſentialiter* diverſam a materia caelorum? Minime vero gentium; verbum enim, *aliud* non materiam a materia, ſed omnem materiam ab omni ſpecie vel forma ſeiungit. Immo talia profert alibi, maxime in libris ſupra Geneſim Auguſtinus, quibus potius favere videtur Platoni, Anaxagorae, Democrito &c. S. Bonaventurae, Scoto, Aegidio, & aliis oppoſitum iudicantibus; licet talia illa expoſitiones haud contemnendas patiantur. Nobis autem propoſitum eſt, pro nulla hic peculiari ſchola certare.

C A P U T XXXIV.

A R G U M E N T U M.

Libro huic ultimo, omniumque religioſiſſimo manum extremam adhibiturus, varias in eo ſparſas allegorias compendio reddit. Bona quaelibet ſeorſim accepta huius viſibilis orbis, bona valde autem iuncta. Ita iuvat de ſpirituali Chriſti regno, vel Eccleſia philoſophari. Porro animam noſtram incompoſitam, tenebroſumque in profundum detractam Spiritus bonus, qui ſuper infirmitatum noſtrarum aquas ferebatur, expolivit adaptavit; iuſtificatis ab iniquis: itemque optimis a bonis ſeiunctis. Infidelibus etiam in unam conſpirationem adunatis, ut Fidelium ſtudia adparerent. Nec Firmamento luminaria defuere, ſuncti videlicet homines, luce ſuperna aliiſque divinis donis coruſcantes atque eminentes. Proviſum quoque infidelibus, & quidem largiter, Sacramentis puta, miraculis, vocibuſque piis, Scripturae firmamento immixtis: quibus tamen etiam Fideles benedicerentur. In perſona autem ſublimis, & fervidioris pietatis, hominem denuo habes peculiari ratione ad Dei imaginem factum. Allegorica demique terra fructum gignens in piis hominibus illis occurrit, qui Evangelicos miniſtros ſuis facultatibus adiuvant. Haec omnia bona, & valde bona a Deo in nobis, & a nobis ex Deo videntur.

INſpeximus etiam propter quorum figurationem iſta vel tali ordine fieri, vel tali ordine ſcribi voluiſti, & vidimus quia bona ſunt ſingula, & omnia bona valde, in Verbo tuo, in Unico tuo caelum, & terram, caput & corpus Eccleſiae, in praedeſtinatione ante omnia tempora, ſine mane & veſpera (*a*). Ubi autem coepiſti praedeſtinata temporaliter exſequi, ut occulta manifeſtares, & incompoſita noſtra componeres; quoniam ſuper nos erant peccata noſtra, & in profundum tenebroſum abieramus abs te, & Spiritus tuus bonus ſuperferebatur ad ſubveniendum nobis in tempore opportuno; & iuſtificaſti impios

&

Digitized by Google

& diſtinxiſti eos ab iniquis, & ſolidaſti auctoritatem libri tui inter ſuperiores qui tibi docibiles (*b*) eſſent, & inferiores qui eis ſubderentur: & congregaſti ſocietatem infidelium in unam conſpirationem, ut adparerent ſtudia fidelium, & tibi opera miſericordiae parerent, diſtribuentes etiam pauperibus terrenas facultates ad adquirenda caeleſtia. Et inde accendiſti quaedam luminaria in firmamento, verbum vitae habentes ſanctos tuos, & ſpiritalibus donis praelata ſublimi auctoritate fulgentes: & inde ad imbuendas infideles gentes, ſacramenta & miracula viſibilia voceſque verborum ſecundum firmamentum libri tui, quibus etiam Fideles benedicerentur, ex materia corporali produxiſti; & deinde Fidelium animam vivam per adfectus ordinatos continentiae vigore formaſti (*c*). Atque inde tibi ſoli mentem ſubditam, & nullius auctoritatis humanae ad imitandum indigentem renovaſti ad imaginem & ſimilitudinem tuam; praeſtantique intellectui rationabilem actionem tanquam viro feminam ſubdidiſti, omnibuſque tuis miniſteriis ad perficiendos Fideles in hac vita neceſſariis, ab eiſdem fidelibus ad uſus temporales, fructuoſa in futurum opera praeberi voluiſti. Haec omnia videmus, & bona ſunt valde, quoniam tu ea vides in nobis, qui ſpiritum quo ea videremus, & in eis te amaremus, dediſti nobis.

(*a*) *Sine mane, & veſpera*: = Praedeſtinatio eſt abſque mane, & veſpera; ſiquidem omni praedeſtinatio fuit, ut ita loquamur, ab aeternitatis exordiis, & ſemper erit: ſemper v. g. Auguſtinus erit Dei amicus, ſemper electus. Ceterum licet omnis praedeſtinatio in ſe, ac ſub Dei oculis ſemper fuerit: nobis tamen temporaliter manifeſtatur; ideo addit: *Ubi autem &c.*

(*b*) *Qui tibi docibiles eſſent &c.* = Hi homines ſunt fere iidem cum illis, de quibus diximus cap. 22. D. Prorſus vero iidem alii, de quibus commentario eq. Docilis autem heic ſignificat hominem in ſacra ſcientia longe doctiſſimum, admodumque ad divina excipienda capacem, diſpoſitum; ut etiam obſervavimus cap. 22. D. in fine. Sequitur autem; *& congregaſti &c. in unam conſpirationem &c.* quo ſignificatur omnis generis idololatras, itemque Iudaeos in Chriſtianos, & haereticos in Catholicos conſpiraſſe, ut horum ſic vexatorum adparerent ſtudia &c & occaſio uni Fideli daretur cum alio miſericordiam exercendi.

(*c*) *Continentiae vigore formaſti*. = Ita BB. & ante ipſos Vet. Am. Er. Lov. Sum. MSS. 2. S. Mar. Ricar. Feſ. & Car. At Benignianus codex, Benedictinis teſtibus, *firmaſti*. Immerito: ſiquidem totus Auguſtini ſermo eſt de rebus formatis, & non formatis.

Mens ſoli Deo ſubdita, & nullius &c. ut addit, eſt mens ſpiritualis hominis, de quo diximus c 22. D. Pro ſequentibus verbis, *ab eiſdem fidelibus ad uſus &c.* recole dicta c. 25. 26., & 27. Denique poſtrema doctrina: *quoniam tu ea vides in nobis &c.* iungenda eſt dictis c. 28. A.

CA-

CAPUT XXXV.

ARGUMENTUM.

Grates habet Deo de pace nobis indulta : pace quietis, pace ſabbati, pace occaſum neſciente. Quae ſcilicet pax in bonis ſex priorum dierum minima occurit.

DOmine Deus, paçem da nobis, omnia enim praeſtitiſti nobis, pacem quietis, pacem ſabbati, ſabbati ſine veſpera (*a*). Omnis quippe iſte ordo pulcherrimus rerum valde bonarum modis ſuis peractis tranſiturus eſt, & mane quippe in eis factum eſt, & veſpera.

(*a*) *Sabbati ſine veſpera.* = Sequimur, licet nonnulla haeſitatione, Benedictinos, qui in imo margine haec admonent. = Sic legendum liquet eum Al„ binenſi codice; non uti alii plerique „ editi & ſcripti habent, *pacem ſine ve„ ſpera.*] Communem lectionem praeferunt nedum Vet. Am. Er. &c. ſed & MSS. omnes Err. ſcilicet undecim. Inſuper auctoritate codicum praeciſa, nec ex ſermonis ſerie adeo liquet Albinenſis codicis (cuius antiquitatem ſe ignorare ſuo loco Benedictini profitentur) lectionem praeferendam eſſe : Nam licet hic *ſabbati* repetitio luci conciliandae congrua videatur : adhuc ſeq. cap. conſideraio, in quo ſabbati arcanum detegitur, quaſi redundans convincitur.

CAPUT XXXVI.

ARGUMENTUM.

Dies ſeptimus veſpera, & occaſu carens, merito caleſtis felicitatis umbra cenſetur. Ut quemadmodum nempe poſt opera ſua bona valde Deus eo die requievit: ita & nobis poſt opera bona valde, eiusdem Dei virtute facta & conſummata, aeterni ſtabiliſque ſolatii Sabbatum ſit adceſſurum.

DIes autem ſeptimus ſine vaſpera eſt, nec habet occaſum (*a*), quia ſanctificaſti eum ad permanſionem ſempiternam, ut id quod tu poſt opera rua bona valde, quamvis ea quietus feceris (*b*), requieviſti ſeptimo die, hoc praeloquatur nobis vox libri tui, quod & nos poſt opera noſtra, ideo bona valde, quia tu nobis ea donaſti, ſabbato vitae aeternae requieſcamus in te.

(*a*) *Dies autem ſeptimus ſiues veſpera eſt, nec habet occaſum.* = Hac propoſitione tranſcripta, poſtrema hac induſtria pietati, & Auguſtini gloriae litare conatur *Pherepon*. = Si velimus „ argutari, diei ſeptimi *mane* non magis „ memoratur, quam *veſpera*; nam *mane* „ cuius mentio fit V. 31, eſt diei ſexti, „ cum Hebraei, Moſe praeeunte, *νυχθήμερον* incipiant a veſpera, quam „ deinde ſequitur dies. Sed ſeptimi diei „ partes a Moſe non attinguntur, quia „ eo die nihil fecit Deus. „

℞. Semper bardus, & ſemper audax! quem Perſii verba Satyra 5. v. 169. iure meritoque derideant, corripiant.

piantque : *Nugaris : ſolea puer abiurgabere rubra*. Ubi Auguſtinus docet quod diei ſeptimi *memoratur mane*, non, *veſpera*? Fingis hoſtem, quem ferias? Ideo autem *mane* omiſſo, *veſpera* diem ſeptimum carere Auguſtinus obſervat, quia ex hoc maxime dies ille aeternam Sanctorum felicitatem iuſinuat. Ceterum ſabbatum aliquod *mane* involvit, non quidem determinatum, ſed, ut Schola diceret, vagum; ſi enim adſerit Scriptura, Deum ſabbato requieviſſe, aliquod ſabbati initium infinuat. Cumque ubi illa requies deſierit, non dicatur: en habemus Sanctorum requiem adumbratam, quae initium quidem, at non finem agnoſcet.

Vadat ergo *Pherepanus*, alias, *Ioannes Clericus*, poſt aevum conditum haereticus forte omnium procaciſſimus, & iactet ſtupendo mendacio. *Sciant, me vivo, non defuturum Veritati patronum* (1). Videat utrum iactare poſſit cauſſae ſuae honeſtatem & candorem Plauti verbis in prologo Comoed. 1. Amphitrui, v 34. *Nam iuſte, ab iuſtis, iuſtus ſum orator datus*. Et non potius fateri: Nam iniuſte, ab iniuſtis, iniuſtus ſum in Auguſtinum (ſicut & in Hieronymum) calumniator datus.

(*h*) *Quamvis ea quietus feceris*. = Nec enim requies illa Dei vulgariter accipienda eſt: non requievit a labore, ſed ab opere: unde ſecundum Hebraicam phraſim non tam dicendum eſſet, *requievit*, quam, *ceſſavit*. Alii arbitrantur dici, Deum requieviſſe, non quod ipſe, quietem exceperit, ſed quia creatis rebus quietem, ſtabilitatem nempe, ordinemve conſtantem indulſit; ut varia ſymbola, quae ab Interpretibus ex ea quiete petuntur, omittamus.

Ceterum requiem ſabbati aeternam Sanctorum felicitatem ſignificaſſe obſervat & alibi Auguſtinus frequenter. Lib. 2. QQ. in Exodum, q. 172. poſtquam plura in hanc rem dixiſſet: *Plenitudo autem ſabbati erit in requie ſempiterna. Non enim fruſtra inſtitutum eſt* (2) *& ſabbatum ſabbatorum*. Lib. 20 de Civit. Dei, cap. 7. n. 2. inter alia: *Mille autem anni &c. ſecutura deinde ſabbato, quod non habet veſperam, requie ſcilicet ſanctorum, quae non habet finem*. Lib. 22. cap. 30. n. 4. *Quod erit* (3) *vere maximum ſabbatum non habens veſperam &c.* n. 5. *Haec tamen ſeptima* (aetas) *erit ſabbatum noſtrum, cuius finis non erit veſpera &c.* Immo ea obſervatio de aeterna felicitate in ſabbato adumbrata fere apud omnes Eccleſiaſticos ſcriptores occurrit.

DIGRESSIO.

Feſtiviſſimum autem Sabbatum, ſeu perfectiſſima quies, quum animabus ſingulis propriis iunctis corporibus, Sanctorum ſolatium prorſus conſummabitur, tum (ut Schola loquitur) quoad intenſionem, tum quoad extenſionem, tale inquam Sabbatum, quam diu nos detinebit? quando adcedet? Reſpondet Dei Filius Matth. 24. 36. *De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli Caelorum, niſi ſolus Pater*. Mar 13. 32. additur, *neque Filius*, quod habetur etiam in nonnullis codicibus Matth. Quo tamen non evincetur Ieſum re vera ignoraſſe, ut, iam certum eſt in doctrina Catholica. Vide Expoſitores. At vero non fuit Eccleſiae ſaeculum, in quo ex ingruentibus orbi rixis atque calamitatibus non aliquis ſit ſuſpicatus, trucem diem illum admodum imminere. Nunc autem fere in proverbium abiit, Diem ſupremi iudicii eſſe vicinum. Noſtra ſententia eſt, Diem illum longe ſemotum eſſe, & quam maxime: & quidem duobus momentis non contemnendis: Quorum primum ex orbium caeleſtium gyro petitur, qui quidem ſi vel ſemel (ut aequum videtur) prorſus & ex integro compleri debet, humanum ſaeculum nec in medio adhuc itinere eſt, ut Mathematici, quos Aſtronomos dicimus, perſpectum habent. Alterum momentum, quod nos vel adhuc pueros vehementer occupavit, prudentiae, ſeu aequo iudicio nititur: eſt autem iſtud: Prior hominum ſtatus ab Adam, uſque ad Redemtorem fuit ad Evangelicam legem velut prologus quidam & adparatus; quis autem non videat prologum & adparatum eius rei, ad quam diſponunt & ordinantur, extenſioni admodum debere concedere? at vero prior hominum ſtatus fere annorum ſex millia conſumſit; Chriſti autem lex nun adhuc ſaeculum decimum octavum explevit.

Et haec quidem, ſaltem poſtremum momentum nobis primo occurriſſe, olim ſuſpicabamur; At vero totum praeoccu-

(1) In Praefat. ſub finem.
(2) Lev. 25.

(3) Et (inquiunt BB.) & Lov. *Quod erit ibi* Abeſt *ibi* ab aliis libris.

ſupaverat vir admodum religioſus, graviſſimus autem atque doctiſſimus Ioſeph Averani (1) Etruſcarum Lectionum vel Diſſertationum 20. quae habetur t. 1. pag. 310.

CAPUT XXXVII.

ARGUMENTUM.

Quemadmodum nunc bona operatur Deus in nobis, ita illo ſabbato adcedente, nobis ad requiem inſidebit. Mirum autem dictu! Deus qui ſemper operatur, ſemper quieſcis; Quique in nullo ſua actione pendes a tempore, plura facis tempora concernentia, & ipſa tempora!

ETiam tunc enim ſic (a) requieſces in nobis, quemadmodum nunc operaris in nobis; & iſta erit illa requies tua per nos, quemadmodum ſunt iſta opera tua per nos. Tu autem, Domine, ſemper operaris, & ſemper requieſcis. Nec vides ad tempus; nec moveris ad tempus (b); nec quieſcis ad tempus; & tamen facis & viſiones temporales, & ipſa tempora, & quietem ex tempore.

(a) *Etiam tunc enim ſic &c.* = Er. Som. aliaeque frequentes editiones manifeſta oſcitantia, terminant coniunctione, *etiam*, caput praeced. Ut autem iis, quae ſequuntur, lux concilietur, iuvat hic dare quae habet alibi S. D. Lib. 4. de Gen. ad Litt. cap. 17. n. 29. = Haec „ erit igitur ſumma, minimeque ſuperba, & vere pia requies noſtra, ut ſicut ipſe requievit ab omnibus operibus „ ſuis, quia non ei opera ſua, ſed ipſe „ ſibi bonum eſt, quo beatus eſt: ita & „ nos ab omnibus operibus, non tantum „ noſtris, verum etiam ipſius, nonniſi in „ illo requieturos nos eſſe ſperemus; idque deſideremus poſt bona opera noſtra, quae in nobis agnoſcimus illius „ potius eſſe quam noſtra: ut etiam ſic „ poſt bona opera ſua ipſe requieſcat (2), „ cum poſt bona opera, quae ab illo iuſtificati fecerimus, in ſe nobis requiem „ praeſtat, &c.] Lib. 11. de Civit. Dei, cap. 8. = Sed requies Dei requiem ſignificat eorum qui requieſcunt in Deo, „ ſicut laetitia domus, laetitiam ſignificat „ eorum, qui laetantur in domo, etiamſi „ non eos domus ipſa, ſed alia res aliqua „ laetos facit. Quanto magis ſi &c. Convenientiſſime itaque cum Deum re„ quieviſſe prophetica narrat auctoritas, „ ſignificatur requies eorum qui in illo „ requieſcunt, & quos facit ipſe re„ quieſcere &c. Hoc enim & ſabbati va„ catione ex praecepto legis in vetere „ Dei populo figuratum eſt, unde ſuo „ loco diligentius arbitror diſſerendum (3).

(b) *Nec vides ad tempus; nec moveris ad tempus &c.* = Ita Patres Benedictini, qui admonent in imo margine. = „ Hic editiones, excepta Arn. interpo„ nunt iſta verba, *nec operaris ad tem„ pus*, quae abſunt a pleriſque MSS.] Si excipias unum MS. S. Mar. in quo locus ille prorſus corruptus eſt, abſunt ea verba ab omnibus noſtris MSS. nempe 4. Bibliothecae Laurentianae Mediceae, 2. S. Crucis, uno S. Marci, MS. Bibliothecae Feſulanae, MS. Carthuſiae Piſanae, & MS. Canonici Ricardi. Ad 13. enim MSS. codices Opus hoc emendavimus. MS. autem S. Crucis omnium noſtrorum vetuſtiſſimus, utpote qui videatur ſcriptus ſaeculo 10. aut ſaltem 11. detruncatus eſt cap. 24. lib. 12. unus autem S. Marci, lib. 7. Abſunt autem ea verba ab editione Sommalii Ieſuitae, qui hoc Opus

(1) Ob. 24. Aug. an. 1738. aet. 76 Incept.
(2) Editi addunt, *in nobis*; quod ſubſtulerunt BB. ex MSS.
(3) V. l. 4. de Gen. ad Litt. c. 11.

ad 3. MSS. exempl. emendavit. Porro Vetuſtiſſima editio Veneta anni 1484. cum Amerbachiana & aliis editionibus eſt.

I. Quod ante dixerat, *ſemper operaris, & ſemper requieſcis*, ſimile eſt illi lib. 1. cap. 4. *Semper agens ſemper quietus*: quod dilucidavimus ſigno K. Ibi autem dictis adde aliquid eorum quae habet S. D. lib. 4 de Gen. ad Litt. v. g. cap. 12. ab initio. = Poteſt etiam „ intelligi Deum requieviſſe a condendis generibus creaturae, quia ultra „ iam non condidit alia genera nova: deinceps autem uſque nunc & ultra ope„ rari eorumdem generum adminiſtratio„ nem, quae tunc inſtituta ſunt, non ut „ ipſo ſaltem die ſeptimo potentia eius a „ caeli & terrae, omniumque rerum quas „ condiderat, gubernatione ceſſaret, alio„ quin continuo dilaberentur &c. Proinde „ & quod Dominus ait, Pater meus uſ„ que nunc operatur (1), continuationem „ quamdam operis eius, qua univerſam „ creaturam continet, atque adminiſtrat, „ oſtendit. Aliter enim poſſet intelligi, ſi „ diceret, Et nunc operatur, ubi non „ eſſet neceſſe ut operis continuationem „ acciperemus &c. „

C A P U T XXXVIII.

A R G U M E N T U M.

Meditatur quam amplo immenſo iure hominis viſio Divinae concedat. Hominis viſio in Dei opera fertur, quia ſunt: Divina autem eadem opera infert. Cui etiam convenit in uno eodem ſpeculo facta & facienda intueri: a quo prodigio longe abeſt diſperſa hominis viſio. Alia item inſinuat, ex quibus Dei celſitudinem, & hominis infirmitatem deprehendas; Homo nunc honeſtus, nunc foedus, & impius: Deus abſque limitibus bonus, beneficiis conſtanter indulgens. Et nos quidem ex Dei munere religioſe viventes aeterna requiei expectas; At idem Deus qui ex intimis ſuis omne bonum complectitur, nunquam deſiderat quidquam, & conſtantiſſima aeterna requie perfruitur. Tantae vere perfectionis & felicitatis oceanum quae vel Angelica mens exacte & prorſus ediſſeret? Numinis hic magiſterium poſtulandum eſt.

NOs itaque iſta quae feciſti videmus, quia ſunt; tu autem quia vides ea, ſunt (*a*). Et nos foris videmus (*b*) quia ſunt, & intus quia bona ſunt; tu autem ibi vidiſti facta, ubi vidiſti facienda. Et nos alio tempore moti ſumus ad bene faciendum, poſteaquam concepit de Spiritu tuo cor noſtrum. Priore autem tempore ad male faciendum, movebamur deſerentes te. Tu vero Deus une bone nunquam ceſſaſti bene facere. Et ſunt quaedam bona opera noſtra, ex munere quidem tuo, ſed non ſempiterna: poſt illa nos requieturos in tua grandi ſanctificatione ſperamus. Tu autem bonum nullo indigens bono, ſemper quietus es, quoniam tua quies tu ipſe es (*c*). Et hoc intelligere quis hominum dabit homini? quis Angelus Angelo? quis Angelus homini? A te petatur, in te quaeratur, ad

(1) Ioan. 5. 17.

ad te pulſetur : ſic ſic accipietur , ſic invenietur , ſic aperictur. Amen .

(a) *Tu autem quia vides ea, ſunt.* = Scientiam Dei eſſe cauſſam rerum, docet conſtanter Auguſtinus: Lib. 6. de Trinit. c. 10. n. 11. *Non enim haec quae creata ſunt, idea ſciuntur a Deo, quia facta ſunt &c.* Lib. 15. c. 13. n. 22. poſt med. *Univerſas autem creaturas ſuas, & ſpirituales & corporales, non quia ſunt, ideo novit; ſed idea ſunt, quia novit &c.* Videat qui hanc doctrinam non bene caller integros textus, nec non lib. 2. ad Simplicianum, q. 2. & lib. 11. de Civit Dei, c. 21. & Scholae Theologos in Tract. de Scientia Dei, *quoad eius cauſalitatem erga creaturas.* Amplectuntur autem doctrinam illam miro conſenſu Patres & cuiuſcunque ſcholae Theologi: qui etiam Scripturae oracolo eam evincunt. Cui praeluſiſſe videtur Ariſtoteles 12. Metaphys. cap. 2. Phyſic. 8. tex. 37. & 3. de Anima, tex. 4.

(b) *Et nos foris videmus &c.* = Audi S. D. lib. 11. de Civ. Dei, cap. 21. circa med. *Ille quippe non ex hoc in illud cogitatione mutata, ſed omnino incommutabiliter videt &c. nec aliter oculis, aliter mente: non enim ex animo conſtat & corpore &c. Ibi ergo vidit bonum eſſe quod fecit, ubi bonum eſſe vidit ut faceret.* Ex his praeſentis ſermononis integer ſenſus habetur: Nos creaturas exiſtere oculis corporis, bonas autem eſſe mente & ratione videmus: Deus autem in eadem ſua ſcientia vidit factas, in qua vidit faciendas. Non eſt hic opportunus locus dicendi de preſſis rationibus modiſque, quibus Dei ſcientia, maxime iuxta aquilinam Auguſtini mentem, futura videt, & inferr. Sat nunc eſt pauca ipſius verba recitare ex lib. de Praedeſtinatione Sanctorum, cap. 10. poſt init. *Praedeſtinatione quippe Deus ea praeſcivit, quae fuerat ipſe facturus. Unde dictum eſt: Fecit quae futura ſunt.* Vide etiam lib. 26. contra Fauſtum Manichae. cap. 4.

(c) *Semper quietus es, quoniam tua quies tu ipſe es.* = Ita correcti codices, & Benedictini nihil admonentes. At editi aliquot, ut Am. & Som manifeſta oſcitantia ita ſcribunt: *quoniam tua, qui es, tu ipſe es.* Eſt autem Deus ſua quies, quia nedum omnia bona poſſidet, ſed inſuper ea ex propriis intrinſecis meritis complectitur: ea autem merita non utcunque intrinſeca ſont Deo, ſed ad ipſius eſſentiam, & naturam pertingunt. Creatura non eſt ex meritis propriis in quiete, quia in ea ſemper aliquid aut morale, aut phyſicum deſideratur. Quod Scholae phraſi ſic exprimeres: Creatura quaecunque quidquam involvit potentiae: & eſt in potentia ad aliud. Ex quibus Auguſtini doctrina exponitur etiam iuxta corruptam lectionem.

Quod dicit inde: *quis Angelus Angelo?* occurrentem ſuſpicionem propulſat; quippe dicere quis poſſet, Forte arcanum illud non exacte ab Angelo expoſitum iri propter infirmitatem hominis attendentis; Falſum id quidem; nam etſi Angelus loqueretur Angelo &c. Ceterum omnipotens clementiſſimus Deus quum ex dono peculiari docet, etiam audientis mentem emollit, diſponit, illuſtrat.

Et haec, quae Nomini, inde eius Matri potiſſimum conſecro, ſcribere placuit, ut Auguſtini, viri prorſus incomparabilis, & poſt Canonicos Scriptores, mortalium omnium ſapientiſſimi *Confeſſiones* innumeris ſcatentes arcanis exponerem, & vindicarem. Quod ſi Auguſtinus, cuius gloria iam hominum quiſquiliis nec augeri poteſt, nec minui, non quidem rudibus hiſce commentariis, ſed animo quo illi prognati ſunt blandiens, e Caelo percontetur a me (quod Caelites urbanitate quadam & conniventia non dedignantur) quid de tredecim ſuis his Confeſſionum libris ſentiam: Plinii verba mox reponam lib. 4. Epiſt. 20. ad Nonium Maximum = Quid ſen-
,, ſerim de ſingulis tuis libris, notum
,, tibi, ut quemque perlegeram, feci.
,, Accipe nunc quid de univerſis gene-
,, raliter iudicem. Eſt opus pulcrum,
,, validum, acre, ſublime, varium, e-
,, legans, purum, figuratum, ſpatio-
,, ſum etiam, & cum magna tua lau-
,, de diffuſum. In quo tui ingenii ſi-
,, mul, dolorisque, (*doloris inquam de*
,, *peccatis religioſa poenitentia geniti.*)
,, velis latiſſime vectus es, & horum
,, utrumque invicem adiumento fuit.
,, Nam dolori ſublimitatem, & magni-
,, ficentiam ingenium, ingenio vim &
,, amaritudinem dolor addidit. ,,

Placet autem tenues hos meorum Commentariorum labores iis concludere ver-

verbis, quibus ipſe Auguſtinus eximium ſuum plenum litteris opus de Civitate Dei concluſit: *Videor mihi debitum ingentis huius operis adiuvante Domino reddidiſſe. Quibus parum vel quibus nimium eſt, mihi ignoſcant. Quibus autem ſatis eſt, non mihi, ſed Domino mecum gratias congratulantes agant.*

Ceterum ſi quid in his ad Auguſtini Confeſſiones Commentariis, aut etiam alibi, quidquam mihi excidit, quod Eccleſiae Romanae minus adrideat; illud meum non aſt, omnino averſor, & iam in animi propoſito eiuravi.

F I N I S.

ARGU-

Digitized by Google

ARGUMENTA
LIBRORUM.

Pro Indice rerum in ipſo Textu contentarum Argumenta Librorum, quae omnia ſimul iuncta ſtatim ſubiicimus, ſatis ſupplere poſſe viſum eſt.

LIBER PRIMUS.

DEI invocatione praemiſſa; maieſtatem eius in ſupernum ſplendorem adtollit: humanaeque naturae, Protoparentis lapſu fauciatae infirmitatem deplorat. Equidem Deus talis eſt, ut immenſa caeli, terraeque ſpatia implens: iis non adhuc finiatur. Tot vero, talibuſque dotibus fulget, ut earum nedum inire numerum, ſed & celſitudinem ſuſpicere nequeas. Quid vero humana natura? In ſeipſa abiectionem illius expendens, vitae originem quaerit; & Infantiae rationes; modoſque percurrit: cui non tam nutricis, vel Matris, quam Dei cura proviſum fuiſſe obſervat. Quanquam vero aetas illa candori paſſim, & innocentiae concedatur: adhuc ſi acriori diſcutiatur iudicio, nedum originali labe, ſed & aliis quoque rationibus immunda convincitur. Tum ad pueritiam, quam ſtudiorum neglectu, puerilium nugarum amore genito ſaepe foedavit: de quo tamen haud leves poenas ſub Magiſtrorum ferula dedit. Haec inter vix non ſacris laticibus expiatus eſt, potiſſimum religioſa Matre operam dante, quod vehementi ſtomachi dolore oppreſſus, iamiam in fata concederet. Nec inde tamen ſuis e quiſquiliis emergens, Latinae, & maxime Graecae linguae ſtudia humanae reipublicae admodum bona contemnens, obſcenis poeticis fabellis gaudebat, rapiebatur. Quas nunc diris devovens, horrore meditatur, ut Grammaticorum nonnulli tanta accuratione verba penſitent: qui tamen inſigni oſcitantia res ad aeternam ſalutem ſpectantes omittunt. Quanquam rebus hi conſulant ſuis; Suo Auguſtinus ſe angit animo, quod in eorum, vel non admodum diſſimili luto haeſitans, nugis, mendaciis, furtis, ad annum uſque aetatis decimumquintum naturam ſuam, egregiis dotibus a Numine exornatam inquinaverit. *Pag.* 5.

LIBER II.

AD annum aetatis ſuae ſextumdecimum, adoleſcentiae primum progreditur; quum propter domeſticam neceſſitatem domi a ſcholis feriatus, & iam ſenſu in mala aeſtuante: incoepit vanis abripi amoribus, indulgere genio, atque libidini; divinis flagellis acriter ſaevientibus paululum, maiorum, non pietatem, ſed ſtudia curantium, diſciplina nihil retardatus; adeout ſenſim in lubrica iactantia, ac triumpho proſiliret. Potiſſimum vero, & omni amplificationis arte in furtum invehitur, non egeſtati, non fami conſulendi: nullo denique ſcopo, vel in ſpeciem bono: niſi forte poteſtatis, vel libertatis umbram quamdam oſtentandi; & ſodalibus connivendi perpetratum. *Pag.* 155.

LIBER III.

AD aetatis ſuae, maliquе genii adultiora progreditur; annos decimumſeptimum, decimumoctavum, decimumnonum, varia ſorte, ut in plurimum turpi, Carthagine exactos Lectorum oculis ſiſtens. In quibus videre eſt Auguſtinum gravioribus lapſibus praecipitem obſcena euntem in vitia; Ciceronis Hortenſii lectione ab illis, cunctiſque terrenis nonnihil avulſum; at inde, quum Divinas Scripturas parvipenderet Manichaeorum tendiculis captum. Matrem tandem tot Filii tragicis caſibus pias, & acerbas profuſam in lacrymas, & quidem ardenti zelo ſociatas; Quam inde tamen Divinum ſomnium, & pii, eruditique Antiſtis reſponſum, quaſi Propheticum in eiusdem Auguſtini reſipiſcentiae ſpem magnam erexit. *Pag.* 287.

LIBER IV.

PUdet ſe ab anno aetatis ſuae decimo-nono uſque ad vigeſimum-octavum Manichaeorum laqueis captum, in eoſque amicos traxiſſe. Detectis inde bonae indolis nonnullis ſcintillis, quibus diſcipulos ſine dolo docuit, concubinae fidem ſervavit, & aruſpicum impietatem exſecratus eſt; dolet ſe Mathematicorum ſuperſtitione pellectum, & amici morte velut in phreneſim actum. Cuius rei occaſione quibusdam de honeſtae amicitiae iuribus: deque circa aetatis ſuae annum vigeſimum-ſextum, aut vigeſimum ſeptimum de *Apto*, & *Pulcro* ſcripto volumine, interpoſitis; iterum pie torquetur, illud expendens: Singulare incomparabile ingenium, quo abſtruſiſſimas Ariſtotelis Categorias, & omnium Liberalium artium libros adhuc adoleſcens, nullo hominum tradente, mira facilitate per ſeſe vidit, & intellexit, in vanum, in malum uſum vertiſſe. *Pag.* 253.

LIBER V.

SE, cunctiſque creaturis in divinas laudes concitatis: undetrigeſimum aetatis ſuae annum proloquitur: quum poſt novennii aberrationes, litterario congreſſu Fauſti Manichaeorum Epiſcopi, doctrinarum omnium apud ſuos Apollinis, vere autem inſignis fabulae ſuas, ſociorumque pla-

Digitized by Google

phaleras doloſis ſpecioſiſſimis declamationibus vendentis, imperitia detecta: coepit ſtultae ſynagogae faſtidire dogmata, quibus plura ethnicorum Philoſophorum anteponerent, quaeve nec a ſummo eius oraculo in bona ponerentur luce, ab emergentibus graviſſimis difficultatibus extricarentur. Interim Carthaginenſium ſcholaſticorum boneſtus homo petulantiam, furoremque pertaeſus, Matre id aegre ferente decepta, Romam verſus, eius adoleſcentes quietius ſtudentes docturus, navigavit. Ubi gravi morbo in ſummo corporis, animaeque periculo poſitus, religioſae Parentis meritis, precibuſque liberatur. Ibi Manichaeorum tum Auditoribus, tum Electis adhaeſit, frigide tamen: utpote quorum infirmam cauſſam iam apud Carthaginem cuiuſdam Helpidii, adverſus eos coram loquentis, & diſſerentis ſermone comprehenderat. Iam Romae inſignis eloquentiae praeceptor innotuerat; cum eiusdem civitatis diſcipulorum non petulantia, ſed fraude in reddenda Praeceptori mercede detecta: curat, obtinetque Mediolani cathedram: ubi Ambroſii, in cuius publicos ſermones curioſitatis, explorandaeque eruditionis, & facundiae cauſſa ſuſpendebatur, nonnullis doctis, & piis ſtimulis punctus, fortius Manichaeorum iugum excuſſit; non adhuc tamen determinato ulli prorſus collum ſubiiciens, ſed Academicorum more inter plura fluctuans: ſtatuit tamdiu in Catholica Eccleſia Catechumenus eſſe, donec certi quidquam eluceret, quo ſuum curſum dirigeret. *Pag.* 317.

LIBER VI.

AEtatis ſuae annum trigeſimum, ex Mediolani exactis primum, plurium nonnihil bonorum, nullius autem omnino matureſcentis fructus parentem exhibet. Matris primo ad ſe adventum, pietatem, in Ambroſii religionem, & placitam modeſtiam & obſequium ediſſerit. Tum quali ipſe animi ſenſu eiusdem Antiſtitis ſobrietatem pudicitiamque, & apud ſaeculum famam veneraretur, atque ſuſpiceret. Tanti viri concionibus, ad populum habitis magis, magiſque a Manichaeis ſe avulſum, inque bonam Eccleſiae Catholicae famam deportatum profitetur; At etiam pluribus ſe in religionis negotio abreptum aeſtibus, quos longis, & gravibus cum eximio Sacerdote mille curis occupatiſſimo collationibus expendere, diſcutere, ſedare minime ſibi daretur. Interim tamen publici eiusdem ſermonibus haud modicum lucis contraxerat, ſalutari pudore ſubfuſus, ac dolens caecis ſe latratibus Eccleſiam Catholicam impetiviſſe: ſacrorumque dogmatum argumenta demonſtrativa peroptaſſe; cum tamen alterius generis coniecturis, momentiſque plura, & graviſſima firmo, & conſtanti adſenſu teneantur. Adhuc tamen honoribus vanitatibus inhians, Dei providentia pungitur, dum publicas recitaturus Imperatori laudes mille timoribus, & anxiis curis opprimitur. Ad amicos inde divertens, Alypii, & Nebridii genus, patriam, indolem, mores, varioſque caſus enarrat. Interim ipſe omnes ingenii ſui vires extendit, ut nedum Manichaeos, ſed Academicos quoque fortiſſimo argumento proſternat; Coniugii tamen delicias adhuc ardenter ambit, earumque aut amoris, aut curioſitatis Alypio, eas uſque modo non magni facienti nonnihil inſerit. Favet Auguſtino Mater, impigreque coniugium curat, quo Filii carnales ſtimuli honeſte temperentur; Pro eo tamen negotio ultima manu expediendo Deum conſulens, reſponſi, certaeque lucis quidquam haud refert. Tales in ſe vero carnales motus minime Auguſtinus ſubiiciens, ab expediendis pulcris honeſtiſque conceptis conſiliis retardabatur. Quale erat illud, pluribus collectis amicis, iunctiſque animis in concordi perennique ſocietate vivendi: muliercularum ſocietatis acriori genio diſſolutum. Immo nihil minus in venerea exaeſtuans, priore concubina a latere avulſa, aliam ſibi mox accerſivit. Adeo vero ut animae immortalitatis, divinique iudicii, aeternis aut gaudiis, aut poenis deſtinantis certiſſima fide tantum coercitus, deterritusque, foediſſimis Epicuri latrinis ſeſe non immerſerit. *Pag.* 373.

LIBER VII.

ADoleſcentia pluribus indecora nominibus horrore ſepulta: ad iuventutis altiora, ad annum ſcilicet aetatis ſuae trigeſimum-primum divertit; cum Deum humana forma minime diſtentum omnino fuſius, genuinum eius conceptum ſibi obiicere ſatagit: at infeliciter, in corporeas formas ſemper recidens. Non vulneri, non plagis, non corruptioni obnoxium Deum: adeoque a ſubſtantia aemula non impetitum; peccatum non in eumdem Optimum, ſed in arbitrium noſtrum revocandum ſatis detexerat. At interim admodum torctus; quomodo voluntas tam bona manu compacta, pro eo quod Parentis egregiam indolem ſequeretur: quaſi adulterina in perverſa, in mala praeceps abiret. Alios etiam non leves in divina Sapientia progreſſus habet: Mathematicorum phaleras ratione, & facto, ſeu experientia edoctus exſufflandas; Deum omnis varietatis expertem; res humanas inſpicere, & alta manu moderari; in Chriſto, atque divinis Scripturis viam ſalutis eſſe bene cognoverat. Effunditur inde in Platonicorum voluminum laudes: in quibus Deum Patrem eiuſque aeternum Filium vix non ita aperte, ut in Evangelio Ioannis pictos reperiit. Quanquam eoſdem libros Filium illum ad nos e Caelo delapſum, abiecta forma, convicio, ludibrioque inter nos converſatum prorſus ignorare libenter fateatur. Haec inter divina luce irradiatus, Dei praeclara quaedam detexit; nihil ſeſe: nihil Deo: nihil univerſo malum eſſe. De Chriſto etiam plura vidit: quanquam circa divinitatem eius ceſpitaverit, ſeu verius, prorſus inſcius primum abierit. Fatetur tandem humilitatis, atque ſalutis viam Platonicis minime cognitam in divinis Scripturis ſe reperiſſe. *Pag.* 437.

LIBER VIII.

AD celeberrimam tandem totius huius hiſtoriae partem: & feſtiviſſimum aetatis ſuae annum trigeſimum ſecundum accedit; Cum honoris & pecuniae immodicis curis ſolutus, feminae deſiderio adhuc inflammatus: Simpliciani doctrina, prudentia pietate venerabilis ſenis graviſſimo adloquio: Victorini eloquentia, & omnibus humanis litteris apud Gentes olim ſummi converſione omnium populorum celebrata linguis, ab eodem Simpliciano aut promota, aut adiuvata, & ipſi graphice picta, ad magnum divinum ſimile quid provocatus; Antonii Aegyptii divinis ge-

geſtis, Monachorum, Eremitarum, & ſimilium caeleſti vita; duorum aulicorum Imperatoris, ex iis, quos Agentes dicunt in rebus, & eorum ſponſarum magnanimo divino voto, & facinore quo nempe animum a terrenis prorſus avulſum ad caeleſtia tranſtulere a Pontitiano Afro eximiae pietatis viro ipſi in familiari ſermone enuntiatis magis concuſſus, & ad imitationem prorſus ardens, in hoſpitii ſui hortulum, Alypio ab eo quoque ad divina inflammato pede poſt pedem ſequente, abſceſſit; ubi poſt graviſſimam, acerrimamque carnem inter animumque luctam: ab Alypio etiam ſemotus; & ſub arbore fici ſtratus: Numinis oraculo, canentis pueri, aut puellae ſymbolo expreſſo, ad lectionem Apoſtoli invitatus, & in quaedam cap. 13. epiſt. ad Rom. ſuae rei admodum conſona offendens: in alium virum prorſus mutatus eſt, & ad Deum converſus; Alypio etiam accuratiſſime in eius ſequelam eunte; Monnica matre divinis gaudiis geſtiente, & triumphante. *Pag. 551.*

LIBER IX.

Actis repenſis Numini gratiis de inſigni converſionis beneficio ſibi collato: reliquum hiſtoriae ad eumdem, & ſequentem annum ſpectantis; nonnullis de Iuſtinae Valentiniani regia pueri matris ab Arianis deceptae in Ambroſium furore atque SS. Gervaſii, & Protaſii caeleſti revelatione detectis corporibus, deque aliis ſaepe intriectis, perſequitur. Tradens primo, non tumultuariae Rethoricae cathedrae ſe nuncium miſiſſe, ſed pauciſſimis, qui ad vindemiales ferias ſupererant, elapſis diebus: ne plurimo populo, ad cuius faciem erat, iactatae fortitudinis ſuſpicionem ingereret. Publico autem magiſterio depoſito, ſe in Caſſiciacum familiariſſimi ſui Verecundi rus cum Matre, ceteriſque domeſticis ſeceſſiſſe: ubi & aliquot ſcripſit libros; & quaſdam etiam ad Nebridium epiſtolas. Interim quidem magnis iam religioſi animi ſenſibus Davidicos Pſalmos excurreos; & aliquando graviſſimo dentium dolore correptus; a quo tamen cum ſuis io genua provultus, mox liberatus eſt. Uſque dum tandem tempore opportuno adcedente, Mediolanum remeavit, & una cum Alypio, & Adeodato ſalutaribus undis mundatus eſt. Ita circumfluebant undique gaudia; Verum eum in patriam reditum parant, apud Oſtia Tiberina iam conſtitutis, Monnica ultimum diem defungitur; qua nimis inſigni iactura mox Auguſtinus oppreſſus, & torctus, lacrymis ubertim inundantibus primo viam infert: liberiori tandem aditum facit. Nunc vero teneris ab unguiculis tantam Matrem Lectorum oculis ſiſtens, plures eius eximias dotes: at potiſſimum prudentiam, fortitudinem, ac pietatem ediſſerit. *Pag. 569.*

LIBER X.

Qui hucuſque de gravioribus, nunc de levibus ſe ad iudicium vocat; Quaerens ſiliert, non quis olim fuerit: ſed ut modo labatur, aut labi poſſit. Et primo quidem Deum, quem amat, indicare cupiens, terram, mare, ſtellas, & ſimilia, ſe facta ſuis ipſorum vocibus mox clamantia concitato eloquio excurrit; Addens nec vegetativa, nec ſenſitiva facultate ad Deum perveniri poſſe. Inde ad memoriam, in cuius multiplicibus, atque ſtupendiis celebrandis functionibus totus ſpatiatur; Habes enim ex illa, tumultu nullo emergente, atque rebus ipſis propulſatis, omnium ſenſibilium imagines, Praecepta Liberalium doctinarum, Numeros Dimenſioneſque ſecundum veritatem, & prout juxta propriam naturam conſiſtunt. Actus quoque & affectiones corporis & animi: non quidem eo modo, quo olim inſederunt, ſed alio plane diverſo. Ex memoria denique ipſius etiam oblivionis ſpeciem habes. Licet vero tam ſtupenda inſit memoriae vis, adhuc eam utpote hominibus, brutiſve communem tranſcendendam, ut ad Deum perveniamus, ſubſumit; Interim tamen libenter admittens, ad idem negotium eam utilem, ac etiam neceſſariam eſſe; maxime cum ſit Deus beata vita, quam non amaret quis, niſi in antreceſſum noviſſet. At quicunque ſint affectionum animi; & ſimilium ſplendores, adhuc talibus praeſtat Deus, illa enim mutationi ſubiacent, cuius Deus prorſus eſt expers. Nunc propius Auguſtinus ad animi ſui languores; quos antequam exponat, ingenue, & docte praefatur: ex eo quod Deo non exactiſſime adhaereat, variis humanae vitae fluctibus agi. Et primo quidem, carni ſe integra mente renuntiaſſe, non diffitetur: at ea ipſa, quam vigilans ſpernit, dormiens impetitur. Tum ubi ſit adhuc nonnihil infirmus, ubi prorſus ſanus; quid ſibi, quid omnibus periculoſum. Non ita conſtantiſſime ut ab ebrietate, a crapula alienus. Odorum, ſonumque non adeo, admodum vero rerum ad viſionem ſpectantium illecebris, utpote late ſparſis, pellectus. Ad ſubtiliora procedens, nimis aptum ad mortales capiendos reticulum ſibi videri dicit oculorum curioſitatem, quatenus ea ſciendi pruritum intelligimus. Item: licet honeſte, ac etiam religioſe poſſis velle ab hominibus diligi, & pluris haberi: adhuc appetitum hunc malo, aut levi intercurrente fine facillime poſſe inquinari; quos inter ſcopulos qualis ipſe incedat definire non audet: illud tantum enuntians, ſe nonnihil laudibus, plurimum autem veritate delectari. Quam autem ex hac ipſa materia latens, atque ſubtilis animabus paratur laqueus! dum enim cum aliis poſiti, gloriae contemtum oſtentamus, non raro ipſam inanis gloriae auram ſequimur. Ab his etiam gloriam prenſantibus haud longe ſunt qui aliorum gratiam non admodum curant, ſed interim typho quodam ſibimetipſis blandiuntur. Poſt haec per digreſſionem redit momento ad antiqua, & fatetur Dei amicitiam nunquam ſe parvi feciſſe: at cum niteretur ipſum creaturis ſociatum tenere, merito amiſiſſe. Tot reticulis aut captus, aut deterritus, Chriſti ſubſidium invocat, hic enim verſus propriuſque Deum inter, hominesque mediator, cui prorſus fidere poſſis; multi enim Angelorum bonorum viſiones prenſantes, ab angelis malis decepti ſunt. *Pag. 659.*

LIBER XI.

Cum Deum nihil lateat: profitetur Auguſtinus ei ſe tot rerum narrationes digerere, ut ſuam atque legentium pietatem excitet; Iam autem rerum ſuarum hiſtoria conſummata, S. Geneſeos exordium, primo vero circa Caeli, Terraeque creationem, divina luce implorata, diſcutiendum adſumit. Et quidem omnia a Deo ſe facta mox clamant. Quae etiam novimus minime

ex praeexſiſtente materia, ſed ex nihilo per Verbum, quod & loquitur nobis, quodque etiam Sapientiam appellamus, educta. Primum vero nugatorum magna pompa diſputantium, qua actione Deus ante mundi creationem otium rumperet, petulantiam frangit; haud dubitans talibus Divinae actionis naturam ignorantibus dare, ante Caeli, Terraeque opus nihil Deum feciſſe. Immo cauſſam, & ſtuam eam diſputationem cenſet, quae temporis hypoteſim trahit: cum tamen illud antequam Deus quidquam faceret, ut vel ex ipſis verbis liquet, non eſſet. Inde metaphyſicarum rerum Doctor ad reconditam abſtruſamque temporis naturam ampla diſputatione expendendam; Primo novum illud retegens, nonnihil oſcitanter nos tempus aut longum, aut breve praedicare: praeteritum quippe abiit: futurum nondum acceſſit: praeſens vero nullam extenſionem patitur. Hinc etiam utcunque implexum cenſet, ut praedicantur futura: ſi enim videntur, iam ſunt praeſentia; niſi forte non tam ipſa, quam eorum cauſſas, & ſigna intueamur. Poſtmodum ad abſtruſiora accedens, diſputat quae ſit temporis menſura, utut illud protendatur. In quo maxime occurrit caeleſtium corporum motus qui in temporis naturam ire videtur. At ſi quid ex hac re tali diſputationi lucrum, potius id inſpicendum eſt, quo motum ipſum metimur; Nec a vero prorſus abhorret, hominum animum, vel memoriam temporum eſſe menſuram. Ut vero Auguſtinus maxime religioſus eſt, philoſophica illa diſputatione abiecta, ad Deum animum ſuum, & Lectorum colligit: ille enim aeternitatem gerit, & nullam creaturam, etiam temporum iuribus eminentem coaeternam habet; praeterita vero, & futura longe altiori ratione ac nos intuetur. *Pag.* 765.

L I B E R XII.

EAdem Geneſis verba: *In principio fecit Deus caelum, & terram &c.* interpretationem inſequitur; iisve concitatus, plurima detegere ambit. Habes mox bipartitum caelum, bipartitam & terram. Hinc de incompoſita materia, & abyſſo tenebris obſita, terrae nomine ſignificata; Deque informi, quod olim, rem levius adtendens, male pictum, ac foedum credebat. Rem inde diſputandam colligens, obiicit ſibi caelum, terramque velut duo, quorum primum ſummum, alterum infimum; utrumque a Deo compactum; adeo vero ut ex materia ad nihili fines poſita cuncta Deus eduxerit. E levibus autem ad maiora procedens, Caelum caeli ſpiritualem creaturam, Conditori equidem minime coaeternam, at ſupra temporum viciſſitudines poſitam interpretatur. Neve pluribus, quae turmatim ſe diſputationi ingerunt, obruatur: prodit quae certa iam ſcientia deprehenderit; puta Deum eſſe immutabilem: omnia, excepto peccato, quod nec ipſi, nec eius dominio nocet, in Deum revocanda. Quibus praeiactis: ſtatuit duo temporis principatum eludere, Angelum, & informem materiam. Quoniam vero Divinorum eloquiorum generalis notio haud importune hic deſiderari poſſet: docet primum, hanc non levem eorumdem laudem eſſe, ut mira profunditate deliteſcant, & ſimul parvulis vulgari ſuperficie blandiantur. Tum ad innumerabiles in illis latentes doctrinas: quod ut ſenſim digeret, certis a dubiis ſemotis: profitetur ſe cum duris illis diſputatoribus nolle conferre ſermonem, qui aut nimis manifeſta ad quaeſtionem vocant, aut non prorſus Moſi fidunt. Pii ergo, atque ingenio mites accedant; hi autem de Angelo, ac terra informi ſtatuta haud improbabunt; at forte contendent, caeli nomine Angelum terrae informem materiam Moſem ſignificare noluiſſe: qua de re varia offert aut data, aut danda iudicia: ipſe interim Chriſtianam concordiam maxime penſans, litigio parcens. Nec tamen ſententiam, auro ſcribendam tacens, quaelibet non mala iudicia, ſi non a Moſe, a Spiritu-Sancto praeintendi potuiſſe. Sed & hic, ut eſt confertus doctrinis, quae haud negari poſſunt, varios commentarios illis verbis, *In principio fecit &c.* & aliis, *Terra autem erat inviſibilis*, facile aptandos enumerat, & etiam diſcutit. Illud tantum maxime volens, ne falſa aut doceamus, aut a Moſe docta ſuſpicemur. Commendans etiam, ne ita fidenter praedicemus, hanc, vel illam ſententiam potiſſimum a Moſe inſpectam: ſed curandum ut vera, & Spiritu-Sancto digna ſtatuantur: quandoquidem, iuxta dicta, unus Scripturae ſinus plurimos poteſt partus gerere. Nec renuit alias expoſitiones initio Geneſeos a bonis, vel malis hominibus dandas exhibere; quarum item, exceptis carnalibus, nullam contemnendam monet: praeferendam tamen luce veritatis, & fruge utilitatis inter ceteras eminentem. Uſque dum tandem ſermonem colligens, apertioribus verbis praedicat: non contendendum quid Moſes ſenſerit, cum innumeras, & etiam omnes verbis ſuis cohaerentes aequas ſententias voluerit. Licet interim ipſe Auguſtinus ad maxime inſpectam utatur. *Pag.* 827.

L I B E R XIII.

HUcuſque pius: deinceps piiſſimus: fere quidquid diſputatum eſt, novis additis, religioni conſecrat, & in Dei laudem vertit. Divini brachii, cui ipſe, creatura tum corporalis, tum ſpiritualis, informis, & formata plurimum debent, ſubſidio invocato; levi quidem, ſed ampliori manu Geneſeos exordium tractans, Patri, & Verbo Spiritum iungens, Trinitatis myſterium evincit; mox addens divinos eiusdem Spiritus fructus: quamque peculiari ratione, quod aliis Perſonis haud denegat, ſuper aquas ferri dicatur. Inde ad Myſtica plura de Spiritu, ac Trinitate; de Baptiſmate; Fide, & Spe; Caeloque Firmamenti; plurima vero de Terra, & Mari. Ad myſticas quoque ſeu allegoricas interpretationes aves, piſces, & cetera animantia deducens. Tum de arcana Dei benedictione, homini, piſcibus, & volatilibus, non item ceteris creaturis impertita; De feno, & omni ligno, quod ſativi ſeminis in ſe fructum habet; Deque piſcibus, & cetis iterum allegorice acceptis. Detecto exinde arcano, cur poſt verba illa *bonum eſt*, ſepties repetita, poſtremo, velut maiori plauſu, additum ſit, *valde bona*; de Dei potentia, & creaturis male ſentientes perſtringit. Ad finem tandem accedens, Dei opera compendio exhibet: iiſque omnibus Factoris gloriam gigni & augeri ambit. Allegoriarum autem fructu inducto; ad myſticam, altiſſimam, finis inſciam, ex actibus noſtris divino ſubſidio genitis, & roboratis, poſtque eos acceſſuram Beatam Pacem aeſtuantem animum adiicit. *Pag.* 903.

Digitized by Google

I N D E X
RERUM GRAVIORUM
QUAE IN COMMENTARIIS OBSERVANTUR.

Litera l. ſignificat Librum: *c.* Caput: *a, vel alia litera ſignum* Commentarii: *n. longioris* Commentarii numerum.

A

ACademicorum mens obſcura, & implexa: adeo quod nec ipſi forte ſcirent quid vellent. *l. 5. c. 19. g.* Eas Auguſtinus libris tribus impugnavit. *ibi.* Academicis nunquam proprie & ſerio ſe iunxit Auguſtinus. *c. 14. d.*

Adae peccatum fuit in ſpecie ſuperbiae. *l. 2. c. 2. e. & l. 7. c. 21. f.* Sophiſtica Scoti opinio Adamitici peccati ſpeciem conſtituendam eſſe in nimia quadam amicitiae adfectione. *ibi, n. 1.* Adamo non peccante, adhuc forte ſpinae fuiſſent. *l. 2. c. 2. m.* Admodum tamen probabile eſt, peccato Adae ſpinas, quae & in Innocentia extitiſſent, fuiſſe in immenſum multiplicatas. *ibi.* Prae-Adamitarum ſomnium ab omnibus reiectum. *l. 1. c. 23. e.* Fructus quo Adam & Eva capti ſunt opinione noſtra non amplius habetur. Et fortaſſe omnes Paradiſi fructus a noſtris diverſi fuere. *ibi in fine.* Adamo non peccante, Sacramenta proprie talia non fuiſſent. *l. 13. c. 20. g.*

Admiratio ut ignorantiam involvat. *l. 2. c. 9. b. n. 1. l. 7. c. 27. a. & l. 13. c. 21. f.* Quomodo Chriſtus ſit admiratus. *ibi, n. 1.*

Adulterium deteſtabilius videtur in Viro, ac in Foemina. *lib. 9. c. 9. b.* In quo tamen Virorum impotentia paſſim enormis iuris inverſio obſervatur. *d.*

Aeneam Romam veniſſe admodum incertum, & forte falſum *l. 1. c. 13. q.* Portaſſis non Troia a Graecia, ſed haec ab illa victa eſt. *ibi.*

Agapen, ſeu Conviviorum uſus. *lib. 6. c. 2. a.*

Agentium in rebus munus olim longe nobiliſſimum, eiuſve quinque gradus. *l. 8. c. 6. k.*

Aloyſius Grotus. V. *Caecus Hadrienſis.*

Alphonſus Toſtatus, vir ampli ingenii, & omnium propemodum ſcientiarum capacis: at minus cauti, perperam adſerit Auguſtini ſententia plures ex ethnicis Philoſophis aeternam ſalutem adſequutos. *l. 7 c. 9. n.*

Alypius fuit corpore brevis. *l. 6. c. 7. b.* Ordinatus Tagaſt. epiſcopus ante Auguſtinum. *e.* De eo quaedam ex Cardinali Noriſio. *ibi.* Hiſtoria de Alypio ab Auguſtino promiſſa, ea videtur quae occurrit in his Confeſſionibus. *l. 6. c. 7. a. & l. 9. c. 6. b.*

Ambitio filia ſuperbiae. *l. 2. c. 6. f. n. 1.* Eius effectus, Tremor, & Anxietas. *l. 6. c. 6. d.*

Ambroſius (S.) Auguſtino requirenti de ieiunio ſabbati reſpondet graviſſime. *l. 3. c. 8. b. & l. 6. c. 2. b.* Eius ſex libri de Sacramentis nonnihil dubii. *ibi.* Perperam ab haereticis iniuriis laceſſitus *l. 5. c. 13. d.* Vindicatur adverſus Pherepoenum. *c. 14. b.* Monnicam magnis laudibus celebrat. *l. 6. c. 2. b.* Renuit forte tergiverſatione prudenti cum Auguſtino de controverſiis Polemicis diſputare. *l. 6. c. 3. d.* Hymni ab eo compoſiti. *l. 9. c. 7. e. & c. 12. k.*

Ambroſii Staibani Erem. Auguſtin. pingues errores. *l. 9. c. 3. f. & g. c. 6. h. c. 8. m. c. 11. n. & c. 12. e.*

Amicitia animorum coniunctio. *l. 2. c. 5. b.* Eius laudes. *ibi.* Amicitia peccatorum nunquam perfecta. *l. 4. c. 4. a.* Amicitiae quae talibus ineſſe poteſt, ſummos apices adtigit Auguſtinus. *ibi in fine, &c.* Amicitia Oreſtis & Pyladis. *c. 6. c.* Amicitia diſſenſione rara & leni potius conditur: & quare. *c. 8. e.* Non vera amicitia ubi non eſt familiaritas; abeſt autem familiaritas a ſuperbo. *l. 8. c. 8. d.*

Amare Deum, amicum in Deo, & inimicum propter Deum, Chriſtianae perfectionis excellentiſſimum compendium eſt. *l. 4. c. 9. a.* Amor impudicos inquietus: honeſtus pacificus. *l. 5. c. 1. b.* Redamare honeſte amantem, debitum. *l. 4. c. 9. a.* Amor filiorum erga parentes non tantus, ut horum erga ipſos. *l. 5. c. 8. i.* Amor & cholera vel fervor plerumque coniuncti. *l. 9. c. 9. e.* Amare conſanguineos & amicos (dummodo ubique praeferatur Deus) & in eorum obitu moderatione plangere, nullum peccatum, immo res admodum honeſta eſt. *c. 12. m. & n. n. 2.* Amor ponderis nomine ſignificatus. *l. 13. c. 9. b.*

Anaximenes abſtractae mentis philoſophus in foveam praeceps ruens, ibi vitam finivit. *l. 10. c. 6. e.* Quidquam autem non admodum diſſimile accidit Thaleti. *ibi.*

Angelorum immenſus numerus non admodum conſtat. *l. 2. c. 2. b. n. 2.* Angeli, iuxta Auguſtinum, creati ſunt ante mundum viſibilem prioritate naturae, non temporis. *l. 3. c. 6. k.* De quo Auguſtini aetate tuto in utramque partem diſputabatur. *ibi.* Forſaſſis nec aetate noſtra ad Catholicam doctrinam id ſpectat. *ibi, n. 1.* De quo tamen imprudenter loquitur Vaſquez Ieſuita. *ibidem, n. 2.* Sed & quo praeciſo tempore creati ſint, incertum videtur Augu-

ſtino. *l.* 12. *c.* 9. *c.* Angelus nomen eſt officii, non naturae. *l.* 6. *c.* 5. *i.* Angelos ſubtiliſſimo praeditos corpore; plures Patres opinati ſunt. *l.* 10. *c.* 42. *c.* & *g.* & *l.* 12. *c.* 55. *a.* Quod forte non adhuc expreſſo ſolemnique Eccleſiae iudicio improbatum eſt. *ibi.* Angelus in primo inſtanti ſanctus citra meritum, ut malus eſſe non poſſet; in ſecundo arbitrio & merito ſanctitati adhaeſit; inde ſanctitatem adeptus mutationis expertem. *l.* 12. *c.* 9. *b.* Angelus tum bonus, tum malus ab eo quod ſemel arbitrio elegit nunquam divellitur. *ibi.* Non cognoſcit & mediatur per ſpecies a rebus acceptas: adeoque non cognoſcit per ſpeculum & in aenigmate *c.* 13. *b.* *n.* 1. Angelis omnibus vix creatis beatitudo ab Auguſtino adſerta, media quaedam eſt inter naturalem, alteramve Comprehenſorum propriam: ſimilis utcunque illi, quam eximiae ſanctitatis viatores nonnulli adepti ſunt. *c.* 13. *c.* *n.* 2. Quo loco Angeli creati ſint, Auguſtinus non reſolvit. *ibi*, *n.* 3. In Angelis & in quacumque alia creatura datur aliqua ſimilitudo materiae. *c.* 19. *b.* Angelorum creatio cur a Moyſe omiſſa, variae Theologorum iudicia; omnium autem graviſſimum illud eſt, quod ex Moyſis ſcopo petitur, qui erat de viſibili tantum orbe dicere. *c.* 22. *c.* & *l.* 13. *c.* 3. *a.* Angelus & bonus & malus vix conditus, mox ſanctificanti, ſeu habituali gratia ditatus eſt. *l.* 13. *c.* 2. *c.*

Angeli (P.) Formentini Senenſis Carmelitae de Obſervantia, Concionatoris (ut magna pars ſui aevi) admodum rudis ſomnia expugnantur. *l.* 1. *c.* 12. *c.*

Animae etiam religioſae in aliquem ex his duobus ſcopulis impingunt non raro; Aut enim advertentiae defectu labuntur; Aut conniventiae exceſſu maculas ſubditorum participant. *l.* 1. *c.* 5. *e.* Animam concernentes errores varii. *c.* 6. *b.* Anima a mundanis ad aeterna converſa prius debet vanas illecebras dulcedini divinae poſtponere: exinde valide Deum diligere; & tandem aequo animo parique ratione & blandimenta & flagella amplecti. *c.* 15. *c.* Animae quaedam deceptae licet non doctrina, facto tamen levibus culpis poſthabent graves. *c.* 18. *a.* *n.* 2. Aliae propriam quietem divinae umbris contegunt. *l.* 2. *c.* 6. *b.* Animae ſublimioris pietatis in divinae gratiae plurimum, in terrenorum bonorum iactura minimum proximis miſerentur. *l.* 3. *c.* 2. *d.* Similibus Animabus conſulendum & imperandum, ut familiares res aliquoties abiiciant, aut aliis commutent, ut ſic deprehendatur, an dum in poſſeſſione eſſent, nimio earum amore tenerentur. *l.* 4. *c.* 6. *b.* & *l.* 10. *c.* 32. *b.* & 37. *a.* Animarum utcunque piarum gravia quaedam praeiudicia. *l.* 6. *c.* 2. *f.* Animae ſublimis pietatis maximis flagellis a Deo exercentur. *c.* 3. *b.* Earum ſecretiora homines ſaeculi nec intelligere, nec conniicere poſſunt *c.* Animae Immortalitas egregiis (ut fieri poteſt) argumentis ab Auguſtino ſtabilitur. *c.* 11. *c.* & *f.* Quam immortalitatem nobiliores Philoſophi agnovere. *c.* 16. *d.* Animae eximiae pietatis caeleſtia delibant ſapore, qui explicari non poteſt. *c.* 13. *b.* Animarum quas Deus ad peculiare foedus vel traxit, vel praeparat voluptates & proficui aeſtus hominum linguis explicari non poſſunt. *l.* 7. *c.* 7. *c.* Animae eximiae pietatis in hac vita divinae beatitudinis portiunculas quaſdam experiuntur. *l.* 10. *c.* 22. *a.* Improbant laetitiam quamcunque humana proſperitate genitam. *c.* 28. *b.*

Animalium omnium minimum ſuperat perfectionem cuiuscunque corporis etiam caeleſtis. *l.* 13. *c.* 2. *b.*

Apollinaris haereſis. *l.* 7. *c.* 19. *b.* Duo Apollinares, Pater, & Filius, *ibi.* Obſcura eorum hiſtoria. *ibi.*

Arati Poetae ſententia. *l.* 1. *c.* 4. *n.* Eius ſententia a Paulo laudata. *l.* 7. *c.* 9. *b.*

Aretii in Tuſcia extat Amphitheatrum ex illis fortaſſis, quae *Navalia* appellabant, *l.* 6. *c.* 8. *c.* *in Digreſſ.*

Ariſtoteles in quibusdam nimis obſcurus, *l.* 1. *c.* 17. *f.* *n.* 1. & *l.* 4. *c.* 16. *d.* Fuerit ab aeterno Mundus, nec ne dubitavit. *l.* 11. *c.* 13. *c.*

Aſtronomus orbem caeli potiſſimum; Aſtrologus confidentia caelo aſtra meditatur. *l.* 5. *c.* 4. *b.* Non raro tamen Aſtronomia cum Aſtrologia confunditur. *ibi.*

Avaritia prodigalitate turpior. *l.* 2. *c.* 6. *i.* Seſe quidem grave peccatum eſt; at re vera quam ſaepe leve. *k.*

Audaciae, non fortitudinis eſt patentiſſimis periculis ſe exponere. *l.* 6. *c.* 8. *c.*

Averſa (P. Raphael) Clericor. Regular. Minor. Generalis Praepoſitus phantaſticam opinionem de immenſis ſpatiis imaginariis, in quibus exiſtat Deus velut certam amplectitur & defendit; iactans etiam Auguſtini auctoritatem. Impugnatur. *l.* 11. *c.* 2. *f.*

Auguſtinus ſequitur, potiſſimum in Expoſitione Pſalmorum verſionem Lxx. *l.* 1. *c.* 1. *a.* Optime exorditur ſuum hoc Opus. *ibi.* Semper occupatiſſimus. *c.* 2. *a.* Ortus, Patria, Parentes, Fratres, Conſanguinei. *c.* 6. *d.* *n.* 1. 2. & 3. Univerſa eius Familia inſigni ingenio praedita. *n.* 4. Eius genus eximium, ſeu nobile. *n.* 5. Adfinis Romaniano. *ibi.* Non admodum dives. *n.* 6. Quando vocatus *Aurelius*. *n.* 7. In Auguſtino eximium ingenium, & memoriae felicitas. *c.* 9. *n.* 1. Optime & religioſe educatus. *c.* 12. *a.* & *ſeq.* Antitheſes quaedam verborum in eundem ſonum cadentes poraſca ipſi familiares ſunt. *b.* Quae ex eius ſolerti, veloci, & amplo ingenio natae videntur. *ibi.* Delicato corpore praeditus. *c.* 11. *f.* Non admodum brevis corpore. *c.* 12. *c.* De eius corpore fabulae. *ibi.* Fuit corpus vix nonnihil ad brevitatem tendens. *ibi*, *n.* 2. Bonae ſpei puer appellatus. *c.* 16. *n.* Nunquam ſe inquinavit aliquo ex iis peccatis carnalibus, quae infamiam inducunt: ſed tantum fornicatione ſimplici, quae ſecularem nominis claritatem non maculat. *l.* 2. *c.* 2. *f.* Cur aliquoties ſermo eius laxus & profuſus. *l.* 2. *c.* 3. *c.* Eius indoles candida. *l.* 2. *c.* 10. *c.* & *l.* 3. *c.* 2. *f.* Quo anno petierit Carthaginem. *l.* 3. *c.* 1. *a.* Pervenit ad conſummatum peccatum carnis, & generat Adeodatum. *g.* A Parentibus Curiae, ſeu foro litigioſo deſtinatus. *lib.* 3. *c.* 3. *c.* Rapitur Ciceronis Hortenſio. *c.* 4. *b.* Paganorum a ſcholis etiam honeſtis amore nominis Ieſu retrahitur. *d.* Scripturae Sa-

crae

erae Tullianis collatae, ex ſtyli ruditate ei vileſcunt. c. 5. a. Incidit in Manichaeos. c. 6. a. Manichaeorum *Auditor*, nunquam *Electus*. *ibi*. *Ibi & in ſeq. varia de eiſdem Seductoribus*. In Aug. ſemper incredibilis amor veritatis. g. Aug. nomen (ſi humano more loquamur) ex eo quod aliquando Manichaeis adhaeſerit, potius illuſtratur. *ibi*. In his Confeſſionibus ab hiſtoriae exacto ordine non raro digreditur. q. Factus Manichaeus decerptam ficum plorare credebat: non tamen firmiter. c. 10. a. Errores in quos Manichaeus impegit, eius naturalis ingenii famam non laedunt. b. Varios Catholicos facit ad aquas haerere. c. 12. c. Quos in Manichaeorum rete traxerit. *ibi*. Anno aet. 28. Fauſti adventu a Manichaeorum laqueis ſolvitur. l. 4. c. 1. a. Docet diſcipulos diligenter atque fideliter. c. 2. c Servat concubinae thori fidem. d. Haruſpicem ex honeſtate propulſat. e. Incumbit ſtudiis & exercitationibus Mathematicis. c. 3. a. Eosdem Mathematicos confutat. *ibi*. Recipit a Vindiciano coronam agoniſticam. e. Retrahitur a Genethliacis, tum a Vindiciano: f. & ſeq. tum a Nebridio: k. Supra fidem benevolus. c. 4. c. & i. Redit Carthaginem an. aet. 21. c. 7. e. Scribit de Pulcro & Apto. c. 13. d. Libri illi amiſſi ſunt Auguſtino vivente. e. Auguſtini certe non eſt Commentarius in Cathegorias Ariſtotelis. c. 16. b. Auguſtinum Logicae fuiſſe diſcipulum, falſa traditio. *ibi*, n. 1. In Dialectica excellentiſſimus. *ibidem*. Philoſophus conſummatus. *ibidem*, n. 2. Removet Deum a Praedicamentis. e. Ipſe forte Categorias primo *Praedicamenta* appellavit. f. Omnes Liberales artes una lectione didicit; alios docuit; & ſpecialibus libris dilucidavit. k. Credebat idem paſſim contingere cuique non admodum hebeti. o. Fauſtum 33. libris impugnat. l. 5. c. 3. a. Ex eius ſcriptis omnia Philoſophiae peritum ipſum agnoſcimus. b. Eius bonae indolis argumentum. c. 7. c. Aliud eiusdem rei. c. 8. b. Item aliud. c. Anno aet. 29. Romam pergit. n. Quo peculiari loco Romae commorans Rhetoricam docuerit, refert Cornelius Lancillottus. *ibi*, *in fine*. Eloquentia admodum floruiſſe oſtenditur. c. 13. b. Pergit Mediolanum an. aet. 30. c. Nunquam revera Academicus. c. 14. d. Poſtulat ubique demonſtrationes acerrimas. l. 6. c. 4. c. Orationem Imperatori recitatam utpote mendaciis ſcatentem vix converſus forte proſcidit. c. 6. a. Quo anno ordinatus epiſcopus. c. 7. c. Argumentum bonae eius indolis. g. Vindicatur a cenſura Melchioris Cani. c. 11. f. Gratiſſimus & humillimus. c. 14. a. Egregii iudicii. *ibi*. Non quaecunque a Manichaeis propinabantur ſorbebat. c. 16. b. Cura quibusdam talis exiſtimatus velut ex Gentibus ortus. l. 7. c. 9. i. Non videtur ab Auguſtino improbari creaturam permanentem fieri potuiſſe ab aeterno. c. 15. c. & l. 11. c. 30. d. Auguſtini exemplar & potiſſimus magiſter Paulus. c. 21. a. De Auguſt. dubiae quaedam traditiones. l. 9. c. 2. g. Non peccavit differens renuntiare cathedrae Rhetoricae. m. Eius Commentarii in Pſalmos laudantur, & defenduntur. c. 4. d. n. 2. Ab Auguſt. filium genitum ingenio ipſi aequalem aut ſuperiorem, nullum monumentum probat. c. 6. d. Auguſtino & Ambroſio canticum, *Te Deum* haud immerito tributum. g. Utrum Oſtia petens, per Piſanos montes tranſierit, incertum. c. 8. c. n. 1. Incertum etiam, utrum prope Centum-cellas ei Angelus pueri forma ſe obiecerit. n. 2. Auguſt. Epiſtola ad Sororem citra controverſiam ſpuria eſt. c. Probabilius eſt non vidiſſe divinam eſſentiam. c. 10. a. & b. E Mediolano Oſtiam: ex hac Romam petiit. b. Optimae indolis, erga Matrem obſequioſiſſimus. c. 12. d. Plorans in morte Matris, nullo modo peccavit. c. 32. m. Confeſſiones ſcribens, pium Fratrum deſiderium ex humilitate eluſit. l. 10. c. 4. a. Iunior Semipelag. errore captus eſt. c. 29. a. n. 2. Eum tamen feſtinanter abiecit. *ibi*, n. 4. Aliquoties paululum exceſſit in cibo; & id crapulae nomine intelligit. c. 31. d. Fuit a pruritu vindictae alieniſſimus. c. 36. n. Famam ſuam cursvit, quod videret eam ſubiecto Gregi neceſſariam. b. Cum amaret diſcere, & odio haberet docere: compulſus eſt ſemper docere, nunquam alios audire. c. 38. a. Habuit ante converſionem conſuetudinem iurandi. c. 39. a. n. 7. Importunitate, ac piorum violentia ad Presbyteratum & Epiſcopatum promotus. *ibi*, n. 9. Non omnimodo inſcius linguae Hebraicae. *ibidem*, n. 14. Prorſus autem calluit Graecam. *ibid.*, n. 15. Epiſcopus ordinatus ſuperſtite Epiſcopo ordinario, quod vetabatur octavo Nicaeni Concilii canone; in quo tamen ipſe nec minimam culpam habuit. *ibidem*, n. 16. Non tam hiſtoricum quam theologicum ſenſum in S. Scriptura diſcuſſit. *ibidem*, n. 17. Inſtituit duas Religioſas Societates: primo Eremiticam: ſubinde alteram Canonicorum Regularium. Eremiticam vero & ipſe profeſſus eſt. c. 43. b. Nedum Epiſcopalibus, ſed & aliis oneribus gravatus. l. 11. c. 2. b. Poſtulat otii quidquam ab Epiſcopalibus curis pro magnis ſtudiis digerendis. c. Cenſuit aliquando, haereticos nunquam ad Eccleſiam poenis trahendos. g. n. 14. Eius aetate nondum a creatione Mundi ſex annorum millia elapſa erant. c. 13. c. n. 1. Perſpicaciori oculo ac paſſim Ariſtoteles & alii Philoſophi naturae arcana diſcuſſit. c. 14. a. Quae exacta & manifeſta demonſtratione mox ſtabilire non valebat, ea (modeſtiae fere exceſſu) ſe neſcire praedicabat. c. 18. b. & c. Incredibilis eius humilitas. c. 25. a. Auguſtinum ſaepe diſputare, non definire, conceditur; At id in eius laudem vergit. l. 12. c. 1. n. Non mordicus aſſerit, dies in Mundi creatione elapſos fuiſſe Angelicos, ſeu non naturales. c. 12. b. Ea autem opinio, etſi non ut certa, obſequio excipienda eſt. *ibi*. Auguſtinus mira facilitate & elegantia explicat abſtruſa Philoſophiae arcana, quae obſcure & barbare, & nonniſi pluribus paginis vetuſtioris ſcholae nedum alumni, ſed & Duces quidam dixere. c. 29. a.

Auguriae qui eſſent. l. 4. c. 14. c.

Ba-

B

BAbiloniae nomen a turri Babel. *l.* 2. *c.* 3. *o.* Ex ea venturus Antichriſtus. *ibi*.

Baius erravit: at ſerio reſipuit. *l.* 1. *c.* 1. *g. n.* 7. Eius hiſtoria compendio exhibita. *ibi*.

Balaenae ſaepe *Cete* nomine ſignificatae. *l.* 13. *c.* 20. *c.* De Balaenarum magnitudine quaedam occurruot apud Scriptores etiam graviſſimos, quae vix non fidem ſuperant. *ibi*.

Balneorum natura, ſpecies, decentia, utilitas &c. *l.* 2. *c.* 3. *g.* Etymologia. *l.* 9. *c.* 11. *b.* Qua ratione triſtes ſolentur. *ib.*

Baptiſma prima Tabula ſalutis: Poenitentia ſecunda. *l.* 1. *c.* 16. *b.* Conferri poteſt infirmo rationis uſu deſtituto, ſi in anteceſſum deſiderii ſigna proderat. *l.* 4. *c.* 4. *e.* Poſt Baptiſma patrata peccata, eiusdem Sacramenti virtute aut memoria deleri, ab Auguſtino non adſtruitur, ſed evertitur. *l.* 9. *c.* 2. *n.* Baptiſma triplex eſt: *Fluminis*, *Flaminis*, *Sanguinis*; Quodlibet ex illis ſat eſt ut ingrediamur in Regnum Caelorum. *l.* 13. *c.* 21. *a.* *ubi alia quaedam de Baptiſmate.*

Baſnagii (Samuelis) enormis lapſus. *l.* 8. *c.* 6. *c.* Eius quidam nodi diſſolvuntur. *l.* 9. *c.* 7. *c.*

Beatorum felicitas aequalis & inaequalis ſecundum diverſas rationes. *l.* 5. *c.* 4. *a. in fine.* Beatitudinis eſſentia Auguſtini & graviorum Theologorum iudicio in actu intellectus conſiſtit. *l.* 10. *c.* 23. *a.* Beati ex vi clarae viſionis impeccabiles ſunt, & quidem ab intrinſecis &c. *l.* 11. *c.* 15. *b.* Forte nunquam poſſunt Dei amorem intermittere; at certe ſi amare velint, Deum amare coguntur. *c.*

Benevolorum metamorphoſes. *l.* 3. *c.* 1. *b.* Benevoli non poſſident, ſed poſſidentur. *c.*

Berti (Ioannes Laurentius) Erem. Auguſt. vir acris ingenii, & integerrimae Fidei. *l.* 1. *c.* 1. *g. n.* 10. *& alibi*.

Biantes philoſophus e patria flammis abſumta ſecedeoa, inquit: *Omnia bona mea mecum porto*. *l.* 6. *c.* 10. *f.*

Boetii (Severini) praeclarum monitum. *l.* 1. *c.* 13. *m.* Non ipſe primus qui Categorias appellaverit *Praedicamenta*. *l.* 4. *c.* 16. *f.* Quo anno obietit. *ibi*. Plura ab Auguſtino depromſit. *ibidem*.

Bonifacii (S.) epiſcopi & martyris ſententia graviſſima & cedro digna. *l.* 9. *c.* 7. *b.*

Burnetius (Thomas) haereticus pro ſua conditione minime peſſimus; Eius opinio de magnis corporis noſtri viciſſitudinibus impugnatur. *l.* 1. *c.* 6. *n.* Ut etiam magnus eiusdem error de Corpore Chriſti & Beatorum in Caelis. *l.* 9. *c.* 3. *c.* Alter quoque de Beatitudine uſque ad diem Iudicii univerſalis differenda. *c.* 3. *b.* Vindicatur item contra eumdem Purgatorii exiſtentia. *c.* 55. *c.*

C

CAecus Hadrienſis (Aloyſius Grotus) vir literarum, qui videndi facultatem octavo ab ortu die amiſſam ingenii felicitate ſupplevit; eius ſermo de ſympatiis. *l.* 1. *c.* 1. *g. n.* 1. Eius oratio adulatione inquinata. *l.* 6. *c.* 6. *b.* Eius laudes. *ibi*.

Caelum caeli plurium Patrum, Theologorum, & Philoſophorum iudicio in SS. Scripturis Empyreum ſignificat. *l.* 11. *c.* 1. *b. & c.* Caelum (ſive, Sol) movetur, non Terra. *c. in Digreſſione*. Caelum caeli nunc Angelum quemcunque, nunc Angelorum ſummum apud Auguſtinum ſignificat. *l.* 13. *c.* 8. *c.* Vide, *Empyreum*.

Cajetani (Thomae de Vio) Cardinalis, egregii Philoſophi, Scripturarum expoſitoris infelicis interpretatio ridicula de Spiritu, qui ſuper aquas ferebatur. *l.* 13. *c.* 4. *a. n.* 1.

Calaber quidam aliquot Pherepooi in Auguſtinum blaſphemias caſtigavit. *l.* 1. *c.* 1. *a. n.* 3.

Cantus in humanae imbecillitatis ſubſidium ab Eccleſia inſtitutus & permiſſus eſt. *l.* 9. *c.* 7. *c. & l.* 10. *c.* 33. *b.* Immodico flexu vocis factus Animabus purioris ſanctitatis aliquoties noxius. *l.* 10. *c.* 33. *a.*

Caractares Sacramentorum recipi in Anima fidei dogma eſt; Utrum vero proxime in ipſa Animae ſubſtantia, vel in eius potentiis, quaeſtio Theologica eſt. *l.* 10. *c.* 14. *a. in fine.*

Cardani definitio de Somno utroque claudicat pede; & ſomnum cum morte confundit. *l.* 5. *c.* 6. *b.*

Carmelitae Eliam prophetam ceu ſuum ipſorum ducem & patrem colunt. *l.* 5. *c.* 7. *b.*

Carnea molliores quo ad meditationem omneſque ingenii functiones maxime idoneae ſunt, eo ad fortitudinem ineptiſſimae. *l.* 1. *c.* 4. *b.*

Carthaginis ſplendor. *l.* 3. *c.* 5. *a.*

Caſtrare, ſeu Evirare: Peccant mortaliter qui motivo quocunque, etſi in ſpeciem pio (eo excepto, quo totius corporis ſanitatem intuemur) ſemetipſos evirant, aut ab aliis ſe evirari permittunt, aut alios evirari iubent. *l.* 5. *c.* 9. *i. n.* 1.

Caſus & Sors pro creaturis: non autem ſub oculis Dei. *l.* 7. *c.* 6. *k.*

Catechumenorum variae claſſes. *l.* 9. *c.* 6. *a.*

Categoriae Ariſt. admodum obſcurae. *l.* 4. *c.* 16. *b.* Forte primo ab Auguſtino *Praedicamenta* appellatae. *f.*

Catilina vir ſceleſtiſſimus. *l.* 2. *c.* 5. *c.*

Cave. V. *Guillelmus*.

Chriſtus fuit perſona compoſita. *l.* 7. *c.* 18. *a.* Per ipſum ſalutem conſequuti ſunt quotquot fuere mortales. *l.* 10. *c.* 43. *b.* Sanctus Sanctorum. *l.* 11. *c.* 22. *a.*

Cibus ut bene nutriat, oportet ut ſapiat. *l.* 10. *c.* 31. *c.* Ciborum ſuperſtitio. *c.*

Ciceronis monitum modeſtum, ſed falſum. *l.* 1. *c.* 16. *c. & f.* Ciceronis honeſtas non omnibus explorata. *l.* 3. *c.* 4. *a.* Nec in eloquentia omnibus ſummus. *ibi*. Eius liber, *Hortenſius* Auguſtino gratiſſimus. *b.* Qui tamen amplius non extat. *ibi*. Eius libri ex Auguſtino fragmenta quaedam recitantur. *ibidem*. Cicero cum ad publice dicendum accederet, totis artubus contremiſcebat. *l.* 6. *c.* 6. *c.*

Circenſes ludi quales. *l.* 6. *c.* 7. *d.*

Circumcelliones, homines ſupra fidem ſtolidiſſimi. *l.* 1. *c.* 9. *i.*

Circumſtantia loci peccatum ſpeciali turpitudine induere poteſt: minime vero circumſtantia temporis. *l.* 3. *c.* 3. *c.*

Colonia quid eſſet: & quam Municipio ſplendore concederet. *l.* 6. *c.* 7. *a.*

Comoediae admodum caſtigatae, & acerrimis modeſtiae fraenis cohibitae permitti poſſunt. *l.* 3. *c.* 2. *m.*

Concupiſcentia non eſt peccatum. *l.* 1. *c.* 1. *d.* Nec peccatum eſt in eclapſis in peccatum mortale. *ibi*. V. *Haeretici*.

Confeſſionum Auguſtini pretium ſum-

ſummum vel ex ipſo initio penditur. *l.* 1. *c.* 1. *o.*

Confeſſio Auricularis. V. *Haeretici.*

Coniugium non bene cum ſtudiis compatitur. *l.* 6. *c.* 12. *a.* Triplex eius decus vel bonum. *d.* Vide, *Matrimonium.*

Contritio (ſeu, Amor, Dolor perfectus &c.) in Sacramento non videtur neceſſaria. *l.* 1. *c.* 32. *a.* Ea quaeſtio ex Auguſtini ſententiis (iudicio noſtro) in utramque partem agitari poteſt. *ibi.* Si eſt neceſſaria, pauci admodum peccatores iuſtificantur, *ibidem.*

Creatura ut e nihilo emergat, & ne revertatur ad nihilum exigit & quod Deum inſidentem habeat, & quod ipſa ſit in eodem. *l.* 1. *c.* 2. *e.* Creaturis uti debemus ut mediis, non ut finibus. *l.* 4. *c.* 11. *c.* & *l.* 10. *c.* 35. *f.* Creaturae aliquae invicem pugnant; at nulla eſt quae Mundo utilitatem non adferat. *l.* 7. *c.* 13. *c.* & *c.* 15. *d.* & *c.* 16. *a.* *b.* & *c.* Actio creandi nulli creaturae competit aut competere poteſt. *l.* 11. *c.* 5. *a.* Forte nec ut inſtrumentum concurrere poteſt ad creationem. *b.* Creaturae nulli convenit, vel convenire poteſt exſiſtere ex eſſentia, vel per eſſentiam. *l.* 28. *c.* 57. *b.*

Credere in Deum. V. *Fides.*

Critices periti iuniores haud pauci exceſſu labuntur. *l.* 9. *c.* 7. *b.* *in Digreſſione.* Iure meritiſſimo & egregie a Religioſo quodam impetiti ſunt. *ibi.*

Curioſitatem inter & ſtudium diverſitas. *l.* 10. *c.* 3. *b.* Curioſitas ex deliciis & otio. *ibi.* Qui ambiunt aliena noſſe, propria negligunt. *ibidem.*

D

DAmnatorum poena nunquam levatur. *l.* 2. *c.* 6. *f.* *n.* 1. Errorem illum ſtupenda oſcitantia Petavius Ieſuita Auguſtino tribuit. *ibi.*

Deipara nullam ecſtaſim paſſa. *l.* 1. *c.* 4. *a.* Omne peccatum actuale evitaſſe certiſſimum: originale veroſimillimum. *c.* 7. *e.* Etſi feminas omnes pulcritudine vinceret, impudicos ſtimulos nequidem in perditis carnalibus Iudaeis excitabat: Immo refrangebat. *l.* 3. *c.* 3. *b.* intemerata eius conceptio non ſolis revelationibus, ſed fortiſſimis etiam argumentis innititur. *c.* 9. *d.* Eam autem ſententiam amplectitur iam integer propemodum Catholicus orbis. *ibi* & *l.* 12. *c.* 2. *e.* *n.* 7. Eius caro omni quiete & miro obſequio rationi famulabatur. *l.* 4. *c.* 6. *e.* Prima quae Virginitatem vovit ex feminis. *c.* 12. *b.* Nunquam ſpiritus laſſitudinem vel ariditatem paſſa. *l.* 5. *c.* 1. *d.* Et in mentis perſpicacia, & in quacunque naturae dote omnem humanam creaturam ſuperavit. *l.* 9. *c.* 2. *g.* Etiam in hac vita frequenter ei conceſſam viſionem beatam fere certum iudicamus. *l.* 9. *c.* 10. *b.* Nonniſi ipſa ex viatoribus prorſus Deo plena. *l.* 10. *c.* 28. *a.* Omnes naturae humanae igniculos ita compreſſit, ut nunquam, & nullo modo erumperent. *c.* 37. *e.* Doctrina de eius illibata Conceptione adeo a toto propemodum Catholico orbe nunc defenditur, ut nequeat citra iniuriam *Scotiſtica ſententia* appellari. *l.* 18. *c.* 2. *c.* *in Digreſſione.* *n.* 7. Nec debitum tamen habuiſſe contrahendi originale peccatum, vix tenui probabilitate gaudet. *c.* 25. *b.* Eius gratiam omnium Angelorum hominumque gratiis ſimul iunctis praeferendam, probabile eſt, & etiam forte probabiliſſimum: at neutiquam certum: nec quidem certitudine Fidei, nec alia, quam Theologicam dicunt. *ibi.*

Deſiderius Eraſmus. V. *Eraſmus.*

Deum ſcire, intelligere, & invocare variis rationibus invicem praeveniuntur. *l.* 1. *c.* 1. *b.* Deus quinque modis in creaturis eſt, vel eſſe poteſt. I. Eſſentia. II. &c. *c.* 2. *d.* & *l.* 4. *c.* 18. *b.* Eius Immenſitas nota ethnicis. *ibi.* *nempe priori loco.* Non eſt in ſpatiis, quae imaginaria vocant. *f.* Eſt ubique Immenſitate velut ratione prima: proxime vero actione. *c.* 3. *b.* & *l.* 7. *c.* 15. *b.* Nunc eſt inviſibilis: erit autem in Caelo viſibilis; At incomprehenſibilis (ſi talis vox proprie ſumatur) fuit, eſt, & erit ſemper, & nobis, & Angelis. *c.* 4. *f.* Semper agens; ſemper quietus, quod eius operatio ab eiusdem ſubſtantia minime differat. *h.* & *l.* 13. *c.* 37. *b.* *n.* 8. Eius amor erga creaturas effectivus eſt, non affectivus: unde ecſtaſim nec patitur, nec pati poteſt. *c.* Qualis eius zelus. *p.* In eo nec poenitentia, nec verus dolor; at hic ampliori ratione excluduntur. *q.* Quaedam confert ex iuſtitia, & ſimul ex liberalitate. *t.* & *l.* 5. *c.* 9. *g.* Facit nunc quidquid fecit, aut facturus eſt: & fecit quod facit. *u.* & *l.* 10. *c.* 27. *a.* & *l.* 31. *c.* 7. *c.* & *d.* & *c.* 8. *b.* & *c.* 13. *b.* & *c.* Hominum quiſquilias deridet, cum eas retegit. *c.* 6. *a.* Nullo modo auctor peccati. *c.* 7. *a.* Ordinat tamen peccata. *c.* 20. *a.* Excaecat, non quaſi in hominem ipſas prorſus ſubfundens tenebras, ſed illuſtrationes ſuas ſubducens. *c.* 18. *b.* Eius omnipotentia & miſericordia non raro a religioſis viris confunduntur. *l.* 2. *c.* 2. *n.* Diſpenſavit in quibusdam iuri naturae oppoſitis ſecundo, non primo. *l.* 3. *c.* 8. *a.* Eius omnipotentiae dandum eſt aliquid poſſe, quod nos inveſtigare non poſſumus. *l.* 4. *c.* 21. *f.* & *l.* 10. *c.* 7. *b.* Eſt id quo melius excogitari non poteſt. *l.* 7. *c.* 4. *a.* & *c.* 8. *in calce.* Sub oculis eius nulla fora vel caeus. *c.* 6. *k.* Potuiſſe creaturam ab aeterno producere potior amplíorque Philoſophorum pars arbitratur. *l.* 7. *c.* 15. *c.* & *l.* 11. *c.* 30. *d.* *in Monita.* Cum ſit puriſſimus actus, ſeſe quidem maxime praeſens eſſet: ſed attenta creaturarum infirmitate, eſt in abſcondito. *l.* 10. *c.* 5. *b.* Adhuc tamen quaedam in ipſo agnoſcimus, quae in nobis ignoramus. *ibi.* Ex creaturis plura, ſeptem potiſſimum argumenta formantur ad eius exiſtentiam probandam. *c.* 6. *f.* & *l.* 11. *c.* 4. *per totum.* Univerſum hocce nec per Angelos, nec alio medio formavit. *l.* 12. *c.* 5. *b.* Ei creaturas omnes tum praeteritas tum futuras, non utcunque, ſed vere & proprie eſſe praeſentes, graviſſima Theologorum doctrina. *c.* 8. *c.* Quidquid eius menti conſonat, verum: quidquid diſſonat, falſum. *c.* 24. *a.* Eius ſcientia. *c.* 31. *b.* Dei Sapientia a Patre vera & propria generatione nata. *l.* 12. *c.* 7. *c.* Non Deo, ſed nobis prodeſt ipſum colere. *l.* 13. *c.* 8. *a.* Et ipſam gloriam ſuam propter nos quaerit. *ibi.* Hae propoſitiones: *Eſſentia Dei generat, ſpirat,* &c. in nulla ſana Theologia probari poſſunt. *c.* 21. *d.* Dei ſcientia rerum cauſa eſt. *c.* 38. *a.* & *b.*

Dia-

Digitized by Google

Diaboli peccatum fuit in ſpecie ſuperbiae. *l. 7. c. 21. f.*

E

EMpyreum eſt in quiete perpetua. *l. 4. c. 11. a.* Cur noſtros intuitus fugiat. *l. 12. c. 2. c.* An in ſuperficie concava, vel potius convexa ſit Beatorum ſedes. *ibi, n. 1.* Fortaſſe & ipſum influit in haec inferiora. *e.* De immenſa eius vaſtitate. *c. 7. e.*

Energumenorum hypotheſis citra Catholicae Fidei iniuriam (iudicio noſtro) negari non poteſt. *l. 10. c. 35. e. in Digreſſione.*

Epicteti Stoici egregia ſententia. *l. 1. c. 1. g. n. 1.* Aliae. *c. 2. d. c. 4. d. in fine, & g. c. 8. f. l. 9. c. 12. g.*

Epicurus carnalis foedae ſcholae magiſter. *l. 6. c. 16. c.* Quem tamen aliqui excuſant. *ibi.* Exploratum autem eſt eumdem alteram vitam, & aeternas vel delicias vel poenas negaſſe. *d.*

Epimenidis ſententia a Paulo laudata. *l. 7. c. 9. l.*

Epiſcopi moderato ſplendore viventes minime carpendi. *l. 9 c. 7. h.* Epiſcopatus & omnis Eccleſiaſtica dignitas eſt onus, non honor *l. 10 c. 4. d.*

Eraſmus (Deſiderius) vir mordaciſſimus, & forte prorſus haereticus: In eum. *l. 1. c. 2. a. a n. 1. & h. c. 2. a.* & inde ſaepe occaſionibus opportunis.

Eremus. Sermonum ad Fratres in Eremo partem magnam perperam Auguſtino tributam, omnis ratio ſuadet. *l. 1. c. 12. c.* Foetus videntur hominis ingenii admodum rudis, & ſtolidi. *l. 6. c. 7. e. & l. 8. c. 6. d. & e.*

Eſſe ſemper volumus; unde gravius malum eſt, nullo modo eſſe, quam vivere in miſeria. Licet poena aeterna excipienda videatur. *l. 4. c. 6. b.*

Evectio & Tractoriae quid eſſent. *l. 5. c. 13. a.*

Everſores, quos tanto horrore Auguſtinus nominat, qui fuerint. *l. 3. c. 3. g.*

Evodii hiſtoria. *l. 9. c. 12. e.*

Euthychetis haereſis. *lib. 7. c. 18. a.*

Experientia quaſdam in nobis malas affectiones detegit, quas ignorabamus. *l. 10. c. 32. b. & c. 37. a.*

F

FAbulae vox ſeſe narrationem ſeu veram ſeu commentitiam ſignificat. *l. 1. c. 10. c.*

Famae non adeo facile & ſimpliciter credendum, quae ſaepe mentitur. *l. 5. c. 6. g. & c. 7. b.* Fama bona iis neceſſaria qui praeſunt. *l. 10. c. 36. b.*

Fames & ſitis quid ſint: & quid in animalis corpore operentur. *l. 10. c. 31. a.*

Fatum legitime intellectum datur. *l. 11. c. 20. b.*

Fauſtus Manichaeus, pro ſua conditione haud malae indolis homo. *l. 5. c. 7. c.*

Feminae pudicae fortius polliciunt, ac inverecundae & infames. *l. 3. c. 3. b.* Feminae ſublimioris pietatis ſi matrimonium contrahant, plerumque orbantur viro quam cito. *c. 4. c.* Feminarum iura a viris impune violata.

Feriae autumnales tempore Auguſtini incipiebant die 16. Septembr. *l. 9. c. 2. c.* Feriae nomine cur apud Eccleſiaſticos quicunque dies ſignificetur. *c. 7. b.*

Fidei celebris diviſio apud Auguſtinum; in eam ſcilicet quae credit Deum: in aliam quae credit Deo; & in omnium praeſtantiſſimam, quae in Deum credit. *l. 1. c. 1. l.* Fides ut talis nullum dogma probat: habet tamen plura dogmata quae alias probari poſſint. *l. 6. c. 5. a.* Sed & Fides habet peculiare ſuum probationis genus. *c.* Fide conceptum timorem, rem honeſtam & bonam eſſe Catholicum dogma eſt. *c. 56. a.* Fides aut expreſſa, aut implicita in Chriſtum fuit neceſſaria omnibus hominibus etiam in Lege, & ante Legem. *l. 10. c. 43. d.* Fidem violat & qui Fidei dogmata inficiatur: & alter qui minime ad Fidem ſpectantia, ac ſi ſpectarent decantat. *l. 12. c. 25. b. & c. 26. b.*

Fletus cur parvulis adeo familiaris. *l. 1. c. 6. b.* Cur riſum praecedat. *i. n. 1.* Cur fletus triſtes ſoletur. *l. 4. c. 5. c.*

Fornicatio moralis & falſorum numinum cultus; ſed & non raro quilibet a ſanctitate receſſus. *l. 1. c. 13. i.*

Fortuna & meritum raro iunguntur. *l. 6. c. 11. g.* Inſuper raro admodum fortuna iungitur cum forte ceterorum. *l. 2. c. 2. o. l. 5. c. 12. a. & l. 10. c. 28. d. & e.*

Futura ſunt quia Deus ea novit: non quia futura ipſi nota. *l. 7. c. 4. e.*

G

GLadiatores. Vide, *Spectacula.*

Grammaticorum plurium vana ſtudia. *l. 1. c. 13. c. d. h. o. & c. 17. a. b. c. & d.* Grammaticorum ſuperfluae curae & inconſtantia. *l. 8. c. 3. a.* Vide etiam, *Poetae*, & *Rhetores.*

Gratiae excitantis neceſſitas. *l. 1. c. 1. f. & l. 13. c. 1. c.* Gratiam non negari facienti quod eſt in ſe viribus naturae: dictum hoc & ſimilia prorſus reiicienda. *l. 4. c. 4. i. in imo margine.* Gratia efficax duriſſima & ferrea quaecunque hominum corda emollit. *l. 5. c. 1. a.* Gratia naturam moderatur: at non infringit. *l. 9. c. 32. m.* Ultra Gratiam efficacem, dantur aliae a quibus *poſſe* recipimus. *l. 10. c. 29. a. n. 6.* Qui gratiam ab intrinſeco efficacem, & Praedeſtinationem gratuitam inficiatur, Auguſtini ſcripta vel nunquam legit: vel legit, & non intellexit: vel ſi legit, & intellexit, renuit ingenue prodere quid intellexerit. *ibi, n. 7.* Gratia & Praedeſtinatio ſecundum quod ad arcana Dei ſpectant, a Theologis non diſcutiuntur. *ibi, n. 8.* ſeu, *in Digreſſione.* Gratia & peccatum fortaſſis nec extraordinaria Dei potentia ſimul conſiſtere poſſunt. *c. 41. b.* Gratiae efficacia ut cum arbitrio ſimul conſiſtat, difficile admodum eſt explicare. *l. 11. c. 8. a.*

Grotius. V. *Ugo.*

Guazzeſi (Laurentius) Aretinus Ioannis Clerici monitum criticum nimis dilatat. *l. 4. c. 12. c.*

Guilielmi Cave haeretici Angli error. *l. 6. c. 1. d.* Propulſatur eius cenſura in Commentarios Auguſtini in Pſalmos: & mendacii convincitur. *l. 9. c. 4. d.*

H

HAereſis aliqua ratione iuvat Eccleſiam. *l. 7. c. 19. d. & l. 10. c. 29. a. n. 4.*

Haeretici. De *Ioanne Pherepono*, vel

Digitized by Google

vel, *Clerico* plurima. Vide *l.* 1. *c.* 1. *n.* 2 *n.* 1. Plurima item contra alios hæreticos Eccleſiae dogmata ex Auguſtino ſtabiliuntur; quorum aliqua hic exhibentur. Concupiſcentia originalis peccati conſectarium eſt, & eius teſtimonium dicitur; At vero non eſt ipſum peccatum. Nec peccatum Baptiſmate raditur, ſed proſſus tollitur. Nec item eadem concupiſcentia peccatum eſt in relapſis in peccatum mortale. *l.* 1. *c.* 1. *d.* Nullus homo ab originali: nullus adultae aetatis ab actuali peccato (ubique Deipara excepta) liber eſt. *c.* 7. *c.* Deus nullo modo auctor peccati. *c.* 7. *a.* & 10. *a.* Signum Crucis. *c.* 11. *c.* Sal benedictum. *d.* Aſtrologia Iudiciaria damnanda. *l.* 4. *c.* 3. *a.* *b.* & *alibi*. Admittendum externum Eccleſiae magiſterium. *l.* 5. *c.* 6. *f.* & *l.* 11. *c.* 8. *c.* Templa Sanctis dicata. *c.* 8. *b.* Scripturae non ſunt omnibus apertae & obviae. *l.* 6. *c.* 5. *b.* & *l.* 9. *c.* 5. *b.* Politicam Poteſtatem obſequio debemus inſpicere. *c.* 6. *b.* Timor ex Fide conceptus res honeſta & bona eſt. *c.* 16. *a.* Ad peccatum neceſſaria libertas. *l.* 7. *c.* 3. *c.* & *e.* Cum haeretici in quidquam Auguſtini occurrunt, quod propriae cauſſae (ut ſibimetipſis blandiuntur) favet, avide arripiunt: quod adverſatur omittunt. Pontificii diverſas ſectas non habent. *l.* 8. *c.* 2. *d.* Caelibatus ſanctus eſt. *f.* & *c.* 12. *n.* Matrimonium ratum non conſummatum Religioſa profeſſione diſſolvitur. *c.* 6. *a.* Poenitentiae, ſeu Converſionis bonum. *c.* 11. *b.* Peccata poſt Baptiſma commiſſa non remittuntur eiuſdem Sacramenti virtute aut memoria. *l.* 9. *c.* 2. *n.* *n.* 2. Beatitudo Sanctorum non differtur ad diem Univerſalis iudicii. *c.* 3. *b.* & *b.* Chriſti corpus Caelum inhabitans non phantaſticum, ſed verum & phyſicum eſt. *c.* Caelites noſtrum memores ſunt. *b.* Genuum flexio religioſo motivo facta. *c.* 4. *p.* Fiunt Miracula Sanctorum reliquiis. *c.* 7. *f.* Altarium religio. *c.* 11. *c.* Datur locus intermedius, quem *Purgatorium* appellamus. *ibi*. Nedum Fides, ſed & opera neceſſaria ſunt ad ſalutem. *c.* 12. *c.* Datur ſatisfactio. *n.* & *l.* 10. *c.* 43. *b.* Dantur homines vere iuſti. *c.* 23. *a.* Oratio pro Defunctis. *c.* Auricularis confeſſio bona & neceſſaria. *l.* 10. *c.* 3. *a.* Non poteſt homo citra revelationem ſupernam ſe eſſe in gratia certo cognoſcere. *c.* 6. *a.* Moſes vir ſanctiſſimus magno obſequio ſuſpiciendus. *l.* 12. *c.* 3. *b.* Nullus haereticus: nullus qui religionis & aeternae ſalutis diſpendio in errores impegit, rite, & ingenue veritatem quaeſivit. *l.* 11. *c.* 16. *a.*

Hieronymus (S.) in ſuperna Viſione acriter vapulat, quod Tullianis paginis nimis adhaereret. *l.* 3. *c.* 5. *a.* Putidioribus in ingenio & pietate a Pherepono calumniis laceſſitus, quam Auguſtinus. *l.* 8. *c.* 4. *n.* *l.* 10. *c.* 29. *a.* *n.* 5. & *c.* 39. *a.* *n.* 21. & *l.* 11. *c.* 2. *g.* *n.* 13. & 16.

Hippocrates citra controverſiam Medicorum princeps. *l.* 1. *c.* 6. *p.* & *l.* 4. *c.* 3. *g.*

Hiſtriones erant qui perſonati fabulas in ſcenis agebant. *l.* 4. *c.* 14. *e.* Graecis honeſti, Romanis infames videbantur. *ibi*.

Homeri ſententia de Deo bonorum omnium auctore. *l.* 1. *c.* 4. *l.* Eius laudes, cenſurae, & hiſtoria. *c.* 14. *a.* Eius putidae fabulae. *c.* 16. *e.* & *f.* Altera eiuſdem ſententia quod Deus amet iuſtitiam & aequitatem. *l.* 5. *c.* 8. *c.*

Homo modica pars creaturae Dei variis rationibus; in pretio vero pars maxima. *l.* 1. *c.* 1. *b.* *n.* 1. Hominibus mundania Sanctorum admodum pii ſermones frigidi & otioſi videntur. *c.* 2. *a.* *n.* 1. *in fine*. Homines aut fortuna, aut ingenio, aut alia ratione proceres plerumque pectoris duritiem quamdam mentiſque elationem praeſeferunt. *c.* 4. *b.* Humanae aetatis variae ſupputationes. *c.* 6. *p.* Ex hominis corpore, quod modicus, ſeu brevis orbis appellari ſolet, ſicut ex orbis magni textura Dei exiſtentia deprehenditur. *c.* 7. *b.* Homines vani in choreis & ſaltationibus facile integras noctes conſumunt: qui tamen ſi adſint Legis noſtrae Sacrificio, poſt quartam horae partem elangueſcunt. *c.* 13. *a.* Homines quidam, nedum humanis, ſed & divinis characteribus inſignes vanis ſtudiis toti addicti, ſacrae eruditionis paginas ne quidem ſummis labiis guſtavere. *c.* Oſtenditur talia genii turpitudo. *ibi*. Homines paſſim in propriis cauſſis clementiam, in alienis iuſtitiam laudant. *c.* 19. *d.* Non eſt homo qui nullis tota vita aerumnis angatur. *l.* 2. *c.* 2. *p.* Quo ſenſu homo ſit ad imaginem Dei. *l.* 3. *c.* 7. *b.* & *l.* 5. *c.* 10. *i.* Hominum ſtulta iudicia. *c.* 9. *c.* Homines praeiudiciis acti delirantium inſtar iudicant. *c.* 12. *b.* & *l.* 4. *c.* 14. *c.* Homines plures etſi modici, ſummi videri geſtiunt. *l.* 5. *c.* 7. *b.* Hominibus inſignium meritorum adverſa fortuna. *l.* 6. *c.* 11. *g.* & *l.* 10. *c.* 35. *f.* Homines ſuperbi beneficiis ſunt duri, humiles autem grati. *c.* 14. *a.* Item alia ratione duri ſunt homines pinguis minervae, grati autem qui bonam mentem ſortiti ſunt. *ibi*. Homines graves non ſunt in iudicium trahendi propter aliquod minus politum verbum, & ſimilia. *l.* 8. *c.* 3. *a.* Hominum ſtultitia, ut longe poſita & vetita maxime expetant; domeſtica vero & permiſſa non curent. *l.* 10. *c.* 8. *d.* Hominum malum ſummum & frequentiſſimum ex eo petitur, quod velint proprio genio veritatem aptare. *c.* 23. *c.* & *c.* 26. *c.* Homines gravis meditationis, ubi ſummi, mediocres; ubi mediocres, vix nonnihil tinctos ſe arbitrantur. Ex oppoſito qui levis mercurii ſunt &c. *c.* 39. *a.* *n.* 15. Hominis capacitatem ſuperant etiam quaedam ad naturales facultates ſpectantia. *l.* 11. *c.* 21. *n.* Nonnulli plus ſcire ambiunt, quam deprehendere poſſint. *c.* 30. *b.* Homo variis rationibus errare poteſt. *l.* 12. *c.* 25. *b.*

Hugonis Grotii in ſcripta Auguſtini cenſura propulſatur. *l.* 10. *c.* 29. *n.* 5. In Criticis verſatiſſimus, & egregius linguarum Orientalium profeſſor; in Theologicis tamen vix, & ne vix quidem mediocritatem adtigerat. *ibi*.

Humilitati minime conforme eſt ſibi falſum crimen exprobare. *l.* 5. *c.* 8. *c.*

I

IAnſenii Yprenſis antiſtitis propoſitiones iure meritoque damnatae, omni argumentorum genere improbandae. *l.* 2. *c.* 1. *g.* *n.* 2. Non quia erravit in quinque illis propoſitionibus, in omnibus contemnendus. *ibi*, *n.* 3. Catholicus obiit, & cun-

Kkkkkk   cta

cta ſua Scripta Sedi Romanae ſubiecit. *ibi*. Eius hiſtoria. *n.* 4. Quid Ianſenium in errores induxerit. *n.* 5. Nonnulla quibus eius etiam perſona non admodum illuſtratur. *ibi*, & *n.* 6. Confutatur. *n.* 9. Ianſenii triumphi comprimuntur, *l.* 1. *c.* 12. *a. n.* 2. *l.* 8. *c.* 5. *c.* & *c.* 8. *f.* & *l.* 9. *c.* 1. *d.*

Ieſuitas etiam & omnes Religiones ab Eccleſia adprobatas obſequio debemus inſpicere, ſi earum generales leges & ipſum prorſus inſtitutum intuearis. *l.* 8. *c.* 1. *d.*

Ignavia ex timido, ſeu molli animo exſurgit. *l.* 2. *c.* 6. *b.* Aliquoties divinam quietem ſimulat. *ibi*.

Incogniti (P. N. Michaelis Ayguani) Carmelitae egregium documentum. *l.* 9. *c.* 4. *d.* Alterum. *e.*

Incorruptionis quatuor gradus. *l.* 9. *c.* 7. *d. in fine*. Tantum poſtremi gradus incorruptio certo in miraculum revocatur. *ibi*.

Infantes libenter plorant, raro geſtiunt. *l.* 1. *c.* 6. *g.* Cur adeo mox e matris utero egreſſi, in ploratum ſeu vagitum erumpant. *ibi*. Ex ipſo fletu non unum eiſdem infantibus bonum adcedit. *ibi*. Cur primis quadraginta diebus alto ſopore mergantur. *k.* Non ſunt capaces veri actualis peccati. *c.* 7. *c.* Bene vero materiae peccati. *ibi*. Id adſtruit ipſe Auguſtinus. *d.* Infans dicitur quod ~~minime futur~~. *l.* 1. *c.* 8. *b.* Eorum ampliſſima a quacunque lege exemtio quando expiret. *f.* De eorum innocentia & candore latius. *c.* 19. *f. g.* & *h.* & *l.* 8. *c.* 12. *f.*

Ingenium plerumque a memoria ſemotum. *l.* 1. *c.* 9. *k. n.* 1. Ingenia tamen nimis inſignia iungunt etiam felicitatem memoriae. *ibi*. Ingenia maxime felicia corpus habent delicatum ac laxum. *c.* 11. *f.* a *n.* 2. Amplum caput. *ibi*, *n.* 2. Ad quamdam ſtultitiae ſpeciem adcedunt. *ibi*. Ad mechanica ineptiſſima & fere ſtupida. *ibi*. Prudentiam callent & docent; at in facto plerumque ab ea exorbitant. *ibi*. Minus ſunt ad regendum idonea. *ibi*. A quibus tamen humani ingenii ſcoriis longe ſuis Auguſtinus exemtus, cui natura prodiga mater integrum effudit donorum ſuorum theſaurum. *ibidem*, *in fine*. Ingenio confert cholera, non tamen craſſior, ſed levior atque ſubtilior. *ibi*, *n.* 3. Confert & ignis: dummodo tamen ſubtilis, quive agat in organa optime diſpoſita, tendoneſque ſolidos & bene protenſos; ſecus quod ad bonam ſortem ſeſe eſt, in exitium vergit. *ibidem*. Ingenia felicia non raro in linguarum ſtudiis tardis concedunt. *c.* 13. *r.* Frigidis ineptiſque ſtudiis franguntur. *c.* 17. *a.* Non tam imaginari adpetunt, quam penetrare, ac tutum pedem figere. *ibi*. Sunt indolis candidae. *l.* 2. *c.* 10. *e. in fine*. Ingenia admodum aeria & meditationis ſupra mediocritatem profundae plerumque ſermonis ſunt barbari ac duri. *l.* 5. *c.* 6. *c.* Quam frequenter, at in Magnatum aulis praecipue loquacibus longe poſthabentur. *d.* Eorum eſt non magnam curam habere verborum. *e.* Ingenia inſignia & matura imprudentibus atque tardis ſolent eſſe timidiora. *l.* 6. *c.* 6. *e.* Ingenio excellentiſſimo floridam longam aetatem iungere difficile. *l.* 9. *c.* 6. *e.* Ingenium quod & acumen & eloquentiam complectitur, prorſus feliciſſimum, *l.* 11. *c.* 2. *g. n.* 13.

Intelligere quidquam facilius ac explicare: nec omnia quae intelligimus, ſatis explicare poſſumus. *l.* 11. *c.* 54. *a.* & *c.* 25. *a.*

Invidia non paſſim de quocunque proximi bono, ſed de excellentis litigat. *l.* 2. *c.* 6. *h.* Non quaelibet aemulatio invidiae nomine traducenda. *ibi*. Superbiae filia. *ibidem*. Non tamen pure filia, ſed & mater, nempe capitale vitium. *ibidem*. Dici poteſt etiam filia inanis gloriae. *ibidem*. Ex genere ſuo eſt peccatum mortale. *ibidem*. Eius filiae. *ibidem*. Eorum quos perdere ambit, merita prodit. *l.* 10. *c.* 35. *f. in fine*.

Invite agens ubique difficultatem reperit. *l.* 1. *c.* 14. *e.*

Invocare & laudare ordinem conſtantem non ſervant. Invocatio admodum frequenter laudem; ſed nonnunquam & laus invocationem praecedit. *l.* 1. *c.* 1. *b.* Invocare quid amplius importat ac quaerere. *k.* Invocatio Dei ab eius notitia praeceditur. *l.* Invocare ſignificat vocare in ſe. *c.* 2. *a.*

Ioannes Phereponus (Alias, Clericus) iuniorum haereticorum procaciſſimus, Auguſtini perditus hoſtis. V. *l.* 1. *c.* 1. *a. n.* 1. & *ſeq.*

Ioannes (Vener.) Palafoxius, in Hiſpania Oxami epiſcopus, vir heroicae pietatis, & Numinis familiaris. *l.* 2. *c.* 2. *b.* Eius Opuſculum piiſſimum & cedro dignum. *ibi*.

Ioannes Rivius Erem. Auguſt. omnium antiquorum qui de Auguſtini ſcriptis & geſtis ſcripſere graviſſimus atque eruditiſſimus. *l.* 6. *c.* 6. *a.*

Ira non certa ratione ſemper peccatum mortale, ſex filias habet. *l.* 2. *c.* 6. *m.* Ira, Benevolentia, & Ingenuitas paſſim iunguntur. *l.* 9. *c.* 9. *c.*

Iſocratis Oratoris celeberrimi iuſtum monitum. *l.* 2. *c.* 18. *b.*

Iudicii Univerſalis dies & Criſto ut homini notus. *l.* 13. *c.* 36. *b. in Digreſſione*. Non imminere, ſed diſtare, & profecto quam maxime nobis videtur. *ibi*.

Iuniores etſi volumina ſcribant prioribus exactiora & pulcriora, minime praeferendi antiquis. *l.* 11. *c.* 10. *b. n.* 9. V. *Critices periti &c.*

L

LAmi (Ioannes) vir eruditus integro fere volumine de SS. Trinitatis myſterio, ſeu de Fide Chriſtianorum circa ipſum diſſeruit. *l.* 7. *c.* 9. *b. ante n.* 1.

Laudes citra magnum vitium excipiuntur, ſi amplius veritas, quam ipſae laudes delectent. *l.* 10. *c.* 37. *a.* Si autem quis contriſtatur, dum laudes non ſunt meritis pares, fere deduci poteſt nec levi macula ipſum libenter ſuas excipere laudes. *ibi*. Laudum adfectatus contemptus aliquoties ex ſubtiliori & turpiori ſuperbiae vitio. *c.* 38. *c.* Laus malorum plerumque vituperatio eſt: vituperatio autem laus. *c.* 39. *a. n.* 1.

Laurentii (B.) Iuſtiniani inſignis Viſio. *l.* 2. *c.* 1. *b.*

Lepor naturalis neceſſarius iis qui dicere debent ad populum. *l.* 5. *c.* 6. *b.* Qui eo deſtituitur pagina calamoque loquatur in angulo. *ibi*.

Liberalitas pars potentialis iuſtitiae, duo vitia oppoſita habet: Avaritiam quae deficit: & Prodigalitatem quae excedit. *l.* 2. *c.* 6. *i.* Avaritia prodigalitate turpior eſt. *ibi*.

Li-

Libri ubique ſani tantum legendi; mali vero curſim & aegre. *l.* 2. *c.* 23. *n.* & *c.* 25. *e.* & *f.* & 17. *d.*

Linguarum ſtudium moleſtum. *l.* 1. *c.* 13. *r.* Non raro praeſtantiſſimi ingenii homines in variarum linguarum ſtudiis alseri concedunt longe tardioris. *ibi.* Lingua Latina Auguſtini aetate Afris omnibus familiaris. *c.* 14. *e.* Ante Latinam vero lingua pro Afris vernacula erat Punica Hebraeae ſimillima. *ibi.* Linguarum Orientalium notitia ad S. Studia admodum utilia; at non adeo neceſſaria ſicut quidam deeaotant. *l.* 10. *c.* 39. *a.* *n.* 17. & *l.* 11. *c.* 2. *g.* *n.* 1. 2. & 4. Religioſus 22. linguarum doctor in S. Scientia forte nec mediocritatem adiigerat. *ibi*, *l.* 20. &c.

Litea melius eſt eatra iudicium componrre. *l.* 6. *c.* 10. *d.*

Loquaces raro, & forte nunquam ſapieotes. *l.* 5. *c.* 6. *e.* Cur ita contingat. *ibi.* Loquaces tamen paſſim, at in Magnatum aulis praecipue Sapientum ſortem longe lateque ſuperant. *d.*

Luciani conceptus acutus de barba Philoſophorum. *l.* 4. *c.* 16. *a.*

Lucretiua poeta impius ac ſordidiſſiuous. *l.* 2. *c.* 16. *k.* *in fine.*

Lumeo gloriae ad Viſiooem beatam neceſſarium. *l.* 11. *c.* 30. *a.*

Lotherua (Martinus) diaboli amiena. *l.* 1. *c.* 2. *d.* Deſperata eius profeſſio. *l.* 3. *c.* 4. *d.* Se diaboli diſeipulum fatetur. *l.* 5. *c.* 6. *f.* *in fine.* Implacabilis eius remorſus. *l.* 6. *c.* 11. *c.*

Lux non eſt color, ſed colores retegit. *l.* 20. *c.* 34. *b.* Non ex luee, ſed ex corpore color. *ibi.* Qui docent colores cauſſari non a corpore, ſed a luce variia modis refracta, fere de verbia litigant. *ibidem.*

M

Magiſtrorum quorumdam nimia in pueros ſarvities improbanda & corrigenda. *l.* 1. *c.* 9. *c.* & *d.* Magiſter talis eſſe debet, euius poſſit debeatque diſeipulus veſtigia calcare. *n.* Magiſtri penulati qui eſſent. *c.* 16. *d.* Magiſter verus & primus ſolua Chriſtus. *l.* 3. *c.* 6. *f.* & *l.* 11. *c.* 8. *e.* Liber de Magiſtro vindicatur a cenſuris Phereponi. *l.* 9. *c.* 6. *f.* *n.* 2.

Magnates apud quosdam libertaa cum perſonis diverſi ſexus inducta prorſus deteſtabilia. *l.* 2. *c.* 13. *i.* *n.* 2. Magnatum in aulis non ſapientia: ſed verborum ſplendor, atque actionis lepor adtenduntur. *l.* 5. *c.* 6. *d.* Magnatum plerique volunt Oratorum omnipotentia transſmigrare in alienos. *l.* 6. *c.* 6. *b.*

Malum ut tale nunquam expetitur. *l.* 2. *c.* 23. *n.* & *l.* 2. *c.* 4. *d.* & *l.* 10. *c.* 20. *a.*

Maoichaeorum origo. *l.* 3. *c.* 6. *a.* Turpem mortem oppetiit Manea violenta maou peremtus, eamque adparatu magno Manichaei celebrabant. *ibi.* Manichaeorum ſecta in duos veluti populos, *Auditores* & *Electos* dividebatur. *ibi.* Manea ſe iactavit Spiritum Sanctum. *b.* Item e virgioe &c. *ibi*, & *l.* 3. *c.* 5. *c.* Omnes Manichaei ſupra modum ſuperbi. *ibi.* Carnales variia rationibus. *c.* Loquaces. *d.* Veritatem ſpondebant, non fide, ſed rationibus evidentibus ſuadendam. *g.* Eorum ſabulae de Sole & Luna. *i.* De quinque elementia. *o.* Prima & ordinaria eorum muſeipula, qua Catholicos oon ita eauditoa capiebaot, de origine mali &c. *c.* 7. *a.* Altera de ſimilitudine Deum inter & homines. *b.* Quod prioria ſoederia hominea plurea ſimul baberent uxores. *c.* Quod homicidia patrareot. *d.* Quod ſacrificarent de animalibus. *e.* Delirabant electorum ventribua excerptos ab *Auditoribus* fructus purgari. *l.* 4. *c.* 1. *e.* Futuri iudicii opinionem non prorſus abiecerant. *l.* 6. *c.* 26. *b.* Denique alia plurima de eisdem Hiſtrionibus occaſionibus opportunis.

Maria. V. *Deipara.*

Mariani (Abbas) Muratorium fecit ad aquas haerere. *l.* 8. *c.* 2. *c.*

Materia quam primam appellant, fortaſſe nec per extraordinariam Dei poteotiam abſque forma poteſt exſiſtere. *l.* 22. *c.* 3. *d.* Certum tamen eſt nunquam in facto abſque forma exſiſtere. *ibi.* Non eſt ena niſi per reſpectum ad formam. *c.* 3. *b.* De Materia Auguſtinum caelitus edoctum, arbitrantur plures, qui de eodem S. D. ſeripſerunt. *c.* 6. *b.* Praeciſa etiam a forma, utcumque eſſe aliquid & exſiſtere latiori ſermone concedi poteſt; Qui autem haec nullo pacto concedunt materiam eſſe ſomnium & nibil concedant oportet. *g.* Omnibus ſubſtantiia etſi minimis, & forte accidentibus etiam concedit. *c.* 7. *f.* Fit per creationem. *c.* 8. *a.* An ex eadem materia terreſtri educti ſint orbia terrena & caeleſtia? *c.* 8. *d.* & *l.* 23. *c.* 33. *d.*

Mathematici, ſeu Aſtrologi Iudiciarii ut vera aliquoties praedicans. *l.* 4. *c.* 3. *b.* Reiiciuntur a SS. Scriptoris, & a ſaoioribus ethnicia. *b.*

Matrimonia Chriſtianorum eum ethnicis. *l.* 1. *c.* 11. *i.* *n.* 1. Matrimonium ſublimiori pietati incommodum maximum. *l.* 3. *c.* 4. *e.* Matrimonium ratum, non conſummatum Religioſa profeſſione diſſolvitur. *l.* 8. *c.* 6. *n.* Vide *Coniugium*, & *Feminae.*

Mayronis (Franciſci) obſervationea ad Auguſtini Scripta rudes, inanea, faſtidioſae. *l.* 4. *c.* 16. *i.* *l.* 5. *c.* 4. *a.* & *l.* 22. *c.* 23. *c.* *n.* 2.

Medeae hiſtoria, vel ſabula. *l.* 3. *c.* 6. *n.*

Melchior Canus, vir alias doctiſſimus, arguitur. *l.* 6. *c.* 11. *f.*

Memoria cur floreaot non admodum pueri, non ſenes, ſed mediae aetatia homines. *l.* 2. *c.* 9. *k.* Memoria & ingenium plerumque dividuntur. *ibi*, *n.* 2. Memoriae aliquot ad miraculum felicea. *l.* 10. *c.* 24. *a.*

Menandri poetae Comici ſententia a Paulo laudata. *l.* 7. *c.* 9. *l.*

Mentiri in damnum pacia vel paoximi vitium prorſus diabolicum. *l.* 9. *c.* 9. *f.*

Migliaccius (Laurentiua) ſoedum Muratorii opuſculum expugnavit. *l.* 8. *c.* 2. *e.*

Miracula petere ut licitum ſit & illicitum. *l.* 20. *c.* 35. *d.* Miracula Auguſtini meritis facta. *e.*

Miſere vivere minus malum, quam nullo modo eſſe. *l.* 4. *c.* 6. *b.* Excipienda tamen ſaltem eſt miſeria aeterna. *ibi.*

Miſericordia dicitur & oaſcitur a quadam cordis mollitie vel miſeria. *l.* 3. *c.* 2. *e.* Talia tamen conceptua non eſt metaphyſicus vel neceſſariua. *ibi.*

Monnica e parentibua oobilibus & Catholicis nata. *l.* 1. *c.* 6. *d.* *a.* 3. & *l.* 2. *c.* 3. *i.* Nupſit viro ethnico nec leviſſima ſua culpa. *c.* 22. *i.* *n.* 2. Ex parte ipſius

Digitized by Google

ipſius interceſſit Sacramentum. *ibi*, *n* 2. Iam in Auguſtini adoleſceotia eximia pietate fulgens atque prudentia exornata. *l.* 2. *c.* 5. *r.* & *s.* Literarum ſancte amica. *s.* Propriis bonis Filium ſubſtentat. *l.* 3. *c.* 4. *c.* Orbatur viro. *ibi.* Praemonetur Revelatione ſuperna de Filii converſione. *c.* 11. *b.* Filium peccatorem & Manichaeum ſeparat a ſua menſa & tota domo. *c.* Revelatio de Filii converſione ſurte a praecedente diverſa. *d.* Eius eximium ingenium. *f.* Refert docti & pii Epiſropi reſpooſum de Filii cooverſione. *c.* 12. *a.* Quia fuerit ille Epiſcopus. *ibi.* Velut caeleſte oraculum excipit idem reſponſum. *d.* Eius piia lacrymia Auguſtini ſalua debetur. *ibi.* Viudiratur. *l.* 5. *c.* 8. *k.* In magno eina amore erga Auguſtinum, ultra naturales, diviaae quoque rationes pendandae. *ibi*, *in fine*. Petit Mediolanum. *l.* 6. *c.* 2. *c.* Navigium ſecum duxiſſe maxime veroſimile eſt. *ibi*, & *l.* 9. *c.* 25. *a.* Laudatur ab Ambroſio. *c.* 2. *b.* Perita magiſtra rerum divinarum. *c.* 15. *b.* Vindicatur a blaſphemiia *Ioannis Phereponi*: & a geminia inconſideratia propoſitionibus Henrici Wagnereck. *ibi.* Monnicae tres tantum filios agnoſcimus, Auguſtinum, Navigiom, & piam Viduam, de qua Poſſidius. *l.* 9. *c.* 8. *c.* Nomina parentum eius ignorantur. *ibi*, *n.* 5. & 14. Monnicam procul a Patria defungi voluit Deus, forte ne eius exſuvias infideles e noſtria manibua raperent. *c.* 11. *b.* Monnicam propter profuſas in Filii aberrationibus larrymas io Purgatorio detenctam, putida fabula. *c.* 15. *g.* *n.* 3. De loco ubi nunc adſervetur Monnicae corpus lites opportuniori loco examinandae. *ibi*, *n.* 4.

Moyſi ar Paulo forte ronceſſa clara Dei viſio. *l.* 9. *c.* 10. *b.* Moyſea ſcripſit totum Pentateucum. *l.* 12. *c.* 3. *a.* Dilaceratus a Luthero. *b.* Moyſi Prophetarum ſummo noti ſaltem omnea verborum ſuorum ſenſua literalea. *l.* 12. *c.* 58. *b.* & 32. *b.* Ceteria vero Prophetia nonuiſi ſenſus potiores. *ibi.*

Mundus uoicus: ſcilicet extra Mundom non dantur ſpatia imaginaria. *l.* 1. *c.* 2. *f.* Mundum hunc talem eſſe, ut eo nec melior, nec pulcrior, vel etiam Dei poteutia dari poſſit, haud temere docent viri graviſſimi plurimi. *l.* 7. *c.* 13. *f.* Mundum verno tempore creatum fuiſſe, veroſimilior & communior opinio. *l.* 11. *c.* 13. *c.*

Municipium quid eſſet, & quam Coloniam praecelleret. *l.* 6. *c.* 7. *a.*

Muratorius (Ludoviros Antonius) fama (apud quosdam) ſummus: veritate (hiſtoria, ſeu eruditione excepta) modicus; qui Librorum multitudine & mole terrarum orbi imponere ſtudnit; de omnibus promiſcue diſſerens, & nullam Farultatem perfecte callena; nec arte, nec natura dialecticus; in pluribus corſim & per digreſſionem arguitur. *l.* 1. *c.* 1. *a.* *n.* 3. *c.* 2. *a.* *n.* 1. *In fine*. *c.* 9. *k.* *n.* 2. *l.* 5. *c.* 12. *f.* *n.* 21. *l.* 7. *c.* 50. *n.* *l.* 8. *c.* 2. *c.* *l.* 9. *c.* 4. *q.* *In Digreſſione*. *c.* 7. *d.* *n.* 1. & *b.* *l.* 10. *c.* 29. *a.* *n.* 7. & *l.* 12. *c.* 2. *c.* *in Digreſſione*.

N

NAtorae purae hypotheſis non adridet quibusdam etiam ſania Theologis. *l.* 5. *c.* 5. *g.* *n.* 10. Qui nulla iudicio noſtro cenſura percellendi ſunt. *ibi.* Natura conſulenda eſt pro quaeunque facultate adquirenda. *l.* 8. *c.* 6. *b.*

Navigius Auguſtini frater. Aliqua de eo obſervantur. *l.* 1. *c.* 6. *d.* *n.* 3. & *l* 9. *c.* 11. *a.*

Novitatum inventio, peſtis quae ſi unquam, maxime hoc noſtro ſaeculo invaluit. *l.* 2. *c.* 6. *f.*

O

OBduratis etiam auxilia ſufficientia ſaltem remota & ſecreta concedenda videntur. *l.* 8. *c.* 5. *c.*

Occidere proprie atque directe ſeipſum in nulla hypotheſi licitum. *l.* 1. *c.* 9. *l.* *n.* 1.

Odium perfectum dividit peccatum a perſona. *l.* 5. *c.* 12. *b.*

Olympi montis non omnia quae circumferuntur miracula nobia adrident. *l.* 15. *c.* 32. *a.*

Oratio divina omnium perfectiſſima quae. *l.* 5. *c.* 1. *b.* *n.* 1.

Orator improbandus dum Mecoenatis falſaa dotes adſtruit. *l.* 6. *c.* 6. *b.* V. *Rhetorica*, & *Rhetores*.

Origenes non contemnitur quod allegoriis indulſerit, ſed quia varias ſententias Scripturae in alienos ſenſus contorſit; item quia baud modicam S. Scripturae ſolia allegoriis ſoetam credidit; quae tamen etiam ſenſu hiſtorico & naturali gaudet. *l.* 13. *c.* 25. *a.* *n.* 5.

Originalis macula. V. *Haretici*, & *Peccatum*.

Otium omnibus pernicioſiſſimum: at maxime adoleſcentibus. *l.* 2. *c.* 3. *f.*

Oudinus (Caſimirus) Apoſtata amplam eruditionem nobis ſuppeditat de noviſſima editione Auguſtin. Operum facta Paraſiis. *in Praefatione*, *n.* 2. Item de editione Amſtelodamenſi a Ioanne Pherepono curata & foedata. *l.* 1. *c.* 5. *a.* *n.* 2. De Sybillis etiam amplam eruditionem exhibet in Quaeſtionibus praemiſſis ad tom. 2. Commentar. de Eccleſiae Scriptoribus. *l.* 7. *c.* 9. *b.* *n.*

Ovidii poetae deſcriptio non contemnenda de ortu Mundi. *l.* 12. *c.* 4. *b.*

P

PAganorum philoſophorum aliqueio aeternam ſalutem adſequutum ex Auguſtini principiis evinci non poteſt. *l.* 7. *c.* 9. *a.* Paganis a philoſophis bonas doctrinas ſubfurari honeſtiſſimum. *k.* & *l.*

Paradiſus corona & iuſtitiae & miſericordiae ſecundum diverſas rationes. *l.* 1. *c.* 4. *t.* *l.* 5. *c.* 9. *g.* & *l.* 9. *c.* 3. *c.* Non differtur uſque ad diem Iudicii. *l.* 9. *c.* 3. *b.* & *b.*

Parentea plus diligunt filios, quam diligantur ab illis. *l.* 5. *c.* 8. *l.*

Paſchaſii Queſnel hiſtoria (do cuius integra veritate dubitamus.) *l.* 1. *c.* 1. *g.* *n.* 8. Confutatur. *n.* 9. & *l.* 10. *c.* 29. *a.* *n.* 6.

Paſſiones non radicitus convellendae, ſed taotum moderandae. *l.* 5. *c.* 7. *f.*

Patritius Auguſtini pater, ipſo S. D. puero adhuc gentium tenebris captus. *l.* 1. *c.* 15. *b.* Vincitur a Monnica in educatione filiorum. *ibi*, & *i.* Aute Monnicam fuiſſe alterius famine ſpouſum ex nullo monu-

numento deducitor, nec ulla probabilitate gaudet. *ibi*, *n.* 1. Eius vanitas. *l.* 2. *c.* 3. *g.* Quo tempore factus cathecumenus. *i.* Moritur anno Auguſtioi 17. vix eo nempe Carthagine poſito. *l.* 3. *c.* 19. *l.* Et quidem ſaoctarum Feminarum viri eas morte praecedunt. *ibi*.

Patuzzi (Ioannes Vincentius) Ord. Praedic. pii & ſagacis ingenii Theologus valide impugnat Dionyſium Petavium Ieſuitam. *l.* 2. *c.* 6. *f.* *n.* 1.

Paulus (S.) Auguſtini magiſter & exemplar. *l.* 7. *c.* 21. *a.* Cur per antonomaſiam dictus Apoſtolus. *ibi*. Paulus toto tempore vitae ſuae virginitatem ſervavit. *l.* 8. *c.* 1. *g.* Cur & a quo tempore tali nomine appellatus ſit. *c.* 4. *a.* Ethnicorum ſententias laudat. *c.* 9. *l.* Paulo ac Moyſi forte conceſſa clara Dei viſio. *l.* 9. *c.* 10 *h.*

Peccatum originale non raditur, ſed convellitur. *l.* 5. *c.* 5. *d.* Peccatum Adae ſuperbia. *e.* Quae illa ſuperbia. *ibi*. Scoti opinio reiicitur. *ibidem*, *n.* 1. Peccatum poteſt eſſe ſui ipſius poena; at non ſi admodum ſtricte & proprie loquamur. *c.* 12. *d.* Quod & Ethnici agnovere. *ibi*. Peccare non potentiam, adſtruit, ſed impotentiam; immo nec efficere eſt, ſed deficere. *l.* 2. *c.* 6. *f.* Peccatum nihil eſt. *c.* 8. *a.* Peccatum aliud flagitium, & aliud facinus; & quomodo duo illa diſtinguantur. *l.* 3. *c.* 8. *f.* Peccata proficientium quae ſint. *c.* 9. *a.* Quaedam ſimilia peccatis, & non vera peccata. *b.* Peccatorum optima diviſio, io Deum, io oos, & in proximum. *l.* 5. *c.* 9. *a.* Peccati prima radix depromitur ex eo quod creatura ſit ex oihilo. *l.* 7. *c.* 3. *d.* & *c.* 4. *b.* & *c.* 16. *c.* Etiam peccatom veniale qualemcunqoe voluntatis conſeoſum poſtulat. *l.* 10. *c.* 33. *c.* Peccatum & Gratia forte nec extraordinaria Dei potentia ſimul conſiſtere poſſunt. *c.* 41. *b.* Quid in gravi peccato contingat. *l.* 12. *c.* 15. *b.*

Peregrini renentur eius Civitatis legibus ad quam accedunt. *l.* 3. *c.* 8. *b.*

Petiliani in Auguſtinum obſcura calumnia, *l.* 3. *c.* 12. *d.* *n.* 1. Altera calumnia propulſata. *l.* 5. *c.* 8. *b.*

Philoſophi primiores faſtu barbam nutricbant. *l.* 4. *c.* 26. *a.*

Philoſophi Chriſtiani implexis quaeſtionibus in diſcutiendis ne divinam lucem demereantur, opus eſt ut modeſte incedaot, nec quidquam temere praediceot. *l.* 11. *c.* 17. *a.* Plurima naturae arcana Philoſophorum & omnium ſtudioſorum mentes ſuperant. *c.* 21. *a.* Philoſophus in exemplis utitur probabilibus. *l.* 13. *c.* 32. *a.* Cum difficultatem ex facto petitam ratiooe extricare poteſt, de facti veritate non admodum anxius eſt. *ibi*. V. *Paganorum Philoſophorum &c.*, & *Platonici &c.*, & *Studioram &c.*

Phoenicis vulgaris hiſtoria innumeris fabulis innixa. *l.* 13. *c.* 20. *c.*

Photioi haereſis. *l.* 7. *c.* 10. *c.*

Placere ſibi inducit deſiderium placeodi aliis; at plurimi ambientes aliis placere, ſibi ipſis non placent. *l.* 2. *c.* 1. *f.* Placere ſibi malum longe periculoſiſſimum. *ibi*.

Platonici maximam adhibebant curam, ne a meditatione & ſtudiis diſtraherentur. *l.* 1. *c.* 23. *o.* Platonicos nihil reſciviſſe quid a Iudaeis de Numine doceretur grande nimis paradoxum eſt. *l.* 7. *c.* 9. *b.* *n.* 4. Platonis ſyſtema de ſapientia a matris utero delata nonnihil caſtigatum ſaniſſimum atque certiſſimum eſt. *l.* 10. *c.* 10. *b.* & *c.* 11. *a.* Idem obſervatur de altero, quod ideas vocabat. *l.* 12. *c.* 25. *c.* V. *Paganorum Philoſophorum* &c.

Plinius vir equidem eruditus, ſed qui cum plurima & fere omnia complecti vellet, & nimis cuiuſcumque hominis teſtimonio deferret ſuiſque experientiis imperfectis, & ad liquidum raro deductis fideret, centum hiſtorias ſcribens, nonsgies fabulatus eſt. *l.* 21. *c.* 12. *c.*

Plotinus philoſophus Platonicus a Chriſtiana religione non abhorruit. *l.* 7. *c.* 9. *b.* *n.* 6. Plura ibi de eodem.

Poenitentes non una ratione innoceotibus praeferuntur. *l.* 1. *c.* 28. *f.* & *l.* 8. *c.* 3. non ſemel. Poenitentia carnalis non ſeſe proprie virtus eſt, ſed quatenus animo ad Deum dirigitur, vel ſenſus rationi ſubiicitur. *l.* 10. *c.* 28. *c.*

Poetae nimis mendaces, maxime vero impuri abiiciendi. *l.* 1. *c.* 17. *f.* *n.* 1. Perſius poeta modeſtus, at nimis obſcurus. *ibi*.

Propheta eſt Spiritus Sancti inſtrumentum: tametſi agatur non ſolum, ſed & agat. Immo in ſimplici inſtinctu Prophetico agitur, & non agit. *l.* 12. *c.* 26. *a.*

Pſalmi cur inter prioris Foedeſis Scripturis emiocant; ſeu cur David per antonomaſiam dicatur Propheta. *l.* 9. *c.* 4. *d.*

Pulcritudo quid ſit. *l.* 1. *c.* 4. *e.* Pulcritudinis duo genera. *l.* 4. *c.* 13. *b.*

R

Religioſi pauperes ſpiritu dicuntur, quia non naturae neceſſitate, ſed proprii ſpiritus arbitrio pauperes facti ſunt. *l.* 8. *c.* 6. *i.* Cur noſtro ſaeculo paſſim contemti. *l.* 9. *c.* 9. *g.*

Revelationes & Viſiones non quidem contemnendae, ſed nec admodum curandae. *l.* 13. *c.* 9. d. Revelationum praeſentium nulla Eccleſiae iudicio comparari poteſt, aut novum dogma inducere. *ibi*. Revelationis ſeu Viſionis genuinae plura ioditia. *l.* 6. *c.* 13. *b.*

Rhetorica nonnihil ab Eloquentia ſive Oratoria videtur diverſa: illa enim potiſſime ornatum quaerit: haec perſuaſionem; quanquam ſaepe, & quidem non perperam confunduntur. *l.* 4. *c.* 2. *b.* Rhetores plures nimis mendaces. *l.* 6. *c.* 6. *b.* Rhetores dicta Diogene Cynico mancipia, & turbae miniſtri. *d.* Rhetores Mediolani nonniſi maoe dictabant. *c.* 15. *c.* V. *Grammaticorum*, & *Poetae*.

Riſus quid ſit: & cur ſoli non adeo facile rideamus. *l.* 2. *c.* 9. *b.*

Robertus Sanchinus haereticus Anglus Auguſtinum a Pherepooi cenſuris vindicavit. *l.* 1. *c.* 1. *a* *n.* 3.

Roſſi (Petrus) Sacerdos Senenſis Grammaticus politiſſimus. *l.* 2. *c.* 6. *a.*

S

Sacerdotes antiqui & iuniores invicem collati. *l.* 9. *c.* 7. *b.*

Sacramentum Poenitentiae conſiſtit ſola adtritione, non poſtulat fortaſſe neceſſario cootritionem. *l.* 1. *c.* 12. *a.* *n.* 5. &c. V. *Contritio*. Sacramenta proprie

prie talia in ſtatu Innocentiae non fuiſſent. *l.* 13. *c.* 20. *g.* Vide *Caracteres*.

Salluſtius vir eruditus & eloquens. *l.* 2. *c.* 5. *c.* In eius moribus plura occurrunt quae poſſis carpere. *ibi*.

Saturninus (Iulius) Philippi Imper. filius in riſum ſtomacho erat maximo averſo. *l.* 1. *c.* 6. *i. in fine*.

Scire & intelligere aliquoties non ſunt per ſynonymiam dicta. *l.* 1. *c.* 1. *b.* Scire Deum invocationem eius praecedit, & ſubſequitur iuxta varias rationes. *ibi*.

Scoti opinio, Adamitici peccati ſpeciem conſtituendam eſſe in quadam nimia amicitiae adfectione reiicitur. *l.* 5. *c.* 5. *e.* *n.* 1.

Scripturae eleganter primo ſcriptae ſunt. *l.* 3. *c.* 5. *b.* Amant humiles. *e.* Senſus ſpiritualis in Scripturis maxime proficuus & neceſſarius. *l.* 10. *c.* 39. *a.* *n.* 17. Scripturas eſſe excipiendas in ſenſu naturali & obvio, eum &c. monitum graviſſimum eſt, quod & audaciores Theologi amplectuntur: immo & haeretici. *l.* 12. *c.* 2. *e. in Digreſſione*, *n.* 3. Senſus literalis Grammaticalis non ſemper tenendus: bene vero literalis Theologicus. *c.* 17. *a.* *n.* 8. Senſus primo verbis aut factis inſidentes noti ſemper veris Prophetis; at non ſemper qui ſecundo emergunt. *c.* 18. *b.* Moyſi autem omnes ſuorum librorum ſenſus ſaltem literales innotuerunt. *ibi*. *&* *c.* 32. *b.* *n.* 2. In quacunque minima parte Scripturae innumerabiles ſenſus ſpirituales. *c.* 26. *b.* *&* 31. *a.* Omnium ſenſuum excellentiſſimus ille eſt quem potiſſimum S. Scriptor meditatus eſt. *ibi*.

Secreti fractores deteſtabiles. *l.* 9. *c.* 9. *c.* Huius generis homines plerumque inſtabili ac levi mercurio praediti ſunt. *ibi*. Hoc vitio potiſſime & maxime amicitiae foedus & pax turbari ſolent. *ibi*.

Semipelagiani nec Auguſtino e vivis abeunte ab Eccleſia ultimo iudicio damnati ſunt. *l.* 10. *c.* 29. *a.* *n.* 1.

Senecae graviſſima ſententia de praeſentia Dei. *l.* 5. *c.* 2. *d.* *&* *c.* 4. *l.* Altera de tribulationis bono. *l.* 2. *c.* 2. *p.* Eius tamen aeternam ſortem ex Auguſtini ſcriptis ſperare non poſſumus. *l.* 7. *c.* 9. *a.*

Senſus communis. *l.* 5. *c.* 20. *d.* Senſus externos non adtingit niſi ſingularia. *l.* 4. *c.* 11. *c.* Unus ſenſus alterius obiectum ſuprema Dei potentia fortaſſis adtingere poteſt. *f.* Senſus olfactus inter omnes minus nos pungit. *l.* 10. *c.* 35. *a.* Senſus quinque. *ibi*, *&* *c.* 34. *a.*

Sermo admodum cultus ac terſus dedecet viros graves maxime in familiari colloquio. *l.* 4. *c.* 3. *e.* *l.* 5. *c.* 6. *e.* *&* *l.* 9. *c.* 4. *e.* Scriptores graviſſimi aliquoties in ea re arbitrio quidquam indulgent. *c.* 14. *b.* Sermo facilis & ingenium admodum profundum raro iunguntur. *l.* 5. *c.* 6. *c.* *&* *d.*

Siculi ingenio ſagaces. *l.* 8. *c.* 2. *e.*

Simonis Noſtri a S. Paulo praeclarus ſermo. *l.* 5. *c.* 8. *l.*

Simpliciani (S.) hiſtoria admodum confuſa & incerta. *l.* 8. *c.* 5. *e.* *&* *c.* 2. *a.* *&* *c.* 3. *b.*

Socrates Ethnicorum omnium fortean prudentiſſimus. *l.* 2. *c.* 5. *b.*

Soliloquiorum libri ab Eraſmi cenſuris vindicati. *l.* 2. *c.* 10. *c.*

Somni natura non adeo expedite & exacte exponitur ab Ariſtotele; male vero a Cardano. *l.* 1. *c.* 6. *k.* Eius tandem congrua definitio ex Auguſtini ſententiis conficitur. *ibi*, *in fine*. Somni tempore plerunque aut volumus aut reiicimus quod aut voluimus, aut reiecimus tempore vigiliae. *l.* 10. *c.* 30. *d.* Hinc turpia quae contingunt in ſomnis non ſemper culpa vacant. *ibi*.

Spatia immenſa quae *imaginaria* ſunt, nullo modo dantur, nec in eis Deus exiſtit. *l.* 5. *c.* 2. *f.* V. *Averſa*.

Spectacula gladiatoria ab Epiſcopis & SS. Patribus acerrimo zelo inhibita. *l.* 6. *c.* 8. *b.* Frequenter ſublata, Satanae arte revixerunt. *ibi*. Plures Gladiatorum ſpecies. *ibidem*.

Spinae. V. *Adae*.

Studiorum ſyſtema paſſim corruptum, nec exactum ſcilicet antiquum, nec novum. *l.* 1. *c.* 13. *c.* *n.* 5. Studia ſeu Literae prudenter adhibitae magno ad divina adiumento ſunt. *l.* 5. *c.* 3. *f.* Studioſi plures ita audaces & impudentes ſunt, ut vix propriae opinioni quidquam veroſimilitudinis conciliant vel conciliaſſe ſibi ipſi blandiuntur, & mox victoriam canunt, ceterorumque iudicia contemnunt. *l.* 12. *c.* 57. *c.*

Styli varii atque tabulae, quibus antiqui utebantur. *l.* 6. *c.* 9. *e.*

Superbia eiuſque filiae. *l.* 2. *c.* 6. *f.* Superbia ſubtilis quae in adparente gloriae contemtu deliteſcit. *l.* 10. *c.* 38. *e.*

Sybillae vere fuerunt: in quarum verſibus manifeſtius etiam ac in Prophetarum vaticiniis Religionis noſtrae myſteria picta conſpiciuntur. *l.* 7. *c.* 9. *b.* *n.* 7. V. *Ordines*.

T

TEmporis natura admodum obſcura Philoſophos in varias opiniones diſtraxit. *l.* 11. *c.* 14. *a.* Eſſe verum eos ab animo noſtro nequaquam pendens, vix ſubſtinere poſſumus. *c.* 27. *b.* *&* *c.* 28. *a.* *&* *b.*

Terentii grave dictum. *l.* 1. *c.* 13. *p.* *&* *c.* 14. *f.* Lutulentae fabulae. *c.* 16. *b.*

Tereſia (S.) Carmelitarum Excalceatorum mater & magiſtra; Eius divinus cantus. *l.* 5. *c.* 5. *d.* Studia literaſque maxime commendat. *l.* 2. *c.* 3. *s.* Eius ſcripta frangunt audaciam haeretici. *l.* 3. *c.* 5. *e.* Eius grave monitum. *l.* 4. *c.* 3. *g.* Auguſtini modeſtiam imitatur. *l.* 4. *c.* 16. *a. in fine*. Excelſae pietatis Animas magnis a Deo flagellis exerceri teſtatur. *l.* 6. *c.* 3. *b.*

Terra conſiſtit: Sol movetur. *l.* 15. *c.* 2. *c. in Digreſſione*. Scripturae loca quae in rem hanc occurrunt, nonniſi violentia in alienos ſenſus detorqueri poſſunt. *ibi*. Muratorii in hac re ineptiae. *ibidem*. Terrae rotunditatem & Antipodas non admodum communiter Patres inficiati ſunt. *n.* 4. De motu Solis, ac Terrae ſtabilitate ſolemnem Eccleſiae definitionem non habemus; ſed tamen Romana Cathedra non prorſus conticuit. *n.* 6. De ea quaeſtione licet ſeſe philoſophica, tamen quia ſatis in Scripturis inſinuata ad Eccleſiam iudicare ſpectat. *n.* 7.

Tertulliani obſervatio acutiſſima. *l.* 2. *c.* 2. *p.*

Theologia Scholaſtica (ſicut etiam Rhetorica & Dialectica) utilis admodum & neceſſaria. *l.* 1. *c.* 10. *b.* Theologi Scholaſtici non utcunque divinas veritates amplectuntur & penſant: ſed earum quoque prin-

ci-

eipia, modoſque & ſecretiora acute rimari conantur. *l.* 7. *c.* 3. *b.* *l.* 10. *c.* 29. *a.* *in Digreſſione.* De altiſſimis etiam qualemcunque rationem reddere poſſunt. *l.* 11. *c.* 10. *b.* *n.* 3. *&* 7.
Timoris ſex ſpecies. *l.* 5. *c.* 6. *n.*
Tribulationis & adverſitatis bonum. *l.* 5. *c.* 2. *p.* *l.* 5. *c.* 12. *a.* *& l.* 10. *c.* 28. *d.* *& e.*
Triſtitiae quatuor ſpecies. *l.* 5. *c.* 6. *p.*

V

VAna-gloria & eius filiae. *l.* 2. *c.* 6. *f.*
Venatores qui cum beſtiis congrediebantur. *l.* 4. *c.* 14. *c.*
Venerea paſſio omnium humanarum fortiſſima; Ad eam edomandam peculiare Dei ſubſidium poſtulatur. *l.* 6. *c.* 11. *i.* Studiis contraria. *c.* 12. *a.* Veneris laquei ſupra fidem tenaciſſimi. *l.* 8. *c.* 1. *e.*
Verſio, quae vulgo LXX. dicitur, re vera LXXII. Interpretes habet. *l.* 1. *c.* 1. *a.* *initio.*
Vetita appetimus; & qua de cauſſa. *l.* 5. *c.* 7. *b.*
Vigiliarum vocabulum quid proprie ſignificet. *l.* 9. *c.* 7. *b.* Olim in Eccleſia vigiliae propriae, nunc impropriae. *ibi.*
Vindicianus Medicus excellentiſſimus. *l.* 4. *c.* 3. *d.* Imponit Auguſtino coronam agoniſticam. *e.* Retrahit utcunque Auguſtinum a Genethliacis. *f. & ſeq.* Ut etiam retrahit Nebridius. *b.*
Vindictae aviditas ex ambitione & ſuperbia. *l.* 2. *c.* 5. *a.*
Virgilius poeta excellentiſſimus, ſed admodum tardus. *l.* 1. *c.* 13. *c.* Aeneid. opus eius utique inſigne; ſed in quo texendo (licet imperfectum reliquerit) aetatem & ingenium ſuum attrivit. *ibi.* Exhibetur compendio eius hiſtoria. *ibidem.*
Virginitatis ſplendor non ex pugna tantum penſandus, ſed & ex ſilentio quo Deo famulamur. *l.* 9. *c.* 10. *l.* *n.* 1.
Virgo. V. *Deipara.*
Virtutis occaſio vel etiam ex neceſſitate ſumenda. *l.* 4. *c.* 11. *b.* Virtute ſemper bene utimur. *c.* 16. *n.*
Viſiones. V. *Revelationes.*
Viterbium Etruriae Vetuſtioris caput fuiſſe oſtendere conatus eſt haud contemnendo libello eruditus Abbas *Mariani.* Et fere ſaeculo ante hunc Doctor *Serafini* libello nonnihil tenuiori coniicere voluerat, oppidum patriam ſuam, vulgo, *Vetralla* ab ipſo Noemo aedificatam. *l.* 8. *c.* 2. *e.* *&* *c.* 6. *b.*
Votum inſiſtere poteſt & rei praeceptae. *l.* 6. *c.* 15. *a.*
Vocis artifex, inſtrumenta, & materia. *l.* 9. *c.* 2. *l.*
Uxorum pluralitas opponitur naturae, non tamen ita proprie, ſed velut ſequela. *l.* 3. *c.* 8. *b.*

X

XEnophontis modeſtum & grave dictum. *l.* 1. *c.* 2. *b.*

Z

ZOroaſtrem in ortu riſiſſe ferunt. *l.* 1. *c.* 6. *i.* Cenſemus tamen talem riſum non fuiſſe verum & proprium. *ibi.*

ERRORES. CORRECT.

Fol.	col.	verſ.	Errores	Correct.
4.	2.	1.	ſvorc	ſvorem
5.	2.	*ultim.*	ſuſpicio	ſuſpicit
61.	*in nota*	1.	quid	qui
68.	2.	7.	dsmum	dsmnum
Ibi		17.	iniura	iniuria
71.	2.	20. 21.	*praeferri poteſt: ut diligenter adtendenti conſtabit.*	praeferri poteſt : ut diligenter adtendenti conſtsbit.
84.	2.	22.	Alios diverſo preſſu nris tenere tamen aliquem ſonum.	*Alios diverſo preſſu oris, tenere tamen aliquem ſonum.*
86.	1.	49.	viros	viſns
88.	2.	53.	qui	quia
89.	1.	6.	Fscundia	Facunda
94.	2.	20.	omninum	omnium
100.	2.	31.	iniuſtum	in iuſtum
101.	2.	8.	& littera	e littera
Ibi		50.	fuſcis	fucia
105.	2.	47.	negntiis	negotii
107.	2.	6.	ſuperſtito	ſuperſtitio
Ibi		29.	sbrui	obrui
114.	2.	38.	iroconice	ironice
Ibi		*ult.*	appellabit.	appellabit ?
120.	1.	49.	ſcripturam	Scripturam
122.	2.	47.	contendes	contendens
131.	1.	8.	lsecto	laetn
Ibi	2.	28.	quiem	quidem
158.	2.	50.	pemoeriis	pomoeriis
163.	2.	2.	ngebat	fingebat
183.	1.	10. 11. 12. 13.	Diſplicet autem illie &c.	*Diſplicet autem illie &c.*
Ibi		50.	*frica*	*Africa*
213.	2.	50.	Ad haec	At haec
215.	1.	58.	non ut	ut non
233.	2.	55.	amiſſimum	smiſſum
236.	2.	27.	adtendes	adtendens
240.	2.	36.	Quaerens Auguſtinus	Qnserentc Auguſtinn
247.	2.	20.	ſpeciſiuſque	ſpeciſliuſque
248.	2.	2.	a ta	alta
Ibi		9.	axis	laxis
262.	1.	50.	ſuperſtitinns	ſuperſtitione
265.	2.	4.	excngiata	excogitata
282.	1.	19.	puod	quod
290.	1.	21.	reg lam	regulam
295.	2.	85.	evsnserint	cvsnuerint
310.	2.	3.	Latinam	Latinum
311.	2.	37.	adſuerit	adſeruerit
330.	2.	4.	hsbes	hebes
333.	1.	10.	cxpicias	excipias
Ibi	2.	26.	quod non volumus	quod nos volumus
335.	2.	*penult.*	sudiſti ?	audiſtis ?
338.	1.	59.	aud citer	audaciter
349.	2.	53.	dsmnstionem	damnstione
355.	2.	2.	oculi	oculis
360.	1.	4.	quadem	qusdsm
362.	2.	33.	c curbitis	cucurbitis
376.	1.	51.	decerens	decens

ERRORES. CORRECT.

Fol.	col.	verſ.	Errores	Correct.
394.	1.	25.	hominem	hominum
395.	2.	32.	doctiſſimaque	doctiſſimsmque
396.	1.	24.	dicendum	dicendo
397.	2.	15.	ſpeculsrem	ſaeculsrem
400.	1.	26.	psrentibus	primstibus
403.	1.	35.	psrtem	pstrem
439.	1.	21.	innuunt & non	innuunt non
464.	1.	4.	Concitsnt	Concitat
465.	1.	8.	cxiſtit	extitit
Ibi	2.	18.	pure	putsre
476.	2.	2.	proſuſsc	perſuſse
505.	1.	40.	humilitate	humilitatem
563.	1.	5.	circra	circa
Ibi	2.	50.	Quos	Qunt
565.	1.	55.	exscti	exsctis
570.	1.	1.	Vix	Vis
577.	2.	16. 17.	cor n etiam &c. conſ ſſum	cor etism &c. conſnſſum
585.	2.	47.	magiſterum	msgiſterium
586.	1.	24.	munitiors	minutiora
590.	1.	45.	*arbitror id inebriari*	*arbitror inebriari*
591.	2.	6.	Nec eo argumentstur	Nec eo modo argumentstur
Ibi		22.	immedistse	immediste
600.	2.	23.	fscta	ſacto
610.	2.	24.	fseiſque	facitque
612.	2.	*penult.*	primariae	primsria
761.	2.	5. & 6.	innocenem &c. ferum	innocentem &c. reum
781.	2.	20.	cresturas & feciſſe	creaturas feciſſe
791.	2.	6.	conludunt	concludunt
819.	1.	18.	forte sn	fortean
830.	2.	39.	quale tuum genium	qualis tnus genius
847.	1.	1.	confitetur	confitesr
848.	1.	18.	revolutionem	revelstionem
849.	2.	21.	deducus	dedecus
855.	1.	17.	genus	genius
869.	1.	2.	Qui	Quia
874.	1.	1.	Numine	Nomine
875.	2.	7.	noctius	noctuis
Ibi		52.	funderis	fundeses
876.	1.	20.	ut	tu
922.	2.	34.	Molliſſimus	Molliſſimis
927.	2.	44.	abiectores	abiectinres
937.	2.	2.	contiuuat	continuat
Ibi		23.	*ad quos de novo &c.* communiunt	*ad quos de novo &c.* communiunt
939.	2.	21.	qu m	qusm
944.	1.	4.	esdem	csedem
958.	2.	34.	Qusmvis	Quavis
Ibi		54.	qund & aves ; ex	quod & aves ex
972.	2.	15.	eq.	ſeq.
974.	2.	21.	ut, ism	ut ism

Plures alii leviores errores, quive ex caracteris inaequalis & conſumti infelici impreſſione nati ſunt, facile ex contextu & ſermonis ſcopo deprehendentur. Si qui vero graviores diligentiam noſtram fugerunt, ab humano & docto Lectore emendabuntur.

Google